APULEII

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OUDENDORPIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN QUARTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

APULEII
OPERA OMNIA.

VOL. IV.

APULEII

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OUDENDORPIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN QUARTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

verent. Sed quid ad magica maleficia, quod ego pueros Scribonii Læti, amici mei, carmine laudavi? An ideo Magus, quia[3] poëta? Quis unquam fando audivit tam similem suspicionem? tam aptam[4] conjecturam? tam proximum argumentum?[z] Fecit versus Apuleius: si malos, crimen est; nec tamen id[5] philosophi, sed poëtæ: si bonos,[6] quid[7] accusas? At enim ludicros et amatorios fecit. Num ergo hæc sunt crimina mea, et nomine erratis,[8] qui me Magiæ detulistis? Fecere tamen et alii talia: et (si vos ignoratis) apud Græcos Teius quidam,[9 a] et Lacedæmonius,[b] [413] et Cius,[1 c] cum aliis innumeris; etiam mu-

runt adeo dure ac barbare, ut excitarent odium. Sed quid attinet ad veneficia Magica, quod ego celebrari versibus pueros Scribonii Læti, amici mei? Idcircone ero Magus, quia sum poëta? Quis audivit unquam suspicionem adeo veri similem? conjecturam tam idoneam? probationem adeo urgentem? Apuleius composuit carmina: si composuit mala, crimen est, at illud non est crimen philosophi, sed poëtæ: sin autem fecit bona carmina, quare eum accusas? Sed (inquies) composuit jocularia et amatoria. An igitur hæc sunt mea crimina, et hallucinati estis in nomine, qui accusavistis me Magiæ? Alii tamen composuerunt ejusmodi versus: et, si vos nescitis, quidam ex Teo, et quidam Lacedæmonius, et alius ex Ceo, et alii innumeri

Deest Pith. in quo mox *quis usquam.* Id.—4 Al. *apertam.*—5 D'Orv. inverso ordine. Pith. *tantum id.* J. Bos.—6 Elegantior hæc est scriptura Cod. D'Orv. quam expressi. Vulgo *sin bonos.* Id.—7 D'Orv. *quod.* Id.—8 V. C. *errastis.* Fulvius: *Non ergo hæc sunt crimina magica.* Fortassis autem legi debet: *et nonne errastis.* Mox Fulvius: *apud Græcos Teius quidem.* Sciopp. in Symb. Scribe ex vet. *Non ergo hæc sunt c. mea, et nomine errastis.* Wowerius. Censeo rescribendum, *et nunne errastis.* Meursius. Contra Mss. O. (excepto, ut videtur Fux.) et Edd. vett. *nonne* exhibent Edd. Pric. et Scriv. probantibus in marg. Salm. et Groslot. Veterem et scriptam lectionem unice veram puto; hoc sensu: Num accusandus eram, ut poëta lascivus, non ut magus, et num erratis nomine criminis, qui me Magiæ detulistis? At fecere tamen et alii versus lascivos, &c. Quare non opus est quoque cum Drakenb. in marg. pro *et* legere *an.* Pro *num* in D'Orv. est *nam.* Quemadmodum hic *num ergo*, sic infra 'Num igitur etiam Solonem.' et p. 459. 'Num ergo propterea.' *J. Bos.*—9 Vid. N. Var.—1 *Ceus.* Sic audacter emendavi, cum vulgari male putarem, *ciris.* Simonidem intelligit. Ausonius 'Cei, Musa Simonidei.' Vide Suidam et Cic. de Orat. *Colv. Cous* lego, *Brant.* Rom. et

NOTÆ

[z] *Tam proximum argumentum*] Tam promtum, tam obvium et manifestum? Hoc enim sonat τὸ 'proximum.'

[a] *Teius quidam*] Anacreon, ex Teo, urbe Ioniæ, oriundus.

[b] *Et Lacedæmonius*] Non satis apertum quem intelligat hic Apuleius. Fortasse sit ille Dionysodotus, cujus Pæanas memorat Athenæus, lib. xv.

[c] *Et Cius* [*Ceus*] Simonides, aut ejus fratris filius Bacchylides, qui ambo scripserunt etiam Ἐρωτικά, πα-

lier[2] Lesbia,[d] lascive illa quidem, tantaque gratia, ut nobis insolentiam linguæ suæ[e] dulcedine carminum commendet: apud nos[3] vero,[f] Æditus,[4] et Portius, et Catulus,[5][g] isti quoque cum aliis innumeris. At philosophi non fuere. Num igitur etiam,[6] Solonem[h] fuisse serium virum[7] atque philosophum, negabis? cujus ille lascivissimus versus est:

Μηρῶν[i] ἱμείρων[8] καὶ γλυκεροῦ στόματος.

e Græcis fecerunt similia carmina; mulier quoque Lesbia, quæ quidem scripsit molliter, et cum tanta venustate, ut reddat novitatem suæ dialecti nobis gratam suavitate versuum suorum: apud nos autem Æditus, et Portius, et Catulus, hi etiam cum sexcentis aliis scripserunt ejusmodi carmina. Sed non fuerunt philosophi. An ergo inficiaberis etiam Solonem fuisse virum gravem, et philosophum? cujus extat hic versus mollissimus: Femorum cupidus et dulcis oris. *Et sane quid omnes mei ver-*

Flor. *L. et civis:* male. Vide Maxim. Tyr. Dissert. VIII. *Elmenh.* Perperam ante Colv. erat *et civis:* unde melius ille, ex emendatione Lipsii marginali, cum seqq. dedit *et Ceus.* Quoniam tamen in Mss. O. et Edd. vett. est *et civis,* amplius emendandum putavi *et Cius:* ut solet rariores formas affectare noster Auctor. *J. Bos.*—2 Al. *et m.*—3 Male Edd. Junt. Ald. *apud vos.* L. de Mundo p. 728. Ed. Flor. 'Vesuvius noster.' Infra tamen p. 541. 'Romanorum majoribus:' non, *nostris.* J. Bos.—4 Ed. Ven. *Edituum.* Id.—5 Al. *Catullus.*—6 Rursus incipit Ms. Lips. usque ad *Habes crimen:* atque in eo pro *igitur* est *ergo:* ut paulo ante 'Num ergo,' ubi v. In Ms. D'Orv. mox extat *etiam.* J. Bos.—7 Ms. Bemb. *severum verum: f. severum virum.* Er. Puteanus. Mss. Florent. et Lips. *serium verum et.* Pith. *sive verum et.* In D'Orv. a m. pr. deest *virum atque.* Videtur in his latere *severum,* ut conjecit Er. Put. et edidit Scriv. Fortasse utrumque scripsit Ap. *serium et severum atque phil.* Nam frequentius quidem *serius* de rebus, *severus* de hominibus dicitur: non tamen hoc est perpetuum. *J. Bos.*—8 Μείρων. Versus hic in nulla edit.

NOTÆ

non et Παρθενικὰ, ut referunt Athenæus et Plutarchus; nati ambo in urbe Iulide Cei insulæ, quæ una est ex Cycladibus, juxta Eubœam sita, dicta etiam Hydrussa a quibusdam, teste Plinio. Eadem urbs Iulis patria fuit Erasistrati Medici, teste Strabone.

d *Mulier Lesbia*] Sappho ex Lesbo, maris Ægæi insula, urbe Mitylena. Hodie ea urbs, totaque adeo insula, *Metelin.* Patria quoque fuit Alcæi Poëtæ.

e *Insolentiam linguæ suæ*] Scripsit enim Æolica dialecto: vel, ut Plutarchus ait, Mixolydia.

f *Apud nos vero*] Apud Romanos. Madaurenses enim Populi Romani colonia erant.

g *Æditus, et Portius, et Catulus*] Sic lege, non *Catullus.* Horum meminit Gellius, lib. XIX. cap. 9. 'Voce admodum quam suavi versus cecinit Valerii Æditui, veteris poëtæ; item Porcii Licinii, et Quinti Catuli, quibus mundius, venustius, limatius, pressius Græcum Latinumve nihil quicquam reperiri puto.' Et refert illos versus, qui soli nobis supersunt ex versibus trium illorum poëtarum.

h *Solonem*] Hic Atheniensium legislator fuit, patria Salaminius.

i Μηρῶν, *&c.*] Extat versiculus in Plutarchi Ἐρωτικῷ. Athenæus Deip-

et quid tam[9] petulans habent omnes versus mei, si cum isto uno contendantur? ut taceam scripta Diogenis Cynici, et Zenonis Stoicæ sectæ conditoris,[j] id genus plurima.[1] Recitem denuo, ut sciant, me eorum non pigere:

Et Critias mea delicies[2] sit: salva, Charine,
Pars[k] in amore meo, vita, tibi remanet. [414]
Ne metuas: nam me ignis[3] et ignis[4] torreat, ut vult;
Hasce duas flammas, dum potior, patiar.[5]
Hoc modo sim[6] vobis, unus sibi quisque quod ipse est:
Hoc mihi vos eritis, quod duo sunt oculi.

sus habent adeo lascivum, si comparentur vel cum hoc solo? ut silentio prætermittam quæ scripserunt Diogenes Cynicus et Zeno institutor sectæ Stoicorum. Libenter recitabo multos hujusmodi versus meos, ut cognoscant me non pœnitere eorum: Critias est etiam mea voluptas, et, o Charine, pulcher Sol, Similis vita tibi perdurat in meo amore. Ne timeas: nam ignis et ignis me adurat, ut voluerit: Ego feram has duas flammas, dum fruor vobis. Modo sim vobis tanquam unusquisque est sibi ipsi; Vos mihi id eritis, quod duo oculi mihi sunt.

præterquam in Basil. 2. Canterus noster Variar. Lect. l. II. c. 9. ex Plutarcho et Athenæo correctiorem integrioremque proponit. Vide ipsum. *Colv.* *Μηρῶν ἱμείρων* Theodorus Canterus Var. Lect. lib. II. cap. 9. *Elmenhorstius.* Græca desunt Ms. D'Orv. et Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. et Ald. in qua legitur *Hic multa desiderantur.* Cunctas Edd. non inspexerat Colv. qui testatur, in sola Bas. sec. extare hunc versum; extat utique in Junt. post. sed male *μείρων εἰ μείρων, &c.* Recte Scal. cum seqq. *μηρῶν ἱμείρων.* Bourdelotii conjectura versum turbat, correpta prima in *μύρον. J. Bos.*—9 Deest Lips. Cod. *Id.*—1 *Conditoris. Id genus plurima.* Quid si legamus, *conditoris, et id genus plurima. Recitem denuo.* Brantius. Lego, *pluria.* Casaubonus.—2 Vid. Not. Var.—3 *Ne me ignis.* Flor. *nam me* Elmenhorstius. Recte: nam perperam et contra Mss. *ne me* est in Edd. Ven. Rom. Vulc. sec. tert. Elm. Wow. cum Scalig. in Catal. *J. Bosscha.*—4 *Et ignis.* Ven. Rom. *rignis.* Ald. *ignis.* Colv. Vs. seq. Ed. Vic. *Nasce* pro *hasce.* J. Bosscha.—5 Flor. *dum patiar, potiar.* Elmenhorstius. Acidalii conjectura, supra ad vs. 1. firmatur Msto Lips. eamque expressit jam Scal. in Catal. Id. Ms. *patiam* pro *patiar.* *Potior* verbum amatorium est. V. Burmann. ad Anthol. Lat. tom. I. p. 273. *J. Bosscha.*—6 Ms. Pith. *sum:* male. *Id.*—7 Ita Mss.

NOTÆ

nosoph. lib. XIV. *Καὶ γὰρ ὁ νομοθέτης Σόλων ἔφη, Μηρῶν,* &c. Legit cl. Bourdelot. *Μείρων εἶ μύρον,* accipitque de osculis nectareis seu odoratis. *Pricæus.*

[j] *Zenonis Stoicæ sectæ conditoris*] Zenonem Cittieum intellige, non illum Eleatem, de quo supra.

[k] *Pars* [*Par*] Pric. *Pax:* Scalig. ad Propert. *Par in amore meo biga tibi remanet.*

Recitem nunc et alios, quos illi, quasi intemperatissimos,[7] postremum legere: [8]

Florea serta, meum mel,[9] et hæc tibi [1] carmina dono.
Carmina dono tibi, serta tuo genio: [2] [1]
Carmina, uti, Critia,[3] lux hæc optata [4] canatur,[5]
Quæ bis septeno vere tibi remeat: [6]

Jam recitabo et alios quos illi ultimos legerunt, tanquam petulantissimos: O mea dulcedo, do tibi servias ex floribus, et hos versus. Do tibi versus, Genio autem tuo servias. Do versus, o Critia, ad celebrandum hunc diem desideratissimum, Qui tibi redit nunc decimo quarto vere tuæ ætatis. Do autem

cum Edd. Junt. Ald. Bas. Vulc. Casaub. Wow. Recte: ut 'temperata oratio' Cic. de Orat. II. In reliquis *intemperant.* ut infra p. 522. 'apud omnes intemperantissime gloriatur:' sed recte ibi de eo, qui temperari vel temperare se nequit: ut 'intemperans gloria' Cic. Tusc. Qu. II. 17. *Intemperatum* vero est, quod temperatum non est. cf. infra ad p. 445. *Id.*—8 Additur in vet. cod. *versus.* Colvius. E glossa. *J. Bosscha.*—9 Rom. edit. *munerum mel.* Unde forte corrigendum *merum mel.* Colvius. Vid. Not. Var.—1 In Ms. est *ter.* Colvius. Etiam Coll. Voss. In Pith. *tua.* J. Bosscha.—2 Ex eodem lib. scripsi: *facta tuo g.* Wowerius. *Facta tuo genio*, carmina nempe, ex Ms. Colvius [immo Wower. *J. Bosscha.*] sed alterum præfero cum Pricæo. Die enim natali lares coronare sertis, et Genio sacra facere moris erat; ut notum. Vid. Censorin. de Die Nat. cap. 2. et quæ ibi annotavit Lindenbrog. et Marcilius ad Pers. Sat. II. init. ubi hoc ipso epigrammate id illustrat, &c. *Burmann.* Male Wow. ut rursus totus contextus evincit. v. supra. In Ms. D'Orv. deest hic versus a m. pr. De re vide Voss. de Theol. Gent. I. c. 11. *J. Bosscha.*—3 *Uti Critia.* Ms. Lips. *utricia.* D'Orv. *victricia.* Edd. Rom. Ven. *uti Critias.* Scal. in Catal. et Groslot. in marg. cum Burmanno *uti Critiæ.* Bene in reliquis, *uti, Critia.* Id.—4 Rectius, nisi quid judicans fallor, *exoptata.* Brantius. Non placet: nam ipso natali Critiæ hæc scripsisse fingitur poëta. Ceterum nescio unde Burm. ediderit *aptata:* neque enim operarum vitium videtur, nam et notæ præfixum legitur. *J. Bosscha.*—5 *Aptata canatur.* In Petronii edit. Frelloniana Erhardi, et Wowerii Parisina *creatur:* in Patissoniana *conatur:* vitio forsan typothetæ. Legendum puto *colatur:* quo verbo de solennitate natalitia etiam utitur Martial. lib. VIII. Ep. 39. 'Sed natalitium diem colendum.' Et lib. X. Ep. 87. 'Natalem colimus, tacete lites:' sed recte in Apuleii codd. legitur *canatur*, et sic edidit Scaliger: quod operæ Patissonianæ corruperunt. *Burmann.* Nihil variant LL. *J. Bosscha.*—6 Ms. Lips. *redeat.* 'Remeare' verbum Nostro frequens.

NOTÆ

[1] *Tuo genio*] 'Genius,' inquit Censorinus, de Die Natali, cap. 3. 'est Deus, cujus in tutela, ut quisque natus est, vivit. Hic, sive quod, ut genamur, curat; sive quod una genitur nobiscum; sive etiam quod nos genitos suscipit ac tuetur: certe a genendo Genius appellatur.' Hic natali sacerat, ideoque, ut ex Varrone refert idem Censorinus, cap. 2. 'Die natali munus annuale Genio solvebant, manus a cæde ac sanguine abstinentes; [priscis temporibus; Horatii enim ætate, ac posterioribus sæculis hostias eo die immolabant, ut recte observat Lindenbrogius;] ne die, qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent.' Merito ergo, Natali Critiæ,

Serta[7] autem, ut læto tibi tempore tempora vernent,
Ætatis florem floribus ut decores.
Tu mihi da[8] contra pro verno flore[9] tuum ver,
Ut nostra exsuperes,[1] munera muneribus.
Pro implexis[2] sertis, complexum corpore redde:
Proque rosis, oris savia[3] purpurei. [415]
Quod si animam inspires,[4] [m] dona et jam carmina nostra,
Cedent[5] victa tuo dulciloquo calamo.[6]

Habes crimen[7] meum, Maxime, quasi[8] improbi comissa-

servias, ut tempora tibi rideant hac amœna tempestate: Ut ornes floribus florem tuæ ætatis. Tu e contrario da mihi tuum florem pro flore veris, Ut vincas nostra dona tuis donis. Da mihi amplexum tui corporis pro floribus implicatis, Et oscula tui oris rubicundi pro rosis. Quod si infles fistulam, jam munera et versus nostri Cedent superati tua fistula suave canenti. *Ecce crimen meum, o Maxime, conflatum de floribus et carminibus, veluti lascivi comes-*

v. Ind. *Id.*—7 Pith. *grata*, deleto *ut.* Perperam. In Ms. Lips. deest totum hoc distichon. *Id.*—8 Flor. 2. *tu mihi das.* Elmenhorstius. Accedunt Lips. Pith. D'Orv. *Ver* nequitiæ vocabulum est. *J. Bosscha.*—9 In eod. *vero flore.* Colvius. *Vero flore* in Ms. esse testatur Colv. male: illustrant hunc locum notata Munckero ad Antonin. Liber. pag. 334. *Burmann.* Non *vero* sed *vere* ex Coll. Voss. quoque, et alia, est in Ms. Lips. *J. Bosscha.*—1 Malim *exæques*: gratiæ paritatem subinnui circumjecta evincunt. *Pric.* Male *exciperes* alii, *exæques* Pricæus. Nihil muta. Omnia enim, quæ a Critia petit, multis partibus potiora sunt muneribus poëtæ: neque sertum, rosæ, et similia suaviis æquari, nisi ab inficeto poëta possunt. *Burmann.*—2 *Plexis* Francius: *Burmann.*—3 *Suavia.* Edd. vett. et Vulc. Wow. Elm. cum Scalig. *savia.* Recte. v. Oudend. ad Met. p. 113. a. Ms. D'Orv. *sabia.* Bemb. *labia.* J. Bosscha.—4 Vid. Not. Var.—5 Ms. D'Orv. *cadent*: non male: si per versum liceret. *J. Bosscha.*—6 Gruter. ascripsit *alloquio.* Id.—7 Vulc. Groslot. et V. D. ad marg. Ed. Ald. legi malunt *carmen*, inducti fortasse sequenti verbo *compositum.* Sed 'compositum crimen' dixit quoque Cic. Verr. III. 61. pro, ficto: ut apud Sallust. me legere memini, 'non sunt composita mea verba.' Adde, quod *componere* est verbum juris. Sic 'componere libellos' accusatorios Juven. Sat. VI. 245. et 'componere actiones' dicuntur JCti, qui formulas actionum excogitant. Vid. Ernest. in Cl. Cic. v. 'componere.' *Id.*—8 Abest

NOTÆ

serta mittit Apuleius ejus Genio, quem florali cultu affectum passim legimus. Tibullus lib. II. Eleg. 2. de Natalitio sacro: 'Ipse suos adsit Genius visurus honores, Cui decorent sanctas florea serta comas.'

[m] *Quod si animam inspires*] Supple, fistulæ aut calamo. Sensus hujus distichi, obscuri satis, hic est, quantum arbitror: Si nobis versibus respondeas, et carmina rependas carminibus, nostra munera et nostri versus superabuntur proculdubio suavitate tuorum carminum. Unde 'animam inspirare' fistulæ, aut calamo, hic μεταφορικῶς ponitur pro, carmina scribere, et 'calamus' pro vena, ac stylo poëtico. Familiaris hæc meta-

toris,[9] de sertis et canticis compositum. Hic illud etiam reprehendi animadvertisti, quod[1] cum aliis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum et Critiam appellitarim. Eadem igitur opera accusent C. Catullum,[2] [n] quod[3] Lesbiam[4] pro Clodia nominarit: et Ticidam[o] similiter, quod quæ[5] Metella erat, Perillam scripserit: et Propertium, qui Cynthiam dicat,[6] Hostiam[7] dissimulet:[p] et Tibullum, quod ei sit Plania[8] [q] in animo, Delia in versu: equidem[9] C. Luci-

satoris. Vidisti hoc etiam hic redargui, quod ego vocitaverim pueros illos Charinum et Critiam, cum appellentur aliis nominibus. Accusent ergo simul C. Catullum, quod vocaverit Lesbiam pro Clodia: pari modo et Ticidam, quia in scriptis suis vocavit Perillam, quæ erat Metella: et Propertium, qui pronuntiat Cynthiam, celat autem Hostiam: et Tibullum, quia habet Planiam in mente, dum versibus celebrat Deliam. Et certe damnarem libens C. Lucullum, quamvis sit Iambicus

hoc a scripto libro. *Colv.*—9 Ms. D'Orv. Edd. Elm. Flor. per *e*. cf. Oud. ad Met. lib. II. p. 150. b. *J. Bosscha.*—1 Pith. *quidam*. Id.—2 Mss. Florent. Pith. D'Orv. *Catulum:* male. Sic infra D'Orv. quoque *Tibulum*. Id.—3 Pith. *quos*. D'Orv. *qui*, quod eodem redit; sed variavit Auctor: *Catullum quod . . . Ticidam, quod . . . Propertium, qui . . . Tibullum, quod. . .Lucilium, quod. . . Mantuanus, qui*. Id.—4 Pith. *Lesbia . . . nominaret*. Id.—5 Pith. *quisque*. Id.—6 Non est in Pith. *Id.*—7 Al. *Hostiliam.*—8 Romanum magis videatur, *Planca*, vel, *Flavia*. Colvius. Magis ex consuetudine linguæ Rom. nescio an et ex veritate, *Flavia* scripseris. *Casaub.* Cod. Fulvii: *Plautia*. Wowerius. Sed vulgarem scripturam secutus est Angelus Politianus in illo eruditissimo carmine, Nutricia, in quo hunc locum Apuleii ita elegantissimis numeris expressit: 'Sed quanquam in primis docto Verona Catullo Gaudet, vulnificos elegis qui miscet iambos, Et sub adoptivum redigit te, Clodia, nomen.' Et infra: 'ni blanda Propertius ora Solvat, et ambiguam faciat certamine palmam, Plania materiam teneri dat et Hostia cantus,' &c. Et multo post: 'Mitto et Cornifici lusus, Ticidæque Perillam, Et Cinnam obscurum, teque ore protervior Anser.' *Sc. Gent.* Rom. et Flor. *Plania*. Fulv. *Plautia*. Elmenhorstius. Casaubonus *Flavia* mavult, at nil mutes idcirco: *Plania* in lapidibus visitur, et in veteri epigrammate: 'Aufidius genitor, genuit me Plania mater.' *Pric.* Vulc. in marg. cum Colv. et Ayrmanno in vita Tibulli § 73. p. 103. *Planca*. Ms. Pith. *Platia*. Edd. Vulc. Elm. *Flavia*. Wow.

NOTÆ

phora in Bucolicis.

[n] *C. Catullum*] Notior est Catullus poëta, notior ejus Lesbia, quam ut de iis quicquam addam.

[o] *Et Ticidam*] Huic Auli prænomen tribuit Scipio Gentilis. At Crinitus Caium vocat. In scribendis Epigrammatis claruit, iis maxime temporibus, quibus Corn. Cinna, Valer. Catullus, et Cornificius floruerunt. Pervenerunt ad nos versus ejus tantum septem aut octo. Reliqui interierunt. Nec quicquam de Perilla ejus, seu Metella habemus, nisi quod hic ait Lucius noster.

[p] *Hostiam dissimulet*] Quidam Propertii Interpres legit hoc loco *Hostiliam*, fortasse melius.

[q] *Plania*] Casaub. *Flavia*. Pricæus *Planiam* retinet auctoritate veteris lapidis.

lium,[r] quanquam sit Iambicus,[r] tamen improbarim, quod Gentilem [2] et Macedonem [s] pueros directis [416] nominibus carmine suo prostituerit. Quanto [3] modestius tandem Mantuanus poëta,[t] qui itidem, ut ego, puerum amici sui Pollionis Bucolico ludicro [u] laudans, et abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum vero Alexin vocat? Sed Æmilianus, vir ultra Virgilianos upiliones et bubsequas [4] rusticanus,

poëta, quod diffamaverit Gentium et Macedonem pueros, nominando eos aperte suis nominibus. Denique quanto moderatius agit vates Mantuanus, qui, laudans Ecloga amatoria puerum sui amici Pollionis, quemadmodum ego hic facio, et parcens nominibus veris, appellat se quidem Corydonem, puerum autem Alexin? Verum Æmilianus rusticior Virgilianis pastoribus et bubulcis, semper quidem agrestis et

Scriv. cum Vulp. in prol. ad Tibull. *Plautia.* Reliquæ cum Mss. Florent. 2. et D'Orv. *Plania*, quod verum Deliæ nomen tam hoc, quam aliis Veterum locis, vindicavit Broukhus. ad Tibull. I. 1. 57. *J. Bosscha.*—9 Mss. D'Orv. Pith. cum Edd. Scriv. Flor. *et quidem:* crebra variatione. Præstat h. l. *equidem.* Accusent illi Catullum, Ticidam, et reliquos, qui fictis nominibus utuntur: *equidem* Lucilium improbarem potius, qui contra fecit. *Id.*—1 *C. Lucullum.* Lipsius putat scribendum, *C. Lucilium*, eundemque alibi mentionem facere Macedonis, vel Acedonis pueri. *Colv.* Putem verius, *C. Lucillium, quanquam sit satiricus:* adhuc tamen animi pendeo. *Casaub.* Quid, si *C. Lucretium* rescribas? qui nominatur Plinio inter alios, qui amatoria luserunt. Locum supra ascripsi. *Sc. Gent.* Flor. *Lucullum:* inepte. *Elmenhorstius.* Gyraldus de Poët. Dial. x. (locum hunc allegans) retinet *Lucullum*, de quo Cicero ad Atticum, et Fulgent. ad Chalcidium. *Pric.* Poëtæ Iambici C. Luculli nusquam mentionem factam inveni. At vero haud dubie legendum est (cum Lips. et Edd. Vulc. Wow. Elm. Scriv.) *C. Lucilium*, cujus nomen ob proxime præcedens *Tibullum*, in nomen, satis notum, similis terminationis, corruptum fuerat. Inter *Lucilium* et *Lucullum* fluctuant quoque Mss. apud Cic. de Orat. II. 70. Fuit autem Lucilius poëta Iambicus, i. e. Satiricus. Sensus est: Quanquam C. Lucilii in perstringendis hominibus libertas (cf. Cic. ad Div. XII. 16. Gell. XVII. 21. extr.) utpote poëtæ Satirici, excusari aliquo modo posse videatur, tamen improbarim, &c. Ms. Pith. *Lucullus.* id. Ms. *improbari.* Ed. Ven. *improbaverim.* J. Bosscha.—2 Al. *Gentium.*—3 Pith. *quantum:* in quo mox *sese q Coryd.* J. Bosscha.—4 *Opiliones et bubse-*

NOTÆ

r *C. Lucilium [Lucullum], quanquam sit Iambicus*] Casaub. legit *Lucilium, quanquam sit Satiricus*, Gentilis *Lucretium*, quem inter Ἐρωτικῶν scriptores Plinius memorat. Gyraldus (locum hunc allegans) retinet *Lucullum*, de quo Cicero ad Atticum, et Fulgent. ad Chalcidicum.

s *Gentilem [Gentium] et Macedonem*] Nomina servilia, ab urbibus, gentibus, aut vendentibus tracta. Inscriptio vetus a Pricæo relata:

HOSTILIAE. LL. RILL.
O. H. S. S.
GENTIUS CONLIBERT.

t *Mantuanus poëta*] Virgilius Maro.

u *Bucolico ludicro*] Ecloga II. quæ incipit, 'Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.' Hic Alexis, ut sentiunt Virgilii Interpretes, erat puer Asinii Pollionis, cujus verum nomen Alexander.

agrestis quidem semper et barbarus, verum longe austerior, ut putat, Serranis et Curiis[5] et Fabriciis,[w] negat id genus versus[6] Platonico philosopho competere. Etiamne, Æmiliane, si Platonis ipsius exemplo doceo factos? cujus nulla carmina extant, nisi amoris elegia:[7] nam cetera omnia, credo quod[8] tam lepida non erant, igni deussit. Disce igitur versus Platonis philosophi in puerum Astera,[9] si tamen tantus natu potes literas discere:

'Αστέρας εἰσαθρεῖς,[1] [x] ἀστὴρ ἐμός· εἴθε γενοίμην
Οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σε βλέπω. [417]

barbarus, sed (ut existimat) longe severior Serranis, et Curiis, et Fabriciis, ait ejusmodi carmina non decere philosophum Platonicum. An hoc contendes adhuc, o Æmiliane, si ostendo tibi ea esse composita ad exemplum Platonis ipsius? cujus nulli versus supersunt, nisi Elegiæ amatoriæ: cremavit enim igne reliquos, quia, ut puto, non erant tam venusti. Disce ergo carmina Platonis philosophi in puerum Stellam: si tamen potes discere literas, cum sis tam grandævus: Aspicis stellas, o mea stella; utinam fiam cœlum, Ut sic te intuear multis oculis. O Stella

---

quas. Flor. et Rom. *upiliones et bubsequas.* Vide de la Cerdam ad Eclog. Virg. *Elmenhorstius.* Pith. *apil. et busequas.* D'Orv. *upil. et busequas.* Florent. *upil. et busequas.* Vide ad Met. lib. VIII. p. 505. a. *J. Bosscha.*—5 Pro *Curiis* Pith. *Crotis.* Id.—6 Non extat in D'Orv. uti nec mox *ipsius.* Id.—7 Al. *elegia.* Brantius conjicit *elegidia.*—8 Pith. *quo.* J. Bosscha.—9 D'Orv. a m. pr. *Distera.* Pith. *Astam.* Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *Astra.* Ald. Junt. post. Bas. sec. *Astrea.* Id.—1 Εἰσάθρει. Ita Edd. Junt. post. et Ald. quemadmodum editum quoque a Cel. Boschio in Anth. Gr. lib. III. Epigr. 28. In reliquis vero Edd. εἰσαθρεῖς, ut est apud Diog. Laërt. quo ducit etiam versio Latina *Astra vides, &c.* si tamen ea est ab Apuleio profecta, vide seqq.

NOTÆ

[w] *Serranis et Curiis et Fabriciis*] Hi fuerunt frugalissimi moribusque severissimi inter Romanos. Attilius quidem Serranus, seu potius Seranus, senator fuit nobilissimus; cui cognomen illud Serani a serendo fuit impositum: quod, cum Dictator adversus Samnites dictus esset, a viatore ad se misso inventus sit in agro frumentum propria manu serens. Curius vero Dentatus ille est, quem Samnitum Legati, magnum auri pondus publice missum deferentes, offenderunt rapas in foro torrentem; cujus celebratur hoc responsum ad legatos illos: 'M. Curium malle imperare locupletibus, quam locupletem fieri; et, qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non posse.' Fabricius denique, non minus celebris ob frugalitatem aliasque virtutes, adversus Pyrrhum, Epirotarum Regem, et Samnites gravissima bella gessit: adversus quos, ut bello invictum, ita se præstitit muneribus incorruptum. Hujus filiæ, ob paupertatem ex publico dotatæ, ad maritos ierunt portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam, ut ait Livius. Ipse Pyrrhi medicum, domini sui mortem per venenum pollicentem, vinctum ad ipsum remisit.

[x] 'Αστέρας εἰσαθρεῖς] Hos omnes itemque alios nonnullos refert Laër-

[Astra vides,[2] utinam fiam, mi sidus,[y] Olympus,
Ut multis sic te luminibus videam.]

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες[z] ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος,[3]
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

[Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aster,
Hesperus a fato Manibus ecce nites.]

Item ejusdem[4] Platonis in Alexin Phædrumque pueros, conjuncto carmine:[5]

Νῦν ὅτε μηδὲν[6] Ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς,
Ὦπται, καὶ πάντη πᾶς τις ἐπιστρέφεται.
Θυμὲ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσεις[a]
Ὕστερον; οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;

mea, quæ prius coruscabas inter homines, ut Lucifer, Nunc luces post mortem inter mortuos, ut Vesper. *Disce insuper versus ejusdem Platonis in Alexin et Phædrum pueros in eodem carmine:* Cum hic nihil dixerit nisi hoc solum: Alexis formosus Fuit, et omnes convertunt oculos in te: Anime mi, quare ostendis os canibus, et affligis Postea? nonne sic perdidimus Phædrum olim?

atque ita legerant etiam Grotius, et alius interpres apud Scip. Gent. quorum versiones vide infra, et citat Burm. ad Anthol. Lat. ad lib. III. Epigr. 240. ubi vide plura, quæ ad illustrandum hoc Epigramma faciunt. Ed. Scriv. corrupte εἰσαστὶρεῖς. In Mss. Pith. D'Orv. et Græca et Latina desunt, uti et in Ed. Junt. pr. si fides excerptis: nam ea Ed. ad manum non est. *Id.*—2 V. Not. Var.—3 Ed. Flor. ἑῷς. Diog. Laërt. ἑῶος. *J. Bos.*—4 Ms. D'Orv. equidem. Id.—5 *In conjuncto carmine.* Deest præpositio Edd. Vic. Ven. Elm. Scriv. Flor. melius; neque comparet in Mss. Florent. 2. et D'Orv. in quo pro conjuncto est *comico*. Comicum sane est τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; *Id.*—6 V. Not.

NOTÆ

tius in Platonis Vita.

[y] *Utinam fiam, mi sidus, &c.*] Similiter Catullus ad Fabullum, sed in dissimili argumento: 'Unguentum dabo, quod meæ puellæ Donarunt Veneres Cupidinesque, Quod tu cum olfacies, Deos rogabis, Totum ut te faciant, Fabulle, nasum.'

[z] Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες] Ausonius noster sic interpretatus est: 'Stella prius Superis fulgebas Lucifer, at nunc Extinctus cassis lumine Vesper eris.'

[a] Ἀνιήσεις] Henricus Stephanus in suo judicio de Laërtii Latina interpretatione per fratrem Ambrosium, ejusdemque recognitione per Benedictum Brognolum, legit ἀνιήσῃ: atque hos quatuor versus sic interpretatur melius, mea quidem sententia, et clarius, quam noster Lucius: 'Nunc, quoniam tantum hoc, Est visus pulcher Alexis, Dixi, convertit lumina quisque sua. Quid, mi anime, os canibus monstras? res ista dolorem Afferet. Ah Phædrum nonne ita perdidimus?'

[Dixerit hic tantum cum nil nisi pulcher Alexis
Extitit, et vertunt quilibet in te oculos.
Cur, anime,[7] os canibus monstras,[b] aficisque dolore[c]
Postmodo? non Phædrum sic prius amisimus?][8 d]

[418] Et,[9] ne plures[1] commemorem, novissimum[2] versum ejus[e] de Dione Syracusano[3] si dixero, finem faciam:

Κεῖσαι[4] *δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι, τίμιος ἀστοῖς,*
Ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.[5]

Et, ne necesse habeam recitare plures, desinam, si recitavero ultimum ejus versum de Dione Syracusano: O Dion, qui vertis in furorem meum animum præ amore, Nunc jaces in ampla patria honoratus a tuis civibus. *Verum egone*

Var.—7 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *animæ*. In Junt. post. et Mss. Florent. Pith. D'Orv. non comparent Latina: neque e Fulviano Cod. quicquam notatum video. *J. Bos.*—8 Edd. Vulc. sec. tert. Wow. Elm. Scriv. Bip. *Phædro . . . excidimus.* Id.—9 Exulat in Mss. Pith. D'Orv. *Id.*—1 *Pluris.* Bas. 1. *pleris:* quod fortean non spernendum. *Colv.* In Bas. cod. erat *pleris.* Scribo *pleros.* Ne plerosque inquit, qui tales sunt, commemorem, ultimum tantum dicam de Dione. Restitui vocem genuinam ejectam injuria sciolorum librariorum. *Meurs.* Isti antiquata captandi studio contra Mss. indulgendum non est. Vide alias de τῷ *plerus* Torrent. ad Sueton. Tiber. c. 75. Edd. Vic. Junt. pr. cum Bas. pr. *pleris.* Ed. Junt. post. *plureis.* Ms. Pith. *pluris.* J. Bos.—2 *Novissimum.* Nemo est qui non videat emendandum: *notissimum.* Wowerius. Recte Wower. Alii: *novissimum versum.* Elmenhorstius. H. e. partem novissimam versus, &c. quam heic Disticho expressam habes. Plato enim composuit Hexastichon, quod apud Laërtium extat, certissime iis invisum, qui h. l. *notissimum* legebat, locumque optime se habentem ægrotare fecerunt: belle cum literis ageretur, si extra talium medicinam essent. Chirurgi sunt, qui continuum solvunt, ubi nullum ulcus subest. *Pric.* Ne Elm. quidem in textum admittere ausus est. Pro *ejus* Ms. D'Orv. *ei.* J. Bos.—3 Ms. Pith. *Syracosano.* Formæ sunt 'Syracusius,' 'Syracosius,' 'Syracusanus.' *Id.*—4 Græca desunt Mss. Pith. D'Orv. Edd. Ald. Junt. pr. In Junt. post. deest primus distichi versus, cum versione Latina, quæ in Ms. D'Orv. a m. pr. non comparet quoque. Edd. Vic. Bas. pr. εὐρυχώρῳ. Scriv. εὐρυχόρῳ. *Id.*—5 Edd. Vic. Bas. pr. Δίον. male. *Id.*—6 Ms. Pith. *hæc etiam;*

NOTÆ

[b] *Os canibus monstras*] 'Monstrare os canibus' proverbialiter dictum videtur pro eo, quod est, ostendere aliquid excitandæ cupiditatis causa, quam tamen explere nolis.

[c] *Aficisque dolore*] Elmenhorstius reponit *angisque dolore,* sicque melius constat metri ratio et Latinitatis: nam quis unquam *aficis* dixit, pro, *afficis?*

[d] *Amisimus*] Metricarum legum ac syllabarum quantitatis valde negligentem fuisse Apuleium oportet, qui vocem *amisimus* in fine pentametri posuerit. Gentilis metri causa legit: *non Phædrum sic priu' perdidimus?* Elmenhorstius: *non Phædro sic prius excidimus?* Sed hæc Latina disticha non esse Apuleii facile crediderim.

[e] *Novissimum versum ejus*] Ultimum e tribus distichis, quorum prima duo, a Laërtio relata, hæc sunt: Δάκρυα

[Civibus ingenti in patria[f] laudate jaces nunc,
Qui insanum me animi reddis amore, Dion.]

Sed sumne ego ineptus, qui hæc etiam in judicio? an vos potius calumniosi, qui etiam hæc in accusatione?[6] quasi ullum[7] specimen morum sit, versibus ludere. Catullum ita respondentem[g] malevolis non legistis?

Nam castum esse[8] decet pium poëtam
Ipsum, versiculos nihil necesse est.

Divus Hadrianus,[9][h] cum Voconii[1] amici sui poëtæ tumulum[2] versibus veneraretur,[3] ita scripsit:

Lascivus versu, mente pudicus eras.

stultus sum, qui commemoro etiam ista in judicio? an vos potius estis calumniatores, qui profertis etiam hæc in accusatione, quasi sit ullum argumentum vitæ, lascivire versibus? An non legistis Catullum sic respondentem invidis? Nam conveniens est ut probus poëta sit pudicus ipse, At non est necesse ut ejus versus sint casti. *Imperator Hadrianus, cum ornaret versibus sepulcrum Voconii poëtæ, amici sui, sic scripsit:* Eras mollis in tuis versibus, at castus animo. *Quod nunquam*

ut paulo ante: et *actione.* cf. ad init. Apol. *Id.*—7 Ms. Pith. *illum:* quasi ἀρχαϊκῶς pro *illud.* Id.—8 Ms. Pith. *N. esse c. docet p. p. in p pium vers.* Pro *pium* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. *pueri.* Ms. D'Orv. *versiculo.* Id.—9 Al. *Adrianus.*—1 Ms. D'Orv. *Voconi:* quemadmodum antiquitus, et Augustei ævi scriptores formabant genitivos nominum in *ius* et *ium:* observante Bentleio ad Terent. And. II. 1. 19. *J. Bos.*—2 Ms. Pith. *cumulum versibus morsibus vener.* Id.—3 Flor. 2. *muneraretur.* Elmenhorstius. Malim *muneraretur.* Florid. 3. 'Remuneratio dicendi.' *Pric.* Comparet *muneraretur* jam in Ed. Junt. post. et e Florent. in Ed. Elm. atque hinc in Scriv. et Florid. 'Munerari' tumulum, est munus ei dare, quod haud scio an satis bene dicatur.

NOTÆ

μὲν Ἑκάβῃ τε καὶ Ἰλιάδεσσι γυναιξὶ Μοῖραι ἐπέκλωσαν δήποτε γεινομέναις· Σοὶ δὲ, Δίων, ῥέξαντι καλῶν ἐπινίκιον ἔργων, Δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν: 'Et lacrymas Hecubæ et Trojanis Fata puellis Decrevere recens ex genitrice satis: At tibi, post partos præclaro Marte triumphos, Spes reliqua est nullis, clare Dion, Superis.'

[f] *Civibus ingenti in patria, &c.*] Distichon istud ultimum sic vertit interpres Laërtii: 'Te patria ampla fovet, cumulat te civis honore; Quo mihi nunc mentem perdis amore, Dion?' At nulla in Græco interrogatio. Melius ergo vertas: *Qui mihi nunc mentem perdis amore, Dion.*

[g] *Catullum ita respondentem, &c.*] Epigrammate XVI. ad Aurelium.

[h] *Divus Hadrianus*] Ælius Hadrianus, qui Trajani successor fuit. Eum non poëtis modo, sed doctis omnibus favisse auctor est Ælius Spartianus in ejus Vita. Porro Voconii, poëtæ illius, de quo hic mentionem facit Apuleius, nihil ad nos pervenit. Meminit ejus Plinius Junior, lib. IX. Epist. 12.

[419] Quod nunquam ita dixisset, si forent lepidiora[4] carmina argumentum impudicitiæ habenda. Ipsius etiam Divi Hadriani multa id genus legere me memini.[i] Audesis[5] igitur, Æmiliane, dicere, male id fieri, quod Imperator et Censor, Divus Hadrianus[6] fecit,[k] et factum memoriæ reliquit. Ceterum Maximum[7] quicquam putas culpaturum, quod sciat Platonis exemplo a me factum? Cujus versus, quos nunc percensui, tanto sanctiores sunt, quanto apertiores, tanto pudicius[8] compositi, quanto simplicius professi. Namque hæc et id genus[9] omnia dissimulare et occultare, peccantis; profiteri et promulgare, ludentis[1] est. Quippe

sic dixisset, si venustiores versus existimandi essent argumentum impudicitiæ. Recordor etiam me legisse multos ejusmodi versus ipsius Divi Hadriani. Ergo, Æmiliane, aude, si vis, dicere id esse malefactum, quod Divus Hadrianus Imperator et Censor fecit, et memoriæ tradidit a se factum. Porro arbitrarisne Maximum damnaturum aliquid, quod sciat me fecisse exemplo Platonis? Cujus versus, quos modo recitavi, sunt tanto magis pudici, quanto planiores; tanto castius facti, quanto simplicior est eorum sensus. Nam delinquentis est dissimulare et celare hæc et omnia ejusmodi: ea vero profiteri palam, et divulgare, est ludentis. Natura enim dedit

J. Bos.—4 Ms. Pith. *lepidicina.* An: *lepida et concinna?* quæ conjungit Auctor ad Herenn. IV. 23. 'lepida et concinna cito satietate afficiunt aurium sensum.' Sed melius *lepidiora.* Id.—5 Rom. Ven. *audes is.* Unde fecimus, *Audesis.* Sic infra 'Audesis Tannoni Pudens.' Comicum hoc, et millies in Plauto obvium. *Colv.* Ms. Pith. *audeshii.* D'Orv. *audes,* exulante in utroque, et Ed. Vic. *igitur.* *Audes* præbent etiam Edd. Junt. utr. Ald. Bas. Sed *Audesis* vere Plautinum, atque adeo Apuleianum. [illegible] *J. Bos.*—6 Vid. Not. Var.—7 Ms. Fulv. *maxime.* Pith. *maximus . . . deputaram.* J. Bos.—8 Al. *pudicitius.*—9 *Namque et id gen.* Flor. *namque hæc et id gen.* Elmenhorstius. Lege: *Namque id genus omnia, &c.* aut (ut cusi recentiores quædam) *Namque hæc, et id genus omnia.* Infra: 'Hæc, et id genus ea quam merito tunc dici potuerint,' &c. *Pric.* Bene D'Orv. quoque *hæc et id gen. o.* Vid. Oudend. ad Met. p. 771. b. Edd. Vic. Junt. Ald. Bas. Colv. Vulc. Cas. Wow. Pric. non agnoscunt *hæc.* Sed tum *et* ponendum fuisset post *omnia;* non recte tamen; nam statim sequitur 'profiteri et promulgare,' non *et prof. et prom.* In Pith. *et occultare* deest. *J. Bos.*—1 *Profiteri . . . ludentis.* Pith. *profitentis.* D'Orv.

NOTÆ

[i] *Ipsius etiam Divi Hadriani multa id genus legere me memini*] Spartianus in ejus Vita: 'In voluptatibus nimius: nam et de suis deliciis multa versibus composuit: amatoria carmina scripsit,' &c.

[k] *Quod Imperator, et Divus, et Censor Hadrianus fecit*] Florentinus Codex habet: *quod Imperator et Censor Divus Hadrianus fecit.* Utrovis modo legas, observa Censoris nomen post vocem 'Imperator' positum; ut intelligas Imperatoria præstantiorem esse Censoriam dignitatem; quam Plutarchus in Catone Majore κορυφὴν τιμῆς ἁπάσης, καὶ τρόπον τινὰ τῆς πολιτείας ἁπάσης ἐπιτελείωσιν, apicem omnis dignitatis, et quodammodo Rei-

natura vox innocentiæ, silentium maleficio distributa.[2] Mitto enim dicere alta illa et divina Platonica, rarissimo cuique piorum gnara,[3] ceterum omnibus profanis incognita: geminam esse Venerem Deam,[1] proprio quamque amore et diversis amatoribus pollentes.[4] *Earum alteram vulgariam, quæ sit prædita[5] populari amori, [420] non modo humanis animis, verum etiam pecuinis et ferinis ad libidinem imperitare, ut immodico[6] trucique perculsorum animalium serva corpora[7] complexu vincientem: alteram vero cœlitem[8]

vocem innocentiæ, et silentium pravitati. Neque enim revelo arcana illa Platonica profunda et divina, quæ nota sunt exiguo numero piorum, ignota vero omnibus profanis: duplicem scilicet esse Deam Venerem, quarum utraque habet amorem sibi proprium, et diversos amatores. Alteram earum Vulgarem, quæ stimulata sit amore plebeio, impellere suo imperio ad voluptatem non tantum animos hominum, sed etiam pecorum et ferarum, et connectere amplexu immoderato et vesano mancipata corpora animalium libidine percitorum: alteram autem Cœlestem Venerem, quæ

laudantis. Id.—2 Lat. Latin. *distribuitur.* Pro *Platonica* Pith. *Platonice.* Id. —3 V. C. *rarissime c. p. ignara.* Sciopp. in Symbola. Alii, *rarissime.* Elmenhorstius. Ms. Pith. quoque *rarissime . . . ignara:* male. 'Rarissimus quisque piorum' et 'omnes profani' sibi opponuntur, ut *incognita* et *gnara,* quod in sola Ed. Junt. post. mutatum in *ignara.* cf. Petron. loc. a Pric. cit. Alta illa Platonica, rarissimo cuique piorum gnara, sunt ἀπόῤῥητα, qualia pleræque philosophorum sectæ, in primis Plato, habuere, et de quibus vide doctam Cel. Wyttenbachii notam ad Platon. Phæd. p. 137. seq. *J. Bos.*—4 *Pollentis.* Legerim, *pollentem.* Colvius. Σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, 'geminam Venerem pollentes quamque.' Est autem Rom. cod. scriptura *pollentis,* pro *pollenteis,* qua de re multa Priscianus. *Casaub.* Ed. Flor. *pollentes.* Pric. Scriv. *pollenteis,* reliquæ *pollentis.* Colvii emendatione, quam proposuit etiam Lat. Latin. non indigemus: nam 'geminam Venerem quamque pollentes' proba est constructio, ut *quisque* passim plurali jungitur. Adi Oudend. ad Met. p. 259. b. Pro *quamque* Edd. Vic. Ald. *quamquam.* J. Bos.—5 Al. *percita.*—6 Mss. D'Orv. Pith. *immodica.* J. Bos.—7 Divinatio nostra, *percitorum animantium fera corpora,* vel, *cernua corpora.* Colvius. Scriptum erat *ut in modico tr.* nulla sententia. 'Perculsorum' est οἰστροπλήγων. ut, 'ingenti perculsus amore:' male, qui censent mutandum: sequitur statim: 'illecebris sectatores suos percellentem.' *Casaub.* Οἰστροπλήγων. Virgil. 'Perculsus amore.' Horat. 'amore perculsum gravi.' *Pric.* Amm. Marc. XXIV. 3. 'Si qua fœmina, cujus arboris amore perculsa sit, ignoretur.' Fortasse interpretationis causa aut pro varia lect. ascriptum fuit *percit.* et hinc illud *percita* paulo supra, non suo loco, intrusum est. Ms. Pith. *perculsorum.* J. Bos. Vid. Not. Var.—8 Ms. D'Orv. *cœlicam:* quam vocem usurpat Stat. Silv. II. 3. 14. 'Cœlica

NOTÆ

publicæ totius complementum appellat.

[1] *Geminam esse Venerem Deam*] Videndus Plutarchus in Ἐρωτικοῖς, et Maximus Tyrius Dissertation. VIII. IX. X. et XI. Quidam addidere tertiam. Pausanias in Bœoticis tria Veneris simulacra apud Thebas fuisse ait, ab Harmonia posita et fabricata e rostris Cadmi navium; unum Ve-

Venerem, præditam optimati amori,[9] solis hominibus, et eorum[1] paucis curare,[m] nullis ad turpitudinem stimulis[2] vel illecebris sectatores suos percellentem. Quippe ejus amorem non amœnum et lascivum; sed contra incomtum[3] et serium, pulchritudinem honestatis [virtutis] amatoribus suis conciliare:[4] et, si quando decora corpora commendet, a contumelia eorum procul absterrere. Neque enim quicquam aliud in corporum forma diligendum,[5] quam quod admoneat[6] divinos animos ejus pulchritudinis, quam prius[n]

polleat amore nobilissimo, curare solos homines, et ex illis quidem paucos, et nullis instigationibus aut illecebris impellere suos sectatores ad obscœnam libidinem. Amorem enim ejus non comtum et mollem, sed contra inornatum et gravem, inspirare suis amatoribus amorem virtutis pulchritudine honestatis: et, si aliquando inspiret amorem formosorum corporum, avertere procul ab eorum injuria Nihil enim aliud amandum esse in pulchritudine corporum, quam quod commonefaciat mentes sublimiores pulchritudinis illius, quam antea viderunt veram et puram inter Deos.

tecta.' *Cœligenam* Venerem vocat Varro de L. L. IV. 10. *J. Bos.*—9 *Prædita quæ sit opt. amore.* Flor. *præditam.* Elmenhorstius. Vidimus supra Acidalium jam emendasse *præd. opt. amori.* sed ejus notæ, quas nos primi in lucem protraximus, latuerunt Pricæum. Ceterum in Mss. Florent. Pith. et D'Orv. est *præditam*, quare, quoniam D'Orv. ignorat τὸ *sit*, lego: *præditam optimati amori.* Supra dixit Auctor 'quæ sit præd. pop. am.' quæ verba hic quoque substituta sunt. Sed stilum variare amat Ap. cum optimo quoque scriptore. *J. Bosscha.*—1 Copula deest Pith. *Erum* D'Orv. *Id.*—2 Ed. Bas. pr. *similis*: unde de vera lectione monuit Lat. Latin. *Id.* Probo quod in aliis est *Turpitudinem.* Sic in Eurysace Accius, 'squalidinem.' *Pric.* Quinam sint illi *alii*, me latet. *J. Bos.*—3 Vid. Not. Var.—4 D'Orv. *consil-* J. Bos.—5 *Form. dilig.* Inverse Pith. *Id.*—6 Flor. *commoneant.* Elmenhorstius. Alii, *ammoneant.*

NOTÆ

neris οὐρανίας, seu cœlestis, purum significantis et corporum cupiditate vacantem amorem: alterum πανδήμου, popularis, ob Venerios congressus (hæc est Vulgaria ejus loci): tertium Veneris ἀποστροφίας, aversatricis, quæ homines averteret ab effræni cupiditate et incestis stupris.

[m] *Solis hominibus, et eorum paucis curare*] Sic verbum 'curare,' quod vulgo accusativum regit, dativo junctum reperias apud Veteres. Plaut. in Trinummo: 'Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis.'

[n] *Quod admoneat divinos animos ejus pulchritudinis, quam prius, &c.*] Ex mente Platonis loquitur, qui existimabat immortales esse animos; et, antequam corpora ingrederentur, apud Deum extitisse, et cognitionem rerum habuisse, quam in ipso corporum ingressu amitterent: unde, cum quidpiam usu atque experientia discerent, illud eas non tam discere, quam recordari, et scientiam ipsam nihil aliud esse quam reminiscentiam, affirmabat.

veram et sinceram inter Deos videre. Quapropter, ut semper,[7] eleganter Afranius hoc scriptum reliquit:[8] [o]

Amabit[9] sapiens,[p] cupient ceteri.

[421] Tamen si verum velis,[1] [q] Æmiliane, vel si hæc intelligere[2] unquam potes; non tam amat sapiens, quam recordatur.[r] Da igitur veniam Platoni philosopho versuum ejus de amore, ne ego necesse habeam, contra sententiam Neoptolemi[3] Enniani,[s] pluribus philosophari: vel, si tu id non

Quamobrem Afranius reliquit hoc eleganter scriptum, ut semper solet: Sapiens diliget, reliqui concupiscent. *Sed tamen, si vis audire verum, o Æmiliane, vel si potes unquam hæc mente concipere; sapiens recordatur potius, quam amat. Condona igitur Platoni philosopho ejus versus amatorios, ne ego cogar philosophari pluribus verbis, contra quam Neoptolemus Ennianus sentit: aut, si id non facis, ego*

—7 Flor. *et semper*. Elmenhorstius. Addicit Pith. cum Edd. Junt. pr. Bas. pr. In D'Orv. deest *ut*. Ms. Fux. *etsi*. J. Bosscha.—8 Flor. *relinquat:* male. *Elmenhorstius.* D'Orv. *relinquit.* Pith. *relinquatur.* J. Bosscha.—9 Mss. Pith. D'Orv. *amabis.* Id.—1 *Attamen si audire verum velis.* Rescribe cum Florentino: *tamen si verum velis.* infra: 'plane quidem si verum velis multi mirantur Æmiliane.' *Elmenhorstius.* Ambobus Florent. Mss. astipulantur D'Orv. et Pith. *Tamen* est in Edd. quibusdam antiquis, Elm. Scriv. Flor. cf. supra p. 404. 'Etsi possunt . . . tamen.' Recte autem *audire* exulare jussit Elm. qui cum Scriv. uncinis circumscripsit: sed ejecerat jam Philom Pisanus in Ed. Junt. post. Loco ab Elmenh. cit. qui est p. 555. Ed. Flor. adde p. 540. 'Immo, si verum velis, uxor ad prolem,' &c. p. 489. 'Immo enim, si audire verum velis, Æmiliane:' sed et ibi *audire* abest Mss. et Edd. Junt. post. Bas. quare et ibi, et hic deleatur. *J. Bosscha.*—2 Pith. *hoc intertegere:* et mox *amas:* tum paulo infra *versuum ejusdem.* Id.—3 Ms. D'Orv.

NOTÆ

[o] *Afranius hoc scriptum reliquit*] Lucius Afranius, poëta Comicus, cujus aliquot fragmenta extant. Citatus autem hic ab Apuleio versus in ejus 'Homine' extat, ut patebit mox ex Nonio.

[p] *Amabit sapiens*] Nonius cap. 5. 'Cupido et Amor idem significare videntur. At est diversitas. Cupido enim est inconsideratæ necessitatis; Amor judicii. Plaut. Bacchidibus: 'Cupido te conficit, anne Amor?' Idem Curculione discrevit, et vim ejusdem diversitatis expressit, dicens: quod 'Cupidoque imperat, suadetque Amor.' Afranius, Homine: 'Amabit sapiens, cupient ceteri.'' Hæc sententia recte cum Stoicorum placitis congruit. Seneca Epist. XXXI. 'Solus sapiens scit amare; solus sapiens amicus est.'

[q] *Si [audire] verum velis*] Id est, veram de hac re Platonis nostri sententiam, sive Socratis, quam in Phædone et in Philebo expressam videre licet.

[r] *Non tam amat sapiens, quam recordatur*] Ejus pulchritudinis, quam prius veram et sinceram inter Deos viderat animus ejus, ut ait supra.

[s] *Contra sententiam Neoptolemi Enniani*] Eam refert A. Gellius lib. v. cap. 15. 'Ennianum Neoptolemum,' inquit, 'probabamus, qui profecto ita ait: PHILOSOPHANDUM EST PAUCIS:

facis,[4] ego me facile patiar in hujuscemodi[5] versibus culpari cum Platone.[t] Tibi autem, Maxime, habeo gratiam propensam, cum has quoque appendices defensionis meæ,[u] idcirco necessarias, quia accusationi rependuntur,[6] tam attente audis: et ideo hoc etiam peto, quod mihi ante ipsa crimina[w] superest, audias, ut adhuc fecisti, libenter et diligenter. Sequitur enim de Speculo longa illa et censoria[7] oratio, de quo, pro rei atrocitate,[x] pæne diruptus est Pudens, clamitans: 'Habet speculum philosophus: possidet speculum philosophus.' Ut igitur habere concedam, ne aliquid objecisse[y] te credas, si negaro;[8] [422] non tamen[9] ex eo accipi me necesse est exornari quoque ad speculum solere. Quid enim si choragium Thymelicum[1][2] posside-

facile feram me damnari cum Platone in hujusmodi carminibus. Habeo autem tibi maximam gratiam, o Maxime, quod audias tam attente etiam hæc adjuncta meæ Apologiæ, quæ ideo necessaria sunt, quia proferuntur ad respondendum accusationi contra me factæ: propterea que oro te etiam ut audias id, quod mihi dicendum restat ante ipsam accusationem, volenti animo et attente, ut fecisti hactenus. Nam sequitur illa longa et severa oratio de Speculo, de quo cum Pudens clamaret secundum atrocitatem rei: Philosophus habet speculum, Philosophus possidet speculum, *fere ruptus est. Quamvis ergo fatear me habere, ne, si id inficiatus ero, credas te aliquid mihi objectasse; non tamen necessario inde inferendum est me etiam solere ornari ante speculum. Nam quid foret si haberem penes me scenicum ornatum? an*

Neoptolomi. Pith. *Neoptolemi nam.* Id.—4 Edd. Scriv. Bip. *facies.* Id.—5 Vulgo *hujusmodi.* Elmenhorstius. Mss. Florent. Pith. D'Orv. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. *hujuscemodi*: utrumque passim frequentatur Nostro. *J. Bos.*—6 Ed. Vic. *rependentur.* Id.—7 Al. *certatoria.* Vid. Not. Var.—8 Plene Ed. Vic. *negavero.* J. Bosscha.—9 Pith. *enim.* Id.—1 Al. *Tim.*—2 Pith. *minime.* Schot-

NOTÆ

NAM OMNINO, HAUD PLACET.' Sequenti etiam cap. sic habet: 'Ejusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio utendum est: qui degustandum ex Philosophia censet, non in eam ingurgitandum.'

[t] *Ego me facile patiar, &c. culpari cum Platone*] Ita Cicero aiebat malle se cum Platone errare, quam cum aliis recte sentire. Tusc. Q. I. num. 39.

[u] *Has quoque appendices defensionis meæ*] Refutationem objecti sibi criminis de versibus amatoriis; quod quidem crimen, ut non erat primarium ac præcipuum cujus accusaretur, sed Magia, ita ejus dilutio non erat nisi exigua pars defensionis, atque ejus appendix.

[w] *Ante ipsa crimina*] Antequam veniam ad ipsa crimina, hoc est, ad accusationem primariam.

[x] *Pro rei atrocitate*] Εἰρωνικῶς dictum.

[y] *Ne aliquid objecisse, &c.*] Id est, crimen alicujus momenti.

[z] *Choragium Thymelicum*] Appara-

rem; num ex eo argumentarere etiam, uti me[2] consuesse Tragœdi syrmate, histrionis[3] crocota, [vel ad Trieterica Orgia][a] mimi[4] centunculo?[5] Non opinor. Nam et contra plurimis[6] rebus possessu careo, usu fruor.[7] Quod si neque habere utendi argumentum est, neque non utendi

inde inferres etiam me solitum esse uti longa veste Tragœdi, crepitaculo Comœdi veluti ad celebranda Orgia Triennalia, vel palliolo mimi? Non arbitror. Contra enim non habeo possessionem multarum rerum, quarum tamen habeo usum. Quod si ex eo, quod quis possideat aliquid, non probatur illum eo uti, neque ex eo, quod

tus Nod. Cicer. IV. 10. citat *isti me:* haud dubie typothetæ errore. *J. Bos.*—3 Vid. Not. Var.—4 D'Orv. *omnuni.* Edd. Junt. pr. Ald. *Mimmi.* J. Bosscha.—5 Ed. Junt. post. *centuculo.* Bas. pr. *centic.* Ald. *centumc.* Id.—6 D'Orv. *pluribus.* Id.—7 Ms. Pith. *et poss. c. et usu fr.* Sed idem Ms. pro *et contra* præbet *e contra*, ut marg. allevit Salm. cf. Oudend. ad Met. lib. II. p. 91. b.

NOTÆ

tum et supellectilem scenicam, cujusmodi qui possidebat ac præbebat, Choragus dicebatur. Plaut. Trinummo: 'Ipsa ornamenta a Chorago hæc sumsit suo periculo.' Thymelicum hic generatim accipe pro scenico. Specialiter tamen Thymelici dicuntur Cantores, Tibicines, Citharœdi, Saltatores; sic dicti ἀπὸ τῆς θυμέλης, ea Orchestræ parte, in qua apud Græcos cantiones saltationesque suas peragebant; cum, apud Romanos, eas in pulpito peragerent, ut refert Vitruvius, lib. v. cap. 8.

[a] *Tragœdi syrmate, histrionis crotalo ut ad Trieterica Orgia, &c.*] Sic, mutata solum interpunctione et una litera, reponit Pricæus, Bourdelotio auctore, et melius quidem, ut censeo, quam erat prius: *tragœdi syrmate histrionis crotalove, ad Trieterica Orgia, mimi centunculo.* Hoc vult Apuleius: Si nempe syrmata, cothurnos, personas tragicas, crotala, palliola mimorum, aliaque ejusmodi possiderem, quorum usus in theatris ad Tragœdias, Comœdiasve, aut mimos; an inde inferres me quoque artem exercere histrionicam, et uti syrmatis, hoc est, vestibus a posteriori parte longissimis, quales gestantur a Tragœdis; aut crotala quatere, instar histrionis, ut fit in ludis Dionysiacis; aut denique amiciri palliolo ex multis pannis consuto, ut mimi in fabulis mimicis agendis solent? 'Orgia Trieterica sacra erant Bacchi, sic dicta, quod tertio quoque anno instaurarentur. Pro *crotalo* Salmasius hic legit *crocota;* quod genus vestis est crocei coloris, ut Plauti interpretes exponunt ad Aulularia. De crotalo mirum quam parum consentiant Scriptores. Scholiastes Aristophanis in Nubibus ait crotalum esse arundinem fissam, σχιζόμενον κάλαμον, quæ manibus agitata streperet. Eustath. in XXI. lib. Iliad. crotala dicit esse vasa seu instrumenta quædam testacea, aut lignea, aut etiam ærea: Κρόταλά ἐστι σκεύη τινὰ ἐξ ὀστράκου τυχὸν, ἢ ξύλου, ἢ χαλκοῦ. Joannes Sarisburiensis (aut potius ejus Scholiastes) crotala ait esse sphærulas sonoras, quæ, quibusdam granis interpositis, pro quantitate sui et specie metalli, varios sonos edunt. Videtur his verbis describere globulos illos, quos vernacule dicimus *grelots*, nomine ad 'crotala' satis accedente.

non habere; et speculi non tam possessio culpatur, quam inspectio; illud etiam doceas [8] necesse est, quando et quibus præsentibus in speculum inspexerim; quoniam, ut res est,[9] majus [423] piaculum [1] decernis, speculum philosopho, quam Cereris mundum [2] profano videre.[b] Cedo nunc, etsi [3] inspexisse me fateor, quod tandem [4] crimen est imaginem suam nosse, eamque non uno loco conditam, sed, quoquo velis, parvo speculo promtam gestare? An tu ignoras, nihil esse aspectabilius [5] homini nato,[c] quam formam suam? Equidem scio, et filiorum cariores esse, qui similes videntur; et publicitus [6] simulacrum suum cuique, quod videat, pro meritis præmio [7] tribui. Aut quid [8] sibi statuæ et imagines variis artibus effigiatæ volunt? nisi forte [9] quod [1] artificio elaboratum

non habeat, cum non uti; et non tam damnatur possessio speculi, quam inspectio ejus; oportet ut ostendas etiam illud, quandonam inspexerim speculum, et corum quibus: quia, ut res nunc se habet, statuis gravius esse nefas philosopho videre speculum, quam profano intueri ornatum Cereris. Nunc, si concedam quoque me inspexisse, dic tandem quodnam crimen est cognoscere suam effigiem, et non habere eam abditam in uno loco, sed eam ferre, quocumque volueris, in parvo speculo, semper paratam? An nescis nihil esse dignius quod aspiciatur ab homine, qui se hominem esse scit, quam ipsius vultus? Scio equidem ex filiis illos esse cariores parentibus, qui videntur referre eos; et unicuique pro suis meritis loco mercedis erigi publice effigiem suam, quam aspiciat. Vel quid statuæ et imagines formatæ variis artibus significant? nisi forte velis id, quod existimatur laudandum, cum est arte

Id.—8 Flor. 2. *docear.* Elmenhorstius. Atque ita cum ipso Elmenh. edidit Scriv. non male per se: sed sequitur *decernis*, et post, ' An tu ignoras,' &c. quare nil muto. *J. Bosscha.*—9 Vid. Not. Var.—1 Flor. *magis p.* Elmenh. Addicunt Pith. et D'Orv. neque prorsus damnandum. Multus omnino in hoc adverbio est Noster. *J. Bosscha.*—2 Ed. Vic. *Ceteris m.* Ms. Pith. non *profano* sed *prothyno:* et pro *Cedo nunc* id. *credo non.* Id.—3 Ita Edd. ante Elmenh. qui tacite cum seqq. rescripsit *si et*, e vestigiis Ms. Florent. in quo, ut et in Pith. deest *si*. Sequor reliquos Mss. et Edd. vett. *Id.*—4 *Quod tamen.* Flor. *quod tandem.* Elmenhorstius. Cum D'Orv. et Edd. Vic. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. Sed et *Tamen*, quod est in reliquis, corruptum ex eo, quod præcedit, *etsi*, defendi potest. *J. Bosscha.*—5 Pith. *inaspect.* Id.—6 Pith. *publicito . . . quam videat.* Id.—7 Flor. *præmia.* Elmenhorstius.—8 Pith. *qui s. st. et im. v. tyrcibus eff. volet.* Pro *effigiatæ* D'Orv. *effiage.* J. Bosscha.—9 Vid. Not. Var.—1 Pith. *quidem*, et mox *laudabilis.* J. Bosscha.—2 D'Orv. *abld.um.*

NOTÆ

[b] *Quam Cereris mundum profano videre*] Unde mundus ille seu supellex Cereris in cistis opertis gestabatur. Noster Metam. l. VI. 'Per tacita sacra cistarum:' ubi vide annotata.

[c] *Homini nato*] Plin. lib. IV. Nat. Hist. dixit 'hominem genitum.' Plautus: 'Qui suum repetunt, alienum

laudabile habetur, hoc natura oblatum[2] culpabile judicandum est; cum sit in ea[3] vel magis miranda et facilitas,[4] et similitudo? Quippe in omnibus manu faciundis[5] imaginibus opera diutino[6] sumitur, neque tamen similitudo æque ut in[7] speculis comparet: deest enim et luto vigor, et saxo color, et picturæ rigor, et motus omnibus; qui præcipua fide similitudinem repræsentat.[8] Cum in eo visitur imago mire relata, ut similis, ita mobilis, et ad omnem nutum hominis sui[9] [d] morigera; eadem[1] semper contemplan-

fabricatum, existimandum esse vituperabile, quando exhibetur a natura; cum tamen facilitas saltem et conformitas sit magis admiranda in ea. Diu enim laboratur in omnibus imaginibus manu fabricandis, nec tamen tanta similitudo apparet in eis, quanta in speculis. Lutum enim caret vigore, lapis colore, pictura firmitate: et hæc omnia carent motu, qui fidelissime refert similitudinem. Quando effigies aspicitur in eo mirabiliter repræsentata, non tantum similis, sed etiam mobilis, et obsequens omnibus nutibus hominis, quem refert: eadem est semper coætanea aspicientibus, ab

Pricæi correctio necessaria non est. Immo melius h. l. omittitur *a*, ut respondeant sibi 'quod artificio elaboratum laudabile' et 'hoc natura oblatum culpabile.' Scimus talia affectare Apul. Cum præposit. dixit de Dogm. Plat. lib. I. p. 209. 'compositi a natura:' ubi Ms. Bemb. caret quoque *a*. Id.—3 Pric. legit *ab ea*. Id.—4 *Felicitas*. Venet. Ald. *facilitas*. Colvius. Posteriores editt. *et felicitas*. Nos Romanam hic quoque probavimus: sequentia eam lectionem confirmant. *Casaub.* Certe legendum ex Ald. Cod. *Et facilitas et sim.* Nam et facilius specula parari ait, utpote quæ etiam ab ipsa natura offerantur, et verius exprimere imaginem, quam statuas aliaque simulacra manu facta, in quibus et magna arte opus sit, et multum operæ insumatur. Nam sic statim sequitur: 'Quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diutino sumitur, neque tamen similitudo æque ac in speculis comparet.' *Acidal.* Male et contra Mss. Edd. Bas. Colv. Vulc. pr. *felicitas:* de qua confusione vide quos citat Arntzen. ad Lat. Pacat. Paneg. cap. 21. § 2. *J. Bos.*—5 Ed. Bas. pr. operarum vitio *facundis*. Id.—6 Al. *diurno*.—7 *Æque ac in*. Rom. Ven. *a. uti in*. Colvius. Accedunt Mss. Pith. D'Orv. *æque ut in*. Bene. Infra p. 558. 'Quis enim, vel æque ut ego spernens,' &c. de Deo Socr. p. 700. Flor. 'Quippe non intelligit æque divites spectari solere, ut equos mercamur,' p. 702. 'ut, qui te volet nobilitare, æque laudet, ut Accius,' &c. Cic. pro domo c. 11. 'Cn. Pompeium æque ut unumquemque vestrum.' *J. Bosscha.*—8 *Qui...repræsentat.* Ms. D'Orv. *quæ...repræsentant:* quia mutavit ordinem Auctor, neque ut *luto vigor, saxo color, &c.* dixit quoque *omnibus motus.* Sed bene vulgo. Tum denique summa fide rei cujusdam similitudo repræsentatur, cum res, quemadmodum in speculo, ut similis, ita mobilis visitur: atqui hoc ars consequi nequit. *Id.*—9 Fulvius: *domini sui.* Scioppius in Symb. Scribendum arbitror: *domini sui.* Wowerius. Recte Fulvius, et alii: *domini sui.* Sc. Gentilis. Fulvius *domini sui.* Elmenhorstius. Non placet mihi conjectura Fulvii, quam arripuit sibi Wow. *Hominis sui*, i. e. hominis, cujus est imago, quam refert. Sic Flor. N. 7. 'Alexander ut ubique imaginum suus esset.' i. e. se plane referens. *J. Bosscha.*—1 Ms. Pith. *eandem*, cum

NOTÆ

reddunt nemini nato.' Noster supra: 'Quid ego de homine nato diutius?' ubi vide quæ diximus.

[d] *Hominis sui*] Hoc est, hominis,

tibus æquæva est,[2] ab ineunte pueritia, ad obeuntem [3] senectam: tot ætatis vices induit, tam varias habitudines corporis participat, tot vultus [4] ejusdem lætantis vel dolentis imitatur. Enimvero quod luto fictum, [424] vel ære infusum, vel lapide incusum,[5] vel cera inustum,[6] vel pigmento illitum, vel alio quopiam humano artificio assimulatum est, non multa intercapedine [7] temporis dissimile redditur: et, ritu cadaveris,[8] unum vultum et immobilem [9] possidet. Tantum præstat artibus, ad imaginis similitudinem referundum,[e] lævitas illa speculi fabra,[1] et splendor opi-

initio pueritiæ usque ad finem senectutis: sumit tot mutationes ætatis: recipit tam diversas conformationes corporis: effingit tot facies ejusdem hominis vel gaudentis vel mœrentis. At imagines, formatæ ex terra, aut fusæ ex ære, aut sculptæ ex lapide, aut impressæ cera, aut effictæ quavis alia arte humana, redduntur dissimiles brevi intervallo temporis: et habent faciem semper eandem et immobilem, instar cadaveris: adeo illa artifex politura speculi et nitor actuosus superat artes in repræ-

Ed. Vic. *Id.*—2 Flor. *æqua est.* Elmenhorstius. Accedunt Pith. D'Orv. *J. Bosscha.*—3 Pith. *ibeuntum*: et *paret* pro *participat*. *Participat*, i. e. particeps fit, assumit, recipit. cf. Oud. ad Met. I. p. 23. a. *Id.*—4 *Vultus equidem.* Ita Flor. A vulgatis τὸ *equidem* abest. *Elmenh.* Elmenhorstium secutus est Scriv. Sed si fides Lindenbrogii Excerptis in Mss. Florent. *equidem* non post *vultus*, sed inter τὰ *tam* et *varias habitudines* inseritur: quod magis placet. Abest tamen a reliquis LL. Mox pro *luto* Ms. Pith. *luctu.* J. Bosscha.—5 *Lapide incisum.* Sic Ald. et Bas. 2. Rom. *incussum.* Bas. 1. *incusum.* Colvius. Rom. et Flor. 2. *lapide incussum.* Elmenhorstius. *Incisum lapide* vel est *incisum in lapide*, vel, *cædendo factum ex lapide*, ut 'incidere faces' Virg. Ecl. VIII. vs. 29. pro 'cædendo facere.' Si vere ita scripserit Auctor, posterius voluit, ut responderet hæc periodi pars reliquis, *luto fictum*, &c. Sed standum potius a Mss. in quibus *incussum*, legendumque *incusum*, cum Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. i. e. cudendo factum, cælamine cusum: quemadmodum et 'excudere' et 'procudere,' de quovis opere, tam artis, quam ingenii dicitur. Noster Flor. N. 7. jungit 'ære duceret... coloribus delinearet... cælamine excuderet:' ubi vide. *Incusus, incisus* et *incussus* confusa quoque in Mss. Virg. Georg. I. vs. 275. 'lapidem incusum.' Immo ex Persio II. 52. citatur quoque 'Si tibi crateras argenti, incusaque pingui Auro dona feram:' plane ut h. l. Apul. *J. Bosscha.*—6 Pith. *c. justum.* Id.—7 D'Orv. *intricapedine.* Pro *dissimile* Pith. *dissimilis.* Id.—8 Gruter. Suspic. Ined. XX. 12. *aut r. c.* Meo sensui vulgatum rectius. *Id.*—9 Exulat *unum* a Ms. Pith. Alio ordine hæc extant in Edd. Elm. Scriv. Flor. ita: *unum et immob. vultum.* sed sine libris auctori-

NOTÆ

cujus est imago.

[e] *Tantum præstat artibus, ad imaginis similitudinem referendam, &c.*] Sic repono, Pricæum secutus: prius erat turbato paululum ordine, *tantum præstat imaginis artibus ad similitudinem, &c.* 'Artes' sunt, ære infundere, lapide incidere, cera inurere, luto fingere; de quis supra.

fex.[f] Aut igitur unius Agesilai [2] Lacedæmonii sententia [g] nobis sequenda est, qui se neque pingi, neque fingi unquam, diffidens formæ suæ,[h] passus est; aut si mos omnium ceterorum hominum retinendus videtur, in statuis et imaginibus non repudiandis, cur existimes [3] imaginem suam cuique visendam potius in lapide, quam in argento? [i] magis in tabula, quam in speculo? An turpe arbitraris, formam suam spectaculo assiduo explorare? An non Socrates [4] philosophus ultro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplarentur? [425] uti qui eorum [5] foret [k] pulchritudine sibi complacitus, impendio

sentanda similitudine effigiei! Ergo aut debemus sequi sententiam solius Agesilai Lacedæmonii, qui, male sentiens de suo vultu, nunquam passus est se pingi, neque fingi; aut, si existimamus servandum esse morem omnium aliorum hominum in non rejiciendis statuis et imaginibus, quare putes unumquemque debere potius aspicere simulacrum suum in lapide, quam in argento? potius in tabella picta, quam in speculo? Putasne turpe esse explorare vultum suum assidue spectando? Nonne Socrates philosophus dicitur etiam ipse consilium dedisse suis discipulis, ut seipsos sæpe intuerentur in speculo? ut is ex eis, qui sibi ipsi placuisset ob pulchritudinem

bus. *Id.*—1 Vid. Not. Var.—2 Ms. D'Orv. *Hagefiali.* J. Bosscha.—3 *Statuis ... existimes.* Ed. Vic. *statutis.* Ms. D'Orv. *estimes.* Id.—4 Ms. D'Orv. *ac non S.* Id.—5 *Ubi qui eorum.* Flor. *ut qui eorum.* Elmenhorstius. Lege *uti qui.* Acidalius. Mstis Florent. duobus accedunt Pith. et D'Orv. quemadmodum sexcenties *ut* abiit in *ubi*; quoniam scripserat Auctor *uti* (vid. Ind.): atque ita margini allevit Lips. et leg. esse bene monuit Acid. quod editum est jam a Scip. Gent. Pric. Scriv. Flor. immo jam a Casaub. quem tamen Wow. et Elm. non secuti sunt: etsi Elm. utique etiam Mstorum auctoritatem habebat.

NOTÆ

[f] *Lævitas illa speculi fabra, et splendor opifex*] Ideo lævitatem speculi fabram, et ejus splendorem opificem, vocat, quia lævitas illa et splendor imagines effigiant, quemadmodum fabri artificesque, pictores puta vel sculptores, eas pingunt aut sculpunt.

[g] *Agesilai Lacedæmonii sententia*] De eo Cicero Epistol. ad Famil. lib. v. Epist. 12. 'Nec minus enim est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt. Unus enim Xenophontis libellus, in eo Rege laudando, facile omnes imagines omnium statuasque superavit.'

[h] *Diffidens formæ suæ*] Aliam causam affert Plutarchus in ejus Vita: nempe quod diceret res a se gestas instar omnium imaginum fore.

[i] *Quam in argento*] Hoc est, in argenteo speculo. Enimvero specula olim ex stanno et ære mistis conflabantur, qualia erant Brundusina, de quibus Plinius, lib. XXXIII. cap. 9. postea ex argento facta sunt, non, ut nunc, ex vitro stanneis bracteis ab altera parte obducto.

[k] *Crebro ut semet in speculo contemplarentur? uti [ubi] qui eorum foret, &c.*] Similiter apud Phædrum lib. III.

procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret; qui vero minus [6] se commendabilem forma putaret, sedulo operam daret, ut virtutis laude turpitudinem tegeret. Adeo vir omnium sapientissimus [1] speculo etiam ad disciplinam morum utebatur. Demosthenem [7] vero, primarium dicendi artificem,[8] quis est, qui non sciat, semper ante speculum, quasi ante magistrum,[m] causas meditatum? ita ille summus orator, cum a Platone philosopho facundiam hausisset, ab Eubulide dialectico argumentationes edidicisset,[9] [n] novissimam pronuntiandi congruentiam ab speculo petivit. Utrum igitur putas majorem curam decoris in as-

suam, studiose daret operam ne corrumperet pulchritudinem corporis pravis moribus; qui vero existimaret se esse parum formosum, diligenter curaret, ut operiret suam deformitatem virtutis pulchritudine. Ita sapientissimus omnium homo adhibebat etiam speculum ad mores instituendos. Qui vero ignorat Demosthenem, præstantissimum illum magistrum dicendi, semper meditatum esse causas ante speculum, tanquam ante magistrum? Sic ille supremus orator, cum sumsisset eloquentiam a philosopho Platone, et didicisset argumentationes ab Eubulide dialectico, sumsit a speculo ultimam perfectionem declamationis. Utri ergo censes majorem curam

J. Bosscha.—6 Ms. D'Orv. *quid v. m.* Mox Pith. *et virt. laudem turp. tingeret. Et*, loco τοῦ *ut*, non displicet. *Id.*—7 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *Demosthenen.* Id.—8 Ms. Pith. *artificium.* Paulo post D'Orv. *fecundam haus.* Pith. *facund. abusisset.* Id.—9 Ed. Ald. *didicisset.* Id.—1 Ms. Pith. *assensanda.* Id.

NOTÆ

turpi filiæ formosum fratrem, quod speculum inspexisset, accusanti pater: 'Quotidie (inquit) speculo vos uti volo; Tu, formam ne corrumpas nequitiæ malis; Tu, faciem ut istam moribus vincas bonis.'

[l] *Vir omnium sapientissimus*] Pythiæ ipsius testimonio, cujus hoc responsum extat apud Laërtium in Socratis Vita: Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος: Omnium hominum Socrates est sapientissimus.

[m] *Semper ante speculum quasi ante magistrum, &c.*] Plutarchus ait Phalereum ex ore ipsius Demosthenis tradidisse: Εἶναι αὐτῷ μέγα κάτοπτρον οἴκοι, καὶ πρὸς τοῦτο τὰς μελέτας, ἐξ ἐναντίας ἱστάμενον, περαίνειν: 'Habere eum magnum speculum domi, et, stantem ante illud, solitum esse suas exercitationes perficere.' Idem refert Quintilianus, lib. II. cap. 3. sed et vivorum magistrorum ope adjutus est, Satyri histrionis, et Andronici.

[n] *Ab Eubulide dialectico argumentationes edidicisset*] Eubulides ille Milesius fuit, de quo Laërtius in Vita Euclidis: Τῆς δὲ Εὐκλείδου διαδοχῆς ἐστι καὶ Εὐβουλίδης ὁ Μιλήσιος, ὃς καὶ πολλοὺς ἐν διαλεκτικῇ λόγους ἠρώτησε, &c. ἐῴκει γὰρ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης ἀκηκοέναι, καὶ ῥωβικώτερος ὢν παύσασθαι: 'Porro ex Euclidis successione est et Eubulides Milesius, qui et plurimos in dialectica modos rationesque interrogandi tradidit, &c. Videtur Demosthenes hunc audivisse, et, cum ῥῶ (r) literam pronuntiare vix posset, emendasse jugi exercitio.'

severanda [1] oratione suscipiendam rhetori [426] jurganti, an philosopho objurganti? [o] apud judices sorte ductos [2] paulisper disceptanti, an apud omnes homines semper disserenti? [3] de finibus agrorum litiganti, an [p] de finibus bonorum et malorum docenti? Quid? quod nec ob hæc [4] debet tantummodo philosophus speculum invisere. Nam sæpe oportet non modo similitudinem suam, verum etiam similitudinis ipsius rationem [5] considerare: [q] num, ut [6] ait

decentiæ habendam esse in oratione confirmanda, oratori altercanti, an vero philosopho increpanti? tantisper disputanti coram judicibus sorte lectis, an semper verba facienti coram omnibus hominibus? altercanti de limitibus agrorum, an præcepta danti de discrimine bonorum et malorum? Quid? quod philosophus debet intueri speculum non propter illa solum. Nam oportet sæpe contemplari non tantum suam imaginem, sed etiam modum ipsius imaginis in speculo imprimendæ: utrum scili-

—2 Vulgo, *a. j. forte d.* Elmenhorstius. Non vulgo, sed Ed. Vulc. sec. *J. Bosscha.*—3 Sic in Veneta Ed. correctissime lectum: in reliquis, *an apud omn. ho. s. disserentes de finibus agrorum litiganti?* Colvius. *Disserentis* est in Junt. post. In Bas. sec. *disserenteis.* Ms. Pith. *disserenti semper:* non sine emphasi. Id. Cod. *de fin. angrorum.* J. Bosscha.—4 Ms. Pith. *non ob h.* cum Salm. in marg. sed *nec* valet *ne quidem:* vide Oudend. ad Met. III. p. 187. a. Ms. D'Orv. *ob hoc.* scil. similitudinem suam videre: sed et sanum est, *ob hæc:* scil. mores emendare, ut Socrates præcepit, et pronuntiandi congruentiam petere, cum Demosthene. *Id.*—5 Ita ex margine Bas. 2. correximus: ante, *similitudinem ips. rat.* Colvius. Recte jam editum erat in Ed. Junt. post. Ms. D'Orv. *ipsius similit. r.* Malam priorum Edd. lectionem præ se fert Ms. Pith. *J. Bosscha.*—6 Hoc poscere visus ipsius orationis ordo et contextus, non quod vulgatum est, *Dum ut.* P. Pithœus legit, *Cum, ut.* Colvius. Iterum

NOTÆ

[o] *Rhetori jurganti, an philosopho objurganti*] Adverte in illa homœoptosis et homœoteleusis affectatione proprietatem sermonis. Quam bene enim 'causidicus jurgans' dicitur, cujus tota ars in altercatione versatur, et contentione cum alio, tam bene dicitur 'philosophus objurgans,' cujus est aliena vitia corripere. Gellius lib. v. cap. 1. 'Cum philosophus hortatur, monet, suadet, objurgat.'

[p] *Apud judices sorte ductos paulisper disceptanti, an, &c.*] Pergit in oppositione rhetoris cum philosopho, Demosthenis cum seipso. Porro de judicibus sorte ducendis sic Asconius in 2am Orationem Cic. in Verrem: 'Quam multi Judices in consilio cum Prætore suo judicaturi essent, qui quæsitor fuisset in causa publica, &c. necesse fuerat eos primum de Curia Senatoria conscribi, cum Senatus judicaret: deinde in urnam sortito mitti, ut de pluribus necessarius numerus confici posset: tertio permitti accusatori et reo, ut ex illo numero rejiciant quot putaverint sibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore, &c. Rejectione celebrata, subsortiebatur Prætor alios, quibus Judicum legitimus ille numerus compleretur.'

[q] *Similitudinis ipsius rationem considerare*] Id est, quo pacto similis ima-

Epicurus, profectæ a nobis imagines, velut quædam exuviæ,[r] jugi fluore a corporibus manantes, cum læve aliquid et solidum offenderunt,[7] illisæ [8] reflectantur, et retro expressæ contra versum [9] [s] respondeant: an, uti [1] alii philosophi disputant, radii nostri, seu mediis oculis proliquati, et lumini [427] extrario [2] mixti atque inuniti,[3] uti [4] Plato arbitratur; [t] seu tantum oculis profecti, sine ullo foris admi-

cet species profectæ a nobis, quasi quædam exuviæ fluentes ex corporibus fluxu perpetuo, cum inciderunt in aliquod corpus politum et densum, impingant in illud, et reflectantur, et eductæ retrorsum videantur ex adverso, quemadmodum Epicurus ait: an vero, ut disserunt alii philosophi, radii nostri, sive permixti luci externæ, et ei conjuncti, postquam profluxerunt ex mediis nostris oculis, ut Plato existimat: sive exeuntes solum ex oculis sine ullo auxilio extraneo, ut Archytas arbitratur: sive

genuinam lectionem præbet jam Ed. Junt. post. Ms. D'Orv. *nam*, deleto *ut*. J. Bosscha.—7 Ms. Pith. *offendunt*: quod favet Pithœo in seqq. legenti *illico*: sed male. *Id.*—8 Male vulgo *illi se.* Eruditissimo P. Pithœo placet, *illico*. Vide Laërt. lib. x. Lucret. lib. IV. *Colvius.* Recte Pithœus, *illico reflectantur.* Elmenhorstius. Male Pithœus ut Elmenh. *illico*: legend. ut vulg. *illisæ* vel *elisæ*. Pricæus. Bene correxit Colv. seu potius Lips. in marg. Bas. pr. corruptam ante lectionem *illi se.* Ms. D'Orv. tamen *illicum*. J. Bosscha.—9 *Contra versis.* Vulgo *controversim.* Elmenhorstius. Lego *contraversum*; sic 'poneversum' Miles. lib. II. et 'undiqueversum' infra hac Apologia. *Pric.* E 2. Florent. Elm. cum Scriv. dedit *contra versis*, i. e. respondeant iis, quæ contra posita sunt. Melius tamen in Mss. Fux. Pith. et D'Orv. est *contra versum*, ut, jam ante Pricæum, conjecerat Salm. ad Solin. p. 208. et edidit Florid. Nihilominus flocci non facienda Editionum ante Elmenh. lectio *controversim*: nam *controversus* pro *contra versus* constans fere est lectio apud Ammian. Marcell. ex. gr. lib. XIV. cap. 2. § 3. 'littora . . . quæ Isauriæ populis sunt controversa:' ubi vid. Wagner. *J. Bos.*—1 Pith. D'Orv. *ut*. *Id.*—2 Pro *extrario* D'Orv. *extralio*. Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Pith. D'Orv. *ut*:

NOTÆ

go exprimatur in speculis.

[r] *Ut ait Epicurus, profectæ a nobis imagines, velut quædam exuviæ, &c.*] Hanc Epicuri sententiam his versibus expressit Lucretius, lib. IV. 'Sunt igitur tenues formarum consimilesque Effigiæ,' &c. Et infra: 'Quapropter fit ut hinc nobis simulacra redundent: Et quamvis subito, quovis in tempore, quamque Rem contra speculum ponas, apparet imago: Perpetuo fluere ut noscas e corpore summo Texturas rerum tenues, tenuesque figuras,' &c. Texturas rerum tenues dicit Lucretius, quas Epicurus ἀποῤῥοίας, et Noster hic 'exuvias.'

[s] *Contra versum*] Vulgo est *controversim*, male. *Contraversum* explico, in contrariam partem. Sic lib. II. Met. Asini 'poneversum' legitur: et hic infra, 'undiqueversum.'

[t] *Mediis oculis proliquati, et lumini extrario mixti atque inuniti* [*ei uniti*], *uti Plato arbitratur*] In Timæo, sive libro de Universitate. Gellius, lib. V. Noct. Attic. cap. 16. illam Epicuri, et hanc Platonis de ratione videndi sententiam attingit, quem vide.

niculo,[5] [u] ut Archytas [6] putat; [w] seu intentu aëris fracti,[7] ut Stoici rentur; [x] cum alicui [8] corpori incidere [9] spisso et splendido et lævi, paribus angulis, quibus inciderant, resultent [y] ad faciem suam [1] reduces,[z] atque ita quod extra tangunt ac visant,[2] id intra speculum imaginentur.[a] Viden-

fracti intensione aëris, ut putant Stoici; quando offenderunt ad aliquod corpus densum nitens et politum, resiliant et revertantur ad facies suas per angulos æquales iis, quibus offenderant illud corpus: sicque repræsentent in speculo id quod contingunt et cernunt extra ipsum. Nonne videtur vobis oportere ut philosophi scrutentur

mox pro *tantum* Pith. *in*. J. Bosscha.—5 Flor. *Terminiculo*. Elmenhorstius. —6 Sic leg. non per *i*, ut in permultis est Edd. et hic et alibi. Gr. Ἀρχύτας. *J. Bosscha*.—7 Vid. Not. Var.—8 Ms. D'Orv. *aliter*. J. Bosscha.—9 Mss. Pith. D'Orv. *inciderunt*. Id.—1 Vulgo *ad facies suas*. Elmenhorstius. E Mss. Florent. primus sic restituit Elm. et eum secutus Scriv. Addicunt Mss. Pith. D'Orv. Bene. Radii resultant, reduces ad faciem quisque suam. Seneca Nat. Qu. I. 15. 'Sunt specula, quæ faciem prospicientium obliquent.' *J. Bos.*—2 Sic Mss. et Edd. O. sed in meo exemplari Ed. Casaub. calamo emendatum *tangant*: ut marg. allevit W. Gœs. Flor. tacite edidit *tangunt ac visunt*. Non ausim mutare. Noster de Dogm. Plat. lib. II. p. 239. 'quod nec mutæ sunt, nec reciprocari queant:' ubi vide. Pro *quod* Pith. *quæ* et *additur* pro *id intra*. Id.

NOTÆ

[u] *Sine ullo foris adminiculo*] Id est, sine concursu ullius profluentis ex corporibus luminis, atque aëris medii conversione, quam Plato constituit.

[w] *Ut Archytas putat*] Tarentinus Pythagoricus philosophus. Sed non ipsi peculiaris est opinio, quam refert Apuleius. Est enim Pythagoræ et discipulorum ejus, ut testatur Plutarchus lib. IV. de Placitis Philosophorum, cap. 14. περὶ κατοπτρικῶν ἐμφάσεων.

[x] *Seu intentu aëris fracti, ut Stoici rentur*] Gellius loco supra laudato: 'Stoici causas esse videndi dicunt, radiorum ex oculis in ea quæ videri queunt emissionem, aërisque simul intensionem.'

[y] *Paribus angulis, quibus inciderant, resultent*] Per primum theorema libri Catoptricorum Euclidis: 'A speculis planis, convexis, et cavis, radii ad æquales angulos reflectuntur.'

[z] *Ad faciem suam* [*facies suas*] *reduces*] Revertentes ad vultus, ex quorum oculis primo processerant speculum versus, juxta Platonis et Stoicorum sententiam, quæ quidem ut parum verisimilis merito a doctis hujus ævi exsibilatur; quemadmodum et effluvia seu exuviæ illæ et texturæ rerum tenues Epicureorum; cum ad omnia omnino visionis colorumque ipsorum phænomena explicanda sufficiant variæ lucis a corporibus, in quæ impingit, reflexiones refractionesque ac modificationes (liceat uti Senecæ vocabulo), quibus in oculorum fundo pinguntur tenues quidem sed vivæ corporum, quæ cernimus, imagines, ut variis iisque clarissimis experimentis demonstratur. Consule Cartesium, in Dioptrica, et Tract. de Luce.

[a] *Imaginentur*] Repræsentent, exhibeant, exprimant. 'Imaginari' vel 'Imaginare' proprie est, imagines fingere. Gellius lib. XVI. cap. 18. 'Item ut speculum in loco certo positum nihil imaginet, aliorsum translatum faciat imagines.'

turne vobis debere philosophi[3] hæc omnia vestigare et inquirere, et cuncta specula vel uda vel suda[4] [b] soli videre? Quibus præter ista, quæ dixi, etiam illa ratiocinatio [428] necessaria est, cur in planis quidem speculis ferme pares[5] obtutus et imagines videantur; [c] in tumidis vero et globosis omnia defectiora; at contra in cavis auctiora: [d] ubi, et cur[6] læva cum dexteris permutentur:[7] [e] quando se[8] imago eodem speculo tum recondat penitus, tum foras exerat:[9] [f] cur cava specula, si exadversum Soli retineantur, apposi-

et inquirant hæc omnia, et ut ipsi soli aspiciant specula sive humida sive sicca? Qui præter illa, quæ dixi, debent etiam rationem quærere, quare aspectus et simulacra videantur fere paria in speculis planis; omnia autem videantur tenuiora in speculis convexis et tumentibus: contra vero majora in concavis: quo in loco, et qua ratione, quæ sinistra sunt, fiant dextera: quandonam imago recedat profundius, et quando prodeat foras in eodem speculo: quare specula concava incendunt admotum fomitem,

—3 Florentin. *videtur v. d. philosophia, Quibus præteris tu quæ dixisti.* Male. *Elmenh.*—4 Posterius *vel* non agnoscit Pith. *J. Bos.*—5 D'Orv. *forme pares pares:* in quo et Pith. non est præpositio ante τὸ *tumidis.* male: et in Pith. *actiora* non *auctiora.* Id.—6 *Ubi et cur.* Pro his in D'Orv. legitur *visantur.* Id.—7 Negligenter in Ed. Flor. excidit *cum*, quod correctum in Ed. Bip. Ms. Pith. *permittuntur.* D'Orv. *permiscentur.* Id.—8 D'Orv. *quando si.* Pith. *tum recondat primitus, cum, &c.* uterque male. *Id.*—9 Bas. 2. Alias, *exeat.* Colvius. Rom. *f. exeat.* Elmenhorstius. Editionibus Rom. et Bas. pr. addicit Ms. Pith. Sed solent 'exerere' et 'recondere' invicem opponi: ut videre

NOTÆ

[b] *Cuncta specula vel uda vel suda*] Id est, tum illa, quæ fiunt ope aquæ, quale erat illud Narcisso exitiale, et illud Corydonis Virgiliani: 'Nec sum adeo informis; nuper me in littore vidi, Cum placidum ventis staret mare:' tum quæ fiunt ex ære argentove politis et lævigatis: quæ quidem sicca sunt asservanda, si a rubigine præservare velis.

[c] *Ferme pares obtutus et imagines videantur*] In plano speculo imago mea talis a me videtur, qualis ab alio videretur, qui bis tantum a me distaret, quantum distat speculum.

[d] *In tumidis vero et globosis omnia defectiora; at contra in cavis auctiora*] Horum effectuum ratio est lex illa Opticæ, quam supra retulit: quod nempe radii paribus angulis, quibus inciderant, resultent: ut fusius videre est apud Opticorum scriptores.

[e] *Ubi, et cur læva cum dexteris permutentur*] Cum quis a speculo cavo ultra ejus centrum recessit, læva cum dexteris, superiora cum inferioribus permutantur, ob eandem æqualitatem angulorum incidentiæ et reflexionis.

[f] *Quando se imago eodem speculo, tum recondat penitus, tum foras exerat*] Hoc etiam fit in speculis cavis, in quibus, si imaginem tuam contemplans digitum promoveas speculum versus, ipsa etiam imago digitum extra speculum promovere videtur, et tuo jungere; si retrahas, ipsa quoque videtur suum retrahere intra speculum.

tum [1] fomitem accendunt: [2] [g] qui fiat, uti arcus [3] in nubibus varie,[h] duo Soles [4] æmula similitudine visantur: [i] alia præterea ejusdem modi [5] plurima, quæ tractat volumine ingenti Archimedes Syracusanus,[k] vir in omni quidem Geometria multum ante alios admirabili [6] subtilitate; [429] sed haud sciam an propter hoc [7] vel maxime memorandus, quod inspexerat speculum sæpe ac diligenter. Quem tu librum,[8] Æmiliane, si nosses, ac non modo campo [9] et glebis,[l] verum

si teneantur opposita soli: quomodo fiat ut diversi arcus appareant in nubibus, et duo soles aliquando videantur similes et æmuli: præterea plurima alia hujusmodi, de quibus amplo libro agit Archimedes Syracusanus, vir, cujus subtilitas in omni Geometria longe mirabilior fuit quam ceterorum; sed nescio an non celebrandus sit maxime propterea, quod consideraverat speculum sæpe et diligenter. Quem librum si tu cognosceres, o Æmiliane, et non tantum incubuisses arvo et glebis, sed etiam

est e Lexicis. *J. Bosscha.*—1 Al. *oppositum.*—2 Facile foret mutare in *accendant:* nec opus tamen. cf. ad Met. lib. II. p. 145. b. *J. Bosscha.*—3 Sic Mss. Florent. duo et D'Orv. In aliis et Edd. permultis *arquus.* Mihi nihil interesse videtur; licet Heins. ad Ovid. Met. lib. XI. vs. 590. dicat Nonii distinctionem inter *arcum,* fornicem, et *arquum,* iridem, observatam esse ab Apuleio in Apol. *arquus in nubibus.* cf. ad l. de Mundo p. 308. *Id.* Vid. Not. Var.—4 Mss. Florent. Pith. *duos Soles.* Quos *duo Soles* vocat Apul. 'geminatus Sol' dicitur Ciceroni, 'geminus Sol' Ammiano Marc. cf. Pric. *J. Bosscha.*—5 Ms. D'Orv. *ejusdemmoda.* Groslot. in marg. *ejuscemodi.* Id.—6 Flor. 2. *admirabilius.* Elmenhorstius.—7 *Propter hæc.* Flor. *propter hoc.* Elmenhorstius. Consentiunt Mss. alii; quare ita edidi cum Elmenh. Pric. Scriv. Flor. *J. Bosscha.*—8 Ms. D'Orv. *illum.* Id.—9 Voculam *ac,* quæ exciderat, ex Rom. restituimus: et a prava distinctione male affectum locum sanavimus. *Casaub.* *An non modo.* Sic Ms. Pith. cum Edd. ante Colv. qui tacite cum Vulc. Ed. pr. ejecit *an.* Sed melius Scal. et Casaub. cum seqq. *ac.* Ms. D'Orv. *at,* quod

NOTÆ

[g] *Appositum fomitem accendunt*] Hinc ustoria dicuntur illa specula. Mira narrantur de Archimedeis speculis, quorum ope clarissimus ille Mathematicus Marcelli Syracusas obsidentis naves ex maxima quidem distantia incenderit. Sed illa vix fidem apud doctos inveniunt. Casaubonus hic legit: *oppositum,* non *appositum,* melius, mea quidem sententia.

[h] *Uti arcus in nubibus varie* [*varii*] Irides, quarum rationem omnem adeo clare et accurate persecutus est Cartesius, ut ejus explicationi quicquam addere sit facem admovere soli.

[i] *Et duo soles æmula similitudine visantur*] Aliquando tres quatuorve. Ejusmodi ab Aristotele παρήλιοι vocantur. Hæc phænomena explicant physici, et egregie inter ceteros supra laudatus Cartesius in Meteoris.

[k] *Quæ tractat volumine ingenti Archimedes Syracusanus*] Tzetzes inter alia Archimedis memorat Κατόπτρων Ἐξάψεις, Incensiones Speculorum: quem fortasse librum Apuleius hic innuit: sed periit ille, ut et plurimi alii.

[l] *Ac non modo campo et glebis, &c.*] Agriculturæ: erat enim Æmilianus ille agricola rusticus.

etiam abaco et pulvisculo [m] te dedisses; mihi istud crede, quanquam teterrimum os tuum minimum [1] a Thyesta tragico [n] demutet, tamen profecto [2] discendi cupidine, speculum inviseres, et aliquando, relictô aratro, mirarere tot in facie tua sulcos rugarum.[o] At ego non mirer, si boni consulis me de isto distortissimo vultu tuo dicere, de moribus tuis multo truculentioribus reticere. Ea res est: [3] præter quod [4] non sum jurgiosus,[5] etiam libenter te, nuper usque,[6]

tabulæ et arenulæ, crede mihi, quamvis ista turpissima facies tua perparum dissimilis sit faciei Thyestæ tragici, certe tamen inspiceres speculum desiderio discendi, et, dimittens aratrum, admirareris aliquando tot liras rugarum in tuo vultu exaratas. Sed an ego non admirabor, si non graveris quod ego loquar de tua ista facie contortissima, taceam vero de moribus tuis longe turpioribus? Hæc est ratio: præterquam quod non amo rixas, ultro etiam nescivi, nisi a paucis diebus, an esses candi-

solet confundi cum *ac*. J. Bosscha.—1 Ms. D'Orv. *minimam*. Id.—2 Vulgo ubique *tam prof.* Colvius. Pro *demutet* Ms. D'Orv. *denutet*. Pro *mirarere* Pith. *mirare* vel *mirere*. J. Bosscha.—3 Fulvius: *Ita res est*. Scioppius in Symb. Aliter Mss. et Edd. *J. Bosscha*.—4 *Præterquam*. Flor. 2. *præter quod non sum*. Elmenhorstius. Delevi *quam* auctoritate Mss. Florent. Pith. D'Orv. quin immo Ed. Junt. post. *J. Bosscha*.—5 Scripserim, *curiosus*. Colvius. An

NOTÆ

[m] *Abaco et pulvisculo*] Geometriæ. Solebant Geometræ figuras in tabula pulvere conspersa exarare. Hinc tabula seu abacus et pulvis pro ipsa Geometria ponitur.

[n] *A Thyesta tragico*] Thyestes Atrei frater fuit; cujus cum uxorem constuprasset, ille vindictæ ergo filium ei suum epulandum apposuit. Quæ feralis cœna Thyestæ fabularum multarum argumentum fuit. At, nisi Æmilianum cum Thyeste compareт vomente post comesum filium (quod schema fœdissimum sane est), non video quorsum spectet comparatio: neque enim tetro fuisse vultu fertur Thyestes. Porro vomitus illius meminit Eustathius ad Iliad. B. et O. atque Etymologus hic a Pricæo citatus: 'Εμεῖα, inquit, τόπος ἐστὶ Μυκηνῶν, παρὰ τὸ ἐμῶ, &c. λέγεται δὲ, ἐπειδὴ ἐκεῖ ἔμεσεν ὁ Κέρβερος ἀνελθὼν ἐκ τοῦ Ἅιδου, ἢ ἐπειδὴ ἐκεῖ ἔμεσεν ὁ Θυέστης φαγὼν τὰ τέκνα αὐτοῦ: 'Emeia locus est Mycenis, sic dictus a verbo ἐμῶ (hoc est, vomo). Sic autem dicitur, ex quo Cerberus egressus ex Inferno ibi vomuit; vel ex quo Thyestes, comesis filiis, ibi vomuit.' Sed allusio illa frigidior. Præterea, nota est Thyestes fabula: non item Thyestes Tragœdus. Suspicatur Pricæus legendum *a Thespi Tragico*, quem non solum fuisse Tragicum, sed et deformitatis captatorem præcipuum probat ex Suida. Certe de eo Horatius in Arte Poëtica hæc ait: 'Ignotum Tragicæ genus invenisse Camœnæ Dicitur, et plaustris vexisse poëmata Thespis, Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora.' Bourdelotio non displiceret *a Thyade Tragica*. Thyas est Bacchans. Nihilominus locum, quomodo se habet, relinquo, nec quicquam moveo.

[o] *Sulcos rugarum*] Facete, post aratri mentionem.

albus an ater esses,[7] ignoravi;[p] [430] et adhuc,[8] hercule, non satis novi. Id adeo[9] factum, quod et tu rusticando obscurus es, et ego discendo[1] occupatus. Ita et tibi umbra ignobilitatis a probatore[2] obstitit:[q] et ego nunquam studui malefacta[3] cujusquam cognoscere, sed semper potius duxi[4] mea peccata tegere, quam aliena indagare. Igitur hoc mihi adversum te usu venit, quod qui forte constitit in loco lumine collustrato, atque eum alter e tenebris prospectat.[5] Nam ad eundem modum tu quidem, quid ego in propatulo et celebri agam, facile e tenebris tuis arbitraris: cum ipse,[6] humilitate abditus et lucifuga,[7] non sis mihi mutuo conspi-

dus, an niger; ac certe parum adhuc scio. Hoc factum est propterea quod et tu ruri vivendo parum notus es, et ego occupatus sum studiis. Sic obscuritas tuæ ignobilitatis impedivit quominus observareris: et ego nunquam cupivi scire crimina cujusquam; sed semper existimavi satius esse occultare mea delicta, quam investigare aliena. Hoc ergo mihi accidit contra te, quod accidit ei, qui forte versatur in loco illustrato luce, dum alter eum prospicit ex loco obscuro. Eadem enim ratione tu quidem facile observas ex tua obscuritate quid faciam in aperto et frequenti loco: cum tu non possis vicissim a me videri, cum sis occultus propter tuam ignobilitatem,

curiosus? Acidalius. Nihil equidem muto, 'hominem minime litigiosum' legas apud Cic. Verr. 4. *Brant.* Sensus est: Conticebo de moribus tuis, quia non rixandi sed mei defendendi causa verba facio, et præterea etiam, quod libenter nuper usque te ignoravi. Non solicitandum itaque *jurgiosus.* J. Bosscha.—6 Ms. cod. *nuper vique.* Colvius.—7 Ms. D'Orv. *albo an autem esse.* Id.—8 Tacite sic edidit Elm. ex 2. Florent. cum Scriv. Flor. A reliquis abest *et.* Id.—9 In promtu foret, conjicere *id ideo:* sed male. Adi modo Oudend. ad Met. lib. VII. p. 571. a. *Id.*—1 Pith. *dicendo,* sed alterum modestius est: et supra se discendi cupiditate frequenter speculum inspicere prædicat Auctor. *Id.*—2 Vid. Not. Var.—3 D'Orv. *malefactum.* J. Bosscha.—4 D'Orv. *p. dixi,* citante etiam ita Lipsio Elect. lib. II. c. 21. *Id.*—5 *Prospectur* corrupte legitur in Ed. Bas. pr. unde in marg. fecit Lips. *prospectatur.* Id.—6 Pith. *tempore.* Id.—7 *Humilitate abdita et lucifuga.* Scrib. *abditus.* Casaubonus. Mss. O. et Edd. ante Vulc. sec. vel tert. *abdita et lucifuga:* sed seqq. Casauboni correctionem amplexi sunt omnes: etsi Putschius, teste Jungermanno in Epp. Gudianis p. 363. eam non probabat, accipiebatque τὸ *lucifuga* adjective, ut apud Lucilium, alios. *Lucifuga* subst. est Met. lib. V.

NOTÆ

[p] *Albus an ater esses, ignoravi*] Similiter Phædrus: 'Unde illa scivit, niger, an albus nascerer?'

[q] *A probatore obstitit*] Ita reponit Casaub. ex edit. Romana. Elmenhorstius ex duobus Florent. codd. *a probatione obstitit,* quod in idem recidit, significatque, quod in interpretatione expressimus. Sic dictum *a probatore obstare,* inquit Casaub. ut apud Græcos, κρύπτειν et κρύπτεσθαι ἀπό τινος. Simile etiam est illud Ciceronis 'a Sole obesse.' 'Probator' hic explorator, observator: et 'probatio' exploratio.

cuus. Ego adeo, servosne an habeas ad agrum colendum, an ipse[8] mutuarias operas cum vicinis tuis cambies,[r] neque scio, neque laboro: at tu me scis eadem die tris[9] Œæ[1 s] manumisisse; idque mihi patronus tuus[2] inter cetera a te sibi[3] edita objecit: quanquam modico prius dixerat, me uno servo comite Œam venisse. Quod quidem[4] velim mihi respondeas, qui potuerim ex uno tris[5] manumittere, nisi si et hoc[6] magicum est? [431] Tantamne esse mentiendi, cæcitatem dicam an[7] consuetudinem? Venit Apuleius Œam[8] cum uno servo: dein, pauculis verbis intergarritis:[9] Apu-

et fugias lucem. Ego porro neque scio, neque scire cupio, an tu habeas servos ad colendum agrum tuum, an tu ipse permutes operas tuas cum tuis vicinis. At tu scis me libertatem dedisse tribus servis Œæ eodem die; et tuus advocatus hoc mihi objectavit inter alia, quæ tu ipsum docueras, licet dixisset paulo ante, me venisse Œam comitatum uno tantum servo. Quod quidem cupio ut mihi respondeas, quo pacto potuerim manumittere tres, ex uno, quem habebam, nisi hoc quoque factum est arte magica? Potestne fieri, ut tanta cæcitas aut potius consuetudo mentiendi cuiquam sit? Apuleius venit Œam cum uno servo, inquit advocatus: deinde, ali-

p. 355. *J. Bosscha.*—8 Pith. *prime* et *matuarias*. Id.—9 Ita hic quoque Mss. cum Edd. Vic. Junt. Bene, Virgiliano more. V. ad Met. lib. III. p. 179. a. In reliquis *treis*. Id.—1 Ms. Lips. qui hic rursus incipit *Œe*. D'Orv. infra *Eam*. Edd. Junt. Ald. Vulc. Wow. *Œeæ*: ut et mox *Œeam*: ubi Bas. pr. *Œæam*. Vic. *Ææ*. *Eoam* urbem vocat Ptolemæus, quod tamen mendum esse suspicatur Casaub. ad Spartiani Sever. cap. 18. Melius sane *Œam* Plin. v. 4. et Pomp. Mela I. 7. 30. cf. Drakenb. ad Sil. It. III. vs. 257. *Id.*—2 Ignorat Ms. Lips. *Id.*—3 Pith. *a me*. Lips. *tibi*. Male. cf. Scip. Gent. Pro *objecit* Pith. *abjecit*. Id.—4 Pith. *quicquid*. Male. *Id.*—5 Sic, ut et infra, iterum Mss. et Edd. eædem ac supra. *Id.*—6 *Nisi et hoc*. Flor. *nisi si et hoc*. Elmenhorstius. Accedunt Lips. Pith. et alius vet. cod. ni fallor, Fux. Recte: ut sæpe. Vide Oudend. ad Cæsar. I. de B. G. 31. ibique cit. N. Heins. ad Ovid. Her. Epist. IV. vs. 111. In Catal. Burm. lib. III. ep. 242. 'Hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa Nulla est, quæ possit vis alia opprimere.' *J. Bosscha.*—7 Ms. D'Orv. *aut*. Id.—8 D'Orv. *Epul. Eam*. Coll. Voss. *Oleam*. Pro *servo* Pith. *suo*, pro *dein pauculis verbis* D'Orv. *dictum pauculum*. Id.—9 Ms. liber *interrogatis*. Colvius. Non est nauci hæc lectio, præ illa Mssti *p. verbis interrogatis*. Dixit Apul. 'interrogare' pro 'interjicere,' qua forma

NOTÆ

[r] *An ipse mutuarias operas cum vicinis tuis cambies* [*cambias*] Id est: An tu, cum servos non habeas, neque possis solus agrum tuum colere, cum vicinis æque pauperibus ita paciscaris, ut illi in eo opere te juvent, et tu vicissim eos juves in suo faciendo. 'Cambire' vetus verbum est, quod hic, commutare, significat; alias etiam, pugnare, iter inchoare, flectere: unde et 'campso:' utrumque a Græco κάμπτω.

[s] *Œæ*] Urbs est Africæ in ea regione, quam Augylas incolere ait Plinius, lib. v. cap. 4. inter Syrtes Majorem et Minorem.

leius Œæ una die tris manumisit. Ne illud quidem credibile fuisset,[1] cum tribus venisse, omnes liberasse: quod tamen si ita fecissem, cur potius tris servos inopiæ signum[2] putares,[t] quam tris libertos opulentiæ?[u] Nescis profecto, nescis, Æmiliane,[3] philosophum accusare, qui famulitii paucitatem opprobraris: quam ego gloriæ causa ementiri debuissem; quippe qui scirem, non modo philosophos, quorum me sectatorem fero,[4] verum etiam Imperatores[5] populi Romani, paucitate servorum gloriatos.[w] Itane tandem ne hæc quidem legere patroni tui? M. Antonium consularem solos[6] octo servos domi habuisse?[7] Carbonem vero illum,[x] qui

quot verbis effutitis: Apuleius manumisit tres servos Œæ uno die. Ne hoc quidem fuisset verisimile, me venisse cum tribus servis, et eos manumisisse omnes: quod tamen si sic fecissem, quare crederes potius tres servos esse argumentum egestatis, quam tres manumissos esse argumentum divitiarum? Nescis sane, o Æmiliane, nescis, quomodo philosophus sit accusandus, siquidem objecisti mihi paucitatem servorum, quam ego debuissem fingere gloriæ causa; cum compertum haberem non solum philosophos, quorum profiteor me esse sectatorem, sed etiam Duces populi Romani laudi duxisse se habere paucos servos. An tui patroni ne hæc quidem legerunt? M. Antonium virum consularem habuisse domi tantum octo servos? illum

usitatum 'subrogare' pro 'subjicere,' 'substituere.' Sic nimirum egerunt cum optimis quibusque auctoribus pessimi illi scioli, librarios dico, interpolantes pro libitu, quicquid non intellectum satis, vel auribus istis asininis insolens. *Meurs.* Coll. Voss. Cod. Lips. quoque *interrogatis*, sed in alia ejusdem Cod. Collatione notatum id non video. Utut est, vulgata lectio non solicitanda est. Flor. tacite edidit *intergannitis*: de qua variatione vid. ad Met. lib. III. p. 210. b. *J. Bosscha.*—1 D'Orv. *fuisse ... omnis.* In eod. deest mox *cur.* Id.—2 Idem *dignum*, et post, *liberos.* Colvius.—3 Mss. Lips. *nesci*, Pith. *Æmilianum*, D'Orv. mox caret *causa.* J. Bosscha.—4 D'Orv. *insectatorem* deletis *me* et *fero.* Id.—5 Coll. Voss. *in patres*: male. *Ne* post *tandem* exulat in D'Orv. *Id.*—6 Al. *solum.*—7 Inverse Ms. Lips. *J. Bosscha.*—8 Idem, *ac*

NOTÆ

[t] *Cur potius tres servos inopiæ signum putares*] Nempe objecerat Apuleio Æmiliani patronus tanquam inopiæ et sordium argumentum, quod tres servos tantum adduxisset Œam. Qui sane numerus servorum illis temporibus exiguus erat, cum nonnulli multa millia eorum haberent.

[u] *Quam tres libertos opulentiæ*] Quia trium servorum manumissio testari videtur plurimos alios superesse hero, qui alias eos non manumissurus fuisset.

[w] *Imperatores populi Romani, paucitate servorum gloriatos*] Quod Apuleius assignat modestiæ Imperatorum Romanorum, verius alii Veterum parsimoniæ, qui Legatis et Imperatoribus non alium famulitii modum statuerunt.

[x] *Carbonem vero illum*] Cn. Carbonem intellige, qui temporibus Sullæ et Marii maxima fuit auctoritate, Marianasque partes secutus est.

rebus potitus est, uno minus?[y] [432] At enim[8] Manio Curio,[9][z] tot adoreis longe inclyto,[1][a] quippe qui ter triumphum una porta[b] egerit:[2] ei igitur[3] Manio Curio duos solos in castris calones[4] fuisse? Ita ille vir de Sabinis, deque Samnitibus, deque Pyrrho triumphator, pauciores servos habuit, quam triumphos. M. autem Cato[c] nihil opertus[5] ut alii de se prædicarent, ipse in oratione sua scriptum reliquit,[6] cum in Hispaniam[7] Consul proficisceretur, tris servos solos ex

vero Carbonem, penes quem summa rerum fuit, habuisse pauciores uno? Manium vero Curium, valde clarum tot victoriis, utpote qui triumphans ingressus est ter per unam eandemque portam: eum, inquam, Manium Curium habuisse tantum duos lixas in castris? Sic ille vir, qui triumphavit de Sabinis, et de Samnitibus, ac de Pyrrho, habuit plures triumphos, quam servos. M. autem Cato, non expectans ut alii id narrarent de se, ipse reliquit scriptum in sua quadam oratione, se duxisse tantum

enim. Colvius. Male: cf. de Deo Socr. p. huj. Ed. 130. *J. Bosscha.*—9 Flor. *Marco Curio.* Elmenhorstius. D'Orv. *Mauro Curio.* Bemb. *Manilio C.* ut et infra. *Marcus Curius* alibi in Mss. vocatur, ut apud Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 33. ubi vid. Arntzen. et Bryan. ad Plutarch. in Cat. pag. 329. ubi vocatur Μάρκιος Κούριος, sed e nominis variatione fluxit, quod ibi initio periodi in 2. Codd. legitur Ἦν Μανίου. cf. infra pag. 435. *J. Bosscha.*—1 Rom. Ven. *indito.* Bas. 1. *induto.* Colvius. Coll. Voss. quoque *induto.* J. Bosscha. —2 Excepta Junt. post. Edd. ante Colv. habebant *egit,* qui e Cod. Lips. cum reliquis rescripsit *egerit.* Id.—3 Et hoc editum jam in Junt. post. in reliquis ante Colv. *et igitur.* Ms. Lips. *ei ergo.* Id.—4 Ms. D'Orv. *colonos:* male. Pro *ita* Ed. Vic. *at.* et mox *Samnibus.* Pro *Sabinis* Ms. D'Orv. *savinis.* Id.—5 Rom. Ven. Ald. *optuit.* Ms. *opatus.* Colvius. Codd. Rom. Ven. Ald. *nihil opertuit.* Facile est inde veram lectionem eruere: *nihil operivit.* Veteres 'operio' et 'operior' indifferenter protulerunt, ut plurima alia ad illam faciem. *Meurs.* Ms. D'Orv. *oportet.* Nihil mutandum. *J. Bos.* —6 Cf. Scip. Gent. comm. Male *sua* exulat ab Edd. ante Elmenh. qui primus dedit e Ms. Florent. addicentibus ceteris. Pro *oratione* Ms. D'Orv. *operatione.* Pith. *opone.* Id.—7 Mss. Pith. Lips. D'Orv. *Hispania.* D'Orv. *pro-*

NOTÆ

[y] *Uno minus*] Hoc est, septem.

[z] *Man. Curio*] Vide supra, quæ notavi ad hæc verba, 'Serranis et Curiis et Fabriciis.'

[a] *Tot adoreis longe inclyto*] Adorea, ut Glossæ habent, est δόξα ἡ ἀπὸ τοῦ πολέμου, gloria bellica. Sic dicta ab adore, quod est far. Festus: 'Adorea, laus; quia gloriosum putabant, qui farris copia abundabat.' Ego 'adoreis' verti, victoriis; ad rem magis, quam ad ipsum verbum attendens.

[b] *Una porta*] Triumphali nempe, quæ una tantum erat. Cicero in Pisonem: 'Quasi ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali.'

[c] *M. autem Cato*] Cato Censorius, qui et Cato Major dictus est. Hunc enim legimus Consulem cum Valerio Flacco creatum citeriorem Hispaniam sortitum esse; Uticensem vero frustra Consulatum petiisse, quod, virtuti suæ fidens, populo non nimium submisse supplicare voluerit.

urbe duxisse. Quoniam [d] ad villam publicam [8] venerat,[e] parum visum [9] qui [1] uteretur: jussisse [2] duos pueros in foro de mensa [3] [f] emi: eos quinque in Hispaniam [4] duxisse. Hæc Pudens [g] si legisset, ut mea opinio est, aut omnino huic [5] maledicto [433] supersedisset, aut in tribus servis multitudinem comitum philosophi, quam paucitatem, re-

tres servos ex Urbe, cum iret Consul in Hispaniam: postquam vero venisset in villam publicam, illos sibi visos fuisse pauciores ad suum usum: ideoque se jussisse comparari duos servos in foro de lapide: et duxisse illos quinque in Hispaniam. Si Pudens hæc legisset, aut abstinuisset penitus ab hac obtrectatione, (ut arbitror,) aut maluisset damnare in tribus illis servis nimiam multitudinem comitum philoso-

ficisceret. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Ms. D'Orv. *jussum.* J. Bos.—1 Schottus l. c. *quo.* Est etiam qui legat *queis.* Sed *qui* utrumque valet et *quo* et *queis*; ut *quicum* pro *quocum* ponitur, et pro *quibuscum*, ut Plaut. Capt. v. 4. 6. *Id.* —2 Vetus liber, *videtur vidisse.* Colvius. Coll. Voss. *videretur jusisse.* J. Bos.—3 Sic Florent. 2. vulgo *de tribus emi.* Elmenhorstius. Non vulgo, ut ait Elm. sed in sola Ed. Vulc. sec. est *tribus.* Vulc. allevit *depenso.* Perperam. V. ad Met. lib. VIII. p. 578. a. Coll. Voss. *in foco demsa.* J. Bos.—4 Ms. D'Orv. *Spaniam.* cf. ad Flor. N. 15. p. 53. b. Statim pro *hæc* Ed. Vic. *hic.* Id.—5 Deest Lips. in quo *supersedisse.* Id.—6 D'Orv. *item:* male. Sexcenties

NOTÆ

[d] *Quoniam*] Casaub. putabat corruptam esse vocem, et factam ex duabus *quom jam.* At Pricæus retinendum censet τὸ *quoniam*, merito. Paulus Festo conjunctus: "Quoniam significat non solum id, quod 'quia,' sed etiam id, quod 'postquam;' hac de causa, quod Græcum ἐπεὶ utriusque significationem obtinet.'

[e] *Ad villam publicam venerat*] Villa publica, Δημόσιον καταγώγιον. Straboni lib. v. Δημοσία ἔπαυλις posita fuit in Campo Martio. Usus ejus ad excipiendos Magistratus in Provincias euntes, Legatosque exterarum gentium peregre adventantes. Livius lib. XLIII. 'Macedones deducti in villam publicam extra Urbem, ibique iis locus et lautia præbita:' et lib. XXX. 'Quibus, vetitis in urbem ingredi, hospitium in villa publica, Senatus ad ædem Bellonæ datus est,' &c.

[f] *De mensa*] Similiter Met. l. VIII. 'Collatitia stipe de mensa paratus:' ad quem locum vide quæ annotavi. Addam solum Pollucis locum, quo auctoritate Aristophanis evidenter probatur per 'mensam' intelligendam esse catastam, seu lapidem, in quo venales servi prostabant. Sic habet ille lib. VII. Ἐφ' ὃ δὲ βαίνοντες οἱ δοῦλοι πιπράσκονται, τοῦτο τράπεζαν Ἀριστοφάνης καλεῖ: 'Id autem, super quod ascendentes servi venduntur, Aristophanes mensam vocat.' Male ergo Gentilis 'de mensa' hic exponit, pecunia mutuo sumta, seu nominibus factis apud argentarios. Repugnat locus citatus nostri Apuleii Miles. VIII. Si enim collatitia stipe paratus erat servus ille, quomodo pecunia ab argentario sumta?

[g] *Pudens*] Tannonius Pudens, Æmiliani advocatus.

prehendere maluisset. Idem [6] mihi etiam paupertatem opprobravit, acceptum philosopho crimen, et ultro profitendum. Enim [7] paupertas olim philosophiæ vernacula est, frugi, sobria, parvo potens,[h] æmula laudis,[8] adversum divitias possessa,[i] habitu secura, cultu [9] simplex, consilio benesuada: neminem unquam superbia inflavit, neminem impotentia depravavit,[1] neminem tyrannide efferavit:[2] delicias [3]

phi, quam paucitatem. Ipse etiam mihi objecit paupertatem, crimen sane gratum philosopho, et libenter præ se ferendum. Paupertas enim jamdudum est familiaris philosophiæ, proba, temperans, contenta modico, studiosa laudis, amplexa professionem contrariam opibus, quæ tuto habetur, quæ simplex est in suo ornatu, quæ dat bonum consilium: nullum unquam tumefecit superbia, neminem corrupit libidine,

idem vim habet τῶν *item hic, item ille,* et sim. Proprium hoc in primis est Corn. Nepoti. In eod. Cod. male statim *approbavit.* Pro *ultro* Coll. Voss. *iatro.* Id.—7 Rursus hoc nostro Auctori restituendum fuit e Mss. Vulgo *Enimvero.* V. Ind. *Id.*—8 Placet Lipsio *æmula lautis, adversum divitias possessu, hab. sec.* Colvius. *Æmula laudis,* i. e. quæ divites laude æmulari atque ideo in laude vivere studet. Amm. Marc. XXIV. 'Fabricii familiari re pauperes . . . gloria locupletes.' Scriv. marg. Ed. suæ ascripsit *æmula Dis,* i. e. quæ Deos æmulatur, qui 'nulla re ad usum sui indigent,' ut ait Ap. infra p. 439. ubi v. sed hic in orationis serie minus convenit. Ms. Pith. *et æm. l.* J. Bos. Vid. Not. Var.—9 Ed. Vic. *cultus.* Pro *benesuada* Ms. D'Orv. *bonosuada.* J. Bos.—1 Scriv. marg. allevit: Al. *potentia damnavit:* perperam: sed est lectio Codicis, quem possedit Barthius, (vide eum Advers. XV. 7.) complectentem varias sententias ex variis auctoribus excerptas, quas inter quoque hunc Nostri de paupertate locum. Sed ejus Codicis scriptor non ad verbum Apuleium descripsisse, sed ejus modo sensum expressisse videtur. Habet enim: 'Paupertas est thesaurus acceptus philosophis, est cibus sobriis, emula adulationis. Neminem unquam superbia inflavit, neminem potentia damnavit, neminem ad tyrannidem effrænavit.' *Id.*—2 Ms. lib. *effæminavit.* Colvius. Item Coll. Voss. An *effrænavit?* quod est in Cod. Barth. et frequens in hac re verbum. Noster de Phil. Mor. p. 613. Ed. Flor. 'effrænatis cupiditatibus.' Arnob. lib. II. p. 64. 'per omnia libidinum genera effrænatum spargere immensæ cupiditatis ardorem.' Sed bene se habet *efferavit.* cf. de Deo Socr. p. 670. Ed. Flor. et v. ad Met. lib. VI. p. 403. Scriv. ascripsit *ad tyrannidem* e Cod. Barth. ut apud Liv. XXXIII. 29.

NOTÆ

[h] *Parvo potens*] Contenta parvo, quasi quæ possit omnia sibi necessaria parvo consequi. Similiter Virg. Æn. VI. 'Parvoque potentem Fabricium.'

[i] *Adversum divitias possessa* [*divitiis*] *professa*] Sic Casaubonus, quem sequor. In vulgatis est *adversum divitias possessa,* non video quo sensu. Significat autem his verbis, *adversum divitiis professa,* paupertatem ferri in studia et professionem contrariam professioni studiisque divitiarum; puta paupertatem amplecti modestiam, frugalitatem, continentiam, ceterasque virtutes, cum contra opulentia in superbiam, luxum, libidines, atque omnia alia vitia propendeat.

ventris et inguinum neque vult ullas, neque potest.[4] Quippe hæc et alia flagitia, divitiarum alumni solent.[5] Maxima quæque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperies:[6] uti contra, haud[7] temere inter illustres viros, divites comparent;[k] sed quemcumque[8] in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata est. Paupertas, inquam, prisca [434] apud sæcula[9] omnium civitatum conditrix,[1] omnium artium repertrix,[m]

nulli inspiravit feram tyrannidem: neque cupit ullas voluptates gulæ, aut libidines, neque potest eas consequi. Nam, qui nutriuntur in opulentia, consueverunt perpetrare hæc scelera et similia. Si percurras maxima quæque crimina, quorum memoria extat inter homines, nullum pauperem invenies in illis: cum contra vix videas ullos divites inter claros viros: sed, quemcumque suspicimus florentem aliqua virtute, paupertas eum aluit a prima infantia. Paupertas, inquam, illa, quæ antiquis temporibus exstruxit omnes urbes, quæ invenit omnes artes, quæ caret omni delicto,

'Efferavit ea cædes Thebanos Bœotosque omnes ad execrabile odium Romanorum.' Sed h. l. male: ut patet ex præcedentibus ablativis *superbia... impotentia.* Ms. D'Orv. *offeravit.* J. Bos.—3 Ed. Junt. *delicia.* Pro *et ing. neque* Ms. D'Orv. *nec ing. nec.* Id.—4 Vid. Not. Var.—5 *Alumni sunt.* Rom. Ven. Ald. Bas. 1. *alumni solent.* Colvius. Edd. recentes habent d. *alumni sunt*: legebam, *alumna sunt*, haud dubie melius. Sed veram lectionem in Rom. Cod. reperi postea. *Casaub.* Non recte faciunt, qui reprobant lectionem quatuor Codd. Rom. Ven. Ald. Bas. *alumni solent.* Est elliptica locutio, et elegans. *Meurs.* Ms. cod. et Ed. Basil. pro *sunt* habent *solent.* Et recte. Utitur ea voce Plautus aliquoties in eadem significatione. *Brant.* Non bene Edd. Colv. et Vulc. pr. *alumni sunt.* Est qui margini ascripserit *alumnos olent.* *Alumni solent* scil. facere, perpetrare, per ellipticam locutionem: ut præcessit 'neque vult ullas, neque potest' scil. consequi, vel sim. cf. Perizon. ad Sanct. Min. lib. IV. c. 5. n. 11. *J. Bos.*—6 Margarita poëtica aliter hæc citat: *Nullum in illis; in istis plurima repperies.* Colvius. In Ms. Pith. est quoque *in illis in istis paup.* Ne mutes tamen. Sed *scelera* intellige, sceleratos homines: quare bene sequitur *pauperem,* quod non tam ad verbum, quam ad intellectum refertur; cujus syntaxeos exempla vid. apud Inttpp. ad Liv. IX. 12. citt. a Ruhnk. ad Ter. And. III. 5. 1. 'ubi illic est scelus, qui me perdidit.' *J. Bos.*—7 Vid. Not. Var.—8 Margar. Poët. *si quemcumque.* Colvius. Ms. D'Orv. *s. quem tum.* Ed. Vic. *quæcumque.* Ms. Pith. *incinabulis.* J. Bos.—9 Ms. D'Orv. *præsta ap. sæc.* Id.—1 Barth. Cod. *omn.*

NOTÆ

[k] *Maxima quæque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperies: uti contra, haud temere inter illustres viros, divites comparent*] Summa laus hæc paupertatis. Sed causæ magis quam veritati inservit Apuleius: maxima enim scelera perpetrata aliquando invenias a pauperrimis hominibus, et contra laudatissima facinora a divitibus. Verius Terentianus Chremes in Heautontim. 'Ea, quæ in homine dicuntur bona, parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias, perinde esse,' dicit, 'ut illius animus, qui ea possidet: qui uti scit, ei bona: qui non utitur recte, mala.'

[1] *Omnium civitatum conditrix*] Id quidem verum priscis illis temporibus, quibus homines propter egesta-

omnium peccatorum inops,[1] [n] omnis gloriæ munifica,[o] cunctis laudibus apud omnes nationes perfuncta. Eadem enim est[2] paupertas apud Græcos in Aristide justa,[p] in Phocione benigna,[q] in Epaminonda strenua,[r] in Socrate sapiens, in Homero diserta. Eadem paupertas etiam populo Rom. imperium a primordio fundavit;[3] proque eo[s] in hodiernum Diis[4] immortalibus simpulo[5] et catino fictili sacrificat.[t]

quæ larga est omnis gloriæ, quæ consecuta est omnes honores in nationibus cunctis. Nam eadem paupertas apud Græcos justa est in Aristide, in Phocione humana, magnanima in Epaminonda, sapiens in Socrate, facunda in Homero. Eadem paupertas fundamentum jecit Imperii populi Romani ab ipso initio: et sacrificat pro eo Diis immortalibus simpulo et catino fictili ad hanc usque diem. Quod si nunc

periturorum id. Id.—2 Mss. Lips. Pith. *ead. est en.* In Ed. Vic. deest *est.* Id. —3 Ms. D'Orv. *fondavit.* Id.—4 Ms. Pith. *pro qua ego in hodiernis.*—5 In altero Ms. est *simpuvio:* vide Lips. Antiq. Lect. lib. IV. c. 3. *Elmenh.*—6

NOTÆ

tem in unum locum congregati sunt, quo necessitatibus humanis subvenirent: at postea civitates condere, opum et magnificentiæ argumentum simul, et ostentatio fuit.

m *Omnium artium repertrix*] Plautus, in Sticho, Act. I. Scen. 3. 'Eo, quia paupertas fecit, ridiculus forem; Nam illa omnes artes perdocet, ubi quem attigit.' Hinc etiam mater artium dicitur, et Artes Paupertatemque iisdem aris coluisse Gaditanos memorant Ælianus Περὶ Προνοίας? et Philostratus, de Vita Apollonii, lib. V. cap. 1.

n *Omnium peccatorum inops*] Quia pauciora possidet peccandi illecta-menta.

o *Omnis gloriæ munifica*] Sæpe vanæ gloriæ, in illis præsertim barba tenus et pallio philosophis.

p *In Aristide justa*] Valer. Maximus, lib. V. cap. 3. 'Aristides etiam, quo totius Græciæ justitia censetur, continentiæ quoque eximium specimen, patria excedere jussus est,' &c. Vide Plutarch. et Corn. Nep. in ejus Vita.

q *In Phocione benigna*] De Phocione idem Valer. Maximus, lib. III. cap. 8. 'Placidi, et misericordes, et liberales, omnique suavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit.' Corn. Nepos similiter eum bonum appellatum fuisse ait in ejus Vita: idem Plutarchus.

r *In Epaminonda strenua*] Egregium ejus fortitudinis exemplum refert Maximus lib. III. cap. 2. quod vide apud illum.

s *Proque eo*] Imperio Romano.

t *Simpulo et catino fictili sacrificat*] Paulus Festo conjunctus: 'Simpulum vas parvum, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur, unde et mulieres rebus divinis deditæ simpulatrices dicuntur.' Legitur apud alios auctores et simpuvium eodem significatu. Juvenal. Satyr. VI. 'Et quis tunc hominum contemtor numinis? aut quis Simpuvium ridere Numæ, nigrumque catinum, Et Vaticano fragiles de monte patellas Ausus erat?' Quin et 'sym-

[435] Quod si modo judices de causa ista sederent C. Fabricius,[6] Cn. Scipio, Manius[7] Curius, quorum filiæ[u] ob paupertatem de publico dotibus donatæ ad maritos ierunt, portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam; si Publicola[w] regum exactor, et Agrippa populi reconciliator,[8] [x] quorum funus ob tenues opes a populo Romano collatis sextantibus[9] adornatum est; si Attilius Regulus, cujus agellus[1] ob similem penuriam publica pecunia cultus est;[y] si denique omnes illæ veteres prosapiæ Consulares et Censoriæ et triumphales, brevi usura lucis ad judicium

hujus causæ judices essent C. Fabricius, Cn. Scipio, Manius Curius, quorum filiæ dotatæ ex ærario publico, propter suam inopiam, iverunt ad suos maritos, ferentes secum laudem patriam et pecuniam publicam; si Publicola, expulsor Regum, et Agrippa, qui reconciliavit plebem patribus, quorum pompa funebris instructa est contributis sextantibus a populo Romano propter inopiam eorum; si Attilius Regulus, cujus ager excultus est publico sumtu, ob similem egestatem; postremo, si illæ omnes antiquæ familiæ consulares, et censoriæ, et triumphales, impetrato brevi usu

Prænomine caret Ms. Lips. *J. Bos.*—7 Ms. lib. *Marcus.* Colvius. Ms. D'Orv. *Maurius.* v. supra p. huj. Ed. 430. ubi adde, a Plutarcho in Pyrrho p. 467. vocari quoque Μάνιον. Pro *ierunt* Ms. Lips. *erunt.* J. Bos.—8 D'Orv. *reconsiliator.* Id.—9 Ms. D'Orv. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *extantibus.* Id. —1 *Attilius . . . agellus.* Ms. Pith. *Acilius . . . angli.* Id.—2 *Illæ vet. pros. . . .*

NOTÆ

pinium' legas etiam, quod deduci aiunt a Græco συμπίνειν, quod compotare est. 'Catinus' et 'catinum' vas est escarium satis amplum.

[u] *C. Fabricius, Cn. Scipio, Man. Curius, quorum filiæ, &c.*] Vide Valer. Maxim. lib. IV. cap. 4.

[w] *Publicola*] Valerius Publicola, seu Poplicola, qui, ejecto Roma ob nimiam superbiam Tarquinio, Consulatus initium cum Junio Bruto auspicatus est, anno ab Urbe condita 244. Hic, ut ait Valer. Maxim. 'patrimonio ne ad exequiarum quidem impensam sufficiente decessit: ideoque publica pecunia ductæ sunt.'

[x] *Agrippa populi reconciliator*] Menenius Agrippa, qui, prima secessione plebis a Patribus facta, ob eos, qui æris alieni causa vincti a fœneratoribus tenebantur, Patrum ad plebem orator missus, ejus animos flexit, narrato Apologo partium humani corporis de ventre querentium, quod is solus cibos omnes deglutiret: ut refert Livius lib. II. cap. 32. De hoc Agrippa Val. Max. 'Hic, nisi a populo collatis in capita sextantibus funeratus esset, ita pecuniæ inops decessit, ut sepulturæ honore caruisset.' Sextans assis sexta pars est.

[y] *Attilius Regulus, cujus agellus, &c. publica pecunia cultus est*] Primo Punico bello, dum ille, prorogato sibi ob res bene gestas in sequentem annum imperio, in Africa degeret. Rem omnem fusius vide apud eundem Valer. Maxim. lib. IV. cap. 4. citato.

istud remissæ, audirent;[z] auderesne paupertatem philosopho exprobrare apud tot Consules pauperes? An tibi Claudius[3] Maximus idoneus auditor[4] videtur ad irridendam paupertatem, quod ipse uberem et prolixam rem familiarem sortitus est? Erras, Æmiliane, et longe hujus animi frustra es,[5] si eum ex fortunæ indulgentia, non ex philosophiæ censura[6] metiris: si virum tam austeræ sectæ, tamque diutinæ[7] militiæ, non putas amiciorem[8 z] esse coërcitæ mediocritati, quam delicatæ opulentiæ: [436] fortunam, velut tunicam, magis concinnam,[9 a] quam longam probare. Quippe etiam ea si non gestetur, et trahatur, nihilo minus quam[1] lacinia præpendens[2] impedit, et præcipitat. Et-

vitæ, remissæ ad hoc judicium, audirent nos orantes; auderesne objectare paupertatem philosopho coram tot Consulibus pauperibus? Num Claudius Maximus tibi videtur auditor dignus, coram quo derideas paupertatem, quia ipse habet bona copiosa et ampla? Falleris, Æmiliane: et multum aberras ab ejus mente, si de eo judicas secundum indulgentiam fortunæ, non autem secundum severitatem Philosophiæ: si non putas virum tam severæ disciplinæ, et militiæ tam longæ, magis amare mediocritatem intra justos limites arctatam, quam abundantiam delicatam: malle Fortunam, sicut et vestem, potius congruentem, quam longiorem: nam ipsa etiam fortuna, si non feratur, sed trahatur, impedit et impellit in casum, perinde ac

audirent. Ms. Lips. *illi.* Coll. Voss. *audiret.* Pro *auderesne* Ms. Lips. *audireme.* Pith. *audeme.* Id.—3 Idem *Antyclaudius.* Colvius.—4 Excidit Ed. Floridi. Pro *irridendam* Ms. Pith. *initandam.* J. Bos.—5 Ms. Lips. *es frustra:* ut et mox *si ex fort. eum.* Id.—6 Legerim (extrita syllaba) *censu.* Pricæus. Male: v. supra ad pag. 421. *J. Bos.*—7 Ms. Pith. *auster s. tamquam d.* Id.—8 *Amicitiorem.* Ms. lib. *amitiorem.* Sed nihil muto. Sic 'pudicitius,' supra hac ipsa Apol. *Colvius.* Symmachus l. IV. Epist. 7. 'Te vero famæ ejus amicitiorem.' Antiqua ἐπένθεσις. supra Noster: 'Tanto pudicitius compositi.' *Pric.* *Amicitiorem* habent Mss. bene multi, et hic, et apud Sallust. Jug. c. 10. prorsus damnante Cortio. Sic supra p. 419. vidimus *pudicitius* corrupte legi in multis Mss. Revocavi itaque lectionem Mss. Lips. et Pith. expressam jam in Ed. Junt. post. *amiciorem* quomodo etiam apud Symmachum l. c. legitur in Ed. Jureti. *J. Bosscha.*—9 D'Orv. *fortuna . . . continuam.* Id.—1 Lego *E. e. s. n. g. sed trah. n. m. quasi.* Elmenhorstius. Melius Elmenh. *sed trah.* *Trahi* signate extulit. Varro Modio: 'Pallia trahentes.' Vide Casaub. ad Theophrast. περὶ ἀγροικ. *Pric.* Salm. et alius V. D. in marg. *et si ea.* Causam idoneam non video, licet *et*, non *etiam*, sit in Ms. Lips. Iidem VV. DD. cum Lipsio Elmenh. et Lat. Latinio *sed trah.* quomodo legendum censebat etiam Wyttenbachius V. Cel. Et hoc eodem redit: quare nil muto. In Pith. est *gestatur et trahitur.* J. Bosscha.—2 Forsitan rectius

NOTÆ

[z] *Amiciorem* [*Amicitiorem*] Pro, amiciorem, antiqua epenthesi. Sic Symmachus, lib. IV. Ep. 7. 'Te vero famæ ejus amicitiorem.' Supra Noster: 'Tanto pudicitius compositi,' &c.

[a] *Fortunam, velut tunicam, magis concinnam, &c.*] Expressit hanc sen-

enim in omnibus[3] ad vitæ munia utendis, quicquid aptam moderationem supergreditur,[4] oneri potius quam usui exuberat.[5] Igitur et[6] immodicæ divitiæ, velut ingentia et enormia gubernacula,[b] facilius mergunt, quam regunt:[7] quod habent[8] irritam copiam, noxiam nimietatem. Quin ex ipsis opulentioribus eos potissimum video laudari, qui nullo strepitu, modico cultu, dissimulatis facultatibus agunt, et divitias magnas administrant sine ostentatione, sine[9]

vestis nimium demissa. In omnibus enim, quæ usui sunt ad officia vitæ, quicquid excedit idoneam mediocritatem, superfluum est, et gravat potius, quam juvat. Ergo et nimiæ opes, quemadmodum magna et immania gubernacula, summergunt facilius, quam dirigunt: quia habent abundantiam inutilem et superfluitatem perniciosam. Quin etiam video inter locupletiores illos præcipue laudari, qui celant opes suas, et vivunt sine strepitu, vestiti mediocriter, et administrant ingentes divitias absque jac-

n. m. quasi lac. propendens. Colvius. Ms. D'Orv. cum Ed. Junt. post. *nihil m. q.* Illud *quam* non mutandum putavi, licet Lips. alleverit quoque *quasi*. Dein Edd. ante Junt. post. *perpendens.* An *perpendĕre*, pro, penitus pendere, humi pendere? ex vi præpositionis *per*. Ms. D'Orv. simpliciter *pendens*, et Scriv. in sua Ed. calamo expunxit *præ*. Male: licinia enim quæ pone pedes humi pendet, non impedit et præcipitat, sed quæ *præ*pendit. Melius Colv. et Lat. Latin. *propendens.* Noster Flor. N. 15. 'crines remulsis antiis et promulsis capronis anteventuli et propenduli.' Sed utrumque æque bonum: quare standum a Mss. *J. Bosscha.*—3 *Etenim omnibus.* Scriptus Codex *Et cum omnibus.* Colvius. Scribendum *etenim in omnibus.* Casaubonus. Ad perspicuitatem sane requiri videtur *in*, quod facile absorberi potuit posteriore syllaba *τοῦ etenim:* quare Casaubonum secuti sunt reliqui; licet in nullo Ms. compareat. *J. Bosscha.*—4 *Supergraditur.* Flor. *supergreditur.* Elmenhorstius. Accedunt D'Orv. Lips. Edd. Elm. Scriv. Flor. Bene. cf. ad Met. lib. x. p. 679. b. *J. Bosscha.*—5 Marg. poët. *exhibetur.* Gellius: 'Cui corpus in tam immodicum luxuriasset, exuberassetque.' *Colvius.* V. c. *usui exhibetur.* Sciopp. in Symbola. Fulviano Cod. addicit Pith. Ms. D'Orv. *exuperat*, i. e. exsuperat: non male: sed pag. præc. 'uberem rem familiarem:' et infra p. 439. *J. Bosscha.*—6 Vet. *igitur etiam.* Colvius.—7 Conjicit Pric. *devergunt.* Ms. D'Orv. *quam regant.* J. Bosscha.—8 Pro *habent* D'Orv. *hunc*, in quo mox deest *ex*. Pro *eos* Pith. *ea.* Id.—9 Ms. D'Orv. *sive ost. sive.* Ed. Vic. *obstent.*

NOTÆ

tentiam Xenophontis: *Αἱ μὲν ποδήρεις ἐσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι περιουσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσι:* Talares quidem vestes corporibus, immodicæ vero opes animis sunt impedimento. Horatius rem familiarem non tunicæ, sed calceo comparat, Sat. x. 'Cui non conveniet sua res, ut calceus olim, Si pede major erit, subvertet, si minor, uret.'

[b] *Immodicæ divitiæ, velut ingentia gubernacula, &c.*] Hoc est: Nimiæ opes potius mergunt et præcipitant suos possessores, quam eos ad bonam beatamque vitam perducunt; quemadmodum et gubernacula navium, si enormia et immodica sint, facilius eas naves demergunt, quam dirigunt.

superbia, specie mediocritatis pauperum similes. Quod si etiam ditibus[1] ad argumentum modestiæ quæritur imago quæpiam et color paupertatis, cur ejus pudeat tenuiores,[2] qui eam[3] non simulatam,[4] sed vere fungimur? Possum equidem[5] tibi et ipsius nominis controversiam facere: neminem nostrum pauperem esse, qui supervacanea nolit, possit necessaria,[6] quæ natura oppido pauca sunt. Namque is plurimum habebit, qui minimum desiderabit. [437] Habebit enim quantum volet, qui volet minimum.[7] Et idcirco divitiæ non melius in fundis et in fœnore,[8] quam in ipso hominis æstimantur animo: qui si est avaritia egenus,[9] et ad omne lucrum inexplebilis; nec montibus auri satiabitur, sed semper aliquid, ante parta ut[1] augeat,

tatione, absque arrogantia, similes pauperibus specie mediocritatis. Quod si divites ipsi quærunt quandam effigiem et speciem paupertatis ad testandam suam moderationem; quare nos pauperiores pudeat eam vere tolerare, non ficte? Possum equidem disputare adversum te de ipso etiam nomine, et contendere nullum ex nobis esse pauperem, siquidem non cupit superflua, et habet necessaria, quæ valde pauca sunt secundum leges naturæ. Ille enim habebit plurimum, qui perparum cupiet. Nam, qui volet minimum, habebit quantum volet. Ideoque opes non melius expenduntur in agris et in fœnore, quam in ipsa mente hominis: qui, si est inops propter avaritiam, et insatiabilis cujusvis quæstus, ne montibus quidem auri explebitur, sed mendicabit semper aliquid, quod addit iis, quæ acquisivit prius. Quæ quidem vera con-

Id.—1 Ms. Lips. *divitibus:* utrumque est apud Nostrum, sed ubivis variant. Mss. Pro *quod* Pith. *q̄.* Ed. Vic. *qua.* Id.—2 Vulg. *tenuioris.* Colvius. Item Mss. Lips. Pith. i. e. *tenuioreis* vel *tenuiores.* J. Bosscha.—3 *Qui ea.* Ita Mss. Pith. Lips. Salm. in marg. Edd. vett. item Pric. et Scriv. Bene. In reliquis est *quod. Tenuiores,* scil. nos, *qui ... fungimur.* Mss. Pith. et Bemb. *eam,* ut edidit Scriv. Bene. Vid. ad Met. lib. III. p. 196. a. *Id.*—4 *Non simulata.* Marg. poët. *simulate.* Colvius. Leg. *non simulato, sed vere.* Alias et *vera,* non *vere* scripsisset. *Acidal.* Non perpetuum hoc est, nam adjectiva et adverbia sic sæpe junguntur. V. Cort. ad Sallust. Jug. 5. 'Cujus in Africa magnum atque late imperium valuit.' Restituimus etiam Plauti Capt. v. 2. 7. 'Recte et vera loquere.' Iterum et tertium 'Consulem se ipse fecit.' Quare hic quoque exquisitiorem Msti Pith. lectionem *simulatam* amplector. Mss. D'Orv. et Bemb. tamen *simulate,* ut edidit Scriv. Reliqui *simulata.* Scriptum fuerat de more *q. eā non simulatā, &c.* Ms. D'Orv. *fungitur.* J. Bosscha.—5 Ita Mss. Pith. Lips. D'Orv. cum Salm. in marg. quod expressum quoque in Ed. Junt. post. Bene. Vulgo *quidem.* Id.—6 Vid. Not. Var.—7 Edd. ante Junt. post. perperam *nolet.* Cuncta hæc *habebit enim ... minimum* non extant in Ms. D'Orv. Effictum autem esse hunc locum ex Senecæ Epist. 108. 'Quod vult habet, qui velle, quod satis est, potest,' monet Lindenbrog. ad Censorin. de Die Nat. cap. 1. ubi vide alia, in eandem sententiam.' *J. Bosscha.*—8 Inverse Mss. Pith. Lips. D'Orv. *in fœnore et in fundis.* Quo ordine hic editum est, dixit Horat. I. Sat. 2. vs. 25. 'Dives agris, dives positis in fœnore nummis:' item Petron. c. 116. 'trecenties sestertium fundis, nominibusque depositum.' *Id.*—9 Pith. *genus.* Mox pro *aliquid* D'Orv. *aliud.* Id.—1 Sic Mss. et Edd. Elm. et seqq. Reli-

mendicabit. Quæ quidem vera confessio est paupertatis. Omnis enim cupido acquirendi ex opinione inopiæ venit.[c] Nec refert,[2] quam magnum sit, quod tibi minus est. Non habuit tantam rem familiarem Philus,[3 d] quantam Lælius: nec Lælius, quantam Scipio:[e] nec Scipio, quantam Crassus dives: at enim nec Crassus dives,[f] quantam volebat.[4] Ita cum omnis[5] superaret, a suamet avaritia superatus est: omnibusque potius dives visus est, quam sibi. At contra hi philosophi,[6] quos commemoravi,[7 g]

fessio est egestatis. Nam omne desiderium acquirendi proficiscitur ex opinione, quam quis habet suæ indigentiæ. Neque quicquam interest, quantum sit illud, quod tibi deest. Philus non habuit tantas opes, quantas habuit Lælius: neque Lælius, quantas habuit Scipio: nec Scipio, quantas habuit Crassus Dives: sed nec ipse Crassus Dives tantas habuit, quantas cupiebat. Sic, cum vinceret divitiis omnes, victus est a sua ipsius avaritia: et visus est dives omnibus potius, quam sibi ipsi. Sed

quæ *uti*. Id.—2 Pith. *referre*. Id.—3 *Tantam rem familia Philus*. Lego, *rem familiarem*, cum Bas. Ed. Et si quis pro *Philus*, *philosophus*, facile illi assentio. Nam et hic ipse locus eam lectionem requirere videtur. *Brant.* Operarum vitio nempe in Ed. Colv. legitur *familia*. J. Bosscha.—4 Edd. Colv. Vulc. Wow. *quantum*. Ms. Pith. *quantas*. Id.—5 Sic Mss. et Ed. Junt. post. *Id.*—6 Salm. et alius V. D. ejiciendum putant τὸ *philosophi*: credo, quia nullos, præter Socratem, commemoravit philosophos, proprie sic dictos. Sed philosophos latiori sensu dixit illa priscæ frugalitatis exempla, supra memorata; ut recte interpretatur Florid. Melius ejiceretur *hi* cum Ms. D'Orv. *Id.* —7 Pith. *incommemoravi*. Lips. ignorat mox *ultra*. Pro *fuerunt* Pith. *fuerint*.

NOTÆ

[c] *Cupido acquirendi ex opinione inopiæ venit*] Claudianus: 'Semper inops, quicumque cupit.' Quapropter interroganti cuidam, quo pacto dives fieri posset, respondit Cleanthes: Εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν εἴης πένης: Si cupiditatum inops fueris.

[d] *Philus*] De hoc Philo nihil usquam reperio. Apud Livium quidem lib. x. lego Publium Philonem quendam fuisse primum Prætorem ex plebe factum: sed non vocatur Philus.

[e] *Nec Lælius, quantam Scipio*] Africanum intellige: hic enim erat Lælii amicissimus: 'Par veræ amicitiæ clarissimum Scipio et Lælius,' inquit Valer. Maxim. lib. VIII. cap. 8. Cicero: 'Nec me divitiæ movent, quibus omnes Africanos et Lælios multi venalitii mercatores superarunt.'

[f] *Crassus dives*] Is est M. Crassus, qui, a Parthis superatus, interfectus est apud Carras. Romanorum omnium ditissimus fuit: unde ei Locupletis nomen inditum: negabatque divitem quempiam habendum, qui annuo reditu exercitum alere non posset. 'Sed,' ut ait Valer. Maxim. 'eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem injunxit: siquidem bona ejus a creditoribus, quia solidum præstare non poterat, venierunt. Ita quoque amara sugillatione non caruit: quia, cum egens ambularet, Dives ab occurrentibus salutabatur.'

[g] *Hi philosophi, quos commemoravi*] Nullos præter Socratem commemo-

non ultra volentes quam poterant, [438] sed congruentibus desideriis et facultatibus, jure meritoque dites et beati fuerunt. Pauper enim fis appetendi egestate,[8] dives non egendi satietate: quippini, inopia desiderio, opulentia[9] fastidio cernuntur. Igitur, Æmiliane, si pauperem me haberi[1] vis,[h] prius avarum esse doceas[i] necesse est. Quod si nihil in animo deest,[2] de rebus extrariis[3] quantum desit non laboro: quarum neque laus in copia, neque culpa in penuria consistit. Sed finge, hæc aliter esse;[4] ac me ideo pauperem, quia mihi fortuna divitias invidit; easque, ut ferme evenit, aut tutor imminuit,[5] aut inimicus eripuit, aut

contra illi philosophi, de quibus locutus sum, jure et merito fuerunt locupletes, et fortunati, non cupientes plura quam poterant, sed habentes desideria opibus suis convenientia. Nam fis pauper inopia desiderandi, locuples autem satietate non indigendi: quia nempe paupertas dispicitur ex appetitu, et abundantia ex satietate. Ergo, Æmiliane, si vis probare me esse inopem, oportet ut ante ostendas me esse avarum. Quod si nihil deficit in mente, non curo quantum deficiat ex rebus externis: quarum neque abundantia conciliat gloriam, neque carentia parit vituperium. Sed pone hæc alio modo se habere, et me idcirco inopem esse, quia Fortuna mihi negavit opes; et (quemadmodum solet accidere) vel tutor meus illas minuit, vel adversarius

Id.—8 Edd. O. et ipsius Elmenh. *fis*: sed Mss. Florent. *sis*, Pith. *sies appdenti.* Pro *non egendi* D'Orv. *vero egendi.* Id.—9 *Quippe qui inopia, desiderio, op.* Scribi debuit, *quippe quia inopia desiderio, opulentia fastidio cernuntur.* Casaubonus. L. *quippe* vel *quippini?* *Cernuntur* valet *censentur*, seu *æstimantur*, ut lib. de Deo Socr. 'Fac intelligas non modo loci disclusione, verum etiam naturæ dignitate, quæ et ipse neque uno, neque gemino modo, sed pluribus cernitur.' Etiam τὸ *qui* poteris retinere, quod comice abundat. *Acidal.* Sine sensu olim vulgabatur *quippe qui inopia, desiderio, opulentia, fastidio cernuntur.* Locum, quod ad sensum, præclare emendavit Casaub. quem reliqui secuti sunt. Recte quoque Vulc. in marg. *quippe quod, &c.* Sed unice vera est Acidalii conjectura *quippini*, quæ particula sæpius in nostro Auctore corrupta, plus semel ab Oudend. ei restituta est, quod et nos h. l. sine hæsitatione fecimus. Adi Ind. Not. *J. Bosscha.*—1 *Habere.* Sic vulgo. Sed melius Ms. Lips. et Salm. in marg. *haberi*, scil. ab aliis, ut patet e seq. 'doceas.' *Id.*—2 Pith. *desit*: et mox *quam* pro *quantum.* Id.—3 *Extraneis.* Flor. 2. *extrariis.* Vide Indicem. *Elmenhorstius.* Accedunt Mss. Lips. D'Orv. cum Ed. Junt. post. v. Ind. *J. Bosscha.*—4 Sic Ms. cod. et Ven. Ald. male, *aliter se.* Colv. Pith. *hoc.* D'Orv. non habet *esse.* Statim pro *invidit* Pith. *invido.* J. Bos. —5 Ita Mss. et Edd. exceptis Vic. et Casaub. ni fallor, e Rom. Ed. in quibus

NOTÆ

ravit philosophos, quod sciam, nisi intelligamus Curium, Fabricium, Scipionem, atque alia illa priscæ frugalitatis exempla.

[h] *Si pauperem me haberi* [*habere*] *vis*] Si vis probare et evincere me esse pauperem, ut fatear et concedam me esse pauperem.

[i] *Prius avarum esse doceas, &c.*] Cum is solum pauper sit, qui plura cupiat quam habet, id est, solus avarus.

pater non reliquit: hoccine homini opprobrari,[6] [k] quod nulli ex animalibus vitio datur, non aquilæ, non tauro, non leoni? Equus si virtutibus suis polleat, ut si æquabilis vector,[l] et cursor pernix; nemo ei penuriam pabuli exprobrat:[7] tu mihi vitio dabis, non facti vel dicti alicujus pravitatem, sed quod vivo[8] gracili Lare, quod pauciores habeo,[9] [m] parcius pasco, levius vestio, minus obsono?[1] Atqui[2] ego contra,[3] quantulacumque tibi hæc videntur, multa etiam, et nimia[4] arbitror, et cupio ad pauciora me[5] coërcere: tanto beatior futurus, quanto collectior. Namque[6]

aliquid mihi abstulit, vel pater meus nullas reliquit: an hoc exprobrandum est homini, quod nulli animalium probro vertitur: neque aquilæ, neque tauro, neque leoni: nempe paupertas? Si equus habeat dotes sibi convenientes, ita ut molliter vehat, et currat velociter; nemo ei vitio dat inopiam cibatus: tu vero mihi exprobrabis, non quod aliquid male fecerim, aut dixerim, sed quod vivam in tenui domuncula, quod habeam pauciores famulos, quod eos alam frugalius, quod dem eis vestes leviores, et emam minus obsoniorum? Ego vero contra existimo hæc plurima esse et nimia, licet tibi videantur pauca, et opto me restringere ad pauciora: futurus eo felicior, quo me coërcebo magis intra angustiores possessiones. Bona enim valetudo

minuit. Infra p. 442. 'crebris liberalitatibus modice imminutum.' De Philos. Mor. p. 615. 'quæ vel imminui possunt, vel fraudibus interire.' *Id.*—6 *Hoccine opprobrari pauperiem.* V. c. *exprobrari.* Scioppius in Symbola. Ejice vocem *pauperiem,* quæ ab interprete. Possis et *Hoccine? homini opprobari paup. &c.* Horat. 'Magnum pauperies opprobrium jubet Quidvis et facere et pati.' *Acidal.* Alii *exprobrari.* Elmenhorstius. Excepto Fulv. Cod. consentiunt libri in *opprobrari,* sed D'Orv. *opprobari.* Pith. *opprobrare.* Infra tamen 'nemo ei pabulum exprobrat.' *Pauperiem* uncis inclusit Scriv. sed prorsus otiosum est, et ferri nequit; quare e textu ejeci: nam si cum Acidalio *hoccine?* absolute dixisset Auctor, scribendum foret non *quod nulli . . . datur,* sed *quæ.* J. Bosscha.—7 Vet. *exprobavit.* Scribe tu, *exprobrabit.* Colvius. Elegantius mihi videtur præsens, quo melius sentiatur vis sequentis futuri *dabis:* licet ex Vet. Cod. fortasse Fux. a viro docto quoque notatum videam *exprobrabit.* J. Bosscha.—8 D'Orv. *vino.* Id.—9 Vid. Not. Var.—1 Aldus, *Obsonor.* Elmenhorstius.—2 Ms. D'Orv. Ed. Vic. *atque.* J. Bos.—3 *Ego contra.* Absunt hæc ab exemplari scripto. *Colvius.*—4 Lib. vet. *etiam minima.* J. Bosscha.—5 Sic Mss. tres. Vulgo *me ad pauc.* Id.—6 Pith. *nam.*

NOTÆ

k [*Pauperiem*] Videtur hæc vox a manu Glossatoris in textum irrepsisse.

l *Ut si* [*sit*] *æquabilis vector*] Ut passu non inæquali et succussante, sed æquali et uniformi gradiens, molliter vehat sessorem suum.

m *Quod pauciores habeo*] Supple, domesticos, famulos; nec quicquam interpolandum. Quæ sequuntur mire quadrant cum hoc intellectu: nec probo quæ hic Pricæus habet, nimis intelligendo nihil intelligens.

animi, ita ut corporis, sanitas expedita, [439] imbecillitas[7] laciniosa est:[n] certumque[8] signum est infirmitatis, pluribus indigere. Prorsus[9] ad vivendum, velut ad natandum, is melior, qui onere liberior. Sunt enim similiter etiam in ista vitæ humanæ tempestate[1] levi sustentatui,[2] gravia demersui. Equidem didici, ea re præcedere[3] maxime Deos ho-

mentis, quemadmodum et corporis, nullis impedimentis oneratur; infirmitas vero impedita est quasi laxiore toga: et opus habere multis rebus est certum indicium debilitatis. Is omnino aptior est ad vivendum, ut et ad natandum, qui magis expeditus est ab onere. Nam simili modo, in hac vitæ humanæ procella, levia conducunt etiam ad sustentandum, gravia vero ad summergendum. Sane didici Deos superare

Id.—7 Ed. Scriv. *imbellitas:* vox, quod sciam, nova. *Id.*—8 Ms. Lips. *certum quod:* unde G. Voss. in marg. fecit *cert. quoque.* Id.—9 V. D. in marg. *porro sicut.* Non placet: nam amat sic Noster τὸ *prorsus*, initio periodi. Flor. N. 3. 'Prorsus igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant.' N. 8. 'Prorsus enim non eo inficias:' ibid. extr. 'Prorsus omnes virtutes tuas ita effingit.' cf. et N. 15. de Deo Socr. p. 691. 'Prorsus illius testimonio ferri sententiam.' Infra p. 550. 'Prorsus ut vir bonus dicendi peritus.' p. 551. 'Prorsus in qua . . . si Avitum audias.' Pro *vivendum* Pith. *vendum.* Id.—1 *In ista vita humana tempestates.* Vet. edit. *vitæ humanæ temp.* Forte etiam bene legas: *In ista vitæ humanæ tempestate levia sust. grav. dem.* Colvius. *In ista vitæ hum. tempestate.* Quia propius aberat hæc lectio a Romana, ideo eam probavi: nam alioquin sic potius legerim, *etiam in ista vita humana, ut in tempestate.* Casaubonus. *In ista vita, ut in tempestate* conjecit Fulvius. Idem mox: *Proinde gratum habui, cum ad contumeliam diceretis.* Sciopp. in Symb. *In ista vitæ hum. tempestate.* Sic bene emendatum a Lipsio in marg. et Colvio, atque editum a Casaub. Gent. Pric. Flor. *Vitæ* extat in Mss. Lips. Pith. *humanæ* in Edd. O. ante Colv. *humane* in Mss. Lips. Pith. D'Orv. *tempestate* auctoritatem habet Codicis D'Orvill. Colv. edidit cum Vulc. Elm. Scriv. *in ista vita humana tempestates: levia, &c.* atque ita cum Edd. vett. (nisi quod in his *humanæ*) videtur esse in Mss. Florent. Casauboni conjecturam expressit Wow. deleto τῷ *humana.* Salm. et alius V. D. in marg. *sunt enim in ista vita similiter ut in tempestate:* quod nimis abit a vetere et scripta lectione. *J. Bos.*—2 Ms. *sustentu.* Ald. *sustentam.* Colvius. In Ms. erat *sustenta.* In Ald. cod. *sustentam.* Indicium habeo ad veram lectionem, quæ est: *levia sustentæ, gravia d.* Apuleio *sustenta* verbulum est, sicut 'contenta' Arnobio, 'Remissa' Cypriano, 'Deducta' Ciceroni, 'Condita' Censorino. Vide Critici nostri Arnobiani lib. IV. cap. 10. *Meurs.* Errat Colv. et ex eo Meurs. aientes in Ald. Ed. esse *sustentam.* Corrupte enim in ea legitur *sustentavi.* De Lips. Cod. suspecta mihi quoque est Colvii fides: nam ejus Codicis Coll. Voss. et alia ejusdem Msti præbent *sustentui,* ut et Ms. Pith. Non male: sed in vulgata lectione nil mutandum; nedum ut, Meursium secutus, novum verbum Auctori obtrudas. Non absimile est quod Salm. in nostro Auctore de Dogm. Plat. p. 255. b. huj. Ed. legi volebat *conjunctam,* pro *conjunctionem:* sed ibi ex Mss. *J. Bosscha.*—3 V. D. in marg. *præcellere:* sine causa: licet *præcedere*

NOTÆ

[n] *Imbecillitas laciniosa est*] Habet multa impedimenta. Metaphora a palliis ducta: quæ, si præsertim ampliora sint, suis sinuosis rugis impedimento sunt.

minibus,[o] quod nulla re ad usum [4] sui indigeant. Igitur ex nobis, cui quam minimis opus sit, eum esse Deo similiorem. Proinde gratum habui cum ad contumeliam diceretis,[5] rem familiarem mihi peram et baculum [p] fuisse. Quod utinam tantus animi [6] forem, ut præter eam supellectilem nihil quicquam requirerem, sed eundem ornatum digne gestarem, quem Crates [7] ultro divitiis abjectis appetivit! [q] Crates, inquam, si quid credis, Æmiliane, vir domi inter Thebanos proceres dives et nobilis, amore hujus habitus, quem mihi objectas,[8] rem familiarem largam et uberem populo donavit: [r] [440] multis servis a sese remotis, solitatem [9] delegit:

homines hoc præcipue, quod nulla re opus habeant ad suum usum. Proindeque illum ex nobis esse magis similem Deo, qui egeat paucissimis. Igitur objiceretis mihi probri loco ornatum mihi acceptum ; me nempe habuisse pro bonis omnibus saccum et baculum : quod utinam essem tam forti animo, ut nihil prorsus expeterem præter illam supellectilem, sed digne ferrem eundem habitum, quem Crates exoptavit opibus sponte amandatis! Crates, inquam, (si tamen fidem habes aliquam mihi, o Æmiliane,) qui vir erat ex optimatibus Thebanis, in sua urbe locuples, et clarus genere, largitus est plebi bona ampla et copiosa, studio hujus ornatus, quem mihi exprobras. Voluit esse solus, amandatis a se plurimis famulis : elegit unicum sci-

hoc sensu apud Nostrum alibi non occurrat ; sed bis *præcellere*. Flor. N. 23. et de Dogm. Plat. II. p. 623. Ed. Flor. verum utroque loco, ut et apud alios plerumque, sine casu addito. *Id.*—4 D'Orv. *versum*. Post τὸ *indigeant* in Ms. Lips. rursus est lacuna usque ad verba *Charon nomen est* p. 443. Ed. Flor. *Id.*—5 Vid. Not. Var.—6 Ms. D'Orv. *tanti animi*. J. Bosscha.—7 Vet. *Cratetes*. Colvius. Flor. 2. *Socrates:* male. *Elmenhorstius*. Lips. Cod. ea, quæ hic sequuntur, habet post illa *strepitu viget* p. 446. In eo, ut et Pith. D'Orv. cum Florent. *Socrates*, hic et in seqq. *J. Bosscha.*—8 Pith. *objectus*. Statim pro *uberem* Edd. ante Colv. corrupte *urbem*. Id.—9 Al. *solitarem*.—

NOTÆ

[o] *Equidem didici, ea re præcedere maxime Deos hominibus, &c.*] Hoc in Stoicorum aut Cynicorum potius schola didicerat. Laërtius in Menedemo : Διογένης ἔφασκε Θεῶν μὲν ἴδιον εἶναι μηδενὸς δεῖσθαι· τῶν δὲ Θεοῖς ὁμοίων, τὸ ὀλίγων χρῄζειν· Diogenes dicebat Deorum quidem proprium esse, nulla re indigere : eorum vero, qui Diis essent similes, indigere quam paucissimis.

[p] *Peram et baculum*] Cynicorum gestamina, totamque adeo supellectilem. Auson. Epigram. LIII. de Diogene : 'Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex Ista fuit Cynici, sed putat hanc nimiam,' &c.

[q] *Quem Crates ultro divitiis abjectis appetivit*] De eo plura Noster in Floridis, quem vide infra.

[r] *Rem familiarem largam et uberem populo donavit*] Laërtius in ejus Vita refert, ex Demetrio Magnesio, illum deposuisse pecuniam apud trapezitam, ea conditione, ut, si quidem filii idiotæ essent, eam illis redderet : sin autem philosophi, plebi distribueret :

arbores plurimas et frugiferas[r] præ[2] uno baculo sprevit: villas ornatissimas una perula mutavit: quam[3] postea, comperta utilitate,[4] etiam carmine laudavit, flexis ad hoc Homericis[5] versibus, quibus ille Cretam insulam[s] nobilitat. Principium dicam,[t] ne me hæc ad defensionem putes confinxisse:

Πήρη τις πόλις ἐστὶ[6] μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ
Καλὴ καὶ πίειρα.

Jam cetera[u] tam mirifica: quæ si tu legisses, magis mihi peram, quam nuptias Pudentillæ invidisses. Peram et baculum tu philosophis exprobrare?[7] igitur et equitibus

pionem, contemtis multis arboribus, iisque fructiferis: commutavit pulcherrimas villas pro una manticula: cujus deinde cum cognovisset utilitatem, carmine quoque celebravit ejus laudes, detortis ad hoc carminibus Homeri, quibus ille laudat insulam Cretam. Recitabo initium eorum; ne credas me excogitasse hæc ad meam defensionem: Mantica quædam urbs est sita in medio nigro fumo seu fastu, Pulchra et pinguis, &c. *Reliqua autem adeo mira sunt. ut, si legisses ea, invidisses mihi potius manticam quam conjugium Pudentillæ. Tu vitio dares philosophis manticam*

1 Al. *fructiferas.*—2 Ms. D'Orv. *pro.* J. Bosscha.—3 Prave Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *quem.* Id.—4 Ms. Pith. *comperato humilitate.* Pro *etiam* Ms. Lips. *uno.* Id.—5 D'Orv. *ab hoc Om.* Edd. ante Junt. post. *ad hæc:* contra Mss. *Id.*—6 Versus hi in Rom. Venetaque Ed. Latine leguntur: *Cæruleo in medio quædam urbs est pervia ponto, Pulchra et opima.* Colvius. Vid. Not. Var. —7 *Tu philosophis exprobras* Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Alii, *exprobrari.* Elmenhorstius. Forte in Ed. Vulc. sec. est *exprobrari:* in reliquis certe *exprobrare*, vel, *exprobrares.* Elegantem vim infinitivi non perspexisse videtur

NOTÆ

nihilo quippe egere philosophos.

[s] *Homericis versibus, quibus Cretam insulam, &c.*] Hi sunt: Κρήτη τις γαῖ' ἔστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ, Καλὴ καὶ πίειρα, περίῤῥυτος, &c. Quos imperitus aliquis huc in textum perperam inseruerat: cum Cratetis, non Homeri versuum initium referre voluisse Apuleium pateat.

[t] *Principium dicam*] Ecce tibi omnes illos versus Cratetis de pera, quales in ejus Vita refert Laërtius: Πήρη τις πόλις ἔστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ, Καλὴ καὶ πίειρα, περίῤῥυτος, οὐδὲν ἔχουσα, Εἰς ἣν οὔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος, Οὔτε λίχνος πόρνης ἐπαγαλλόμενος πυγῇσιν, Ἀλλὰ θύμον καὶ σκόρδα φέρει, καὶ σῦκα, καὶ ἄρτους, Ἐξ ὧν οὐ πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τούτων, Οὐχ ὅπλα κέκτηνται περὶ κέρματος, οὐ περὶ δόξης. Quos versus sic Latine reddidit Laërtii Interpres: 'Est quædam medio constructa urbs Mantica fastu, Pulchra quidem et pinguis, circumflua, rebus egena, Quam nullus parasitus adit, stolidusve penetrat, Deditus aut quisquam damnosis ganeo scortis: Allia sed, panes, ficus, profertque lupinos, Nec pro gloriola capiunt aut sordibus arma.'

[u] *Jam cetera*] Reliqui versus, quos supra retuli.

phaleras, et peditibus clypeos,[w] [441] et signiferis vexilla, et denique[8] triumphantibus quadrigas albas et togam palmatam.[x] Non sunt quidem ista Platonicæ sectæ gestamina, sed Cynicæ insignia familiæ.[9] Verumtamen hoc[1] Diogeni et Antistheni[y] pera et baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum,[z] quod pontificibus galerum,[a] quod lituus[2 b] auguribus. Diogenes quidem Cyni-

et baculum? Exprobrares igitur etiam phaleras equitibus, et clypeos peditibus, et signa vexilliferis, ac postremo equos candidos et togam palmis pictam triumphum agentibus. Ista quidem non sunt ornamenta philosophorum Platonicorum, sed sunt ornatus sectæ Cynicorum. Attamen hæc mantica et hic baculus fuerunt Diogeni et Antistheni idipsum, quod diadema est Regibus, quod paludamentum Imperatoribus, quod galerus Pontificibus, quod lituus est Auguribus. Sane Diogenes Cyni-

Fulvius. Ed. Vic. *philosophus.* J. Bosscha.—8 Mss. Lips. Pith. *te denique.* Id. —9 Inverse Ms. D'Orv. *Id.*—1 Ita Mss. et Edd. Casaub. Wow. et seqq. Edd. vett. *ver. hæc.* Pro *et baculus* Ms. Pith. *cum baculis.* Id.—2 Vulgo *lituum.* Elmenhorstius. Edd. nempe Vic. Colv. Cas. Vulc. Wow. Pric. cum Mss. excepto uno Florent. nec male. v. Colv. not. præced. Plutarcho quoque λίτυον dicitur non λίτυος in Rom. p. 67. Ed. Bryan. τὸ καλούμενον λίτυον . . . τοῦτο κ. τ. λ. id in Camil. p. 321. καλεῖται λίτυον. Quia tamen in optima Ed. Junt. post. et aliis vett. multis extat *lituus,* auctoritate Msti Florent.

NOTÆ

[w] *Et equitibus phaleras, et peditibus clypeos, &c.*] Sicut enim illa sunt propria eorum gestamina et insignia, ita pera et baculus philosophorum insigne est, Cynicorum scilicet: e quorum tamen numero non erat Apuleius, sed Platonicorum. Verum, ut causæ serviat, quod erat Cynicæ familiæ peculiare, omnibus indiscriminatim philosophis tribuit.

[x] *Triumphantibus quadrigas albas et togam palmatam*] Hic erat ornatus triumphantium. Livius etiam meminit tunicæ palmatæ, lib. x. 'Eis viris, quos vos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, et toga picta, et corona triumphali, laureaque honoraritis.' Palmatam dictam fuisse a picturæ genere, quod palmas imitabatur, ostendit inter cetera numisma Augusti, cujus figuram expressit ad hunc locum Pricæus.

[y] *Et Antistheni*] Hujus fuit discipulus Diogenes, ab eoque peræ et baculi usum didicit.

[z] *Paludamentum*] Erat insigne pallium Imperatorum. Nonius ait 'paludamentum' etiam dici chlamyda.

[a] *Galerum*] 'Galerus' etiam dicitur; estque pileus rotundus, sic dictus, ut ait Varro, a galeæ similitudine. Erat prope peculiaris sacerdotibus. Solus flamen Dialis album habebat galerum, si Gellio credimus.

[b] *Lituus*] 'Lituus' baculus erat extrema parte incurvus, quo Augures utebantur, dum avium volatum contemplarentur. Est præterea 'lituus' Festo 'buccinæ genus incurvum, gracilem edens sonum, quo in bello utebantur.' Horat. Ode 1. 'Multos castra juvant, et lituo tubæ Permistus sonitus,' &c.

cus, cum Alexandro Magno[3] de veritate regni certabundus,[c] baculo vice sceptri[4] gloriabatur. Ipse denique Hercules invictus, (quoniam hæc tibi, ut quædam mendicabula, animi sordent,)[5] ipse, inquam, Hercules lustrator orbis, purgator ferarum,[6] gentium domitor; is tamen[7] Deus cum terras peragraret, paulo prius quam in cœlum ob virtutes ascitus est, neque una pelle[8] vestitior fuit,[d] neque uno baculo comitatior. Quod si hæc exempla nihili putas, ac me non ad causam agendam, verum ad censum disserundum vocasti;[9] [442] ne quid tu rerum mearum nescias, si tamen nescis, profiteor[1] mihi ac fratri meo relictum a patre HS. vicies,[e] paulo secus:[2] idque[3] a me longa peregrinatione, et diutinis studiis, et crebris liberalitatibus modice imminutum. Nam et amicorum plerisque opem tuli, et magistris plurimis gratiam retuli, quorundam etiam filias

cus, contendens cum Alexandro Magno uter verius esset rex, ostentabat baculum suum loco sceptri. Denique Hercules ipse invictus (si quidem nimis fastidis istos veluti quosdam mendicos), ipse, inquam, Hercules, qui peragravit totam terram, et purgavit eam monstris, qui subegit nationes: is, licet Deus esset, dum lustraret orbem, paulo ante quam adoptatus est in cœlum propter sua egregia facinora, non habuit aliam vestem quam pellem, neque ullum alium comitem quam clavam. Quod si spernis hæc exempla, et me citasti non ad dicendam causam, sed ad enumerandos reditus meos, nec tu ignores quicquam ex meis negotiis (si tamen hoc ignoras), declaro palam patrem meum reliquisse mihi et meo fratri vicies sestertium, aut paulo minus: hocque aliquantum attenuatum esse a me longis itineribus, et studiis diuturnis, et largitionibus frequentibus. Adjuvi enim maximam partem meorum amicorum, et remuneravi permultos magistros; dedi etiam dotem filiabus quorundam: nam

cum Elm. Scriv. Flor. ita edidi. J. *Bosscha.*—3 D'Orv. *Al. mane.* Id.—4 Sic Mss. D'Orv. Pith. Edd. Junt. post. Cas. Gent. Pric. In Bas. pr. *vitæ sceptri.* In reliquis *sceptri vice.* Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Al. *pugnator f.*—7 V. D. in marg. Ed. Junt. post. *is tandem:* non male. 'Hercules invictus ... Hercules gentium domitor ... *Hercules* tandem Deus.' Sed malim vulgatum *tamen*, i. e. licet Deus esset, tamen, &c. *J. Bosscha.*—8 Ms. Pith. *pellis.* Id.—9 Vid. Not. Var.—1 Corrupte Pith. *fibrum*, et mox, *fratre.* J. Bos. —2 Ed. Junt. post. *HS. XX. quod est vicies.* Edd. Junt. pr. Ald. Bas. *viginti.* Id —3 Ed. Vic. Ven. *id quod.* Id.—4 Al. *contemtu.*—5 *Quæ nullum*

NOTÆ

[c] *De veritate regni certabundus*] Id est, dum contenderet se verius esse regem, quam Alexandrum.

[d] *Neque una pelle vestitior fuit*] Pellis illa spolium erat Nemeæi leonis, ab ipso Hercule interfecti.

[e] *HS. vicies*] Quinquaginta millia scutorum coronatorum, quorum unumquodque triginta quinque solidos continet, juxta Budæi supputationem in De Asse.

dote auxi: neque enim dubitassem equidem vel universum patrimonium impendere, ut acquirerem mihi, quod majus est, contemtum[4] patrimonii.[f] Tu vero, Æmiliane, et id genus homines, uti tu ès, inculti et agrestes, tanti revera estis, quantum habetis: ut arbor infœcunda et infelix, quæ nullum fructum[5] ex sese[6] gignit, tanti[7] est in pretio, quanti lignum ejus[8] in trunco. Attamen[9] parce postea, Æmiliane, paupertatem cuipiam objectare, qui nuper usque agellum Zarathensem,[1][g] quem tibi unicum pater tuus reliquerat, solus uno asello, ad tempestivum imbrem,[h] triduo exarabas. Neque enim diu est,[2] cum te crebræ mor-

sane non fuissem veritus insumere vel omnes meas opes, ad comparandum mihi contemtum opum, qui præstantior est ipsis opibus. Tu autem, Æmiliane, et homines tui similes, horridi et rustici, tantum reipsa valetis, quantum possidetis bonorum: quemadmodum arbor sterilis et infelix, quæ nullum fructum profert, tanti æstimatur, quantum valet lignum, quod est in ejus caudice. Sed tamen desine deinceps exprobrare cuiquam egestatem, o Æmiliane, qui usque nuper arabas solus unico asino, spatio trium dierum, sub impendentes pluvias, parvum agrum Zarathensem, quem tuus pater reliquerat tibi solum. Nam non ita pridem est, ex quo frequentia

* * * * * * * * * * * *

fructum, &c. Quæ arbor infelix? quæ nullum fructum ex sese gignit. Quin manifeste vides hæc a manu glossographi. Transtulit autem ex Festo, qui scribit, Catoni arbores infelices, quæ fructum non ferunt. *Wower.* Dele hæc cum Woweric. *Elmenhorstius.* Uncis inclusere Elm. et Scriv. sed agnoscunt Mss. et Edd. O. Quod si pari modo in antiquos auctores, Nostrum in primis, (vid. Pric. ad Apol.) temeraria falce grassari, et omnia, quæ nostro sensui abundant, rescindere vellemus; næ, illa larga messis fuerit. Immo τὸ *infelix*, quid aliud est, quam *infœcunda?* Alterutrum igitur expunge, si lubet: sed Auctorem integrum non reliqueris. *J. Bosscha.*—6 Scriv. et Flor. *ex se:* contra Mss. Veram lectionem hic revocavit Ed. Bip. *Id.*—7 Ms. Pith. *tandem.* Groslot. *tanto:* sed respondet seq. *quanti.* Id.—8 Ex uno Ms. notatur *est.* Id.—9 D'Orv. *ac tamen.* Id.—1 Ed. Vic. *Zathar.* Vir doctus margini Ed. Pric. ascripsit *f. Sabratensem.* Memoratur sane a Ptolemæo *Sabrata*, inter Numidiæ urbes, ibique hanc orationem esse habitam infra monebimus: sed *Zaratham*, seu *Zarattham*, inter Mauritaniæ Cæsariensis oppida recenset idem Ptolemæus. Librorum omnium, et hic et infra, consensus conjecturæ locum dat nullum. *Id.*—2 Rom. *divem.* Bas. 1. Venet. Ald. *diritem.* Colvius. *Neque nunc diu est* Fulvius. Mox v. c. *Charon numen est.* Pt

NOTÆ

[f] *Contemtum patrimonii*] Sic legendum, auctore Lipsio, sed præfigenda virgula. Mss. et editiones pleræque habent *contemtu*, perperam. Hæc corruptio fluxerit ex omissione tituli super *u*, positi hoc modo *contemtū*.

[g] *Agellum Zarathensem*] Ζάρατθα Ptolemæo urbs est Mauritaniæ Cæsariensis.

[h] *Ad tempestivum imbrem*] Hoc est, dum adhuc impenderent imbres, post in sulcos casuri. Virgil. in Georg. 'Incumbere aratris Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.'

tes propinquorum immeritis hæreditatibus [i] fulserunt: unde tibi potius, quam ob istam teterrimam faciem, Charon nomen est.[3] [k] [443] De patria mea [4] vero, quod eam sitam Numidiæ et Getuliæ in ipso confinio,[l] meis scriptis ostendisti,[5] quibus memet [6] professus sum, cum Lolliano Avito [m] C. V.[7] præsente publice dissererem, Seminumidam et Semigetulum; [8] non video,[9] quid mihi sit in ea re puden-

funera tuorum consanguineorum sustentaverunt te hæreditatibus, quibus eras indignus: ex qua re appellatus es Charon potius, quam ex tuo vultu fœdissimo. Quantum autem ad meam patriam, quoniam demonstrasti eam positam esse in ipso confinio Numidiæ et Gætuliæ, ex meis scriptis, quibus ego declaravi me esse Seminumidam, et Semigætulum, cum publice verba facerem coram Lolliano Avito, viro clarissimo, non dispicio quid sit in ea re, cujus debeat me pudere: sicut neque pudere debuit Cy-

non longe Fulvius: *qua ratione vitam vivere instituerit.* Et mox: *quippe illis terra alumna.* Scioppius in Symbola. Edd. Vic. Junt. pr. *divem.* J. Bosscha.—3 Flor. et Fulvii lib. *Ch. numen est:* male. *Elmenh.* Mss. D'Orv. et Pith. quoque cum Edd. Junt. pr. Bas. pr. *numen,* ut solent hæ voces confundi. v. Ind. Ceterum locum a prava distinctione vindicavit Casaub. sed corrupit rursus Scriv. revocanda interrogationis nota. *J. Bos.* Vid. Not. Var.—4 Periodum longiusculam et subobscuram, et nonnihil etiam corruptam, ita lege, ita distingue: *De patria mea vero, quod eam sitam Numidiæ et Gætuliæ in ipso confinio meis scriptis ostendisti, quibus memet professus sum, cum Lolliano Avito C. V. præsente publice dissererem, Seminumidam et Semigætulum: non video q.* omnia plana et aperta. *Casaub.* Hanc periodum excudi jussimus ad emendationem Casaubonianam, nam in prioribus libris confusior erat. *Pric.* Incipit hic tertio Ms. Lips. Bene locum rursus distinctione sanavit, et emendavit Casaub. *J. Bosscha.*—5 Flor. 2. *ostendi, scis quibus.* Elmenhorstius. Casaubono, emendanti *ostendisti,* reliqui sunt obsecuti: cum antea legeretur *ostendi scis,* ut habent Mss. nisi quod Florent. ex Coll. Lindenbr. *ostendisti scis,* Pith. *ostendis scis.* Sane nisi Æmilianus in accusatione Apuleio patriam exprobrasset, nulla causa erat, cur id h. l. tangeret Auctor. Pro *meis* Pith. *in i.* In *memet* syllabica adjectione caret Ms. Lips. *J. Bosscha.*—6 Addit Ed. Casaub. *verbis* contra Mss. et Edd. ceteras. *Id.*—7 *C. V.* desunt Ed. Junt. post. In Ed. Vic. *Cl.* In reliquis ante Colv. ut et Mss. *cum,* vel, *cū.* Id.—8 Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. cum Ms. D'Orv. *semigetulam.* Id.—9 Coll. Voss.

NOTÆ

[i] *Immeritis hæreditatibus*] Quas tu non mereris, quibus indignus es. 'Immeritis' hic passivo significatu intelligendum.

[k] *Unde tibi potius, quam ob istam teterrimam faciem, Charon nomen est*] Id est, ex quibus mortibus potius, quam ex tuo teterrimo vultu, inditum tibi nomen est Charontis; quod scilicet tu, quasi alter Charon, propinquos illos tuos Acheronta prætervexeris.

[l] *Numidiæ et Getuliæ in ipso confinio*] Madaura, Apuleii nostri patria, Plinio Africæ proprie oppidum erat.

[m] *Lolliano Avito*] Hunc legimus, apud Capitolinum in Pertinace, fuisse virum Consularem. Citatur ab Ulpiano, l. III. Parag. 2. ff. de Decur. Divorum fratrum rescriptum ad Lollianum Avitum, Bithyniæ præsidem. Consul. fuit sub Antonino Pio. Constat etiam fuisse Africæ Proconsulem.

dum,[n] haud minus,[1] quam Cyro majori,[o] quod genere mixto fuit, Semimedus ac Semipersa.[p] Non enim ubi prognatus, sed uti moratus[2] quisque sit, spectandum: nec qua regione, sed qua ratione vitam vivere inierit,[3] considerandum est. Olitori et cauponi merito est concessum,[4] olus et vinum ex nobilitate soli commendare: vinum Thasium,[q] olus Phliasium.[5r] Quippe illa terræ alumna[6s] multum ad

rum Majorem, quod fuit origine mixta, Semimedus et Semipersa. Nam non est considerandum quo in loco aliquis natus sit, sed quibus sit moribus; neque inspiciendum in qua provincia cœperit vitam degere, sed quo modo cœperit. Jure permittitur hortulano et cauponi laudare olera et vinum ex claritate regionis: puta vinum Thasium, olus Phliasium. Quia nempe terra fertilis, et cœlum imbriferum,

* * * * * * * * * * * *

non video enim. Pith. *non vidi ideo.* Ed. Junt. post. *num ideo.* Idem.—1 Mss. Pith. Lips. *aut minus.* Id.—2 *Ubi prognatus, sed ut moratus.* Ms. lib. *prognatur, sed ubi moratus.* Colvius. Utroque loco *ut* habent Ms. Pith. et Edd. Rom. Vic. contra Ms. D'Orv. bis *ubi.* Legendum cum Wower. Elmenhorst. Scriver. Flor. *ubi . . . uti.* De sententia v. Toll. ad Auson. Cæs. 21. *J. Bosscha.*—3 Wowerius et Fulvius: *vitam v. instituerit.* Elmenhorstius. Non Wower. sed Fulv. legit *instituerit.* v. Sciopp. supra. Wow. *inierit*, ut vulgo. *J. Bosscha.*—4 Ms. D'Orv. *lege conc.* male: non lege, sed usu et hominum consuetudine, talia conceduntur. *Id.*—5 Pith. *Thars. . . . Philias.* Id.—6 Male in prioribus edd. *terra.* 'Alumna terræ τὰ ἐκ γῆς φυόμενα.' *Casaub.* Fulv. Cod. *illis.* Wowerius. Fulvius *quippe illis terra al.*

NOTÆ

[n] *Non video, quid mihi sit in ea re pudendum*] Objiciebat igitur Æmilianus tanquam pudendum, ex soli ambiguitate avorum etiam ambiguitatem inferens. Sic Plautus in Persa: 'At hercle te hominem et sycophantam et subdolum! Qui huc advenisti nos captatum, Migdilybs, Bisulci-lingua, quasi proserpens bestia.'

[o] *Cyro majori*] Hic fuit Astyagis, Medorum Regis, ex filia nepos. Dicitur autem Major, ut distinguatur a Cyro, Artaxerxis Mnemonis fratre, qui Cyrus Minor et Cyrus Junior est appellatus.

[p] *Quod genere mixto fuit, Semimedus ac Semipersa*] Patre enim ortus est Cambyse Persa, matre vero Mandane Meda. Hinc etiam 'mulus' dictus est ab oraculo, quod refert Herodotus, in Cyropædia: 'Αλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται: 'At cum jam mulus Medis rex imperitabit.'

[q] *Vinum Thasium*] Ex Thaso, Maris Ægæi insula, Thraciæ adjacente, contra Nessi fluminis ostia, quæ generoso vino et præstanti marmore clara fuit.

[r] *Olus Phliasium*] A Phliunte urbe, inter Sicyonium Argivumque agrum sita, omnis generis herbis et fructibus abundante: unde et nomen sortita creditur ἀπὸ τοῦ φλεῖν, quod est, fructibus abundare.

[s] *Illa terræ alumna, &c.*] Hanc lectionem si sequare, voces 'illa' et 'alumna' refer ad vinum et olus, ac passive intellige τὸ 'alumna;' ut sit sensus, nempe, et regio fœcunda, et cœlum pluvium, &c. non mediocriter contulerit ad hoc, ut res illæ (vinum scilicet et olus), quæ aluntur a terra, habeant gratiorem saporem.

[444] meliorem saporem juverit,[7] et regio fœcunda, et cœlum pluvium, et ventus clemens,[8] et Sol apricus, et solum succidum. Enimvero animo hominis extrinsecus in hospitium corporis[9] immigranti, quid ex istis[1] addi vel minui ad virtutem vel malitiam potest? Quando non[2] in omnibus gentibus varia ingenia provenere? quanquam videantur quædam stultitia vel solertia insigniores. Apud socordissimos[3] Scythas, Anacharsis sapiens[t] natus est: apud Athenienses catos, Melitides[4] fatuus.[u] Neque[5] hoc eo dixi, quo me patriæ meæ pœniteret, etsi adhuc Syphacis[w]

et ventus lenis, et Sol clarus, et gleba pinguis plurimum contulerint ad saporem acceptiorem harum rerum, quas tellus nutrit. Verum quid ista possunt adjicere aut detrahere ad probitatem vel improbitatem menti hominis, dum transit forinsecus in diversorium corporis? An unquam aliter evenit, nisi ut diversa ingenia orirentur in cunctis nationibus? quamvis quædam videntur magis celebres aliis stoliditate aut industria hominum. Anacharsis sapiens natus est inter Scythas stupidissimos; Meletides vero stultus, inter Athenienses callidos. Neque tamen dixi hoc ideo, quod pœniteret me meæ patriæ, etiamsi nostra urbs esset adhuc Syphacis: quo tamen

Elmenhorstius. Vid. Not. Var.—7 Ms. lib. *viverit.* Forte, *iverit.* Ad Florida notavi. *Colv.* Coll. Voss. *inverrit.* Ed. Vulc. tert. operarum, credo, errore, *invertit.* J. Bosscha.—8 Ed. Vic. *demens.* Pro *sol* Ms. Pith. *solus.* Id. —9 Ven. Rom. *hospitali corpore.* Colvius, Casaubonus. Edd. Rom. Vic. Ven. accedit Ms. Pith. An leg. *hospitale corporis?* ducta metaphora a tricliniis et cubiculis, quibus advenientes hospites recipiebant, quæ *hospitalia* dicebantur, teste Vitruvio VI. 10. Eadem Græci ξενοδόχια et ξενοκομεῖα dicebant. V. Brisson. de V. S. v. 'Hospitium.' 'Hospitale cubiculum' vocat Liv. I. 58. in historia Lucretiæ. Quoniam tamen eadem *hospitia* dicebantur, quemadmodum inter cubicula in domo Trimalcionis *hospitium* recenset Petron. c. 77. nihil muto. Forte *hospitale* interpretamenti causa ascriptum fuerat. Ms. D'Orv. *hospitiis.* J. Bosscha.—1 Ed. Casaub. *est istis:* hypothetæ errore. *Id.* —2 Ms. Pith. *quando ut.* Mox pro *quædam* Ms. D'Orv. *quadam,* Florent. *quidam:* quia sequitur *insigniores:* male. vid. inttpp. ad Liv. IX. 12. *Id.*— 3 Ms. D'Orv. *secord.* ut aliquoties variatur. *Id.*—4 Ut Gr. Μελιτίδης: non *Miletides,* ut vulgo. *Casaub.* Varie hoc nomen scribunt Edd. vel *Meletides* ut Junt. post. Ald. Bas. sec. Cas. Vulc. sec. tert. Pric. Elm. Scriv. Flor. vel *Miletides* ut Vulc. pr. Colv. Gent. vel *Melitides,* ut recte Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. Wow. cum Ms. Lips. In Pith. *Maletidens.* J. Bosscha.—5 Mss.

NOTÆ

[t] *Apud socordissimos Scythas, Anacharsis sapiens, &c.*] Phædrus: 'Si Phryx Æsopus potuit, Anacharsis Scytha Æternam famam condere ingenio suo; Ego, quem Pierio mater enixa est jugo,' &c. Anacharsis Gnuri filius, Caduidæ vero Scytharum Regis frater fuit. Exprobranti ipsi Attico (ut refert Laërtius, in ejus Vita) quod Scytha esset, 'At mihi,' ait, 'dedecori est patria, sed patriæ tu.'

[u] *Apud Athenienses catos, Meletides fatuus*] De eo proverbium, 'Meletide stultior.'

[w] *Syphacis*] Numidiæ Regis, qui, cum, contra promissam Romanis fi-

oppidum[6] essemus: quo tamen victo, ad Masinissam regem[7] munere populi concessimus,[8] ac deinceps, veteranorum militum novo conditu,[9] splendidissima colonia sumus.[x] In qua colonia patrem habui[y] loco principe[1] duumviralem,[z] cunctis honoribus perfunctum: [445] cujus ego locum[a] in illa republica,[2] exinde ut participare curiam[b] cœpi, nequaquam degener, pari spero[3] honore et existima-

superato, venimus in ditionem Regis Masinissæ, dono populi Romani; et postea facti sumus clarissima colonia militum veteranorum, nova divisione agrorum: in qua colonia habui patrem, ortum primario loco, qui fuit Duumvir, et gessit omnes Magistratus. Cujus vicem ego impleo in illa Republica, ex quo admissus sum in Curiam, cum simili honore et fama, ut spero, nullatenus degenerans ab eo. Quare

Florent. D'Orv. *nec.* Ed. Vic. *nec. hæc.* Id.—6 Alii *oppidani.* Elmenhorstius. Jan. Gruterus in marg. Ed. Colv. conjecit *oppidani:* sed male. Mox: 'splendidissima colonia sumus.' *J. Bosscha.*—7 Ms. D'Orv. *regere.* Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Al. *n. conditi.*—1 Al. *loco principis.*—2 Sic Mss. O. Vulgo *in ea rep.* Mox D'Orv. *ipsum* pro *exinde.* J. Bosscha.—3 *Neq. degeneri, pari spero.* Sic V. C. *Sciopp. in Symb.* Pith. *degeneri patri.* D'Orv. *sper* pro *spero.*

NOTÆ

dem, Hannibalis partes secutus esset, a Masinissa victus captusque est, et ad Scipionem vivus perductus, ac deinde ductus in triumphum, post carcere clausus vitam finivit inedia, regno ejus a Scipione Masinissæ dato.

[x] *Veteranorum militum novo conditu, splendidissima colonia sumus*] 'Conditus' est assignatio seu divisio agrorum; inde conditores dicti, quorum id munus in Coloniarum deductionibus. Splendidissimam Coloniam proprie dixit; hoc enim vulgo honoris vocabulum Coloniis attributum legimus. Cic. Philippica v. 'Mutinam, firmissimam et splendidissimam populi Romani Coloniam,' &c.

[y] *Patrem habui*] Theseum nomine.

[z] *Duumviralem*] Qui fuit Duumvir: hic dignitatis gradus in municipiis coloniisque supremus fuit, et apex ceterorum, ut videre est apud Ulpian. l. I. ff. De albo scribendo, et Pancîroll. de Magistrat. Municipal.

[a] *Cujus ego locum, &c.*] Per locum illum ne Duumviratum intelligas, qui Magistratus fuit annuus et electivus, sed famam dignitatemque propriam ejus patris. Apuleium enim ad judicis honorem nunquam evectum ex D. Augustino discimus Epist. v. 'Apuleius enim,' inquit, 'qui nobis Afris Afer est notior, non dico ad regnum, sed nec ad aliquam quidem judiciariam potestatem cum omnibus suis magicis artibus potuit pervenire, honesto patriæ suæ loco natus, et liberaliter educatus, magnaque præditus eloquentia,' &c.

[b] *Participare curiam*] Id est, in Decurionum ordinem asciscí: absque quo non potuisset evehi ad Duumviratum, ut patet ex Paulo l. VII. Paragr. 2. ff. de Decurionibus. Decurionum munus, officia varia, et onera, ac vicissim privilegia vide in Notis Gothofredi ad Titulum codicis de Decurionibus et filiis eorum, et qui Decuriones, &c.

tione,[4] tucor. Cur ergo[5] illa protuli? ut mihi tu, Æmiliane, minus posthac succenseas: potiusque ut veniam impertias, si per negligentiam forte[6] non elegi illud tuum Atticum Zarath,[7 c] ut in eo nascerer. Nonne vos puditum est, hæc crimina, tali viro audiente, tam asseveranter[8] objectare? frivola et inter se repugnantia simul promere? et utraque tamen reprehendere? Utcumque contraria accusastis;[9] peram et baculum, ob auctoritatem:[1 d] carmina et[2] speculum, ob hilaritatem: unum

igitur hæc dixi? ut tu, Æmiliane, minus irascaris in me deinceps, sed ignoscas potius, si forte per negligentiam meam non elegi tuum illud Zarath Atticum, ad nascendum in eo. An non puduit vos objicere tam audacter has accusationes coram tali judice? proferre res futiles et contrarias sibi invicem? et tamen redarguere eas omnes? Nonne culpatis in me res contrarias? manticam nempe et baculum propter severitatem: versus vero et speculum, propter lætitiam: unum famulum, quasi hoc

J. Bosscha.—4 Ven. Bas. 1. et 2. *extimatione.* Colvius. Cum Junt. pr. *J. Bosscha.*—5 Ed. Vic. *cur ego.* Pro *succenseas* Ms. Pith. *successus.* Id.—6 Non extat in Ms. Lips. In D'Orv. statim *eligi.* Id.—7 Ms. lib. *Zarathe.* Ven. *Zaratē.* Colvius. Vid. Not. Var.—8 Al. *asseverate.*—9 *At non contraria accus.* Lego, *an non.* Colvius. *An non* Fulvius. Mox V. C. *ob austeritatem.* Infra proxime Fulvius legit, *quod ingenti tumultu.* Sciopp. in Symb. Scio veram emendationem, quam suggessit V. C. *An non c. accusatis? peram et baculum ob austeritatem.* Wowerius. Mss. plerique et Edd. ante Casaub. *At non.* Reliquæ *an non.* sed Ms. Pith. *utcumque.* Verissime, et ex stylo Apuleii. i. e. quicquid sit, certe contraria accusastis. cf. Oudend. ad Met. lib. VII. p. 499. b. et vide eundem ad lib. IV. p. 254. b. *J. Bos.* *Accusatis.* Flor. *accusastis.* Elmenhorstius. Duobus Florent. accedunt Pith. et D'Orv. et videtur esse in nonnulla Ed. nam citat ita Calepin. v. 'Parcus:' quare id amplector. Supra 'puditum est;' infra: 'quin ostenditis, quod insimulavistis.' *J. Bos.* —1 V. C. *ob austeritatem,* rectissime. *Scip. Gent.* F. *austeritatem.* Brantius. Fulvii lib. *ob austeritatem.* male. Nam auctoritatem pro severitate hoc loco ponit: ut et Spartianus p. 136. *Elmenh.* Tam late patet notio vocis *auctoritas* (v. Ern. in Cl. Cic.) ut contra reliquos libros eam damnandam non putem. *J. Bos.*—2 Mss. Pith. D'Orv. *et carm. et,* male. *Id.*—3 Ms. *de partis.* Ald. *parci.*

NOTÆ

[c] *Illud tuum Atticum Zarath*] Εἰρωνικῶς. Erat enim Africanum, non Atticum: in hoc est barbaries hujus vocis, quam ridet, quod desinat in aspirationem contra Linguæ Græcæ analogiam; alioqui non est cur hoc vocabulum cujusquam aures offendat magis, quam Ζάρηξ et Ζαρᾶς, quæ sunt nomina locorum in Græciæ penetralibus. Apud Ptolemæum scribitur hoc nomen Ζάρατθα: forsan Apuleius scripserit *Zaratth:* in quo, præter aspirationem, alius etiam est barbarismus, ob geminatam consonantem in fine.

[d] *Ob auctoritatem*] Id est, severitatem, cui mox opponit hilaritatem. Hoc sensu et apud Spartianum legitur. Fulvii liber habet *austeritatem,* quod non improbant Wower. et Gentilis, et ego libens præfero.

servum, ut deparci:[3] tris[4] libertos, ut profusi: præterea eloquentiam Græcam, patriam barbaram. Quin igitur[5] tandem expergiscimini, ac vos cogitatis[6] apud Claudium Maximum dicere, apud virum severum, et totius provinciæ[7] negotiis occupatum?[e] [446] Quin, inquam, vana hæc convicia aufertis?[8] quin ostenditis, quod insimulavistis, scelera immania,[9] et inconcessa[1] maleficia, et arteis[2] nefandas? Cur vestra oratio rebus flaccet, strepitu viget?[3] Aggredior enim jam ad ipsum crimen Magiæ, quod[4] ingen-

sit hominis avari; et tres manumissos, quasi sit prodigi? insuper facundiam Græcam et patriam barbaram? Quin ergo evigilatis tandem, et recordamini vos causam agere ante Claudium Maximum, ante virum gravem, et occupatum negotiis universæ provinciæ? Quin, inquam, removetis ista inania maledicta? quidni probatis id, cujus me accusavistis, nempe enormia crimina, et maleficia illicita, et sceleratas artes? Quare vester sermo valet tantum clamore, sed languescit destitutus rebus? Nam venio jam ad crimen Magiæ, quod, incensum a vobis cum magno stre-

Suetonius Nerone: 'Sordidos ac deparcos esse, quibus impensarum ratio constaret.' *Colv.* Flor. *ut parci.* Elmenh. Ms. Pith. *et dep.* et cum Lips. ac D'Orv. *deparcis.* Ed. Junt. post. autem *parci.* De intensiva particula *de* sæpius monuit Oudend. ad Apul. v. Ind. Locus Sueton. est in Ner. c. 30. *J. Bos.* —4 Sic rursus Mss. ut supra. *Id.*—5 Mss. Lips. *quin ergo.* Id.—6 Contra Mss. ante Colv. editum *at vos.* Pejus ad oram Ed. Junt. post. non nemo scripsit *an vos cog.* Id.—7 Ms. *totius servicicie provinciæ.* Colvius. In Ms. erat *sevicicie provinciæ.* Latet sine dubio mendum. Divinabam corrigendum: *et totius denique provinciæ.* Qui bene animum advertet, videbit quam minime a literarum ductu discessisse. *Meurs.* Florid. 2. *Provincialium negotiis.* At videtur hoc loco Apologiæ excidisse quid: ex fide Meursii enim in Mss. legitur *sevevicia provinciæ, &c.* Hunc locum Barthius etiam tentavit Advers. lib. VII. c. 9. *Pric.* Ipsius Lipsii collatio *seniciciæ*, alia ejusdem cod. *sevicie.* Mihi mera videtur oscitantia librarii, qui τὸ *provinciæ*, per errorem, bis invenerat scriptum. *J. Bosscha.*—8 Ms. Pith. *vana hæc et conv. affertis.* Id.—9 *Quin ostenditis quid ins. sc. immunia.* 'Exigua mutatione opus, ut sententia constet: *quin ostenditis quod ins. scel. immania:* quin, inquit, frivolis omissis, ad scelera graviora devenitis? et quæ intendistis crimina capitalia probatis? 'Ostendere,' 'demonstrare,' 'explere,' 'implere,' Jurisprudentibus idem esse quod probare, alibi doceo; quinimo et ipse Apul. infra dixit: 'quæ si omnia palam, ac dilucide ostendero.' Iterum hac eadem oratione: 'expleas, quod es pollicitus.' Arnobius: 'Aperite, monstrate, liquor iste cur detur:' id est, superfundatur altaribus. *Stewech.* *Quin ostenditis* absunt a vet. lib. Paulo post pro *quod*, vulgo est, *quid.* Colvius. Bene correxere Stew. Colv. et seqq. assentientibus Mss. *J. Bosscha.* Vid. Not. Var.—1 Excerpta Pithœi: *Inconcessum semen, illicitas nuptias.* J. Bosscha.—2 Ms. D'Orv. *artis ... fleccet.* Id.—3 Sequuntur jam in Cod. Lips. ea, quæ supra dicta sunt de Cratete. Mox pro *enim jam* Pith. *enim nam.* Id.—4 Mirum etiam in Rom.

NOTÆ

[e] *Et totius provinciæ negotiis occupatum*] Apud quem proinde qui profe-rat accusationes ejusmodi frivolas et inanes, in publica commoda peccet.

ti tumultu, ad invidiam mei, accensum, frustrata expectatione omnium, per nescio quas aniles fabulas deflagravit. Ecquandone [5] vidisti, Maxime, flammam stipula exortam, claro crepitu, largo fulgore, cito incremento; sed enim materia levi, caduco incendio, nullis reliquiis? En tibi illa accusatio,[6] jurgiis inita, verbis aucta, argumentis defecta, nullis post sententiam tuam reliquiis calumniæ permansura:[7] quæ quidem omnis Æmiliano fuit in isto uno destinata, me Magum esse: et ideo mihi libet quærere ab eruditissimis ei advocatis,[8] [f] quid sit Magus. Nam si (quod ego [9] apud plurimos lego) Persarum lingua Magus est, qui nostra sacerdos: [g] quod tandem est crimen, sacerdotem

pitu ad excitandum in me odium, resedit narratione nescio quarum fabularum anilium, decepta expectatione omnium. O Maxime, vidistine aliquando flammam enatam ex stipula, cum arguta crepitatione, amplo lumine, et augmento veloci; sed fluxo incendio, et absque reliquiis, quia concepta fuerat in materia tenui? Habes in ea veram imaginem hujus accusationis; quæ inchoata est rixis, aucta verbis, destituta probationibus, nullas habitura est reliquias calumniæ, postquam tuleris sententiam: quam quidem accusationem Æmilianus eo direxit omnem, ut diceret me esse Magum. Atque idcirco animus est mihi interrogare doctissimos ejus patronos, quid sit Magus? Si enim (ut lego in multis auctoribus) Magus lingua Persica idem est, qui nostra sacerdos; quodnam, quæso, scelus est, esse sacerdotem? et recte

legi *qua:* quod est ineptum. *Casaub.* Ante Casaubon. vulgo legebatur *qua,* contra sensum et Mss. e quibus Pith. *qui.* J. Bosscha.—5 Mss. Pith. D'Orv. *et quandone.* cf. de hac voce Cel. Ruhnken. ad Vell. Pat. II. 14. Pro *stipula* Pith. *stipulam.* Id.—6 *Hem tibi illa acc.* Contra Grammaticorum præcepta, et aliorum scriptorum usum. Scribi enim deberet *Hem tibi illam accusationem.* An vera igitur lectio Cod. D'Orv. *En tibi i. a.?* sic censeo. *En,* habes tali flammæ similem accusationem illam. Ms. Pith. *etenim t. i. a.* Id.—7 *Nullis post s. t. r. c. permansuris.* Ita malim. *Sciopp. in Symb.* Wowerius edidit *permansuris,* quod malebat etiam Crus. Probab. Crit. p. 54. Male: respondere debet casus τοῖς 'inita,' 'aucta,' 'defecta.' 'Accusatio illa nullis reliquiis calumniæ permansura est,' i. e. accusatio illa tota evanescet, ita ut ne reliquiæ quidem calumniæ sint superfuturæ, postquam tu, Maxime Claudi, sententiam dixeris. Sic paulo ante: 'flammam nullis reliquiis.' *J. Bosscha.*—8 *Ejus advocatis.* Ita v. c. et infra: 'incredibili quadam vi cantaminum polleat.' *Sciopp. in Symb.* Ex vet. *ejus.* Wowerius. Edd. ante Casaub. item Vulc. Wow. *ei.* Bene: modo Mss. addicerent: et, nisi contrarium notare neglexerit Lindenbr. extat revera in Florent. Itaque revocavi. Sic Cic. de Off. I. 10. 'te cuipiam advocatum esse venturum:' et alibi sæpius. *J. Bos.*—9 Pith. *quid ego:* sic statim pro *quod* id. Ms. rursus *quid.* Id.—1 Ms. Pith.

NOTÆ

[f] *Ab eruditissimis ei advocatis*] Per ironiam dicta hæc intellige.

[g] *Persarum lingua Magus est, qui nostra sacerdos*] Lucianus, ἐν Μακροβίοις, in Longævis: Οἱ καλούμενοι Μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ Θεοῖς ἀνα-

esse? et rite nosse,[1] atque scire, atque callere leges cærimoniarum, fas sacrorum, jus religionum? si quidem Magia id est, quod Plato interpretatur θεῶν θεραπείαν,[2][h] cum commemorat, quibusnam disciplinis puerum regno adolescentem[3] Persæ imbuant.[i] [447] Verba ipsa divini viri[4] memini, quæ tu mecum, Maxime, recognosce:[5] Δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν[k] τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν, οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν. εἰσὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες ἐν

cognoscere, et intelligere, ac tenere ritus cærimoniarum, jus sacrorum, fas religionum? Si quidem Magia est id, quod Plato exponit ministerium Deorum, cum narrat quibus doctrinis Persæ instruant juvenem filium Regis. Recordor ipsorum verborum viri illius divini, quæ tu, o Maxime, agnosce mecum, sic habentia: Bis septem autem annis elapsis, assumunt puerum ii, quos vocant pædagogos regios. Sunt autem illi quatuor selecti optimi ex Persis, probati per æta-

rite noscere: male. Ceterum singula singulis respondent, 'nosse leges cærimoniarum, scire fas sacrorum, callere jus religionum:' hinc patet male Lat. Latinium tentasse *ritus nosse.* Pro *callere* Ms. D'Orv. *colere.* Id.—2 Hæc male absunt a Romano cod. vid. Plato in Alcibiade fol. 121. in Charmide fol. 193. *Elmenh.* Desunt Mss. Pith. D'Orv. Primus addidit editor Junt. post. *J. Bosscha.*—3 *Puerum regium adolescentem.* Sic vulgo editur: sed unice verum est quod extat in Mss. Florent. et Pith. quod marg. allevit Salm. forte e Cod. Fux. et edidit jam optimo judicio Scriv. *p. regno adolescentem,* i. e. in spem regni. Non quivis regius puer ita educatur, sed, teste Platone, ὁ παῖς ὁ πρεσβύτατος, οὗπερ ἡ ἀρχή. *J. Bosscha.*—4 Ms. Pith. cum Salm. *ipsius.* Non muto. Memini, ait Auctor, non tantum sensum verborum Platonis, sed *ipsa* verba: *τὰ viri memini* desunt a m. pr. in Ms. D'Orv. *Id.*—*Recognosce dicentia.* Illud *dicentia* an dicemus esse τοῦ ποιητοῦ, an potius subditivum? Suspicari licet fuisse prius proxime sequentia verba Græca Latinis characteribus scripta *dis epta* pro δὶς ἑπτά. Inde manasse hanc vocem sono affinem. *Casaub.* *Mecum recognosce.* Sic Flor. in Aldo est *m. r. dicentia:* male. *Elmenhorstius.* Crusius Probab. Crit. p. 54. reponi vult *dicentis.* Equidem aut antiquæ lectioni acquiescendum, aut penitus ejiciendum verbum arbitror, quod facio cum Wower. et seqq. auctoritate Mss. Florent. Pro Græcis in Mss. D'Orv. Pith. hæc leguntur, *de re nomen* (Pith. *um.*) *et antonite data.* Græca absunt omnia Edd. Junt. pr. Ald. et usque ad ὧν ὁ μὲν μαγείαν quoque Edd. Vic. Bas. pr. cum in Vic. desint quoque διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. male: sequitur enim: 'inter prima regalia docetur.' *J. Bosscha.*—

NOTÆ

κείμενον παρά τε Πέρσαις, καὶ Πάρθοις, καὶ Βακτρίοις: 'Qui dicuntur Magi, genus est hominum fatidicum et Deorum cultui intentum, apud Persas, et Parthos, et Bactrianos.'

[h] *Quod Plato interpretatur θεῶν θεραπείαν*] In Alcibiade cap. I.

[i] *Puerum regno* [*regium*] *adolescentem Persæ imbuant*] Clemens Alexandrin. v. Στρωμάτων ab Ægyptiis hunc morem Persas traxisse ait. Scriver. hic legit *regno,* pro *regium.*

[k] *Δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν, &c.*] Verba sunt Platonis in Alcibiadis cap. I. supra designato.

ἡλικίᾳ τέτταρες· ὅ, τε σοφώτατος καὶ ὁ δικαιότατος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου, τοῦ Ὠρομάζου. ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία. διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. Auditisne,[6] Magiam, qui eam temere accusatis, artem esse Diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram,[7] piam scilicet, et diviniscientem,[8] jam inde a Zoroastre et Oromaze,[9] [1] auctoribus suis, nobilem, cœlitum antistitam ?[1] quippe inter[2] prima regalia docetur : nec ulli temere inter Persas concessum est Magum esse, haud magis quam regnare. Idem[3] Plato in alia sermocinatione de Zalmoxi[4] quodam,[m] Thraci[5] generis, sed ejusdem artis

tem, hic sapientissimus, alter justissimus, tertius prudentissimus, quartus vero fortissimus : quorum hic [primus] quidem docet Magiam Zoroastri et Oromazi : hic autem est cultus Deorum. Docet vero etiam regias artes, &c. *Vos, qui immerito accusatis Magiam, auditisne eam esse artem gratam Diis immortalibus, quæ optime scit rationem adorandi et reverendi eos, utpote religiosa, et gnara rerum divinarum, quæ inclyta est a temporibus usque Zoroastris et Oromazi suorum inventorum, quæ est sacerdos Deorum? quia scilicet traditur inter prima præcepta, quibus Reges instituuntur: neque permittitur facile ulli Persarum esse Magum, ac non magis quam esse Regem. Idem Plato sic scripsit in alio Dialogo, de quodam Zamolxi originis Threiciæ, sed qui erat peritus ejusdem artis:* Dixit

6 Venet. *audistisne*. Colvius.—7 Ms. Pith. *pergnara*. D'Orv. omittit *scilicet*, otiosam quidem vocem, sed quam sæpissime interserit Noster. V. Ind. *J. Bosscha*.—8 Sic una dictione putavimus scribi debere, ut Divinipotens, et sim. *Colv.* Ms. Pith. *divinis scientem*. J. Bosscha.—9 *Oromazo*. Flor. 2. *Oromaze*. Elmenhorstius. Ms. Pith. *Oramace*. Ed. Vic. *Oromace*. Edd. Junt. Ald. Cas. Gent. Pric. *Oromaze*: bene, et ex Mss. non *Oromazo*. Gr. Ὠρομάζης. Videtur autem Apul. in loco Platonis legisse Ζωροάστρου καὶ Ὠρομάζου, nam ut nunc apud Platonem est, Zoroaster Oromazæ (*Oromansii* vertit Ficinus) filius perhibetur. *J. Bosscha*.—1 Al. *antistitem*.—2 Rom. Ven. *quippe quæ inter*. Colvius. Flor. *quippe qui*: unde non male Colvius *quippini* fecit. *Elmenhorstius*. Nihil tale habet Colv. sed ut reliquæ Edd. O. *quippe inter*. Scriv. *quippe quæ inter*. Non male tamen *quippeni*, quæ vox creberrime corrupta apud Nostrum ; si plures Mss. addicerent : sed reliqui simpliciter *quippe inter*. J. Bosscha.—3 Ms. D'Orv. *item*. Id.—4 *Zamolxi*. Mss. Pith. *Zalenoxi*, D'Orv. *Zalmopi*: ut et infra. Scribendum enim, non, ut vulgo, et hactenus editum, *Zamolxi*, sed *Zalmoxi*, ut apud Herod. IV. 94. Ζάλμοξις. ubi vid. Wessel. et Schweigh. in Var. Lect. et in primis Richter. ad Fabricii

NOTÆ

[1] *A Zoroastre et Oromaze* [*Oromazo*, *&c.*] Zoroastres primus Bactrianorum Rex fuit, idemque Magiæ primus inventor, auctore Plinio, lib. III. cap. 1. Vixit Nini temporibus, cum quo et bellum gessit, quadringentis ante bellum Trojanum annis. De Oromazo nihil apud Auctores reperio. Fuerit forsan aliquis ex Zoroastri posteris. Florentinus codex hic habet *Oromaze*, quod nomen idem esse videtur ac Oromasdes, qui supremus apud Persas Deus est.

[m] *De Zalmoxi quodam*] Hic, Py-

viro,[6] ita scriptum reliquit: Θεραπεύεσθαι[7] δὲ τὴν ψυχὴν,[n] ἔφη, ὦ μακάριε, ἐπῳδαῖς τισι. τὰς δ' ἐπῳδὰς τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλούς. [448] Quod si ita est, cur mihi nosse non liceat[8] vel Zalmoxi[9] bona verba, vel Zoroastri[1] sacerdotia?[o] Sin vero,[2] more vulgari, eum isti proprie Magum existimant,[3] qui communione loquendi cum Diis immortalibus ad omnia, quæ velit, incredibili[4] quadam vi cantaminum polleat;

autem, o beate, ipsam quoque animam deliniri quibusdam incantationibus: incantationes autem esse sanctas voces. *Quod si sic se habet, quare non sit mihi fas scire aut sanctas voces Zamolxis, aut cultum Deorum Zoroastri? Sin autem isti putant, secundum opinionem vulgi, eum esse proprie Magum, qui ex communicatione et colloquio Deorum immortalium comparaverit quandam virtutem incantationum, qua possit facere omnia, quæ velit, quantumvis incredibilia; valde miror*

Bibl. Gr. lib. II. c. 14. § 9. *Id.*—5 Al. *Thracii.*—6 Vulc. in marg. *perito:* male, *J. Bosscha.*—7 Lacunam implevimus appositis Platonis verbis ex Charmide. *Casaub.* Græca non comparent in Edd. ante Casaub. nec in Ms. D'Orv. E Florent. nihil notatum video. Sed Pith. ταπεεπω7ειναι τους λογους, &c. unde patet, bene vidisse Casaub. quem locum ob oculos habuerit Auctor. Fortasse tamen simpliciter postrema verba inserenda sunt: τὰς δ' ἐπῳδὰς τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλούς. Alia ex Platonis Charmide inseri volebat Schottus Obs. v. 15. τοιοῦτον τοίνυν ἐστὶν καὶ τὸ ταύτης τῆς ἐπῳδῆς· ἔμαθον δ' αὐτὴν ἐγὼ ἐπὶ στρατιᾶς παρά τινος τῶν Θρᾳκῶν τῶν Ζαμόλξιδος ἰατρῶν, οἳ λέγονται καὶ ἀπαθανατίζειν. *J. Bosscha.*—8 D'Orv. *liceas.* Id.—9 In terminatione *i* consentiunt Mss. et Edd. O. præter Elmenh. qui tacite cum Florido exhibuit *Zamolxis:* male. Terminationem *i* in ejusmodi genitivis 3ae decl. amat Noster. v. ad Met. lib. I. p. 46. Sic ib. lib. II. p. 155. ex Mss. et Edd. vett. a Cel. Ruhnkenio editum *Adoni,* pro *Adonis* vel *Adonidis.* Id.—1 Flor. *Zoraastris.* Vide Eusebium præpar. Evang. lib. I. cap. 7. *Elmenhorstius.* Iterum Elm. cum Florido, accedente hic Scriverio, edidit *Zoroastris* e Mss. Florent. ut ait: nam e Lindenbr. Excerptis contrarium colligas, et est quoque *Zoroastri* in Mss. Pith. et D'Orv. et Edd. reliquis. *J. Bosscha.*—2 Ms. D'Orv. *si vero.* Id.—3 Sic bene Mss. et Edd. pleræque. Sed Vic. *estim.* Junt. pr. Bas. pr. Ald. *æstimant:* ut semper verba illa confunduntur. Adi Oudend. ad Cæsar. de B. Civ. III. 102. coll. de B. Gall. II. 17. *Id.*—4 *Incredibilia.* Melius scripseris *ad omnia quæ velit, incredibili quadam vi*

NOTÆ

thagoræ discipulus ac servus, ad Ægyptios una cum eo penetravit, deinde eorum ritus in suam patriam deduxit, et a suis post mortem Deus habitus est, ut narrat Herodot. lib. IV.

[n] *Θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχὴν, &c.*] Eadem fuit Pythagoræ disciplina. Malchus in Vita ejus: Τὰς ψυχὰς νοσοῦντας παρεμυθεῖτο, τοὺς μὲν ἐπῳδαῖς, καὶ μαγείαις, τοὺς δὲ Μουσικῇ: 'Ægros animo consolabatur, alios quidem carminibus et magicis rebus, alios vero Musica.'

[o] *Vel Zalmoxi bona verba, vel Zoroastri sacerdotia*] Id est, incantationes, seu carmina, quæ Zamolxis profitebatur esse bona verba: aut Magiam, quam Θεῶν θεραπείαν, cultum Deorum, et, ut supra, cœlitum antistitam ex traditione Zoroastris Persæ nominabant.

oppido miror, cur accusare non timuerint,[5] quem posse tantum fatentur. Neque enim tam occulta et divina potentia caveri potest, itidem ut cetera. Sicarium qui in judicium vocat, comitatus venit: qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur: qui furem arguit, sua custodit. Enimvero qui Magum, qualem[6] isti dicunt, in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem cæcam[7] et inevitabilem[p] prohibeat? nullis scilicet:[8] et ideo id genus crimen non est ejus accusare, qui credit. Verum hæc[9] ferme communi quodam errore imperitorum philosophis objectantur: ut partim eorum, qui corporum[1] causas meras et simplices rimantur, irreligiosos putent, eoque aiant Deos abnuere; ut Anaxagoram,[q] et Leucippum, et Democritum, et Epicurum,[r] ceterosque rerum naturæ pa-

quare non veriti sint accusare hominem, quem confitentur habere tantam potestatem. Nam potestas tam abscondita et divina non potest præcaveri eodem modo ac reliqua. Ille, qui citat homicidam in jus, venit stipatus: qui defert veneficum, sumit cibum cautius: qui accusat furem, custodit sua bona. At, qui vocat in periculum vitæ talem Magum, qualem isti dicunt, quibus stipatoribus, quibus cautionibus, quibus custodibus impedire possit exitium occultum et certum? nullis sane. Atque idcirco non est illius, qui persuasum habet ejusmodi crimen, illud deferre. Sed hæc solent objici philosophis quodam communi errore ignarorum: ita ut existiment illos ex eis, qui investigant puras et simplices causas rerum naturalium, esse impios, dicantque eos ideo negare esse Deos; quales sunt Anaxagoras, et Leucippus, et Democritus, et Epicurus, et reliqui defensores causarum naturalium; illos vero, qui scrutantur

cant. p. Casaubonus. Lege *incredibili.* Acidalius. Flor. et Rom. *incredibilia:* male. *Elmenhorstius.* Casaubonum secuti sunt reliqui. Mss. Pith. et D'Orv. retinent tamen *incredibilia,* et pro *quadam* Pith. *quidam.* J. Bos. —5 Ms. D'Orv. *timuerunt:* et infra *venarium.* Id.—6 Male Stew. *qualem me.* Supra: 'sin vero . . . eum Magi existimant . . . qui . . . polleat.' *Id.*—7 In uno cod. videtur esse *perniciam.* In D'Orv. *pernic. citam,* sed vide Pric. *Id.*—8 *Nullis scilicet.* Glossema putat Groslot. in marg. male: ut patet e seq. 'et ideo,' &c. *Id.*—9 Pith. *v. hoc.* D'Orv. mox *oblectantur.* Id.—1 Fulvius pro, *corporum,* malebat, *rerum,* aut *Deorum.* Scioppius in Symb.

NOTÆ

[p] *Perniciem cæcam et inevitabilem*] Qualis esset, quæ ab ejusmodi omnipotenti Magia immineret.

[q] *Anaxagoram*] Qui (ut refert Laërtius in ejus Vita) impietatis accusatus est a Cleone quodam, quod Solem diceret candentem esse laminam, ac penitus ignitam; defensus autem a Pericle discipulo, quinque talentis mulctatus est, et exilio damnatus.

[r] *Et Leucippum, et Democritum, et Epicurum*] Qui hanc rerum universitatem ex vacuo atomisque conflatam aiebant, quæ fortuito motu inter se modo coalescentes, modo dissidentes, absque mentis ullius providentiæve disponentis necessitate, generationes omnes corruptionesque efficerent.

tronos; [449] partim autem, qui providentiam mundi curiosius vestigant, et impensius Deos celebrant, eos vero vulgo Magos nominent:[2] quasi facere etiam sciant, quæ sciant fieri:[s] ut olim fuere Epimenides,[t] et Orpheus, et Pythagoras,[u] et Ostanes.[3 w] Ac dein[4] similiter suspectata,[5 x] Empedocli Catharmœ,[y] Socrati Dæmonion,[6 z] Platonis τὸ

diligentius providentiam mundi, et vehementius prædicant Deos, vulgo appellent Magos: perinde ac si norint etiam facere ea, quæ noverunt fieri: quales fuerunt quondam Epimenides, et Orpheus, et Pythagoras, et Osthanes. Et postea similiter hæc fuerunt suspecta, Expiationes Empedoclis, Dæmonium Socratis, et Bonum

Vid. Not. Var.—2 Pith. *nō mōtur.* Pro *etiam* D'Orv. *et.* Pro *quæ* Pith. *qui.* J. Bos.—3 Al. *Astanes, Osthanes,* et *Hostanes.*—4 Sic Pith. cum Edd. tantum non omnibus; nam Vic. dat *dehinc,* Flor. *deinde,* ut ascriptum est margini Ed. Casaub. quasi e Cod. D'Orv. *J. Bos.*—5 Ita Mss. Pith. D'Orv. Edd. Rom. Vic. Cas. Wow. Gent. Pric. cum Salm. in marg. At Scriv. *suspectatus est.* In reliquis *suspecta:* sed *suspectatus* habemus quoque Met. l. IV. p. 310. Infra p. 452. 'utrum ad suspectandam Magiam valet.' p. 547. 'non minus suspectans novam domum, quam ipsa jam ob unum divortium suspectanda.' v. Oud. ad Met. l. X. p. 693. a. Cort. ad Sall. Jug. c. 70. *Suspectata* h. l. valet, suspecta vulgo haberi solent. Supra, 'hæc ferme communi quodam errore imperitorum philosophis objectantur.' Male Edd. Junt. Bas. Ald. Colv. *suspecta est.* Id. Vid. Not. Var.—6 Scriv. et Flor. Græcis literis

NOTÆ

[s] *Quæ sciant fieri*] Singulari Deorum providentia, cujus sunt investigatores.

[t] *Epimenides*] Cujus memorantur inprimis somnus quinquaginta septem annorum in spelunca, seu antro Idæo, summa divinationis peritia, et Athenarum peste laborantium expiatio.

[u] *Et Pythagoras*] Plin. lib. XXX. c. 1. 'Certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hanc [Magiam] discendam navigavere, exiliis verius, quam peregrinationibus susceptis. Hanc reversi prædicavere; hanc in arcanis habuere.'

[w] *Et Ostanes*] Duos Osthanes agnoscit Plin. loco modo citato: 'Primus,' inquit, 'extat (ut equidem invenio) commentatus de ea [Magia] Osthanes, Xerxem Regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus: ac velut semina artis portentosæ sparsisse, obiter infecto quacumque commeaverat mundo.' Et inferius, eod. cap. 'Non levem et Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes, comitatu ejus exornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit.'

[x] *Suspectata* [*suspecta*] Supple, fuerunt; id est, in suspicionem venerunt, Magiæ scilicet, apud ignaros et vulgus, ea, quæ recenset; καθαρμοὶ nimirum Empedoclis, &c.

[y] *Empedocli Catharmœ* [*Empedoclis καθαρμοὶ*] Expiationes, seu purificationes. Sic restituit Casaubonus, cum ante ineptissime scriptum esset *est Eocli Cathorino.* Casauboni emendationem firmat codex Florentinus, ab Elmenhorstio laudatus. Laërtius porro refert Empedoclem quinque millia versuum scripsisse de Natura et de Expiationibus, seu Καθαρμοῖς.

[z] *Socrati Dæmonion*] Vide infra li-

ἀγαθόν.[a] Gratulor igitur mihi, cum et ego tot ac tantis[7] viris annumeror. Ceterum, quæ[8] ab illis[b] ad ostendendum crimen[9] objecta sunt, vana et inepta et simplicia,[1] vereor, ne ideo tantum crimina putes, quod objecta[2] sunt. Cur, inquit, piscium quædam genera quæsisti? Quasi id cognitionis gratia philosopho facere non liceat, quod luxurioso[3] gulæ causa liceret? [450] Cur mulier libera tibi nupsit post annos quatuordecim[4] viduitatis?[c] Quasi non magis mirandum sit, quod tot annis non nupserit. Cur prius, quam tibi nuberet, scripsit, nescio quid, in epistola,[d] quod sibi

Platonis. Lætor ergo, cum video me accenseri tot et tantis viris. Porro metuo, ne tu existimes res inanes et stolidas atque etiam fatuas, quas illi protulerunt adversus me ad probandum illud crimen, idcirco solum esse crimina, quia prolatæ fuerunt adversum me. Quare, ait, perquisivisti quædam genera piscium? Quasi nefas sit philosopho id facere discendi causa, quod fas esset voluptuoso facere ad explendam ingluviem suam. Quare fœmina ingenua nupsit tibi post tredecim annos viduitatis? Quasi non mirandum sit potius, quod remanserit vidua per tot annos. Quare scripsit in epistola nescio quam cogitationem suam, antequam nuberet tibi? Quasi

Δαιμόνιον. Sed quoniam in Ms. D'Orv. et Edd. vetustissimis, duo illa vocabula *Catharmæ*, et *Dæmonion*, utut corrupta, extant tamen, deest vero τὸ ἀγαθὸν, ut solent Græca deesse; hinc recte colligere mihi videor, ultimam hanc vocem solam Græce scriptam fuisse. Legendus itaque totus locus sic: *Ac dein similiter suspectata Empedocli Catharmœ, Socrati Dæmonion, Platonis τὸ ἀγαθόν.* J. Bos.—7 *Tot et tantis.* Singularis est lectio Cod. Pith. *tot accusatis:* sed ex alio vet. cod. notatum *tot ac tantis.* Bene: atque ex ea lectione Pithœani corrupta videtur. *Id.*—8 Ms. D'Orv. et Florent. *Ceterum ea quæ:* ut edidere Elm. Scriv. Flor. sed *ea* abest Pith. et Edd. vett. item Cas. Vulc. Wow. nec opus est. *Id.*—9 Causam facile intelligis cur τὸ (*crimen*) glossema censeam. *Stewech.*—1 Forte: *similia.* Sicut mox: 'jam et illa similia.' *Sciopp. in Symb.* Scioppius mallet *et similia.* Sed *simplicia* hoc loco est, fatua, εὐήθη. *Scip. Gent.* Caret copula Ms. D'Orv. ut et mox τῷ *ideo.* J. Bos.—2 Pith. *objectata:* male. *Id.*—3 D'Orv. *luxurio.* Id.—4 *Post annos tredecim.* Infra duobus locis ait *quatuordecim:* et ita hic censeo legendum. *Casaub.* Recte. *Pric.* Non distincte satis videre possum, an XIIII. ex Pith. cod. notatum sit, an pro var. tantum lect. ex conj. Casauboni. Utut est, non dubitavi id rescribere propter evidentiam. Facile omitti potuit una lineola in ejusmodi scriptura per numeros: quare malui librario errorem ascribere, quam ipsi Auctori, qui bis infra *quatuordecim* dixit, pag. 513.

NOTÆ

brum de Deo Socratis.

[a] *Platonis τὸ ἀγαθόν*] Quia Plato multa de Diis disserere solitus erat non in vulgus nota, ideo visus est imperitis novos Deos comminisci, quos sub novorum verborum involucro celebraret. Notum porro quid sit in Academia τὸ ἀγαθόν.

[b] *Ab illis*] Apuleii adversariis, Æmiliano ejusque advocatis.

[c] *Post annos quatuordecim* [*tredecim*] *viduitatis*] Recte Casaubonus observat sequentia poscere hic *quatuordecim*, non *tredecim;* infra enim duobus locis ait 'quatuordecim.'

[d] *Scripsit, nescio quid, in epistola*] Il-

videbatur?[5] Quasi quisquam debeat causas alienæ sententiæ reddere. At enim[6] major natu non est juvenem aspernata. Igitur hoc ipsum argumentum est, nihil opus a Magia fuisse, ut nubere vellet mulier viro, vidua cœlibi,[7] major minori.[8] Jam et illa similia: Habet quiddam[9] Apuleius domi, quod secreto[1] colit. Quasi non[2] id potius crimen sit, quod colas non habere. Cecidit præsente Apuleio puer. Quid enim si juvenis, quid si etiam senex assistente me corruisset? vel morbo corporis impeditus,[3] vel lubrico soli prolapsus? Hiscine[4] argumentis Magiam probatis? casu pueruli,[5] et matrimonio mulieris, et obsonio piscium? Possem equidem, bono periculo, vel his dictis contentus

ullus obstringatur ad proferendas rationes consilii alieni. Sed illa non respuit juvenem, quamvis esset grandior ætate. Ergo hoc ipsum probat Magiam nullatenus fuisse necessariam, ut ipsa, quæ erat fœmina, vellet nubere viro; quæ erat vidua, vellet nubere cœlibi; quæ erat grandior natu, vellet nubere minori. Hæc etiam similia sunt: Apuleius habet aliquid domi, quod adorat clanculum, quasi hoc non sit potius crimen, nihil habere quod adores. Puer lapsus est coram Apuleio. At quid foret, si adolescens, aut etiam senex cecidisset me præsente, aut correptus ægritudine corporis, aut lapsus propter solum lubricum? An ostenditis crimen Magiæ his probationibus? Lapsu pueri, et nuptiis mulieris, et emtione piscium? Certe possem secure finire meam orationem, contentus iis tantum quæ dixi. Sed, quia mul-

et 535. Ed. Flor. *J. Bos.*—5 Sic Lipsius scribendum censuit. Vulgo erat, *quod si vid.* Unde ego etiam, *quod sic vid.* vel, *quia sic vid.* Colvius. Visum esse dicitur, cujus ratio non apparet. Servius in Virg. III. Æn. *Brant.* Optime Philom. Pisanus in Ed. Junt. post. addicentibus Mss. rescripsit *quod sibi videbatur.* Opponuntur τῷ 'sibi' sequentia 'causas alienæ sententiæ reddere.' Quare male Lat. Latin. *quod non videb.* et Colv. *quod* vel *quia sic vid.* J. Bos.—6 Ms. D'Orv. *ac enim.* Postea τὸ *vellet* non est in Pith. *Id.*—7 Corrupte Ed. Junt. post. *celebri.* Id.—8 *Major juniori.* Ita Edd. O. Sed Ms. D'Orv. *major minori*: recte. E Glossa est τὸ *juniori.* Adi Oudend. ad Sueton. Calig. 1. et ad Nostri Metam. lib. IV. p. 300. a. *Id.*—9 Ms. D'Orv. *habet quidequie.* Ed. Vic. *habet quidem.* Id.—1 Ita Rom. Alii *sancte.* Casaubonus. Ita v. c. *Sciopp. in Symb.* Sic Geminianus Ethnicus domi coluit centum simulacra, ut notat Vicentius in Speculo Hist. lib. XII. c. 41. *Elmenh.* Si Scioppio fides, *secreto* extare in Fulv. Cod. id præferam (vid. infra pag. 494. Ed. Flor.), atque ita exhibent Cas. cum seqq. præter Vulc. Edd. sec. tert. in quibus *sancte*, quod extat in Mss. Florent. Pith. et Edd. vett. excepta Rom. In Ms. D'Orv. *sc̃e.* Sane, si *secreto* legas, desideres forte, in seqq. illis, *quod colas non habere*, de secreto cultu verbulum additum fuisse. *J. Bos.*—2 Pith. *q̃ sind.* Id.—3 Lege *impetitus*, i. e. morbi cujusdam paroxysmo correptus. *Acidal.*—4 Ms. D'Orv. *hisne*, et statim *comprobatis.* J. Bos.—5 *Casu puerili.* Ita Mss. et editi. Salm. margini allevit *pueruli.*

NOTÆ

lud quid fuerit, infra videbitur.

perorare. Quoniam tamen [6] mihi pro accusationis longitudine largiter aquæ superest,[7] [e] cedo, si videtur, singula consideremus.[8] Atque ego omnia objecta, seu vera, seu falsa sint, non negabo: sed perinde, atque si facta sint, fatebor; [451] ut omnis ista multitudo, quæ plurima undique ad audiendum convenit, aperte intelligat, nihil in philosophos non modo vere dici,[f] sed ne falso quidem posse confingi, quod non ex innocentiæ fiducia, quamvis liceat negare, tamen habeant [9] potius defendere.[g] Primum igitur argumenta eorum convincam,[1] ac refutabo, nihil ea ad Magiam pertinere: deinde, etsi maxime Magus forem, tamen ostendam,

tum temporis mihi restat pro longitudine accusationis; age sis, dispiciamus singula. Et ego quidem nihil negabo eorum quæ protulisti adversum me, sive illa sint vera, sive falsa: sed confitebor ea quasi gesta fuerint; ut tota hæc turba, quæ tanto numero confluxit ex omnibus locis audiendi causa, cognoscat manifesto, nihil posse non modo vere dici, sed ne excogitari quidem falso adversus philosophos, quod, quamvis possint negare, non existiment tamen satius esse tueri propter confidentiam, quam eis dat sua innocentia. Convincam ergo primum, et refellam probationes eorum, ostendendo eas nullatenus spectare ad Magiam: postea demonstrabo, quamvis essem

Verissime: *pueruli . . . mulieris . . . piscium.* Sic solet Apuleius. *Id.*—6 Non est in Mss. Pith. et D'Orv. qui caret quoque mox *pro.* Id.—7 Al. *largitur atque superest.* Vid. Not. Var.—8 Ms. Bemb. *singula largiter consid.* e vs. præced. Mox pro *falsa sint* D'Orv. *f. sunt.* Deinceps pro *falso* Pith. *false.* J. Bos.—9 Al. *arcant.*—1 Mss. Pith. *eo,* D'Orv. *commutam.* Alii distinguunt (;) post *refutabo.* Notanda locutio: *refutabo ea pertinere:* ut περὶ ἑρμ. pag. 645. 'hoc refutabimus aliter dici.' Statim pro *deinde* Pith.

NOTÆ

[e] *Largiter aquæ superest*] In clepsydra, qua mos erat orandi spatium definire. Vide quæ de clepsydra diximus sub initium lib. Metam. III. pag. 73. Dixit autem 'pro longitudine accusationis;' quia in causis capitalibus spatium concedebatur reo, ad diluendas accusationes, sesquialterum illius, quod accusatori concessum fuerat: ut docent Plin. in Epistolis, et Asconius ad Verrinam 3am. unde ex longitudine orationis accusatorum suorum prospiciebat plurimum aquæ et temporis sibi superesse.

[f] *Nihil in philosophos non modo vere dici, &c.*] Fastu et arrogantia, Philosophis Ethnicis familiari.

[g] *Tamen habeant potius defendere*] Superba temeritas. Vera innocentia objecta sibi falso crimina cum accusatoribus suis damnat: atque in id unum nervos omnes intendit, ut ea probet a se esse aliena. Attamen non Magiam defendere hic aggreditur Apuleius, sed ostendere parat, ea omnia, quæ vulgo tanquam ad Magiam spectantia infamantur, nihil ad eam pertinere, si res æqua et docta lance perpendatur.

neque causam ullam, neque occasionem [2] fuisse, ut me in aliquo maleficio experirentur. Ibi etiam de falso invidia,[3] [h] deque epistolis [4] mulieris perperam lectis, et nequius interpretatis, deque matrimonio meo ac Pudentillæ disputabo: idque a me susceptum officii gratia, quam lucri causa,[i] docebo. Quod quidem matrimonium nostrum Æmiliano huic immane quanto angori [5] quantæque invidiæ fuit.[6] Inde omnis hujusce [7] accusationis obeundæ ira et rabies, et denique insania exorta est. Quæ si omnia palam et dilucide ostendero; tunc denique te, Claudi Maxime, et omnes, qui adsunt, contestabor, puerum illum Sicinium [8] Pudentem, privignum meum, cujus obtentu et voluntate a patruo ejus accusor, nuperrime curæ meæ ereptum,[9] [452] postquam frater ejus Pontianus et natu major [1] et moribus melior diem

in primis Magus, nullam tamen fuisse causam, aut occasionem, cur deprehenderent me in aliquo maleficio. Disseram quoque ibi de falsa eorum invidia, et de literis mulieris illius, quas male legerunt, et pejus explicaverunt, et de connubio meo et Pudentillæ, et ostendam illud initum fuisse a me potius ad præstandum ei officium, quam propter quæstum. Quod quidem nostrum connubium, incredibile est quantum cruciatum animi, et quantam invidiam attulerit huic Æmiliano. Omnis furor et rabies ac denique vesania suscipiendæ hujus delationis illinc nata est. Quæ omnia si demonstravero aperte et clare, tunc denique testem te appellabo, Claudi Maxime, et universos astantes, adolescentem illum, Sicinium Pudentem, meum privignum, cujus nomine et consensu patruus ejus me accusat, nuperrime subtractum fuisse meæ curæ, post mortem fratris ejus Pontiani, qui erat ipso major ætate et probior vita, et exasperatum adeo impie adversus me et ma-

demum. J. Bosscha.—2 Ms. D'Orv. *actionem.* Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Ed. Vic. inepte *epulis.* Pro *perperam* Ms. Pith. *perpea.* J. Bosscha.—5 Restitue ex v. antiquam phrasin: *immane quantum.* Wowerius. Πλεῖστον ὅσον. Vulgo *immane quanto:* male. *Elmenh.* Neque hic quicquam in textu mutavit Elmenh. Bene. Amm. Marc. xxv. 8. 'Immane quo quantoque ardore... festinabat.' Ms. Pith. *humane.* D'Orv. *humano quanta augeri quantæ.* J. Bos.—6 Primum comparet hoc in Ed. Junt. post. Antea *erit.* Id. —7 Ms. Pith. *hujuscē:* et mox *rabiles: τὰ et dilucide* ignorat D'Orv. *Id.*—8 Ms. Pith. *Siccin.* D'Orv. *Sinn.* Id.—9 Ms. Pith. *eruptum... Potentianus.* Id.—1 Ita Junt. post. cum seqq. et Mss. In Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. de-

NOTÆ

[h] *De falso invidia*] Casaubonus: 'An scripsit Auctor, *de falsa invidia?* an potius, Græcorum imitatione, *falsoinvidia* nove dixit, ut illi dicere possent ψευδόφθονος?' Hellenismus satis usitatus bonis scriptoribus. Deest particula, potius, aut magis. Plautus, Menæchmis: 'Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam;' id est, vidua potius vivam, quam, &c.

[i] *Officii gratia, quam lucri causa*]

suum obiit: atque ita in me ac matrem suam nefarie efferatum, non mea culpa, desertis liberalibus studiis, ac repudiata omni disciplina, scelestis accusationis hujus rudimentis, patruo Æmiliano potius, quam fratri Pontiano, similem futurum. Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia Æmiliani hujusce deliramenta, orsus ab eo, quod ad suspicionem Magiæ quasi validissimum in principio dici[k] animadvertisti, nonnulla me piscium genera per quosdam piscatores pretio quæsisse. Utrum igitur horum ad suspectandam Magiam valet? quodne piscatores mihi piscem quæsierunt? scilicet ergo phrygionibus aut fabris[l] negotium istud dandum fuisse:[2] atque ita opera cujusque artis permutanda, si vellem calumniis vestris vitare;[3] ut faber mihi piscem everreret,[4] ut piscator[m] mutuo lignum dedolaret? An ex eo intellex-

trem suam, non culpa mea, missa fecisse studia honesta, et rejecisse omnem institutionem, et fore potius similem patruo suo Æmiliano, quam fratri Pontiano, ut conjicere est ex nefariis principiis hujus accusationis. Nunc pergam, ut cœpi, ad omnia deliria hujus Æmiliani, incipiens ab hoc, quod observasti dici initio, veluti efficacissimum ad injiciendam suspicionem Magiæ: scilicet me conquisivisse pecunia quædam genera piscium, opera piscatorum. Quodnam ergo horum potest injicere suspicionem Magiæ? An quod piscatores investigaverunt mihi piscem? Nempe igitur cura ista committenda fuisset phrygionibus aut fabris, sicque opera singularum artium fuissent commutanda, si voluissem effugere vestras calumnias; adeo ut faber mihi extraheret pisces, piscator autem vice versa mihi deasciaret lig-

est *et*. Infra pro *omni disc.* Pith. *omnis d.* Id.—2 Elegantius hoc, quam quod in marg. Groslot. *fuisset*. Id.—3 Hanc lectionem, quam in Mss. Pith. et D'Orv. extare comperi, librariis non tribuendam, sed ut genuinam Auctori restituendam putavi. Editum antea *calumnias vestras*. Imitatus est Auctor in hac locutione, ut in aliis multis, Plautum. V. Gronov. Lect. Plaut. ad Curcul. II. 3. 19. p. 86. atque hæc causa fuit, cur in Flor. N. 21. illa 'hisce moramentis omnibus qui volunt devitari,' mutanda mihi non viderentur, licet Oudend. cum aliis Latina non esse pronuntiaret. *Id.*—4 Τὸ *everreret* adjeci ex Memb. Florentinis. *Elmenh.* *Ut f. m. piscem, piscator.* Manca lectio, quam feliciter ita e Florent. Elmenh. supplevit, *ut f. m. piscem everreret, pisc. &c.* Pric. Bene: et secuti sunt seqq. licet Pric. in textu rursus omiserit.

NOTÆ

[k] *Quasi validissimum in principio dici*] Ex præscripto Rhetorum, qui validissima argumenta in principio et in fine orationis, leviora vero in medio collocanda esse præcipiunt: eo quod principium finisque orationis animis auditorum altius insideant.

[l] *Scilicet ergo phrygionibus aut fabris, &c.*] Nugatur otiose Apuleius, dum iis refellendis immoratur, quæ objicere nemini sano in mentem venerit.

[m] *Ut faber mihi piscem everreret, piscator, &c.*] 'Everrere' proprie hic dicitur: unde 'everriculum' rete illud piscatorium, quod a Græcis σαγήνη.

istis, maleficio quæri pisciculos,[5] quod pretio quærebantur? Credo, si convivio[6] vellem, gratis quæsissem. Quin igitur etiam[7] ex aliis plerisque me arguitis? Nam sæpenumero et vinum, et olus, et pomum, et panem pretio mutavi. Eo pacto cupedinariis[8] omnibus famem decernis. Quis enim[9] ab illis obsonare audebit?[1] siquidem statuitur, omnia edulia, quæ depenso parantur, non cœnæ, sed Magiæ, desiderari.[2] [453] Quod si nihil remanet suspicionis, neque in piscatoribus mercede invitatis ad quod solent,[3] ad piscem capiundum; quos tamen nullos ad testimonium produxere;[4] quippe qui nulli fuerunt; neque in ipso pretio rei venalis, cujus tamen quantitatem nullam taxavere,[5] ne, si mediocre pretium dixissent, contemneretur; si plurimum, non crederetur; si in his, ut dico, nulla suspicio est, respondeat

num? An vero cognovistis pisces investigari ad opus Magicum faciendum, quia emebantur mercede? Emissem absque pecunia, puto, si voluissem habere ad convivium celebrandum. Quidni ergo me accusatis quoque ex plerisque aliis rebus? Comparavi enim sæpissime pecunia vinum, et herbas, et fructus, et panem. Hoc modo indicis esuriem universis cupedinariis. Nam quis audebit emere obsonia ab eis, si decernitur omnes cibos, qui emuntur numerata pecunia, non quæri ad cœnam instruendam, sed ad Magiam exercendam? Quod si nulla suspicio superest, neque in piscatoribus permotis pretio ad id quod consueverunt facere, nempe ad capiendum piscem, (quorum tamen nullos adduxerunt in testimonium, qui nulli revera fuerunt,) neque in ipso pretio rei venditæ, cujus tamen pretii nullatenus designaverunt magnitudinem, ne, si pronuntiassent pretium modicum, illud sperneretur, si vero dixissent magnum, fides non haberetur; si nulla suspicio est in his, ut dico, Æmi-

Margini alleverat jam Salm. et consentiunt in eo vel *everteret* Mss. reliqui. De confusione τῶν *verrere* et *vertere* vid. VV. DD. ad Sil. It. XIV. vs. 262. *J. Bos.*—5 Ed. Ald. *prisc.* Scriv. *pisculos.* Id.—6 Pith. *sed convivio.* Id.—7 Ms. D'Orv. *Jam ig.* sed centies sic apud Nostrum *quin:* τὸ *etiam* negligenter omisit Floridus. *Id.*—8 Vulg. *cupediariis.*—9 *Quis enim.* Absunt Pith. In D'Orv. *quod.* Ed. Vic. caret quoque *enim.* J. Bos.—1 Pith. *abson.* D'Orv. *audebitur.* Pith. mox *edilia.* Id.—2 Fulvius: *destinari.* Sciopp. in Symb. Alii *destinari:* recte. *Elmenhorstius.* Valeat Fulviana lectio *destinari.* Infra 'Desiderata ad res venereas marina obscœna.' *Pric.* Scriv. *destinari.* J. Bos. —3 Correxerim, *id quod solet.* Colvius. V. Fulvii *atque solent.* Scribe: *mercede invitatis, quod solent, ad piscem cap.* Wowerius. *Ad piscem capiendum* a manu procul dubio glossographi. *Brant.* Τὸ *id* Wower. non male expungendum censet. *Pric.* *Ad quod solent* constans est editionum ante Elmenh. lectio; qui tacite e conj. Wowerii ejecit *ad,* cum Scriver. pro quo Pric. et Flor. dedere *id.* Veterem lectionem tenent Mss. e quibus Fulv. et Pith. habent *atque solent:* τὰ *ad piscem capiundum* uncis inclusit Scriv. atque ea a Glossatore esse profecta censebat, cum Brantio, Putschius, teste Jungermanno Ep. 31. inter Gudian. p. 363. quod et mihi maxime arridet. Non temere tamen talia ejicienda. *J. Bos.*—4 D'Orv. *produxit:* scil. Æmilianus; ut statim: 'respondeat mihi Æmilianus:' sed supra: 'intellexistis... arguitis,' &c. *Id.*—5 Ed. Ald. Mss. Pith. D'Orv. *nullum.* Pith. *trax.* Id.—6 Hoc

mihi Æmilianus, quo proximo signo ad accusationem Magiæ sit inductus. Pisces, inquit, quæris. Nolo negare. Sed oro te, qui pisces quærit, Magus est? Equidem non magis arbitror, quam si lepores quæreret,[6] vel apros, vel altilia. An soli pisces habent aliquid occultum aliis,[7] sed Magis[8] cognitum? Hoc si scis quid sit, Magus es profecto: sin nescis, confitearis necesse est, id te accusare, quod nescis. Tam rudis[9] vos esse omnium literarum, omnium denique vulgi fabularum, ut ne fingere[1] quidem possitis ista verisimiliter? Quid enim competit ad amoris ardorem accendendum piscis brutus et frigidus, aut omnino res pelago quæsita?[n] Nisi forte hoc vos ad mendacium induxit,[2] quod Venus dicitur pelago exorta.[o] Audi sis, Tannoni Pudens,[3] quam multa nescieris,

lianus dicat mihi, quo judicio manifesto impulsus sit ad accusationem Magiæ. Quæris pisces, inquit; nolo negare. Verum dic, quæso, an ille est Magus, qui quærit pisces? Non puto sane me potius esse Magum, quam si investigarem lepores, aut apros, aut volatilia. Soline pisces habent aliquid absconditum aliis, at notum Magis? Si nosti quid illud sit, certe tu es Magus; si vero ignoras, oportet ut fatearis te accusare id, quod ignoras. Vosne esse adeo ignaros omnium disciplinarum, denique omnium fabularum popularium, ut ne queatis quidem ista comminisci probabiliter? Num quid piscis stupidus et frigidus, vel ulla prorsus res petita ex mari, confert ad excitandam flammam amoris? Nisi id forsan vos impulerit ad mentiendum, quod Venus fertur nata fuisse e mari. Ausculta, si vis, Tannoni Pudens, quam

dedi ex Ms. D'Orv. Vulgo: *quærerem.* Pro *lepores* Mss. Pith. D'Orv. Ed. Vic. *leporem.* Id.—7 Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *alis.* Id.—8 *Seu magis.* Edit. omnes, præter unam Bas. 2. *sed magis.* Colvius. Immo Mss. quoque (Pith. *set*, de more, at Fulv. *et*) cum Casaub. Pric. Flor. et Salm. in marg. neque causam video cur id mutarint aut in *seu* Colv. e Bas. sec. Vulc. Elm. et Scriv. aut in *et* Wow. *J. Bos.*—9 Sic Mss. pro *rudes*, ut editum. *Id.*—1 Pith. *fingare:* et paulo infra *brutusque et frig.* ut aliquoties apud Ap. *Id.*—2 *Induxerit.* Mss. Pith. D'Orv. *induxit.* Bene: atque editum ita in Ed. Junt. post. Sic solet Ap. Vide supra ad pag. 423. Ed. Flor. cf. Cic. de Fato, c. 16. sed cum conjunct. idem de Sen. c. 10. 'nisi forte adolescentes pueritiam ... debeant requirere.' *Id.*—3 Ita cum Pithœo correximus. Vulgo: *tam non impudens.* Colvius. Flor. *annon impudens:* male. *Elmenh.* Ms. D'Orv. *audi scis*

NOTÆ

[n] *Quid enim competit ad a. a. a. piscis brutus et frigidus, aut omnino res p. q.*] Attamen Hesychius ex Æsopo quodam refert Asteriten lapidem, qui in Pane cetaceo pisce invenitur, ad philtra valere. Simile tradit Aristoteles de Echeneide pisce, in lib. II. de Animal. cap. 14. item Ælianus, de Mustela marina, Variar. Histor. lib. XV. cap. 13.

[o] *Quod Venus dicitur pelago exorta*] Metam. II. 'Mari edita, fluctibus educata.'

qui de piscibus argumentum Magiæ recepisti. [454] At si Virgilium legisses, profecto scisses, alia quæri ad hanc rem solere. Ille enim, quantum scio, enumerat vittas mollis,[4 p] et verbenas pinguis, et thura mascula,[q] et licia discolora: præterea laurum fragilem, limum[5] durabilem, ceram liquabilem: nec minus, quæ jam in opere serio scripsit,[6 r]

Falcibus et messæ[7] ad Lunam quæruntur aënis[8]
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni;
Quæritur et nascentis equi de fronte revolsus,[9]
Et matri præreptus amor.[s]

At tu, piscium insimulator, longe diversa instrumenta Magis attribuis:[1] non frontibus teneris detergenda,[2] sed dorsis

multa ignoraveris, siquidem sumsisti probationem Magiæ ex piscibus. Verum, si legisses Virgilium, cognovisses sane alia solere conquiri ad eam rem. Nam ille, quantum memini, recenset molles tænias, et verbenas unctuosas, et thura mascula, et fila variorum colorum: insuper laurum fragilem, lutum quod durescit, ceram quæ liquescit: similiter, et quæ scripsit in opere gravi: Quæruntur etiam herbæ adhuc teneræ resectæ ad Lunæ lumen Falcibus æneis, cum succo veneni atri. Quæritur quoque amor extractus ex fronte pulli nascentis, Et subductus matri. *Sed tu, accusator piscium, assignas Magis instrumenta valde discrepantia, non revellenda ex teneris frontibus pullorum, sed resecanda ex tergis asperis piscium:*

Tannoni Pudens. Pith. *tamudi imudens.* Edd. Colv. Cas. *Tantoni Pud.* Pro *nescieris* Ed. Vic. *nesciens.* J. Bos.—4 Al. *mobiles.*—5 D'Orv. *lignum.* Pith. *linum.* Virg. Ecl. VIII. vs. 80. 'Limus ut hic durescit, et hæc ut cera liquescit.' *J. Bos.*—6 Sic Mss. et Edd. præter Vic. Cas. Pric. *in op. scr. serio.* Id.—7 Sic Pric. Scriv. Flor. cum Virgilio lib. IV. Æn. vs. 513. Reliquæ Edd. (etiam Bip.) *et messe* cum Mss. et Cod. Franc. apud Virgil. sed damnat eam lectionem vel ipse Apul. statim 'falcibus metenda.' *Id.*—8 Ita Mss. Apul. et Virgil. plerique. Edd. *alienis.* Pro *pubentes* Ms. D'Orv. *pudentes.* Id.—9 Ms. D'Orv. *revulsum.* vs. seq. id. *præceptus* cum uno Cod. Virg. sed v. Heynium in Var. Lect. Ed. Vic. *mater.* Id.—1 Ms. D'Orv. *ut tribuis.* Id.—2 Al. *dete-*

NOTÆ

[p] *Enumerat vittas mollis* [*molles, &c.*] In Ecloga illa, cui nomen Pharmaceutria, versus ejus sunt: 'Effer aquam, et molli cinge hæc altaria vitta, Verbenasque adole pingues, et mascula thura,' &c.

[q] *Et thura mascula*] Duplicis generis thus est, mas et fœmina. Thure tantum masculo utebantur in sacris.

[r] *Quæ jam in opere serio scripsit*] Lib. IV. Æneidos, ex quo desumti sunt versus hi, ab Apuleio relati.

[s] *Nascentis equi de fronte revolsus, Et matri præreptus amor*] Hippomanes, de quo Plin. lib. VIII. cap. 42. 'Et sane equis amoris innasci veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro: quod statim edito partu devorat fœta, aut partum ad ubera non admittit.'

squalentibus excidenda:[3 t] nec fundo revellenda,[4 u] sed profundo extrahenda: nec falcibus metenda, sed hamis inuncanda.[5] [455] Postremo, in maleficio[6] ille venenum nominat,[w] tu pulmentum:[x] ille herbas et surculos, tu squamas et ossa: ille pratum decerpit, tu fluctum scrutaris.[y] Memorassem tibi etiam Theocriti paria,[7 z] et alia Homeri, et Orphei plurima, et ex comœdiis et tragœdiis Græcis et ex historiis multa repetissem; ni[8] te dudum animadvertissem Græcam Pudentillæ epistolam legere ne-

neque extrahenda ex humo, sed educenda ex mari: nec secanda falcibus, sed figenda hamis. Denique, ille venenum vocat in magico incantamine, tu vero minutal: ille nominat herbas et ramulos, tu squamas et ossa: ille spoliat pratum, tu perscrutaris undam. Recitassem etiam tibi similia ex Theocrito, et alia ex Homero, et permulta ex Orpheo; resumsissem quoque plurima ex comœdiis et tragœdiis Græcis, atque etiam ex historiis, nisi jam pridem observavissem te non potuisse legere epistolam

genda.—3 *Excindenda.* Malim, *excidenda.* Colvius. Rom. et Flor. *excidenda.* Elmenhorstius. Sequor lectionem Colvii *excidenda.* Florid. 2. 'Lingua excidenda est.' Miles. v. 'Ferro caput excideres meum.' *Pric.* Edd. pleræque *excind.* Aliæ *exscind.* Mss. Florent. Pith. D'Orv. *excidenda.* De hac variatione v. Oudend. ad Met. lib. v. p. 364. b. *J. Bos.*—4 Ms. D'Orv. *fando revesanda*, et mox *fulcibus.* Edd. Vic. Ven. *revelanda.* Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Præpositionem ignorat Pith. in quo *ptun* pro *pratum.* J. Bos.—7 Pith. *Theodoti patriam*: in eod. *ex camœd.* sine copula. *Id.*—8 Ita Edd. vett. Colv. Vulc.

NOTÆ

[t] *Sed dorsis squalentibus excidenda* [*exscindenda*] Proprie vocat piscium dorsa 'squalentia:' nam, ut ait Gellius, lib. II. cap. 6. 'Squalere dictum est, a squamarum crebritate asperitateque, quæ in serpentium piscium-que coriis visuntur, &c. Accius in Pelopidis ita scribit: 'Ejus serpentis squamæ squalido auro et purpura prætextæ.' Quicquid igitur nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut incuteret visentibus facie nova horrorem, id squalere dicebatur, &c. Sic in corporibus incultis squamosisque alta congeries sordium squalor appellatur, cujus significationis multo assiduoque usu totum id verbum ita contaminatum est, ut jam squalor de re alia nulla, quam de solis inquinamentis dici cœperit.'

[u] *Nec fundo revellenda*] Ut radices, quæ ex terra evelluntur.

[w] *In maleficio ille venenum nominat*] Hoc versu Pharmaceutriæ: 'Has herbas atque hæc Ponto mihi lecta venena Ipse dedit Mœris,' &c.

[x] *Tu pulmentum*] Id est, pisces ex quibus pulmenta fiunt. Horat. Sat. I. 'Laudas, insane, trilibrem Mullum, in singula quem minuas pulmenta necesse est.'

[y] *Tu fluctum scrutaris*] Melius forsan *fretum* (quod est Colvio visum): melius enim respondet voci 'pratum,' cui opponitur, et magis proprie dicas *scrutari fretum*, quam *fluctum.*

[z] *Theocriti paria*] Ex ejus Φαρμακευτρίᾳ, quam pæne ad verbum Maro transtulit.

quivisse. Igitur unum etiam poëtam Latinum attingam; versus ipsos,[a] quos agnoscent, qui Lævium 9 legere:[b]

Philtra omnia undique eruunt.[c]
Antipathes illud quæritur. [456]
Trochilisci, ungues,[d] tæniæ,[e]

Græcam Pudentillæ. Ergo delibabo adhuc aliquid ex uno poëta Latino. Ecce ipsa ejus carmina, quæ illi recognoscent qui legerunt Lælium: Investiga illud antipathes: Nam expromunt undique omnia amatoria. Parvi trochi, motacillæ,

Elm. Wow. Scriv. cum Mss. Florent. et D'Orv. In reliquis *nisi*. Id.—9 Al.

NOTÆ

[a] *En versus ipsos*] Particulam *En* supplevi, auctore Pricæo.

[b] *Qui Lævium* [*Lælium*] *legere*] Ignoratur quis sit ille Lælius poëta, de quo alibi nulla mentio. Scaliger putat scribendum esse *Lævium*, cujus Festus hoc refert in 'Redivia:' 'Scabra in legendo rediviosaque offendens.' Cui eo facilius assentior, quod ἐρωτοπαίγνια scripsisse lego apud Gellium, lib. II. cap. 24. ubi de Lege Licinia: 'Hujus legis,' inquit, 'Lævius poëta meminit in Erotopægniis, &c. 'Lex Licinia introducitur, Lux liquida hædo redditur.'' Qui versus etiam persimiles sunt iis, quos hic refert Apuleius, Iambici nempe dimetri. Unde et hos ex eadem ἐρωτοπαιγνίων serie desumtos libens crediderim.

[c] *Philtra omnia undique eruunt*] Mirum quam varia super his versibus senserint innumeri pæne critici. Quæ mihi verisimillima videtur sententia, atque a doctioribus stabilita, eam proferam. Versus illos sic ordino et scribo:

Antipathes illud quærito.
Philtra omnia undique eruunt.
Trochisci, iynges, tæniæ,
Alterplices, bicoloreæ,
Radiculæ, herbæ, surculi, hinnientium dulcedines.

Salmasius Notis ad Solinum emendat et reponit primum versum, ut fecimus. Et sane, si aliter legas, quo modo, aut quo sensu Antipathes philtris annumerabis? siquidem illud odium et aversionem creat, hæc amorem conciliant. Hoc antipathes Pricæus intelligit μῶλυ, alexipharmacum illud longe decantatissimum, quo Mercurius Ulyssem muniit adversus Circen. Verum ego potius intellexerim de Antipathe lapide, cujus meminit Plin. lib. XXXVII. cap. 10. his verbis: 'Antipathes nigra non translucet. Experimentum ejus, si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhæ simile immissa. Eamque contra effascinationes auxiliari Magi volunt.' Hæc de Antipathe Plin. nec refert quod apud Apuleium neutro genere, apud Plinium vero fœmineo efferatur. Nihil enim obstat, quominus et τὸ ἀντιπαθὲς, et hæc antipathes, gemma dicatur. Sensus igitur est: 'Quære tibi lapidem illum Antipathen, qui contra effascinationes auxiliatur; nam scrutantur et eruunt undique omnia philtra (veneficæ quæpiam mulieres), quibus te fascinent,' &c.

[d] *Trochilisci, ungues* [*Trochisci, iynges*] Τροχὸς, rota, orbis; et τροχίσκος, rotula, seu orbiculus est. Iynges vero, ἴυγγες, aves sunt, motacillæ dictæ, quibus Scholiastes Theocriti et alii scribunt vim inesse amatorii phil-

Radiculæ, herbæ, surculi,[1]
Sauri, illices[2] bicodulæ,
Hinnientium[3] dulcedines.[f]

Hæc et alia quæsisse me potius, quam pisces, longe verisimilius confinxisses, (his etenim fortasse per famam pervulgatam fides fuisset,) si tibi ulla eruditio affuisset. Enimvero piscis ad quam rem faciat [457] captus, nisi ad epulas coctus? ceterum ad Magiam nihil quicquam videtur mihi adjutare.[4] Dicam unde id conjectem.[g] Pythagoram

licia Duplicia, duplicis coloris, Parvæ stirpes, herbæ, ramuli, Amores equarum conquiruntur. *Commentus fuisses multo probabilius me investigasse hæc, et alia ejusmodi potius, quam pisces (nam creditum fuisset forsan illis rebus propter famam quæ inolevit de ipsis), si habuisses aliquam cognitionem literarum. Nam piscis captus ad quid conducit, nisi ad epulas, cum coctus est? porro nihil conducit ad Magiam. Dicam unde hoc conjiciam, licet nihil videatur conferre ad causam*

****

Lælium.—1 Flor. *surculis.* Elmenhorstius. D'Orv. *succuli.* Eadem confusio infra. Male: nam *succus* in Mss. per unum *c* scribitur. *J. Bos.*—2 Vid. Not. Var.—3 Al. *Hinnientum.*—4 Vid. Not. Var.—5 Flor. *Zoroastris.* Elmenh.

NOTÆ

tri, atque ideo omnia in amorem impellentia ἴυγγας dici. Trochos autem seu orbiculos signatissime iyngibus adjunxit: nam et simul positos reperias in usu magico, ut probat ex Pindari Scholiaste Casaubonus: et ex Tzetze Priczeus.

[e] *Tæniæ*] Adde post hoc vocabulum versiculum, *Alterplices bicoloreæ.* Tæniæ illæ sunt licia, de quibus in Virgiliana Pharmaceutria: 'Terna tibi hæc primum triplici diversa colore Licia circumdo.' Hic non terna, sed duplicia licia, et duplici tantum colore diversa memorat Lævius: hoc enim sunt *tæniæ Alterplices bicoloreæ.* Festus 'alterplicem' duplicem exponit: et *bicoloreæ*, minus frequens vocabulum, pro frequentiori, bicolores, ponitur. Varias hujus versiculi mutationes et interpolationes omitto brevitatis causa. Potest etiam ferri vulgata lectio, paucioribus immutatis, nempe *Aureæ illices bitortilæ;* ita ut intelligatur tænias illas esse ex auro, et bis tortas, et præterea vim habere illiciendorum ad amorem animorum.

[f] *Hinnientium dulcedines*] Hippomanes, quod in versibus Virgilianis superius ab Apuleio relatis dicitur: 'Nascentis equi de fronte revulsus, Et matri præreptus amor.' Post hos versiculos alium fuisse intellige, in quo esset verbum 'quæruntur,' aut 'colliguntur,' aut aliud simile, quod ad explendum sensum desideratur.

[g] *Quicquam videtur mihi ad.* [*quanquam videatur nihil adjutare*] *Dicam unde id conjectem*] Potest ferri hæc lectio, ita ut hæc verba, *Quanquam videatur nihil adjutare*, parenthesi aut duabus virgulis inclusa intelligantur. Sensum expressi in interpretatione. Acidalius tamen loco τοῦ *Quanquam* reponit, paucis immutatis literis, *Quam quur:* quæ mutatio sensum efficit satis planum; scilicet, 'Quam (Magiam) quare piscis videatur nul-

plerique Zoroastri[5] sectatorem,[h] similiterque Magiæ peritum arbitrati, eum memoria[6] prodiderunt, cum animadvertisset proxime[7] Metapontum,[i] in littore Italiæ suæ, quam subsicivam[k] Græciam[l] fecerat, a quibusdam piscatoribus everriculum[8] trahi, fortunam jactus ejus emisse:[m] et pretio dato, jussisse illico pisces[n] eos, qui capti tenebantur, solvi retibus, et reddi profundo. Quos scilicet eum de manibus amissurum non fuisse,[9] si quid[1] in his utile ad Magiam comperisset. Sed enim vir egregie doctus, et veterum

meam. Plerique putaverunt Pythagoram secutum fuisse doctrinam Zoroastris, et fuisse quoque gnarum Magicæ artis; et scriptum reliquerunt, eum, cum vidisset quosdam piscatores trahentes sagenam prope Metapontum in ora Italiæ, quam sibi reddiderat alteram Græciam, emisse sortem illius jactus: et, persoluto pretio, imperasse statim ut illi pisces, qui tenebantur capti, laxarentur ex retibus, et remitterentur in mare: quos nempe non verisimile est eum dimissurum fuisse ex suis manibus, si cognovisset aliquid esse in illis conducibile ad Magicam artem. Verum vir

Quod admisit Florid. cum Elmenh. contra reliquos Mss. et Edd. e quibus Vic. *Zoroastre.* v. supra. *J. Bos.*—6 Venetiis cusum, *tamen memoriæ.* Colvius. Flor. *tamen memoriæ.* Elmenh. Pith. D'Orv. quoque *tamen.* Frequentis hujus constructionis 'Pythagoram . . . eum,' &c. vide exempla apud Oudend. ad Flor. N. 7. p. 23. a. Dein *memoria* exhibent Edd. Junt. Ald. Bas. Colv. Vulc. Elm. Scriv. Bip. quod sequor, auctoritate Mss. Florent. et sic citat locum Oudend. ad Cæs. de B. G. v. 12. 'memoria proditum dicunt:' ubi vide. *J. Bos.*—7 D'Orv. *maxime.* Id.—8 Ms. D'Orv. *reticulum:* e glossa. *Id.*—9 Scribam, *Quos scire licet eum de manibus missurum non fuisse.* Casaubonus. Vulgo *quos scire licet.* Elmenhorstius.—1 Ms. D'Orv. *si quidem,* deletis τοῖς

NOTÆ

latenus adjuvare, dicam unde ego conjicio.'

[h] *Zoroastri sectatorem*] Sensu, quo exposui; neque enim ejus auditor esse potuit, utpote multis sæculis ipso junior.

[i] *Proxime Metapontum*] Oppidum est Italiæ in Sinu Tarentino, a Pyliis conditum, qui illuc, Nestore duce, a Troja navigaverunt. Μεταπόντιον Ptolemæo.

[k] *Quam subsicivam, &c.*] Quia, ut refert Laërtius in ejus Vita, ex Ægypto rediens, cum Samum patriam suam a Polycrate tyranno occupatam offendisset, Crotonem Italiæ urbem petiit, leges Italis dedit, ibique ut plurimum philosophatus est: unde et Italica dicta est ejus philosophia, cum Thaletis Ionica diceretur, ut habet idem Laërtius in Proœmio.

[l] *Græciam*] 'Græcia exotica' Plauto in Menæchmis. Italiæ illa pars dicta vulgo est 'Magna Græcia;' complectitur Calabriam, et illas pæne omnes regiones, quas regnum Neapolitanum hodie dicimus.

[m] *Fortunam jactus ejus emisse*] Hoc est: Quoscumque pisces illo retis jactu cepissent.

[n] *Jussisse illico pisces, &c.*] Pietate in illos pisces, quos ex μετεμψυχώσεως suæ doctrina humanis nostrorumque similibus animis informatos credebat. Historiam hanc fusius narrat Plutarchus, Sympos. lib. VIII. Quæst. 8.

æmulator, meminerat, Homerum poëtam multiscium, vel potius cunctarum rerum apprime peritum, [458] vim omnem medicaminum non maris, sed terræ, scripsisse,[2] cum de quadam saga ad hunc modum memoravit:[o]

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
Ἐσθλὰ, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις,
Αἰγυπτίη· τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Itemque[3] alibi carminum similiter:[p]

Ὡς ἄρα φωνήσας, πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης
Ἐκ γαίης ἐρύσας.

Cum tamen nunquam apud eum marino aliquo et pisculento[4] medicavit nec Protheus faciem,[q] nec Ulixes scro-

summæ doctrinæ, et imitator priscorum, recordabatur Homerum poëtam, qui egregie callebat multas res, vel potius omnes, attribuisse totam virtutem pharmacorum non pelago, sed telluri: quando scripsit de quadam venefica hoc modo: Filia Jovis habebat talia pharmaca præsentia Bona, quæ ipsi præbuit Polydamna, uxor Thonis Ægyptia, cui alma tellus fert plurima Pharmaca, multa quidem bona mixta, multa vero perniciosa. *Item in alio loco suorum poëmatum similiter:* Ut vero eum vocavit interfector Argi [Mercurius], præbuit ei pharmacum, Quod traxerat e terra. *Cum tamen nunquam reperias in ejus scriptis, neque Protheum infecisse suum vultum aliquo medicamine marino aut pisculento, neque Ulyssem*

non fuisse. Id. *Omerus.* J. Bos.—2 *Terræ ascripsisse.* Male in vulgatis *scripsisse.* Casaubonus. *Terra ascripsisse* Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Et heic infeliciter idem eximius vir legit *ascripsisse.* Auctori nostro nil solennius quam simplicia pro compositis ponere, et e converso: supra: 'Magiæ argumentum de piscibus recepisti.' *Pric.* Mss. et Edd. ante Casaub. itemque Gent. (nam Pricæus Casauboni emendationem retinuit cum seqq.) constanter habent *non mari sed terræ scripsisse.* Groslot. margini ascripsit *n. maris sed t. scripsisse:* levissima mutatione. Atque hoc unice verum puto, postquam Clar. Lennepius mihi indicavit Horatii locum l. I. Epl. 9. vs. ult. 'Scribe tui gregis hunc.' *J. Bos.*—3 Ms. D'Orv. *item.* Id.—4 Pith. *aliquot et piscolento.* D'Orv. *piscel.* Floridus tacite edidit *pisciculentus,* quasi a *pisciculus:* nam typothetæ id imputandum non videtur. *Pisculentus* est quoque apud Plaut. Rud. IV.

NOTÆ

[o] *Cum de quadam saga ad hunc modum memoravit*] Lacunam sequentem Casaub. explevit versibus desumtis ex Ὀδυσσ. Δ. vers. 227.

[p] *Itemque alibi carminum similiter*] Explet hanc lacunam idem Casaubonus versibus ex Ὀδυσσ. K. vs. 302. sumtis. Tum hos, tum illos excudendos curavi, et in interpretatione exposui. Lacunas has aliis versibus supplet Fulvius. Primam duobus sumtis ex Ἰλιάδ. Λ. quorum initium, Πρεσβυτάτην δὲ θύγατρ' εἶχε, &c. Secundam vero decem petitis ex Ὀδυσσ. Δ. Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον, &c. Reliquos vide apud Homerum.

[q] *Nec Protheus faciem*] Per 'faci-

bem,[r] nec Æolus follem,[s] nec Helena crateram,[5 t] nec Circe poculum,[u] nec Venus cingulum.[6 w] [459] At vos soli reperti estis ex omni memoria, qui vim herbarum, et radicum, et surculorum, et lapillorum, quasi quadam colluvione naturæ, de summis montibus in mare transferatis, et penitus piscium ventribus[7] insuatis. Igitur ut solebat ad

fossam, neque Æolum utrem, neque Helenam calicem, neque Circen potionem, neque Venerem suum balteum. Sed vos soli inventi estis ex omni ævo, qui transportetis, veluti quadam colluvie naturæ, virtutem herbarum, et stirpium, et ramusculorum, et lapillorum, ex cacumine montium in mare, et insuatis eam in intimis ventribus piscium. Quemadmodum ergo Mercurius translator animarum, et Venus

2. 2. 'Qui salsis locis incolit pisculentis:' versus est Bacchiacus. Ex Catonis Originibus bis eam vocem citat Nonius cap. 2. n. 634. *Idem.*—5 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *folles*, cum Ms. Pith. In D'Orv. *A. Solem nec Bellona creteram.* Id.—6 D'Orv. *cragulum*, et mox *succulorum*, male; item *somnis* pro *summis*. Id.—7 Lego, *penitis pisc. v.* Colvius. Rom. et Florent. *penitus p. v.* Elmenhorstius. Scio Apuleium scripsisse *penitis:* et ita legam vel solitarius. Miles. v. 'Penitis præcordiis.' II. 'Penita mente conditum.' In de Deo Socr. 'Penitissimis mentibus.' Miles. VI. 'De summi fontis penita scaturigine.' *Pric.* Pith. *ut penitus. Penitis* conjecerant jam Lips. et Groslot. cum Stewechio ad Met. lib. v. p. 334. b. et, contra Msstos etiam, assensum præbuere Editores, inde a Colvio, præter Casaubon. et Gentil. neque in textum admisit Pric. quamvis apprime probat. Revocavi ego veterem lectionem. Passim adjectivum *penitus* inculcare conantur Viri Docti, monente Oudend. ad Met. lib. II. p. 48. ubi vide et ad lib. VIII. p. 527. b. Apud Plaut. quoque Cistell. I. 1. 65. restituendum ex Charisio *In latebras abscondas pectoris penitissime:* ubi vulgo *pectore penitissimo.* J. Bos.—

NOTÆ

em' non tantum vultum hic intellige, sed totius corporis speciem et formam. Prothei varias formas vide 'Οδυσσ. Δ. vers. 455. et seqq. et apud Virgilium, Georgic. lib. IV.

[r] *Nec Ulixes scrobem*] Quam 'Οδυσσ. K. ex præscripto Circes fodit, cubitalem quaquaversum, in qua sacrificium faceret Plutoni, antequam ad Inferos descenderet Tiresiam consulturus.

[s] *Nec Æolus follem*] In quo inclusos ventos omnes, præter Zephyrum, Ulyssi tradidit; eodem libro 'Οδυσσ. K. vers. 19.

[t] *Nec Helena crateram*] In qua vinum pharmaco temperabat, cujus ea vis, ut omnium malorum oblivionem induceret, et, qui ex eo bibisset, lacrymas toto illo die non posset profundere, ne si ei quidem mortui fuissent pater et mater. Vide 'Οδυσσ. Δ. vers. 219. et seqq.

[u] *Nec Circe poculum*] Quo Ulyssis socios in sues mutavit: 'Οδυσσ. K. vers. 230.

[w] *Nec Venus cingulum*] Κεστὸν ἱμάντα, cujus miras virtutes Homerus refert 'Ιλιάδ. Ξ. vs. 223. et seqq. Apul. Met. II. 'balteum' vocat. 'Licet illa,' inquit, 'cœlo dejecta, mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni Gratiarum choro stipata, et toto Cupidinum populo comitata, et balteo suo cincta, cinnama fragrans, et balsama rorans, calva processerit; placere non poterit nec Vulcano suo.' Ad quem locum vide quæ diximus.

Magorum cærimonias advocari Mercurius carminum vector,[x] et illex animi Venus, et[8] Luna noctium conscia,[9] et manium potens Trivia;[y] vobis auctoribus, posthac Neptunus cum Salacia, et Portuno, et omni choro Nereidum,[1 z] ab æstibus fretorum ad æstus amorum transferentur.[2] Dixi, cur non arbitrer, quicquam negotii esse Magis et piscibus. Nunc, si videtur,[3] credamus Æmiliano, solere pisces etiam ad Magicas potestates adjuvare. Num ergo propterea, quicumque quærit piscem, Magus est?[4] [460] Eo qui-

conciliatrix animorum, et Luna testis eorum, quæ noctu geruntur, et Hecate domina umbrarum, solebant invocari ad cærimonias magicas; sic, si vobis credatur, Neptunus cum Salacia, et Portunus cum toto cætu Nereidum transportabuntur ab agitationibus marium ad agitationes amorum. Exposui quare non putem esse ullam rem Magis cum piscibus. Jam, si vultis, credamus Æmiliano, pisces solere etiam conferre ad virtutes magicas. An igitur, quisquis investigat piscem, ideo ipse Ma-

8 D'Orv. *ille*. In Pith. deest *et*. Id.—9 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *noxium:* quod, pro *noxiorum*, propugnat Scipio Gent. lib. I. Parerg. c. 33. damnante Cupero in Harpocr. p. 111. Immo vide ipsum Gentilem ad h. l. Pro *trivia* D'Orv. *crivia*. Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Ascriptum video *transferantur*. J. Bosscha.—3 Pith. *videre*. Pro *adjuvare* Ms. D'Orv. *adjutare:* ut supra p. 457. Sed hic additur *solere*. Pro *ergo* Ed. Vic. *ego*. Id.—4 *Quicumque piscem quærit et ipse mag. e.* Dele τὸ *piscem* ex Florentinis. *Elmenhorstius.* Non extat *piscem* in Mss. Florent. Pith. D'Orv. et uncis inclusit Scriv. sed non comparet jam in Ed. Junt. post. Et sane facile e præcedentibus intelligitur *pisces*. Quia tamen seqq. in sing. num. dixit Auctor 'myoparonem... vectem... gladium,' videtur et hic repetiisse vocem sing. num. quia dixerat *pisces*. Accedit quod in Ms. Pith. deest *et;* (in quo cod. propter seq. *quærit* τὸ *que* excidit post *quicumque;*) quo inducor, ut quod Salm. margini allevit,

NOTÆ

x *Mercurius carminum vector*] Reponunt alii *animarum vector:* alii *Manium vector:* alii *animarum evocator*. Certe eum Laërtius in Pythagora animarum quæstorem esse ait, τὸν δὲ Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν, atque ideo ductorem dici et terrenum. Fortasse tamen nihil hic mutandum. Mercurius, carminum vector, intelligi potest, quasi qui carmina et incantationes Necromanticorum ad mortuorum Umbras deferat, quæ illis evocantur. Ipse enim 'Superum est commeator et Inferorum,' ut ait Noster, lib. Met. II. ubi vide Notas.

y *Et illex animi Venus, et Luna n. c. et m. p. Trivia*] Unum idemque Numen his nominibus intellige, Lunam nempe, quæ est 'Deorum Dearumque facies uniformis,' ut ait Noster, Metam. II. ubi vide annotata.

z *Neptunus cum Salacia, et Portuno, et omni choro Nereidum*] Dii marini hi sunt. Metam. IV. 'Adsunt Nerei filiæ chorum canentes, et Portunus cœrulis barbis hispidus, et gravis piscoso sinu Salacia,' &c. Vide quæ observavimus ad eum locum. Gloss. 'Salacia: Ἀμφιτρίτη.' Hæc est Neptuni uxor, nec aliud est quam mare.

dem pacto, et qui myoparonem[5][a] quæsierit, pirata[6] erit: et qui vectem, perfossor:[7][b] et qui gladium, sicarius. Nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id possit[8] aliquid aliqua[9] obesse: nec tam lætum, quod non possit[1] ad tristitudinem intelligi.[c] Nec tamen idcirco omnia[2] ad nequiorem[3] suspicionem trahuntur: ut si thus,[4] et casiam, et myrrham, ceterosque id genus odores funeri tantum emtos arbitreris; cum et medicamento parentur, et sacrificio.[5] Ceterum eodem piscium argumento, etiam Menelai socios putabis Magos fuisse, quos ait poëta præcipuus flexis hamulis apud Pharum[6] insulam famem propul-

gus est? Hoc quidem modo et ille, qui quæsierit myoparones, erit pirata: et, qui quæsierit vectem, erit perfossor parietum: et, qui quæsierit ensem, erit homicida. Nihil nominabis ex universis rebus adeo innocuum, quod non possit aliquo pacto nocere, neque tam hilare, quod non possit accipi in tristem partem. Neque tamen propterea cuncta detorquentur in deteriorem partem, velut si existimes thus, et casiam, et myrrham, aliaque ejusmodi aromata, comparata esse duntaxat ad funus, cum tamen emantur etiam ad medicamen, et ad sacrificium faciendum. Porro credes quoque, eadem probatione piscium comites Menelai fuisse Magos, siquidem primarius vates dicit eos arcuisse famem hamulis incur-

nescio utrum ex Cod. Fux. an e conjectura, *quicumque quærit piscem, magus est*, verissimum credam. Otiosa enim sunt τὰ *et ipse*, in quæ τὸ *Piscem* corruptum fuit. *J. Bosscha.*—5 Sic Ms. D'Orv. ut seqq. 'vectem . . . gladium.' Vulgo: *myoparones*. Id.—6 Pith. *et pir.* Id.—7 Mss. Pith. *professor*. D'Orv. cum Ed. Ald. *profossor*. Id.—8 Roman. edit. *quod non possit*. Pric. Ita esse in Rom. Edit. putavit quoque V. D. in Obs. Misc. vol. II. p. 190. aiens id non mutandum esse: sed perperam; nam mox demum pro *quin* in Rom. Ed. non tantum, sed et in Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. legitur *quod non*: ut ibi legendum esse videbimus: sed hic *quin id* servant Mss. et Edd. *J. Bos.*—9 Vid. Not. Var.—1 *Quin possit*. Rom. *quod non possit*. Elmenh. Habent, ut diximus, etiam Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *quod non*; quod elegantem efficit styli variationem. Ms. Pith. addicit *quod*. In D'Orv. est *qui*. J. Bos.—2 Inverse D'Orv. *Id.*—3 Conjicit Brant. *sequiorem*.—4 *Et si thus*. Forte melius *ut, si thus*. Colvius. Perperam in vulg. *etsi thus*. Casaubonus. *Ut si thus* v. c. Et mox: *flexis humilis apud Scyrum insulam*. Et proxime: *qui impendio a piscatoribus mercantur*. Et infra non longe: *ut merito statuto pretio quærerentur*. Sciopp. in Symbola. Vulgo *et si th.* male. *Elmenh.* Recte Mss. D'Orv. Pith. et Edd. Cas. et seqq. præter Vulc. sec. tert. *J. Bosscha.*—5 Ms. Pith. *ut et sacr.* Id.—6 Vic. Junt. pr. Bas. pr. *farum*. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 *Mer-*

NOTÆ

[a] *Myoparonem* [*myoparones*] Navigia sunt piratica, sic dicta ex Scaligeri sententia, quod murium oblonga corpora referrent, μυῶνες.

[b] *Qui vectem, perfossor*] Festus: 'Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt, furandi gratia.'

[c] *Ad tristitudinem intelligi*] P. Syrus: 'Ad tristem partem strenua est suspicio.' *Quos ait p. p. fl. h. apud Pharum insulam f. propulsasse*] Homerus 'Οδυσσ.

sasse:[7] etiam mergos, et delphinos, et scyllas [d] tu eodem [8] referes; etiam gulones omnes, qui impendio a piscatoribus mercantur; etiam [9] ipsos piscatores, qui omnium generum [1] pisces arte anquirunt.[2] Cur ergo et tu [3] quæris? Nolo equidem, nec necessarium habeo tibi dicere: sed per te, si potes, ad hoc [4] quæsisse me argue, ut si helleborum, vel cicutam, vel succum [5] papaveris emissem. Item alia ejusdemmodi,[6] quorum moderatus usus salutaris, sed commixtio vel quantitas noxia est; quis æquo animo pateretur, si me [7] per hoc [8] veneficii arcesseres, quod ex illis potest homo occidi? [461] Videamus tamen, quæ fuerint [9] pis-

ris in insula Pharo. Tu referes etiam ad eundem Magiam mergos et delphinos et scyllas: universos etiam helluones, qui emunt magno pretio pisces a piscatoribus: ipsos quoque piscatores, qui quærunt arte sua pisces cujusvis generis. Quare igitur, inquis, tu etiam quæris? Nolo quidem tibi dicere cur quæsiverim, neque mihi opus est: sed ostende tu ipse, si potes, me quæsivisse ejusdem rei gratia. Sicut, si comparassem helleborum, aut cicutam, aut opium, aut alia similia, quorum usus moderatus est utilis ad valetudinem, sed mixtura aut multitudo nocet; quis patienter ferret, si accusares me veneficii, propterea quod homo potest necari illis? Dispicia-

gos . . . *scyllas* . . . *eodem*. D'Orv. *margos* . . . *scyllam* . . . *eadem*. Vulc. in marg. *squillas*: et aiunt vulgo distingui *Scyllam*, plantam marinam, et *squillam* piscem. Sed Mss. et Edd. hic *scyllas*. Vide de his piscibus Lambin. ad Horat. Sat. II. 4. 58. *J. Bosscha*.—9 D'Orv. *et*: male. *Id*.—1 Pith. *omni genere*. Ed. Vic. quoque *genere*. Id.—2 Al. *acquirunt*.—3 Deest *et* Mss. Pith. D'Orv. In Pith. quoque mox excidit *nec* ob sequens *necess*. J. Bosscha.—4 Ed. Vic. *ad hæc*. Id.—5 *Sucum*. Sic semper Mss. *Id*.—6 Vulc. Edd. sec. tert. et Wow. *ita alia*. Groslot. margini allevit *ejuscemodi*, ut Met. lib. X. p. 702. et habebant Edd. inde a Bas. sec. ad nostram, in de Dogm. Plat. lib. II. p. 246. ubi nunc e Mss. legitur *ejusmodi*. Sed bonum quoque *ejusdemmodi*. Noster Flor. N. 9. 'hæc et alia ejusdemmodi.' De Dogm. Plat. lib. II. p. 211. est quoque in Ms. Harlem. et Edd. ante Vulcan. *ejusdemmodi*. Id.—7 Ms. D'Orv. *sic me*. Id.—8 Mss. Pith. D'Orv. *per hec*. An *per hæc*? scil. 'helleborum,' vel 'cicutam,' vel 'succum papaveris.' Minime. *Per hoc* dictum pro, propterea, idcirco: ut apud Plin. VIII. Ep. 10. et Nostrum sæpe. Vide plura exempla apud Pric. ad Met. lib. III. *Id*.—9 Mss. D'Orv. Pith.

NOTÆ

Δ. vs. 355. et seqq. Habebat prima editio *famem propulsatos esse*: recte etiam. 'Propulso' et 'propulsor' idem. Antiqui enim verba quamplurima ancipiti terminatione eadem significatione protulerunt. Quorum verborum longam seriem vide ap. Priscian. lib. VIII.

[d] *Scyllas*] Quæ et squillæ dicuntur, pisces sunt ex testaceorum genere. In hoc a cancris differunt, quod caudam non habent. Horat. lib. II. Sat. 8. 'Affertur squillas inter muræna natantes.'

cium genera, tam necessaria ad habendum, tamque rara ad reperiendum, ut merito statuto præmio [1] quærerentur. Tria omnino nominaverunt: [2] unum falsi, duo mentiti. Falsi, quod leporem marinum [e] fuisse dixerunt, qui alius omnino piscis fuit, quem mihi Themison [f] servus [3] noster, medicinæ non ignarus, ut ex ipso audisti, ultro attulit ad inspiciundum: nam quidem leporem nondum etiam invenit.[4] Sed profiteor, me quærere et cetera, non piscatoribus modo, verum etiam amicis meis [5] negotio dato, quicumque minus cogniti [6] generis piscis inciderit, ut ejus mihi aut formam

mus tamen, quænam fuerint genera piscium, quæ tam necessarium erat me habere, quæque adeo erant rara inventu, ut jure investigarentur proposita mercede. Nominaverunt tantum tria: et decepti sunt in uno, finxerant autem duo alia. Decepti, quia dixerunt piscem fuisse leporem marinum, qui erat prorsus alius, quem Themison, meus servus, non imperitus medicæ artis, attulit mihi sponte, quemadmodum accepisti ab eo, ut illum considerarem: necdum enim reperit leporem. Sed palam fateor me eum quærere, et alia genera, et commisisse eam curam non solum piscatoribus, sed etiam meis amicis, ut, quicumque piscis speciei minus notæ venerit in eo-

* * * * * * * * * * * *

fuerunt. Id.—1 Ms. Fulv. *pretio:* ex interpretatione. v. ad Met. lib. IX. p. 630. a. *Id.*—2 Vulgo, *nominaverant:* perperam. *Casaub.* Cum Casaub. et Salmas. in marg. faciunt Wow. Scip. Gent. Pric. Flor. Reliqui et Mss. *nominaverant.* J. Bosscha.—3 Vulgati codices omnes, *Themis conservus,* quod jamdudum Electis suis [I. 18.] emendavit lectissimus Lipsius hic, et post, loco altero, ex eadem hac Apologia. Sed recte etiam infra: 'Themison servus, a quo mulier ad inspiciendum perducta est.' Apte servo medico nomen inditum principis medici: nam is Themison, ut a quo etiam sectæ in medicina nomen. Seneca Epist. 95. 'Itaque alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis.' Meminit et Athenæus Deipnosophist. lib. VII. *Colv.* Flor. *Themicon noster.* Ald. et Rom. *Tenus conservus noster,* male. *Elmenh.* Nobilissimi medici nomen servo, seu medico domestico, inditum fuit. Vide Dempster. ad Rosin. p. 166. Mss. et Edd. ante Colv. *Themis conservus.* Statim pro *inspiciundum* Ms. Pith. *ipisciundum.* J. Bosscha.—4 Groslot. allevit *inveni.* Ms. D'Orv. *non invenitur* sine τῷ *etiam.* Id.—5 Ejecit hanc vocem Elm. cum seqq. contra Mss. et Edd. reliquas. *Id.*—6 Ed. Scriv. *cognitu,* ope-

NOTÆ

[e] *Leporem marinum*] Plin. lib. XXXII. cap. 1. 'Non sunt minus mira, quæ de lepore marino traduntur. Venenum est aliis in potu, aut in cibo datus, aliis etiam visus. Siquidem, gravidæ si omnino aspexerint fœminæ ex eo genere duntaxat, statim nausea et redundatione stomachi vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio est mas, ob id induratus sale, ut in brachialibus habeant.'

[f] *Themison*] Hoc nomen familiare fuit olim medicam artem profitentibus. Themisonis medici meminit Cornel. Celsus, lib. I. alterius etiam hoc nomine Juvenalis, Sat. X. 'Quot Themison ægros autumno occiderit uno.'

commemorent, aut ipsum vivum, si id nequiverint, vel mortuum ostendant.[7] Quamobrem id faciam, mox docebo. Mentiti autem sunt callidissimi[8] accusatores mei, ut sibi videntur,[g] cum me, ad finem calumniæ,[9] confinxerunt duas res marinas impudicis vocabulis quæsisse: quas Tannonius ille, cum utriusque sexus genitalia intelligi vellet, sed eloqui propter infantiam causidicus summus nequiret, multum ac diu hæsitato,[1] tandem virile marinum nescio qua circumlocutione male ac sordide nominavit. Sed enim feminal[2 h] nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit: et, quia e quodam[3] meo libro legit: 'Interfeminium[4 i] tegat, et femoris objectu, et palmæ velamento;' hic etiam pro sua gravitate vitio mihi vortebat, quod me nec sordidiora dicere honeste pigeret. At ego illi contra justius exprobraverim, quod qui eloquentiæ pa-

rum manus, vel mihi describant ejus figuram, vel mihi monstrent eum vivum: si vero id non potuerint, mortuum. Modo aperiam quare id faciam. * * * *

rarum vitio. *Id.*—7 *Aut ipsum vivum, si id nequierint, vel mortuum ostèndant.* Sic Mss. et Edd. ante Vulc. sec. in qua, ex Vulcanii conjectura, *vel* transpositum est ante *si id*, quod secutus est Wow. cum Elm. et Scriv. utroque loco *vel*, dederint. Gent. Pric. Flor. Mstorum lectionem servarunt: bene. Sed perperam omnes inde a Colvio distinguunt plenius (:) post *vivum*, quasi ad illa *si id nequiverint* intelligendum esset *vivum ostendere*, ut interpretatur Floridus. Sensus est: ut describant mihi ejus formam, aut, si id non satis accurate possint, ipsum ostendant piscem, vivum vel mortuum. *Id.*—8 Malim *callidissime*. Casaubonus. At cur mutemus vulgatam lectionem? inest his verbis 'ut sibi videntur,' *εἰρωνεία*, cujus infra simillima illa: 'præacute vobis repperisse videbamini.' *Pric.* Casauboni conjecturam expressere seqq. etiam Ed. Bip. præter Gent. Pric. Flor. Sequimur nos Mss. *J. Bosscha.*—9 *Ad fidem c.* Sic Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Male. *Ad finem calumniæ*, i. e. ut modum calumniæ implerent. Ovid. Her. Ep. I. vs. 96. 'Ultimus accedunt in tua damna pudor.' *J. Bos.*—1 Al. *hæsitans.*—2 Pith. *feminam.* J. Bos.—3 *Quia et e quodam.* Scrib. *confugit.* *Itaque e quodam m.* Casaubonus. Flor. *quia et quodam m.* Elmenhorstius. *Quia* expunxere Wow. Elm. Scriv. Flor. neque agnoscunt Mss. Florent. Pith. D'Orv. in quibus pro *quia et e* simpliciter *et* legitur. Est tamen *quia* in Edd. vett. item Colv. Vulc. Cas. Gent. Pric. Lego: *et quia e quodam, &c.* J. Bosscha.—4 Pith. et Ed. Ald. *interfemineum.* Junt. post.

NOTÆ

[h] *Feminal*] Hac voce usus est in Asino, lib. II. 'Glabellum feminal rosea palmula:' ad quem locum vide Notas supra.

Interfeminium] Genitalia inter femina collocata.

trocinium vulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blatteret,[5] ac sæpe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat,[k] vel omnino obmutescat. Cedo enim, si ego de Veneris statua nihil dixissem,[l] neque interfeminium[6] nominassem; quibus tandem verbis accusasses crimen illud, tam stultitiæ, quam linguæ tuæ congruens? An quicquam stultius, quam ex nominum propinquitate vim similem rerum conjectari?[7] Et fortasse an peracute reperisse[8] vobis videbamini. At quæsisse[9] me fingeretis ad illecebras Magicas duo hæc marina, Veretillam,[1] [m] et Virginal:[n] disce enim nomina rerum Latina, quæ propterea varie nominavi, ut denuo instructus[2] accuses. Memento tamen, tam ridiculum[3] argumentum fore, desiderata ad res Venereas[4] marina obscœna,[o] quam si dicas, marinum pectinem comendo[5] capillo quæsitum, vel aucupandis volantibus[6]

interfemineium. Pro *hic* Ed. Vic. *hæc.* Id.—5 Ms. Pith. *lateret.* D'Orv. *blateret.* Id.—6 Pith. *interfeminam.* Statim pro *congruens* D'Orv. *gruens.* Id.—7 Pith. *veri similem r. conjectam.* D'Orv. *conjecturi.* Ed. Junt. post. quoque *conjectam.* Id.—8 Ed. Altenb. *repetisse*, unde et in Ed. Bip. irrepsit. Operarum vitio, nec ne, dubito. Accipi sane possit repetisse a me dictum (interfeminium scil.) *Id.*—9 Ms. D'Orv. *an q.* E Fux. Cod. notavit Salm. *ut q.* Sic jungenda hæc essent præcedentibus. Sed bene se habet *At quæsisse me fingeretis*, i. e. at quæsisse non tantum me fingere debebatis, sed me quæsisse ad illecebras magicas. *Id.*—1 Pith. *veretilla.* Id.—2 Lipsius *instructius.* Colvius. Lipsii conjecturam expressere seqq. præter Casaub. et Gent. Veterem lectionem a Mstis comprobatam restitui. *J. Bosscha.*—3 Pith. *redic.* deleto *tam.* Id.—4 Mss. Pith. D'Orv. *Venerias*: ut et 2. Mss. et Edd. vett. quædam Met. lib. II. p. 101. a. *Id.*—5 Sic Ven. Rom. Aliæ *comando.* Colvius. —6 Pith. *volatibus.* An *volatilibus?* cf. ad Met. lib. VIII. p. 552. a. Sed *volantes* substantive est apud Virgil. Æn. VI. vs. 239. et 728. ac Lucret. II. vs.

NOTÆ

[k] *Fringultiat*] Inferius in eadem Apologia, 'Vix singulas syllabas fringultientem;' ad quem locum vide Notas.

[l] *De Veneris statua nihil dixissem*] In libro illo, ex quo supra citavit: 'Interfeminium tegat,' &c.

[m] *Veretillam*] Glossæ et Onomasticon vetus, 'Veretrum, Αἰδοῖον.' Glossæ Arabico-Lat. 'Veretrum, portum orinum.' Legerim tantisper *porcum marinum.* V. in voce Ἀλεσούριος Etymologum. Isid. Origin. lib. XI. cap. 1. *Pricæus.*

[n] *Virginal*] Idem in Glossis: 'Virginal, membra virginis in quo habitat:' fors, *Virginal; membrana, virginitas in qua habitat.* Omnino altera lectio nihil expedit. *Id.*

[o] *Marina obscœna*] Veretillam et virginal pisces, de quibus supra.

piscem accipitrem,7 aut venandis apris piscem apriculum, aut eliciendis mortuis marina calvaria.[p] Respondeo igitur ad hunc vestrum locum,8 non minus insulse quam absurde 9 commentum, me hasce nugas marinas et quisquilias 1 littorales[q] neque pretio, neque gratis quæsisse. Illud etiam præterea respondeo, nescisse vos, quid a me quæsitum fingeretis. [462] Hæc enim frivola, quæ nominastis, pleraque 2 in littoribus omnibus congestim et acervatim jacent, et sine ullius opera, quamlibet leviter motis flucticulis, ultro foras 3 evolvuntur. Quin 4 ergo dicitis, me eadem opera pretio impenso per plurimos piscatores quæsisse de littore conchulam striatam,[r] testam hebetem,[s] 5 calculum

Respondeo ergo ad hoc argumentum vestrum, excogitatum non minus insipide quam inepte, me neque quæsivisse pecunia neque gratis hæc nugamenta marina et hæc purgamenta riparum. Insuper respondeo etiam hoc, vos ignoravisse quid comminisceremini fuisse a me quæsitum. Nam pleraque illa vana, quæ nominavistis, jacent aggesta, et accumulata in omnibus oris, et ejiciuntur, absque labore cujusquam, ex mari quovis motu levissimo undularum. Quidni igitur dicitis simul me comparasse maximo pretio per piscatores permultos, ex ora maris, conchulam sulcatam, testam inanimem, lapillum rotundum? præterea forcipes cancrorum, caliculos echinorum,

1082. *J. Bosscha.*—7 Pith. D'Orv. *ancip.* Mox D'Orv. *priculum* pro *apric.* Id. —8 Ms. Bemb. *jocum.* Id.—9 Pith. *insulani quam absurdum:* in quo statim exulat *me.* Id.—1 Bene *quisquilias* extat in Ms. D'Orv. et Ed. Junt. post. cum seqq. quemadmodum emendarunt Lat. Latin. et Lips. in marg. pro eo, quod est in Junt. pr. Bas. pr. Ald. *quiscyllas.* Ms. Pith. cum quibusdam Edd. vett. *quiscillas.* De *quisquiliis* cf. Beroald. ad Met. lib. I. p. Append. Apul. 76. a. Groslot. allevit *et quisquilias*, vel, *atque siquillas*, quod quid sit nescio. *Id.*—2 D'Orv. *plerique*, et statim *illius* pro *ullius.* Id.—3 Est qui scribat *ultra oras.* Colvius. Alii: *ultra oras.* Elmenhorstius. Quidam *foros*, alii *oras.* Pricæus. Quinam sint illi alii, quos aiunt legere *ultra oras*, vel, *foros*, ignoro: certe male; licet Ms. Pith. habeat quoque *ultra.* Non ultra oras, sed in oras evolvuntur quisquiliæ illæ, quas *foras* evolvere eleganter fluctus dicuntur: *ultro* quoque vim habet. *J. Bosscha.*—4 D'Orv. *quid.* Mox Pith. D'Orv. *plurimis.* D'Orv. *piscatoris.* Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Al. *terentem.*—7 Mss. Pith.

NOTÆ

[p] *Eliciendis mortuis marina calvaria*] Scilicet propter ὁμωνυμίαν terrenæ, quæ in maleficio frequens. Metamorph. III. Noster, officinam feralem deformans: 'Hic nares et digiti, illic carnosi clavi pendentium: alibi trucidatorum servatus cruor, et extorta dentibus ferarum trunca calvaria.' *Pricæus.*

[q] *Hasce nugas marinas et quisquilias littorales*] Ita conchylia varia appellat, quæ vulgo in littore inveniuntur. Sic Metam. I. de piscibus: 'At has quisquilias quanti parasti?' Et continuo: 'A quo istorum nugamenta hæc comparasti?'

[r] *Conchulam striatam*] Quales sunt muricum et aliorum conchyliorum

teretem?[6] præterea cancrorum furcas,[t] echinorum[7] caliculos,[8 u] lolliginum[9] ligulas?[w] postremo assulas,[x] festucas, resticulas, et ostrea Pergami vermiculata?[y] denique muscum, et algam, et cetera[1] maris ejectamenta, quæ ubique littorum ventis expelluntur, salo exspuuntur,[2] tempestate reciprocantur, tranquillo deseruntur? Neque enim minus istis, quæ commemoravi,[3] accommodari possunt similiter ex vocabulo suspiciones. Posse dicitis ad res Venereas

*lingulas loliginum? novissime assulas, festucas, funiculos, et conchas ostreorum variegatas? postremo muscum, et algam, et cetera purgamenta pelagi, quæ ejiciuntur a ventis in omnes oras, quæ respuuntur a mari, jactantur tempestate, et relinquuntur in littore per tranquillitatem maris? * * * Certe tu vir es nimis patiens, et*

D'Orv. *echinum:* ut sæpe apud Nostrum contrahuntur genitivi plurales: sed hic non placet. *J. Bosscha.*—8 Ms. Pith. *calideos.* Id.—9 Ms. Pith. *lolig.* ut alibi sæpe scribitur. Ms. D'Orv. *ligullas.* 'Lolliginum ligulas' intellige cirros, quibus conspicuum est id animalium genus. *Id.*—1 Ms. Pith. *mascumque algamque cet.* D'Orv. *algara* deleto τῷ postremo *et.* Id.—2 Ms. D'Orv. *exipiuntur:* et statim *deferuntur.* Id.—3 Male Florid. in sua Ed. secutus est cor-

NOTÆ

conchæ, quarum mira varietas a Plinio describitur, lib. IX. cap. 33.

[s] *Testam hebetem*] Sic Rob. Titius reposuit. Sed, quid sibi velit, non ita perspicuum. Cod. Florent. habet *habentem*, ex quo Pricæus format *albentem:* quod sane ego malim. Ejusmodi albicantes concharum testas quis non vidit?

[t] *Cancrorum furcas*] Plinius denticulatos forcipes vocat, lib. IX. cap. 31. 'Cancris bina brachia denticulatis forcipibus.'

[u] *Echinorum caliculos*] Hoc est, testas echinorum, quæ calicem optime referunt.

[w] *Lolliginum ligulas*] 'Ligula' sæpe pro lingula, estque diminutivum a 'lingua.' Nonnunquam nomen est a 'ligando' formatum, significatque corrigiam, aut aliud ligamentum. Plin. lib. IX. cap. 51. de loliginibus hæc habet: 'Sepiæ et loligines linguis [coëunt], componentes inter se brachia, et in contrarium nantes: ore et pariunt.' Intellige ergo hic linguas loliginum, aut, quod puto verius, ossa eorum quædam linguæ oblongæ aut scalpelli forma, cum alia quoque habeant instar calamorum; unde Italis dicitur loligo *pesce calamaio*, quia, veluti theca calamaria, scalpellum habet et calamum.

[x] *Assulas*] Schidias, seu fragmenta lapidum plana, aut etiam fragmenta asserum et tabularum ex naufragiis, qualia multa in littus ejiciuntur, quemadmodum et festucæ et funium frusta.

[y] *Ostrea Pergami vermiculata*] Locum hunc corruptum Brantius restituit: *ostreorum terga vermiculata:* quod expone, distincta et variata maculis vermiculos repræsentantibus: vel, cariosa, et veluti a vermibus perforata, ut Pricæus, qui tamen mallet *lævigata.*

sumta de mari spuria et fascina,[z] propter nominum similitudinem: qui minus[4] possit ex eodem littore calculus ad vesicam, testa ad testamentum, cancer ad ulcera,[a] alga ad quercerum?[5 b] [463] Næ tu,[6] Claudi Maxime, nimis patiens vir es, et oppido proxima humanitate,[7 c] qui hasce eorum argumentationes[8] diu hercle[9] perpessus sis. Equidem[1] cum hæc ab illis quasi gravia et invincibilia[2] dicerentur, illorum stultitiam ridebam, tuam patientiam mirabar. Ceterum, quamobrem plurimos jam pisces cognoverim,[3] quorundam adhuc nescius esse nolim, discat Æmi-

humanitatis valde proclivis, o Claudi Maxime, qui toleraveris diu profecto hæc eorum ratiocinia. Certe, dum illi hæc commemorarent tanquam res magni momenti, et quibus responderi non posset, videbam stoliditatem eorum, admirabar vero tuam patientiam. Ceterum Æmilianus discat, cur jam examinaverim quosdam pisces, et

ruptam Scriverianæ lectionem *commemoravit*. Bene correxit Bip. *Id.*—4 Ms. D'Orv. *que m.* et cum Pith. *calculos*. Id.—5 V. D. in marg. Ed. Junt. post. *alga ad ulcera, cancer ad querq.* Id. Vid. Not. Var.—6 Edd. Vett. Vulc. Wow. Altenb. Bip. *ne tu*. J. Bosscha.—7 Vid. Not. Var.—8 Legebam, *argutationes*: at abstineo. Infra 'ad aliam speciem argumenti.' *Pric.*—9 Sic Mss. et Edd. pleræque. Al. *hercule*. J. Bosscha.—1 Ms. Pith. *perpesset pise Quidem*. D'Orv. *perpessi estis Quidem*. Id.—2 Non est ut legat quispiam *inevincibilia*. Florid. 4. 'Ratio conclusa acriter et invincibiliter.' *Pric.* Iidem Mss. *vincibilia*. J. Bosscha.—3 *Nominaverim*. Alii, *cognoverim*. Elmenhorstius. In Florent.

NOTÆ

[z] *Spuria et fascina*] Virginalia et veretillæ, de quibus supra. 'Spuria' Græciæ Subsicivæ vox. Plutarch. Quæst. Roman. Τοὺς Σαβίνους φασὶ τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον ὀνομάζειν σπόριον. De Etymo recte Casaub. σπόριμα μόρια. *Pricæus*. 'Fascina' sunt veretra seu mentulæ.

[a] *Cancer ad ulcera*] 'Ο καρκίνος πρὸς τὰ καρκινώματα. *Casaubonus*.

[b] *Alga ad quercerum* [*querquerum*] 'Querquerum' Gentili algor est, vel stridor frigidus, qui ut plurimum febricitantibus oboritur, cum dentes collidunt; ita etiam accepisse videtur Minutius in Octavio, et nescio qui alii apud Festum. At, si 'querquerum' ex se frigidum, ad quid 'alga?' Ut intendatur frigus? nugæ. 'Algam' facete Apuleius ut remedium caloris posuit: 'querquerum' itaque censeamus oportet febrem calidam et siccam. Vide vocem eam apud Guicciard. Ling. Harmon. Etymolog. *Pricæus*. At mehercle Gentili potius assentior quam Pricæo. Non enim hic remedia morbis a contrario quærit Apuleius, adversarios suos irridens, sed a similitudine nominum. Calculus ad vesicæ calculum: cancer ad cancrum ulcus: alga, ad algorem febris querqueræ, seu querceræ.

[c] *Proxima humanitate*] Sincera lectio, nullatenus solicitanda. *Proximum* est, obvium, evidens, proclive. Ab eadem mente 'præsens auxilium,' et 'præsentem Deum' dicimus.

lianus, quoniam[4] usque adeo rebus meis curat. Quanquam est jam præcipiti ævo,[5] et occidua senectute, tamen, si videtur,[6] suscipiat doctrinam, seram plane, et postumam:[7] [d] legat veterum philosophorum monumenta, tandem ut intelligat, non me primum hæc requisisse, sed jampridem majores meos, Aristotelem dico, et Theophrastum, et Eudemum,[8] [e] et Lyconem,[f] ceterosque Platonis minores: qui[9] plurimos libros de genitu animalium, deque victu,[1] deque particulis, deque omni differentia reliquerunt. Bene, quod apud te, Maxime, causa agitur, qui pro tua eruditione legisti profecto Aristotelis περὶ ζώων γενέσεως, περὶ ζώων ἀνατομῆς, περὶ ζώων ἱστορίας, multijuga volumina; præterea problemata innumera ejusdem: tum ex eadem secta[2] ceterorum,

noluerim adhuc ignorare quosdam, siquidem adeo curiosus est eorum, quæ ad me spectant: quamvis est jam ætate declivi, et senecta vergente ad occasum, incipiat tamen studia omnino tarda et posthuma. Legat scripta relicta ab antiquis philosophis, ut demum sciat non me primum, sed majores meos, Aristotelem nempe, et Theophrastum, et Eudemum, et Lyconem, reliquosque Platonis temporibus inferiores jamdudum hæc fuisse scrutatos: qui reliquerunt permultos libros de generatione, alimentis, et partibus piscium, et de omnibus eorum differentiis. Gaudeo, quod agimus coram te, o Maxime, qui, utpote valde doctus, legisti proculdubio multos numero libros Aristotelis de generatione animalium, de dissectione animalium, de historia animalium: insuper infinita problemata ejusdem: præterea, libros aliorum

nempe est *nominaverim*. J. Bosscha.—4 Ms. D'Orv. *qui:* bene: si plures addicerent. *Id.*—5 Rom. non agnoscit τὸ *ævo*. Elmenhorstius. Abest ab edit. Rom. illud *ævo*, Cicero in Epist. 'O meam calamitosam et præcipitem senectutem.' Mattius ad eundem 'Ætate præcipitata.' Ubi frustra doct. Columna *pessum acta*. Pricæus. Non expungendum ævo. Agnoscunt vocem Mss. et Edd. ceteræ, præter Ed. Vic. Est in Ms. D'Orv. *præcipitiva*. J. Bosscha.—6 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *et si vid.* Pro *suscipiat* Mss. Florent. et D'Orv. *accipiat*. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Mss. Pith. *Ceudemum*. D'Orv. *Tendemum*. J. Bosscha.—9 Mss. Pith. *Plat. minoris q.* D'Orv. *Plat. numeros que*. Id.—1 *Deque victu*. Desunt Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Pro *reliquerunt* Ms. Pith. *delinquerunt*. Pro *bene* Ms. D'Orv. *bone*, in quo *legistis*. Id.—2 *Præterea ... tum ... secta*. D'Orv. *propterea ... cum*. Pith. *recta*. Id.—

NOTÆ

[d] *Et postumam* [*posthumam*] 'Posthumus' est filius mortuo jam et humato patre natus. Hinc non minus eleganter, quam facete posthumam vocat doctrinam, quam susciperet Æmilianus ætate adeo provecta, ut ea jam ipsi post mortem advenisse videretur.

[e] *Et Eudemum*] De hoc nulla apud Laërtium mentio. Meminit quidem Plutarchus, in Vita Philopœmenis, Eudemi oratoris Megalopolitani, qui præceptor fuit Philopœmenis.

[f] *Lyconem*] Peripat. De eo Laërt. lib. v.

in quibus id genus varia tractantur.[2] Quæ tanta [3] cura conquisita, si honestum et gloriosum fuit illis [4] scribere, cur [464] turpe sit nobis experiri? præsertim cum ordinatius et cohibilius [5] eadem Græce et Latine annitar [6] conscribere, et in omnibus aut omissa anquirere,[7] aut defecta supplere? Permittite, si opera est, quædam legi de Magicis meis;[g] ut sciat me Æmilianus plura, quam [8] putat, quærere et sedulo explorare. Prome tu librum [h] ex Græcis meis, quos forte hic amici habuere,[i] sedulique naturalium quæstionum: atque eum maxime,[9] in quo plura de piscium genere tractata sunt. Interea dum hic quærit, ego exemplum rei competens dixero. Sophocles poëta Euripidi [1] æmulus [k] et superstes,[l] vixit enim ad extremam

ejusdem sectæ, in quibus diversa ejusmodi explicantur. Quæ si laudabile fuit eis investigare tanta cura, et scribere, quare vituperabile sit nobis explorare; præcipue, cum coner scribere de iisdem Græce et Latine, majori ordine et brevitate, et in omnibus vel perquirere quæ prætermissa sunt, vel sufficere quæ desunt? Si vobis vacat, sinite legi quædam ex meis Magicis scriptis; ut Æmilianus discat me scrutari et diligenter experiri plura, quam arbitratur. Tu profer unum ex meis libris Græcis, quos amici mei habuerunt hic forte fortuna, sed certe Quæstionum Naturalium: et præsertim illum, in quo disserui multa de genere piscium. Interim, dum hic quærit locum libri, ego narrabo exemplum conveniens huic rei. Sophocles poëta, qui decurrit idem stadium ac Euripides, quique supervixit ipsi, nam vixit usque ad ulti-

3 Pith. *quum*. D'Orv. *qui t.* deleto mox *cur*; non male: *qui* pro *quomodo*. Id. —4 D'Orv. *illis fuit*. Id.—5 Male Edd. Altenb. Florid. Bip. *cohibitius* contra Mss. et Edd. V. ad Flor. N. 23. extr. *cohibiliter*. Id.—6 Mss. Pith. D'Orv. *adnititur*. Id.—7 Bene restituit Colv. cum seqq. pro *acquirere*. Id.—8 D'Orv. *plură quem*. Id.—9 *At quintum maxime*. Flor. *atque eum maxime*. Elmenh. Nec spernenda Codicis Florent. lectio: *atque eum maxime*. Pric. Quia nempe in Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. simpliciter *atque maxime* legerat Lipsius, hinc conjecit *at quintum max.* quod receptum a Scal. Wow. Elm. Scriv. Pric. Sed *atque eum m.* est in Mss. et Edd. reliquis. Wow. insuper mutavit *at* in *ac*. J.

NOTÆ

g *De magicis meis*] Aut εἰρωνικῶς loquitur, aut legendum *Physicis*.

h *Prome tu librum*] Scribæ aut alii cuipiam ministro hoc ait, penes quem deposita erant instrumenta litis ab utraque parte.

i *Quos forte hic amici habuere*] Ostendit non a se allatos, sed sumtos ab amicis, quos in ea urbe habebat, et in quorum manus illi venerant. Frustra ergo est Pricæus, qui hic reponit *si quos forte*.

k *Euripidi æmulus*] Non Euripidi solum, sed et Æschylo, Chærilo, Aristeæ, et aliis.

senectam:[m] cum igitur accusaretur a filio suomet dementiæ,[n] quasi jam per ætatem desiperet,[o] protulisse dicitur Coloneum[2] suam, peregregiam tragœdiarum,[p] quam forte tum in eo tempore conscribebat, eam[3] judicibus legisse, nec quicquam amplius pro defensione sua [465] addidisse, nisi ut audaciter[4] dementiæ condemnarent, si carmina senis[q] displicerent.[5] Ibi ego comperior, omnes[6] judices tanto poëtæ assurrexisse,[r] miris[7] laudibus eum tulisse, ob argumenti[8] solertiam, et cothurnum facundiæ;[9] [s] nec ita mul-

mum senium: is ergo, cum accusaretur insaniæ a suo proprio filio, perinde ac si jam deliraret ob senectutem, fertur promsisse suam Coloneum, præstantissimam tragœdiarum suarum, quam forte fortuna componebat tunc temporis, et legisse eam suis judicibus, neque aliud prorsus ultra adjecisse pro sua defensione, nisi uti se confidenter damnarent insaniæ, si versus sui senis non placuissent. Ego accipio omnes judices tunc assurrexisse tanto vati, et prosecutos fuisse eum laudibus insolitis, ob subtilitatem argumenti, et gravitatem elocutionis: et parum abfuisse, quin damna-

Bosscha.—1 D'Orv. *Euripidis.* Id.—2 D'Orv. et Ed. Vic. *Colonam eum.* D'Orv. Pith. cum Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *peregregium.* Id.—3 Edd. Colv. et seqq. *eamque,* contra Mss. et Edd. vett. *Id.*—4 *Audacter.* Ms. Pith. *audaciter:* bene. V. ad Met. lib. III. p. 207. a. *Id.*—5 Groslotio in mentem venit *desiperent.* Cic. de Sen. 7. 'num illud carmen desipientis videretur.' *Id.*—6 Ms. Fulv. *comperio:* ut Flor. N. 15. sed Edd. *comperior:* quo ducunt etiam Mss. Pith. *comperio roānis,* D'Orv. *comperio roānos.* Id.—7 D'Orv. *et miris.* Id.—8 Pith. *argumentum,* omissa statim copula. *Id.*—9 Vid. Not. Var.

NOTÆ

[l] *Et superstes*] Annos sex, si credatur Suidæ. Alii multi eodem anno mortuum narrant.

[m] *Vixit enim ad extremam senectam*] Ad annum prope centesimum. Testes Lucianus in Macrobiis, Valerius Maximus, et alii.

[n] *Accusaretur a filio suomet dementiæ*] Ex lege Atheniensium, qua licebat filiis patres ob legitimam causam παρανοίας, dementiæ, postulare: quod tamen cunctanter perque ambages faciendum erat, ad effugiendam tam odiosæ accusationis invidiam. Vid. Plat. de Legib. lib. II.

[o] *Quasi jam per ætatem desiperet*] Sic Græcus, qui Sophoclis Vitam scripsit, dicit eum accusatum fuisse ὡς ὑπὸ γήρως παραφρονοῦντα. Cicero, in Catone Majore, ubi historiam hanc totam refert, ait hoc factum, quia propter studium rem familiarem negligere videbatur. Sed et hoc vitium dementiæ nomine accusabatur.

[p] *Coloneum suam, peregregiam tragœdiarum*] Valer. Maxim. lib. VIII. cap. 7. 'Prope enim centesimum annum attigit [Sophocles], sub ipsum transitum ad mortem Œdipode Coloneo scripto; qua sola fabula omnium ejusdem studii poëtarum præripere gloriam potuit.'

[q] *Carmina senis*] Versus a se in sua senectute facti.

[r] *Assurrexisse*] Honoris causa, et in plausum. Phædrus: 'In plausus consurrectum est.'

[s] *Et cothurnum facundiæ*] Malim, ut quidam, *cothurni facundiam,* hoc est, eloquentiam tragœdiæ illius. Scrip-

tum omnes abfuisse,[1] quin accusatorem potius dementiæ condemnarent. Invenisti tu librum? beasti. Cedo enim[2] experiamur, an et mihi[3] possint in judicio literæ meæ prodesse. Lego pauca in principio,[4] dein[5] quædam de piscibus. At tu,[6] interea dum legit, aquam sustine.[t] (*Deest locus ex Apuleii Libris Physicis.*) Audisti, Maxime, quorum pleraque scilicet legeras apud antiquos philosophorum,[7] et memento, de solis piscibus hæc volumina a me conscripta: qui eorum[8] coitu progignantur, qui ex limo coalescant; quoties et quid anni cujusque eorum generis fœminæ subent, mares suriant;[u] quibus membris et causis[9]

rent potius insaniæ ipsum accusatorem. Tune jam reperisti librum? Pergratum mihi fecisti. Da ergo, videamus utrum mea eruditio possit etiam mihi esse utilis in hac causa. Lege pauca de initio, postea aliqua de piscibus. Tu vero cohibe aquam interim dum legit. Locus ex Græco Libro Apuleii Naturalium Quæstionum. *Audivisti, o Maxime, quæ scripsi, quorum nempe legeras maximam partem apud priscos philosophos: et adverte hos libros compositos esse a me de piscibus tantum: et me examinare in iis quinam ex piscibus generentur congressu; quinam conflentur ex cœno; quoties in anno, et quo tempore mares et fæmellæ uniuscujusque speciei eorum rapiantur in Venerem; quibus partibus et rationibus natura posu-*

—1 Ven. *n. ita in tumultu.* Colvius. Ms. D'Orv. *ufuisse.* Lat. Latin. pro *omnis* malebat *omnino.* Male. Ut dicitur 'non multum abfui, quin condemnarem,' sic bene quoque dictum: 'non multum omnes abfuere, quin condemnarent.' *J. Bosscha.*—2 Lat. Latin. *Cedo dum,* ut *adhucdum,* et sim. Sed aliter Mss. et Edd. Supra p. 461. 'Cedo enim si ego de Veneris statua nihil dixissem.' *Id.*—3 Ms. Pith. non habet *et.* Male. Sophocli profuerunt literæ in judicio; experiamur an *et mihi.* Id.—4 Sic Edd. ante Elmenh. et Pric. cum Ms. Pith. sed Mss. Florent. D'Orv. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. *p. de pr.* Id. —5 Sic Ms. D'Orv. Edd. Elm. Scriv. seqq. In reliquis *deinde.* In Mss. Florent. deest. *Id.*—6 D'Orv. *ac tu.* Id.—7 Ms. Pith. *pluraque . . . antiquum philosophicum.* 'Antiqui philosophorum' Græca constructio est: παλαιοὶ τῶν φιλοσόφων. cf. ad l. de Mundo p. 361. a. Sic supra 'peregregiam tragœdiarum.' *Id.*—8 D'Orv. *quorum.* Mox Pith. *propigneranlur:* id. paulo post: *quicquid anni ejusque.* Id.—9 Pith. *ex causis.* Mox pro *discreverit* Edd. Vic.

NOTÆ

tam tamen lectionem secutus in interpretatione exposui, gravitatem eloquentiæ: pro *cothurnum* qui seriis rebus agendis adhibetur, gravitatem, seu majestatem intelligens. Sed magis placet altera lectio.

[t] *Aquam sustine*] Obtura clepsydram, ne interim labatur aqua, dum legitur liber, neve mihi aliquid pereat temporis ad defensionem concessi.

[u] *Fœminæ subent, mares suriant*] Utrumque verbum tractum a suibus, ut καπρᾷν apud Græcos ἐκ τοῦ κάπρου. Supervacanea videtur Apuleii diligentia, qui ista distinguat: promiscue enim et de maribus et de fœminis dicta invenias apud Festum.

discreverit natura viviparos eorum et oviparos:[1] [466] ita enim appello,[2] quæ Græci ζωοτόκα καὶ ᾠοτόκα.[3] Et ne operose per omnes animalium genitus pergam,[4] [w] deinde de differentia, et victu, et membris, et ætatibus, ceterisque plurimis, scitu quidem necessariis, sed in judicio alienis, pauca etiam de Latinis scriptis meis, ad eandem peritiam pertinentibus, legi jubebo:[5] in quibus animadvertes, cum res cognitu raras,[6] tum nomina etiam Romanis inusitata, et in hodiernum, quod sciam, infecta; ea tamen nomina labore meo et studio ita de Græcis provenire,[7] ut tamen[8] Latina moneta percussa sint.[x] Vel dicant nobis, Æmiliane, patroni[9] tui, ubi legerint Latine hæc pronuntiata vocabula. De solis aquatilibus dicam, nec ceteras anima-

erit discrimen inter eos ex illis qui sunt vivipari, et eos qui sunt ovipari. Nam sic voco animalia, quæ Græci vocant ζωοτόκα et ᾠοτόκα. Et, ut non laboriose percurram omnes generationes animalium, ac postea dicam de discrimine eorum, et pabulo, et partibus, ætatibusque, et permultis aliis, quæ necesse quidem est nosse, sed quæ nihil faciunt ad hanc causam, præcipiam ut pauca etiam legantur ex meis libris Latinis spectantibus ad eandem disciplinam: in quibus videbis, et quædam a paucis cognita in piscibus, et præterea nomina etiam nova Romanis, quæque non fuerant formata hactenus, quantum scio: videbis tamen illa vocabula sic derivari a Græcis, opera et diligentia mea, ut nihilominus insignita sint Latino charactere. Aut tui advocati, o Æmiliane, dicunt nobis ubi legerint hæc nomina enuntiata Latine. Loquar de aquatilibus tantum, neque tangam reliqua animalia, nisi in differentiis com-

Junt. pr. Bas. pr. *discrevit.* Mss. Pith. D'Orv. *discernit.* Id.—1 Edd. Ald. Junt. post. *viviperos . . . oviperos*, ut mutatur vocalis etiam in *puerpera.* Ms. Pith. *viv. eorum, ovip. eorum.* Id.—2 V. C. recte, *ita enim Latine appello.* Scip. Gentilis. Lege ex Mss. *Ita enim Latine appello, &c.* Pric. *Latine* extat in Edd. Vic. et Wow. addicentibus Mss. Fulv. et Pith. Mihi a glossatore videtur. *J. Bosscha.*—3 Bas. pr. *ῥηνθόκους.* Post hæc verba e superiori vs. in Ms. Pith. irrepsit *ita.* Id.—4 Vid. Not. Var.—5 D'Orv. *jubeo.* J. Bosscha.—6 Sic rescripsi e vestigiis Cod. Pith. *in q. animadverteres cum me cogn. raras.* Videtur ita etiam in Cod. Fux. scriptum vidisse Salm. qui id marg. allevit. Vulgo editur: *in q. animadvertes cum in eis cogn. rara.* Pro *cum* D'Orv. *tum.* *Res* et *nomina* sibi invicem opponi solere, nemo nescit. *Id.*—7 *Ea tamen . . . provenire.* Ms. Pith. *et tamen.* Lat. Latin. corrigit *provenere:* male. Pendet Infinit. ab *animadvertes*, eleganter abundante τῷ *ea:* sed in nonnullis Edd. perperam major distinctio est post *infecta.* Id.—8 Displicet illepida geminatio τοῦ *tamen:* suavius ad aures, quidni et sententiam? legas *tanquam.* Pric.—9 Ed. Bas. pr. *paterni*, unde correxit Lat. Latin. *J. Bosscha.*—1 *Dicam . . .*

NOTÆ

[w] *Ne per omnes animalium genitus pergam*] Certissimam Casauboni emendationem secutus sum. Legit æque verisimiliter Colvius *ne per omnia animalium genera.*

[x] *Latina moneta percussa sint*] Latinum characterem præ se ferant. Metaphora a re monetaria.

les, nisi in communibus differentes,[y] attingam.[1] Ausculta igitur, quæ dicam.[2] Jam me clamabis magica nomina Ægyptio vel Babylonico ritu percensere:[3] *Σελάχεια, μαλάκια, μαλακόστρακα, χονδράκανθα, ὀστρακόδερμα, καρχαρόδοντα, ἀμφίβια, λεπιδωτὰ, φολιδωτὰ, δερμόπτερα, πεζὰ, νέποδα, μονήρη, συναγελαστικά.*[z] Possum[4] etiam pergere, sed non est operæ in istis diem terere, ut sit mihi tempus aggredi ad cetera. [467] Hæc interim, quæ dixi[5] pauca, recita, Latine a me enuntiata.[6] (*Desunt Latina vocabula e superioribus Græcis versa.*) Utrum igitur putas[7] philosopho, non secundum Cynicam temeritatem[a] rudi et indocto, sed qui se Plato-

munibus. Audi ergo quæ dicam. Mox exclamabis me referre vocabula Magica more Ægyptiorum, aut Babyloniorum: Græca vocabula. *Possum etiam legere ulterius, sed non est operæ pretium consumere diem in istis, ne tempus mihi desit pergendi ad reliqua. Interim recita hæc pauca, quæ pronuntiavi, conversa a me Latine:* Versio superiorum Græcorum Vocabulorum. *Utrum ergo arbitraris pudendum esse philosopho non imperito, neque ignaro juxta impudentem sectam Cynicorum, sed qui scit se esse ex secta Platonica; utrum, inquam, arbitraris pudendum esse ipsi nosse ista, an vero ignorare? contemnere hæc, an curare? cognoscere*

attingam. Ms. D'Orv. *attingant*, deleto *dicam.* Id.—2 D'Orv. *dico.* Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Pith. *possem.* J. Bos.—5 Edd. Elm. Scriv. Altenb. Bip. *dixit:* male. Ipse dixerat Ap. *Id.*—6 D'Orv. *nunc.* Pith. *enunsc.* Latina verba non apposita fuerunt ab Auctore, utpote non a se, sed ab alio quodam recitata. *Id.* —7 Pro *utrum* Mss. Pith. D'Orv. *verum:* non male: modo deleas cum D'Orv. *igitur putas:* sed vulgata lectio Apuleiano stylo magis convenit. In

NOTÆ

[y] *Nisi in communibus differentes* [*differentiis*] Hæc est mens Apuleii: Non attingam, inquit, alia animalia præter aquatilia: nisi quatenus, inter explicandum horum genera, incidet oratio in differentias ipsis communes cum reliquis.

[z] [*Græca vocabula*] Ea Elmenhorstius ex membranis Florentinis edidit, sed adeo monstrose corrupta, ut nihil certi clarique possit ex eis erui. Ea sic habent: *Cαλυκεcκ καλακ ειυ καλακοCτPακα † οκα Pακακεα οCτρακοΔερNα κυρ † υPοαN τυ C ι N φιβια e N ι dυτυφολια ωτα dερκοπτερα πεcυ Nο nodu κο Nhph cy NA re λα e πκα*: ex quibus aliqua Pricæus emendavit, et explicuit. Pro *Cαλυκεcκ* legit *σελάχεια*, hoc est, inquit, cartilaginea. Pro *καλακειυ*, *μαλάκια*, hoc est, mollia. Pro *καλακοCτPακα*, *μαλακόστρακα*, nempe, crustis tenuibus contecta. Pro *οCτρακοΔερNα*, *ὀστρακόδερμα*, hoc est, testis duris conclusa. Pro *ιNφιβια*, *ἀμφίβια*: hoc est, in terra simul ac mari degentia. Pro *φολια ωτα*, *φολιδωτά*: hoc est, squamosa. Pro *dερκοπτερα*, *δερμόπτερα*, quibus cutis pro alis est. Reliqua felicioribus ingeniis eruenda relinquit.

[a] *Secundum Cynicam temeritatem*] Cynicis enim impudentia et mordacitas pro doctrina erat, et dicenti cuidam, Οὐδὲν εἰδὼς φιλοσοφεῖς, Philosopharis, cum nihil scias, Diogenes respondit, Εἰ καὶ προσποιοῦμαι σοφίαν,

nicæ scholæ meminerit, utrum ei putas turpe, scire ista, an nescire? negligere, an curare? nosse, quanta[8] sit etiam in istis providentiæ ratio, an de Diis immortalibus matri et patri credere?[b] Q. Ennius, Hedypathetica[c] qui versibus scripsit, innumerabilia piscium genera enumerat, quæ scilicet curiose cognoverat.[9] Paucos versus memini, eos dicam:

Omnibus ut Clypea[de] præstat mustela marina.[f] [468]
Mures sunt Ænid, aspra ostrea plurima Abydi,[g]

quantum ordo providentiæ etiam in iis eluceat, an vero credere patri et matri de Diis immortalibus? Q. Ennius in Hedyphagicis, quæ composuit carminibus, recenset innumeras species piscium, quas nimirum observaverat studiose. Recordor aliquot ejus carminum: referam ea: Sed mustela marina, quæ reperitur prope urbem Clypeam, melior est ceteris omnibus. Reperiuntur mures Æni: sed

D'Orv. exulat etiam *secundum*. Id.—8 D'Orv. *quanto*. Pith. non habet *in*, nec, cum D'Orv. *de*. Pro *Q. Enn.* D'Orv. *Quenn.* Id.—9 Mss. Pith.

NOTÆ

καὶ τοῦτο φιλοσοφεῖν ἐστι, 'Etsi philosophiam simulo, hoc ipsum philosophari est:' ut refert Laërt. in ejus Vita.

[b] *Patri et matri credere*] Proverbialis locutio: pro, non curiose investigare.

[c] *Hedypathetica* [*Ædesphagitica*] Perierunt illi Ennii versus, ut et multi alii. Itaque ne eorum quidem inscriptio, quæ hic proculdubio corruptissima exhibetur, certo restitui potest. Casaub. reponebat Ἐδεστὰ ἢ φαγικά. Pricæus melius meo judicio Ἡδυφαγικὰ, aut certe Ἰχθυφαγικὰ, de Suavibus, aut de Pisculentis Eduliis, Mss. vestigiis innitens, quæ habent *Hedyphagetica* et *Ædesphagetica*.

[d] *Omnibus ut Clypea, &c.*] Versus hos corruptos sic repone et lege ex Turnebi et Casauboni emendatione: *Omnibus ut Clypeæ præstat mustela marina. Mures sunt Æni, ast aspra ostrea plurima Abydi. Mitylenæ est pecten, caprosque apud Ambracienses. Brundusii sargus bonus est: hunc, magnus erit si, Sume: apriclum piscem scito primum esse Tarenti. Surrenti phagem, glaucum Cumas apud. At quid? Scarum præterii, cerebrum Jovi' pæne supremi! Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque. Melanurum, turdum, merulamque, umbramque marinam. Polypu' Corcyræ, calvaria pinguis Atarnæ. Purpura, muriculi, murex, dulces quoque echini.*

[e] *Clypea* [*Clypeæ*] Clypea, seu Clupea urbs est veterum Carthaginiensium, quam Plinius ponit in Promontorio Mercurii, aitque in ea emori scorpiones. Eam Græci Geographi Ἀσπίδα vocant. A Siculis exstructam fuisse refert Solinus, in Polyhistore, cap. 30.

[f] *Mustela marina*] Γαλεός. Hanc Paulus Jovius, in De Piscibus Rom. putat esse, quam nos a lambendis petris 'lampetram' dicimus. Omnia hæc nomina, in his contenta versibus, piscium sunt, et locorum, in quibus singuli inveniuntur.

[g] *Mures sunt Ænid, asp.* [*Mures sunt Æni; ast aspra*] *ostrea plurima Abydi*] Expressit hunc Archestrati versum:

Mitylenæ est pecten, charadrumque apud Ambraciai.[h]
Brundusii [1] sargus bonus est:[i] hunc, magnus erit si,
Sume. Apriclum piscem scito primum esse Tarenti.[k]
Surrentid elopem face emas. Glaucum ad Cumas.[l]
Quid

et multa ostrea scabra prope Abydum. Est pecten apud Mitylenen, et caper piscis apud Ambracienses. Sargus bonus invenitur Brundusii: cape eum, si sit magnus. Scias optimum apriculum piscem reperiri Tarenti. Phagen Surrenti, glaucum vero apud Cumas. Sed quid hoc est? Omisi scarum, qui

D'Orv. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *cognorat.* Id.—1 D'Orv. *Brundini.* Pith.

NOTÆ

Τοὺς μύας Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος. Ænus, Αἶνος, oppidum est Thraciæ, non longe ab ostio Hebri, et portu Stentoris, Plinio. Olim dictum fuit Πολτυοβρία, teste Strab. lib. VII. Abydus vero oppidum est ad Hellespontum, Sesto oppositum. Utrumque Leandri et Herus amoribus clarum.

[h] *Mitylenæ est pecten, charadrumque apud Ambraciai* [*caprosque apud Ambracienses*] Sic statuit Casaubonus, ita ut 'Capros' nominativus sit Græcus κάπρος pro, caper, metri causa. Lectio hæc optime quadrat cum his Archestrati: Τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη· Πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει, κάπρους τε μετ' αὐτῶν: id est: Mitylene habet pectines: plurimos item Ambracia, cumque eis etiam capros. Pectines Polyporum genus. 'Saliunt pectines,' inquit Plinius lib. IX. cap. 33. 'et extra volitant, seque et ipsi carinant.' Idem lib. XXXII. cap. ult. 'Polyporum genera, pectines maximi, et nigerrimi æstate, laudatissimi Mitylenis, Tyndaride, Salonis, Altini, Antii, in insula Alexandriæ in Ægypto.' Mitylene urbs est in Lesbo insula, hodie *Metelin*, sicut et ipsa insula, cui nomen urbs suum dedit. Ambracia Epiri urbs ad Ambracium Sinum, pectinibus et capris abundantem. Plinius tamen capros præcipue in Acheloo amne (qui haud multum ab Ambracia distat) reperiri innuit lib. XI. cap. 51. 'Et is, qui caper vocatur,' inquit, 'in Acheloo amne grunnitum habet.'

[i] *Brundusii sargus bonus est*] Brundusium, Βρεντήσιον, urbs est Calabriæ ad Mare Adriaticum sita. Sargi piscis meminit Plin. lib. IX. cap. 17.

[k] *Apriclum piscem scito primum esse Tarenti*] Apriculus καπρίσκος. Oppiano piscis acutissimis ac validissimis dentibus. Tarentum Calabriæ oppidum ad sinum cognominem, hodie *Tarente.*

[l] *Surrentid elopem face emas. Glaucum ad Cumas.* [*Surrenti phagem, glaucum Cumas apud*] De Glauco pisce narrat ex Ovidio Plin. lib. XXXII. cap. ult. eum æstate nunquam apparere. Surrentum oppidum est in Picentino agro juxta Minervæ promontorium. Cumæ vero in Lucanis urbs ab Euboicis Chalcidiensibus condita. Phagem ponit Gentilis auctoritate Constantini de Re Rust. lib. XX. cap. 7. ubi piscium genera enumerans scribit: 'Phages, scarus, glaucus;' quos tres pisces etiam hic simul posuisse Apuleium verisimile est. Phages porro piscis est, phager dictus Plinio.

[469] Scarum præterii,[m] cerebrum Jovi' pæne supremi?[n]
(Nestoris[2] ad patriam hic capitur[o] magnusque bonusque)
Melanurum,[3] turdum,[p] merulamque, umbramque[4] marinam?
Polypu' Corcyræ,[q] calvaria pinguia Atarnæ,[r] [5]
Purpura, muriculi,[6] murex,[s] dulces quoque echini.[t]

est fere cerebrum summi Jovis! Hic capitur magnus et bonus prope patriam Nestoris. Omisi melanurum, turdum, et merulam, atque umbram marinam. Polypus invenitur apud Corcyram, pinguis calvaria apud Atarnam. Item purpura, muriculi, murex, atque etiam dulces echini. *Celebravit etiam car-*

caret *est.* Id.—2 Edd. Vulc. sec. tert. *Nectoris.* Ms. Pith. *Mestoris.* Id.—3 Elm. Scriv. *Melænurum.* Ms. D'Orv. *Menalurum:* ut citat Ciofan. l. c. Pro *turdum* Ms. Fulv. *cardum.* Id.—4 Ms. Pith. *umbraminque.* Id.—5 Vid. Not. Var.—6 *Matriculi.* Rom. Ven. *marriculi.* Ald. *mariculi.* Turneb. *muri-*

NOTÆ

[m] *Quid Scarum præterii*] Scarus piscis nobilis, ab Horatio, Martiale, Juvenale, Plinio, aliisque celebratus, cui Plinius suo tempore datum esse principatum scribit lib. IX. cap. 17.

[n] *Cerebrum Jovi' pæne supremi*] Proverbialiter dictum de optimis suavissimisque cibis Διὸς ἐγκέφαλος; quod proverbium a Persis fluxit, ejusmodi res 'cerebrum Jovis' aut etiam 'cerebrum regis' vocantibus. Sic enim Suidas: Διὸς ἐγκέφαλος. οὕτω λέγουσιν οἱ Πέρσαι ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων. ἢ βασιλέως ἐγκέφαλος.

[o] *Nestoris ad patriam hic capitur*] Ad Pylum, Messeniorum urbem, patriam Nestoris illius grandævi ab Homero adeo celebrati. Petronius scaros Mari Siculo præsertim attribuit: 'Siculo scarus æquore mersus.'

[p] *Melanurum, turdum, &c.*] Hæc omnia nomina piscium in accusativo regit verbum 'præterii.' Umbra marina piscis est a colore nominatus, teste M. Varrone, quod sit coloris furvi et umbrosi. De hoc Ausonius, quem edemus propediem, in Edyllio Mosellæ: 'Effugiensque oculos celeri levis umbra natatu.'

[q] *Polypu' Corcyræ*] Præterea circa Thasum insulam et prope Cariam reperiri ait Archestratus jam laudatus: Πώλυποι ἔν τε Θάσῳ καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι, Καὶ Κέρκυρα τρέφει πολλούς. Corcyra insula, hodie *Corfou*, in Ionio Mari.

[r] *Calvaria pinguia* [*pinguis*] *Atarnæ*] Calvaria piscis est, a rotunditate et duritie sua sic dictus. Plinius orbem vocat lib. XXXII. cap. 2. 'Durissimum esse piscium constat, qui orbis vocetur: rotundus est, et sine squamis, totusque capite constat.' Atarna hic urbs est, non piscis, ut quidam somniaverunt. Ejus meminit Stephanus, eamque ponit Mysiam inter et Lydiam, prope Lesbum insulam. Ἄταρνα, inquit, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου.

[s] *Purpura, muriculi, murex*] Hæc conchylia sunt, parum inter se discrepantia.

[t] *Dulces quoque echini*] Unde etiam Gallis, qui oram Massiliensem inco-

Alios etiam[7] multis[8] versibus decoravit,[u] et, ubi gentium quisque eorum [470] inveniatur, ostendit;[9] qualiter assus aut jussulentus[1] optime sapiat; nec tamen ab eruditis reprehenditur: ne ego reprehendar, qui res paucissimis cognitas Græce, Latine[2] propriis et elegantibus vocabulis conscribo. Cum hoc satis dixi, tum aliud accipe. Quid enim tandem, si medicinæ neque instudiosus, neque imperitus, quæpiam remedia ex piscibus quæro; ut sane sunt plurima, cum in aliis omnibus rebus eodem naturæ munere interspersa atque interseminata, tum etiam[3] non-

minibus plurimos alios, et docuit quibus in regionibus unusquisque eorum reperiatur: quomodo habeat optimum saporem, assatusne, an vero jure conditus: neque tamen redarguitur a doctis. Ego igitur non sum quoque redarguendus, qui explico Latine nominibus congruis et elegantibus res, quæ Græce scriptæ notæ erant perpaucis hominibus. Sed satis innixus sum his rationibus; audi jam alias. Nam quid demum dicant, si ego neque negligens, neque ignarus medicinæ, quæro aliqua medicamina ex piscibus, ut certe permulta sunt immixta et inspersa eadem largitate naturæ tum in ceteris omnibus rebus, tum etiam aliqua in piscibus? credisne pertinere

culi. Num potius: *auriculæ.* τὰ ὠτάρια apud Athenæum lib. III. *Colvius.* Mss. Florent. *murriculi.* Pith. *marriculi* cum Ed. Vic. Ms. D'Orv. *matriculi* cum Edd. Bas. Junt. pr. Colv. Vulc. pr. In Ald. et Junt. post. *mariculi.* Sed Cas. Gent. Wow. Elm. Pric. et seqq. *muriculi.* Pro *purpura* Mss. D'Orv. Pith. *purpuram.* *Muriculos* interpretatur Salm. parvos murices. Equidem *muriculos* ab Ennio vocari putem, quos *musculos* appellat Plaut. Rud. II. 1. 10. 'Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus, conchas, Marinam urticam, musculos, placusias striatas.' Cels. II. 29. 'ostrea, pelorides, echini, musculi.' *J. Bosscha.*—7 Ms. D'Orv. *in*, non agnoscens *decoravit.* Idem.—8 Malim *multos*, ut nimirum *pisces* intelligas. *Pric.*—9 *Inveniatur ostendit.* Non sunt in Florentino hæc verba. *Elmenh.* Uti nec in Pith. et D'Orv. *J. Bos.*—1 D'Orv. *aut insolenter.* Acidalii emendatio *an jussul.* non necessaria est. *Id.*—2 Male Ms. Pith. Edd. Junt. post. Altenb. Bip. *et Latine.* Statim *et* exulat a D'Orv. *Id.*—3 Ms. D'Orv. *cum et.*

NOTÆ

lunt, *doussins* dicuntur. Pisces illi testas habent ovalis fere figuræ, in inferiori parte planas, in superiori gibbosas, aculeisque brevioribus asperas, quæ est eorum, cum terrestribus echinis, seu herinaciis, similitudo. Ab illis dicti sunt in architectura echini illi, qui in Capitulis Ionici generis insculpti videntur, et sæpe etiam in coronicibus, quos Italico vocabulo (*oves*) dicimus. Post hunc versum: 'Purpura, muriculi,' &c. erant alii, in quibus (ut arbitror) locus designabatur, ubi reperirentur hi pisces, quemadmodum in aliis factum observavimus.

[u] *Alios etiam multis* [*multos*] *versibus decoravit*] Eorum versuum nihil ad nos pervenit, præter superiores ab Apuleio relatos, eosque, mirum quam corruptos.

nulla in piscibus? An remedia nosse, et ea conquirere,[4] Magi potius esse,[5] quam Medici, quam denique Philosophi putas? qui[6] illis non ad quæstum, sed ad suppetias usurus[7] est. Veteres quidem medici etiam carmina remedia vulnerum norant,[8] [w] ut omnis vetustatis certissimus auctor Homerus docet, qui facit Ulixi [x] de vulnere sanguinem profluentem sisti cantamine. Nihil enim, quod salutis ferendæ gratia fit, criminosum[9] est.[y] At enim, inquit, piscem cui rei, nisi malæ, proscidisti,[1] quem tibi Themison servus[2] attulit? Quasi vero non paulo prius dixerim,

ad Magum potius quam ad medicum, aut etiam ad philosophum cognoscere medicamina, et ea investigare? qui philosophus non usurus est eis ad lucrum sibi parandum, sed ad auxilium ferendum ægris? Prisci quidem medici cognoscebant etiam incantationes, quibus vulnera sanabantur, quemadmodum Homerus auctor constantissimus totius antiquitatis tradit: apud quem sanguis emanans Ulyssi ex plaga cohibetur incantatione. Nam nihil eorum, quæ fiunt ad opem salutarem ferendam, crimen habet. Sed, inquit, ad quam rem nisi malam secuisti piscem, quem famulus tuus Themison attulit ad te? Quasi vero non dixerim paulo ante, me scribere

Mox Pith. cum Ed. Vic. *conquerere*. Id.—4 Legerim: *An ea remedia nosse et conquirere?* qui pressius verba inspexerit, mecum sentiet. *Pric.* Recte: modo addicerent Mss. aut Edd. vett. *J. Bos.*—5 Mss. Florent. Pith. *pot. est.* Id.—6 D'Orv. *que*, ut sæpe in illo Cod. quod semel monuisse sufficiat. *Id.* —7 Pith. *ad suppetitia:* id. cum Florent. D'Orv. *usura*. Id.—8 Venet. et Margar. Poët. *nominant*. Colvius. Bemb. *nominant*. Sic paulo post: 'et leporem marinum nominatis.' *Er. Putean.* Accedunt Mss. Pith. D'Orv. Non placet tamen. *J. Bos.*—9 Sic Bas. 2. et Marg. Poët. In aliis *ærumnosum*. Colvius. In Vic. nempe, Junt. pr. Ald. Bas. pr. contra Mss. et sensum. *J. Bos.*—1 *Male proscidisti*. Scribendum *malæ*, reclament licet Edd. ineptæ. Formulæ antiquariis notæ: 'bonæ rei, malæ rei: bono tuo, malo tuo: bono reip. malo reip.' *Stewech.* Immo Edd. Basil. quod sciam solæ, habent *male*. J. Bos.—2 Mss. et Edd. vett. rursus *Themisconservus*. Proxime sequens *me*

NOTÆ

[w] *Carmina, remedia vulnerum norant*] Virgil. Æneid. lib. VII. 'Neque eum juvere in vulnere cantus.' Marcellus, de Medicamentis: 'Gramine seu malis ægro præstare medelam, Carmine seu potius; namque est res certa saluti Carmen ab occultis tribuens miracula verbis.'

[x] *Qui facit Ulixi, &c.*] 'Οδυσσ. Τ. 456. et seq. Ὠτειλὴν δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο Δῆσαν ἐπισταμένως. ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν Ἔσχεθον· αἶψα δ' ἵκοντο φίλου πρὸς δώματα πατρός: Vulnus autem Ulyssis optimi divini Ligaverunt scienter: incantatione autem sanguinem nigrum Tenuerunt: statim autem iverunt dilecti ad ædes patris.

[y] *Nihil enim, quod s. f. gr. fit, criminosum est*] Immo vero multa, et hæ præsertim excantationes, gravissimis sane suppliciis coërcendæ. Leo Imperator eas prohibuit Constitutione sua 65. περὶ τῆς κολάσεως τῶν μαγγανείᾳ χρησαμένων.

[471] me de particulis omnium animalium, de situ earum, deque numero, deque causa [3] conscribere, ac libros ἀνατομῶν [4] Aristoteli [5] [z] et explorare studio, et augere. Atque adeo summe miror,[6] quod unum a me pisciculum inspectum [7] sciatis, cum jam plurimos, qui ubicumque [8] locorum oblati sunt, æque inspexerim: præsertim quod ego nihil [9] clanculo, sed omnia in propatulo ago; ac quivis, vel extrarius, arbiter assistat:[1] more hoc et instituto magistrorum meorum, qui aiunt, hominem liberum et magnificum debere, si queat, in primori fronte animum gestare. Hunc adeo pisciculum, quem vos leporem marinum nominatis, plurimis, qui aderant, ostendi, necdum etiam decerno, quid vocent,[2] nisi quæram sane accuratius: quod nec apud ve-

de partibus omnium animalium, et de positura, numero, et causa earum, meque experiri et augere meo labore libros Aristotelis Dissectionum. Sed certe miror quod noveritis tantum me considerasse unum piscem, cum jam consideraverim similiter permultos, qui mihi oblati fuerunt variis in locis: cum præcipue nihil faciam in occulto, sed omnia in aperto; ita ut, quicumque voluerit, etiam extraneus, adsit testis: secundum hunc morem et hanc consuetudinem meorum magistrorum, qui dicunt hominem ingenuum et liberalem debere ferre animum suum in prima fronte, si possit. Ceterum monstravi multis, qui præsentes erant, hunc pisciculum, quem vos appellatis leporem marinum, neque adhuc statuo quomodo eum appellem, nisi certe exquiram diligentius; quia non invenio apud antiquos philosophos proprietatem

ignorat Pith. *Id.*—3 Pith. D'Orv. *denique num. denique c.* Id.—4 Deest Græcum vocabulum Mss. Pith. D'Orv. et Edd. Vic. In Junt. pr. Bas. pr. conspicitur ἀρατὸ πᾶν. in Ald. ἐξερευνᾶν. *Id.*—5 Al. *Aristotelis.*—6 *Atque adeo miror.* Edd. Bas. sec. et aliæ quædam ante Casaub. *atqui ad. mir.* ut et Vulc. sec. tert. Wow. In Vic. Junt. pr. Bas. pr. Ald. *atque admiror.* Junt. post. *atque ad eorumme miror,* e Mss. nam sic distincte extat in Pith. et D'Orv. unde verissime margini allevit Salm. fortasse e Ms. Fux. *atque adeo summe miror.* Adverbium *summe* amasse videtur Ap. Met. l. x. p. 713. 'summe delectari.' L. xi. p. 767. 'summeque miratus:' add. l. i. p. 28. et p. 73. l. iii. p. 201. l. xi. p. 798. *J. Bos.*—7 D'Orv. *inconspectum.* Id.—8 Exquisite pro *qui ubique.* Ovid. Am. iii. 10. 5. 'Te, Dea, munificam gentes ubicumque loquuntur:' ubi cf. Burm. quare non ejiciendum *qui,* cum Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *Id.*—9 Inverso ordine D'Orv. *Id.*—1 *Ut quivis vel extr. arb. ass.* Ita lego. Mox Fulv. *quid vocem nisi quæram.* Scioppius in Symbola. Melior quorundam lectio, *ut quivis.* Pricæus. E vet. cod. emendavit sic quoque Schickerad. et amplexus id est Florid. probante in marg. Salm. Reliquæ Edd. *at quivis.* Sed Casaub. Gent. Wow. *ac quivis;* quod fulcitur auctoritate Mss. Pith. D'Orv. et dici puto pro, ac cuivis assistere licet: non enim jungenda hæc cum superiori 'inspexerim.' *J. Bos.* —2 Placeret magis scribi, *quid vocem*: quod verum puto. *Colv.* *Vocent* non

NOTÆ

[z] *Aristoteli*] Genitivus est per crasim pro, Aristotelei, a nominativo, Aristoteleus.

teres philosophos proprietatem ejus piscis[a] reperio; quanquam sit omnium rarissima, et hercule memoranda.[3] Quippe solus ille, quantum sciam, cum sit cetera exossis, duodecim numero ossa, ad similitudinem talorum suillorum, in ventre ejus connexa et catenata sunt. Quod Aristoteles si scisset, nunquam[4] profecto omisisset scripto prodere: qui aselli piscis solius[b] omnium in media alvo[5] corculum situm pro maximo[6] memoravit. Piscem, inquit, proscidisti. Hoc quis ferat[7] philosopho [472] crimen esse, quod lanio vel coco non fuisset? Piscem proscidisti: quod crudum: id accusas?[8] si cocto ventrem rusparer,[9][c] hepatia suffoderem, ita ut apud te puerulus ille Sicinius Pudens suomet obsonio[d] discit,[1] eam rem non

illius piscis, quamvis sit rarissima omnium, et sane digna relatu. Ille enim solus piscis, quod sciam, habet duodecim ossa in alvo, instar astragalorum porcinorum inter se colligata et concatenata. Quod si Aristoteles cognovisset, nunquam certe oblitus esset mandare scriptis: siquidem ipse retulit, tanquam aliquid rarissimum et insigne, parvum cor positum in medio ventre aselli solius ex omnibus piscibus, qui hoc habeat. Secuisti piscem, ait. Quis patiatur hoc crimini dari philosopho, quod non datum fuisset lanioni, aut coquo? Dissecuisti piscem: quid? crudum? et arguis hoc? si scrutarer alvum pisci cocto, si ei eruerem viscera, quemadmodum ille adolescentulus Sicinius Pudens docetur apud te suo ipsius sumtu, non existi-

male: quin si tamen *vocem*. Casaubonus. *Vocem* edidit Florid. non male: sed invitis libris. *J. Bos.*—3 Corrupte Pith. *hedere memorisda:* statim *ille* non est in D'Orv. *Id.*—4 *Si scisset unquam.* Pro his D'Orv. *si unquam*, Pith. *sunquam.* Id.—5 Mss. Pith. D'Orv. *medio alvo:* quod vitiosum esse affirmat Oud. ad Sueton. Vespas. c. 24. quem vide etiam ad Nostri Met. lib. VI. p. 444. b. *Id.*—6 D'Orv. *pro maximum.* Id.—7 D'Orv. *quis præferat:* male: supra p. 460. 'Quis æquo animo pateretur, si me per hoc veneficii arcesseres?' Id. Ms. pro *crimen, carmine.* An *crimini?* sed non necesse est. Pro *coco* D'Orv. *coquo.* Id.—8 Sic bene Edd. Vic. Junt. utr. Ald. Bas. Cas. Gent. Pric. Scriv. cum Mss. Reliquæ: *quid? crudum? id accusas?* Id.—9 Al. *rusparet.*—1 Vid. Not. Var.—2 En tibi librorum omnium scripturam

NOTÆ

[a] *Proprietatem ejus piscis*] Non leporis marini, ut sibi male persuasit Bellonius, sed illius quem secuerat, nec sciebat quo nomine insigniret, cum proprietatem ejus valde insignem nusquam apud auctores repeririret.

[b] *Qui aselli piscis solius, &c.*] Hoc de asello majore, qui Græcis ὄνος dicitur, legisse se ait Casaub. non apud Aristotelem, sed apud Athenæum et Ælianum, sæpius. Hic piscis est quem Germani *Stockfisch* vocant.

[c] *Si cocto ventrem rusparer*] Vocabulum vetus 'ruspari.' Glossæ Isidori: 'Ruspantur, perquirunt anxie.' Porro, ventrem piscis ruspari, et hepatia eruere, liguritoris est: piscium enim delicatissima pars venter est.

[d] *Suomet obsonio*] Hoc est, in pisci-

putares accusandam? Atqui [2] majus crimen est philosopho comesse pisces,[e] quam inspicere. An hariolis licet jocinora [3] rimari,[f] philosopho contemplari non licebit, qui se sciat omnium animalium haruspicem,[4] omnium Deum sacerdotem? Hoc in me accusas, quod ego et Maximus in Aristotele miramur? cujus nisi libros bibliothecis exegeris, et studiosorum [5] manibus extorseris, accusare me non potes. Sed de hoc pæne plura, quam debui. Nunc præterea vide, quam ipsi sese revincant. Aiunt, mulierem magicis artibus, marinis illecebris, a me petitam eo in tempore, quo me non negabunt in Gætuliæ mediterraneis [6] montibus [g] fuisse, ubi [7]

mares id esse arguendum? Sed majus est crimen philosopho edere pisces, quam eos considerare. An fas est haruspicibus scrutari viscera, ea vero inspicere nefas erit philosopho, qui novit se esse haruspicem omnium animalium, et sacerdotem omnium Deorum? Tu hoc reprehendis in me, quod ego et Maximus admiramur in Aristotele? cujus nisi expuleris libros ex bibliothecis, et eripueris ex manibus studiosorum, non potes me accusare. Verum jam dixi de hac re plura fere quam opus erat. Nunc considera præterea quantum ipsi sibi contradicant. Dicunt me aggressum fuisse mulierem magicis incantaminibus ope illecebrarum ex mari petitarum illo tempore, quo non inficiabuntur me fuisse in montibus Gætuliæ, qui siti

interpunctionemque: utramque vitiosam, immo adeo putide corruptam, ut hic locus semimortuus jaceat, si non interfectus. Vis postliminio redeat? Aufer e medio interrogationis notam: post lege et interpunge mecum ad hanc faciem: *Atqui majus cr. e. Ph. inspicere pisces quam comesse?* Locum perpende jam, et, siquid merui, repone. *Pric.* Ed. Vic. cum Mss. Pith. D'Orv. *accurandam.* An 'non accurare' notare possit, pro nihilo habere? Sed cave quicquam mutes. Affirmat Apul. (*Atqui* inquit) majus crimen esse Philosopho comesse, quam inspicere pisces, ut qui non nisi in delicatioribus cœnis apponi solebant. *J. Bos.*—2 D'Orv. *acqui.* Id.—3 *Jocinera.* Lege in Glossis priscis: *Jocinera,* Ἔντερα: ubi male *Jocenera,* Ἔτερα. *Colvius.* Ed. Vic. *Jecinera.* Al. *Jocinera:* ut ubique variatur. Pro *hariolis* Pith. *hariolus.* J. Bosscha.—4 *Aruspicem.* D'Orv. *conspicerem:* et pro *sacerdotem* Pith. *sacerdotranium.* Id.—5 D'Orv. *studiorum.* Mox *nam præterea.* Id.—6 Pith. *negubant.* D'Orv. *medindanis.* Id.—7 Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *tibi.*

NOTÆ

bus suo ipsius ære emtis.

[e] *Majus crimen est philosopho comesse pisces*] Erant enim pisces delicatiorum et luxuriosarum cœnarum fercula. Horat. 'Bene erat, non piscibus Urbe petitis, Sed pullo atque hædo,' &c.

[f] *Jocinora rimari*] Petron. 'Recluso pectore extraxit fortissimum jecur, atque inde mihi futura prædixit.' De hariolis omnique illa extispicina plura vide apud Antiquit. Roman. scriptores, et Plin. lib. IX. cap. 37.

[g] *In Gætuliæ mediterraneis montibus*] Qui montis Atlantis suffragines sunt. Gætulia Libyæ regio est ad Nigrum fluvium. Maritimæ ejus rupes ac scopuli muricibus et purpuris abundant.

pisces per Deucalionis diluvia[h] reperiantur.[8] [473] Quod ego gratulor,[9] nescire istos, legisse me Theophrasti quoque περὶ[i] δακετῶν ζώων καὶ βλητικῶν, et Nicandri θηριακά.[k] Ceterum me etiam veneficii reum postularent, ut qui[1] hoc negotium ex lectione et æmulatione Aristoteli nactus sim,[2] nonnihil[3] et Platone meo[4] adhortante, qui ait, eum, qui ista vestiget, φρονεῖν ἀθάνατα[l] καὶ θεῖα ἄνπερ ἀληθείας ἐφάπτηται.[5] Nunc quoniam[6] pisces horum satis patuerunt, accipe aliud, pari quidem stultitia, sed multo tanto vanius et ne-

sunt in mediis terris: ubi invenias pisces, sed tempore diluvii Deucalionis. Ego sane gaudeo quod illi ignorent, me etiam legisse libros Theophrasti de iis, quæ morsui et vulneri patent, et Nicandri Theriaca. Alias accusarent etiam me veneficii: utpote cum in hoc studium incubuerim ex lectione et imitatione Aristotelis, ex aliqua etiam exhortatione Platonis, qui dicit eum, qui quærat ista, cognoscere res immortales et divinas, si veritatem assequatur. Jam, quia pisces eorum refutati sunt satis evidenter, audi aliud commentum, simili quidem stoliditate, sed longe in-

Id.—8 V. D. in marg. *reperiebantur.* Mss. Florent. D'Orv. *reperientur.* Id. —9 D'Orv. *quod ergo gr.* Id. Vid. Not. Var.—1 Edd. ante Bas. sec. et Ms. D'Orv. *ut quidem.* Lat. Latin. in Bas. sec. legerat *postularent, eum, ut qui.* Unde fingit, *ut eum qui:* Ms. Pith. *ut per.* J. Bos.—2 Edd. Scriv. Bip. *Aristotelis:* contra Nostri morem. Ms. D'Orv. *notus sum.* Id.—3 Mss. D'Orv. Pith. *nihil.* Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Ex Casauboni conjectura hæc in seqq. Edd. recepta sunt: cum in Mss. et Edd. vett. desint. Pro ἄνπερ corrupte Ed. Scriv. αὔπερ ἄναρ. *J. Bos.* Obliti eramus, in schedula nos olim notasse emendationem Gronovii Antiq. Gr. tom. II. p. 63. qui, pro Platonicis a Casaubono invectis, alia invenit in Membrana Medicea, a se inspecta Florentiæ: ἀμεταμέλητον παιδίαν ἐν βίῳ παίζειν. Itaque hæc jam in locum succedant eorum, quæ et nos sine Msti auctoritate retinuimus, quia nihil melius suppetebat. *Idem in Addend.*—6 Ms. D'Orv. *quē.* Ed. Vic. *potu-*

NOTÆ

[h] *Per Deucalionis diluvia*] Cum scilicet 'Obruerat tumulos immensa licentia ponti: Pulsabantque novi montana cacumina fluctus:' Ovid. Met. lib. I. Non tamen Deucalionei diluvii temporibus: illud enim peculiare fuit Græciæ, nedum ad Gætuliæ montes pervenerit: sed per diluvium Noë, quo universæ terræ facies aquis fuit operta. Verum ista diluvia non distinguit fabulosa antiquitas; et, quod universali Noë diluvio contigit, Deucalioneo, ut sibi notiori, tribuit.

[i] Περὶ *] Hunc hiatum supplet Casaub. hoc modo: περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν, quæ verba expressi in interpretatione. Schottus vero sic: περὶ ζώων ἐν ξηρῷ διαμενόντων, hoc est, de animalibus in sicco morantibus. Utraque inscriptio apud Laërtium est, in Theophrasti Vita, et multæ item aliæ, quarum nonnullæ non minus bene huic loco conveniant.

[k] *Nicandri* θηριακά] Addit idem Schottus: καὶ Ἀλεξιφάρμακα.

[l] Φρονεῖν ἀθάνατα] His verbis lacunam suppleo, ex loco Timæi a Casaubono huc allato, desumtis; quæ in Interpret. exposui.

quius excogitatum.[7] Scierunt et ipsi, argumentum piscarium futile et nihili futurum;[8] præterea novitatem[9] ejus ridiculam. Quis enim fando audivit, ad Magica maleficia desquammari et exdorsuari[1] pisces solere? Potius aliquid de rebus pervulgatioribus et jam creditis fingendum esset.[2] Igitur ad præscriptum opinionis et famæ confinxere,[3] puerum quempiam carmine cantatum, remotis arbitris, secreto loco,[4] arula et lucerna, et paucis consciis testibus, ubi incantatus sit, corruisse; postea nescientem sui, excitatum.[5] Nec ultra isti quidem progredi mendacio ausi. Sed enim[6] fabula ut impleretur, addendum etiam illud fuit, puerum

anius et improbius. Ipsi etiam viderunt probationem ductam a piscibus futuram frivolam et nullius momenti: et insuper ridiculam propter suam insolentiam. Nam quis audivit dici squammas et ossa solere eximi piscibus ad magicas incantationes? Excogitandum esset potius aliquid de rebus magis communibus, et quæ jam creduntur valere ad ejusmodi incantationes. Ergo commenti sunt, convenienter ad opinionem et famam de his rebus pervulgatam, quendam puerum a me incantatum carminibus, semotis testibus, in loco solitario, ad parvam aram, et lampadem, et paucis consciis, et collapsum esse eum, postquam incantatus fuerat; deinde expergefactum fuisse, ignarum eorum quæ sibi contigissent. Neque ipsi ausi sunt proferre mendacium ulterius, sed, ut perficeretur fabula, oportuit etiam illud adjicere, eundem

erunt. Pro seq. *tanto* Ms. D'Orv. *tanta*, Ed. Ven. *tamen*: male. *Id.*—7 Repone ex Rom. et Ven. *excogitatu*. Sic lib. VI. Met. 'panem sordidum pepetitu esto.' *Colvius.* Colvio obsecuti sunt Elm. et Scriv. sed male, ob præcedens, *pari stultitia.* Ms. D'Orv. *cogitatum.* J. Bos.—8 Mss. Florent. D'Orv. Edd. Cas. et seqq. Male ante, et Ms. Pith. *nihil f.* Id.—9 Lat. Latin. *prætereo nov.* male. Non præterit Auctor. 'Quis enim fando audivit,' &c. *Id.*—1 *Disquamari et exdorsari.* Scripserim *desquamari, et exdorsuari*, ut apud Plautum et Festum. *Casaub.* *Disquamari* rescriptum a seqq. invitis licet Mss. e quibus D'Orv. *discamari.* J. Bos. *Exdorsuari.* Flor. et Rom. *exdorsari.* Plaut. Aul. Scena: 'Dromo desquama, &c. Murænam exdorsa quantum potes.' Sic locus hic exaratus est in Edit. Paris. Simonis Carpentarii. Sed quoniam Festus et Nonius vulgatam lectionem retinent, nihil mutare volui. *Elmenh.* Et hoc contra Mss. in quibus, ut et Edd. ante Casaub. *exdorsari.* Pith. *exdorsare piscem.* J. Bos.—2 *Confingendum esset.* Omittit ultimum verbum D'Orv. *Id.*—3 Vir doctus, *confluxere.* Colvius. Non ceperunt elegantiam hujus locutionis, qui *confluxere* putarunt legendum. 'Ad præscriptum opinionis et famæ' valet, prout præscribebat et docebat faciendum esse fama et opinio, quæ vulgo de magis obtinet. Plane sic accipit 'præscriptum,' ut Græci suum ὑπογράφειν et ὑπαγορεύειν, cum ipsa natura rei, aut hominum communis opinio alicujus nos per se admonet. *Casaub.* Ms. D'Orv. *confingere*, et mox *cantum.* J. Bos.—4 Mss. Fulv. Pith. Edd. Elm. Scriv. cum Salm. in marg. *secr. aliquo l.* Id.—5 Burm. ad Propert. IV. 5. 13. emendandum arbitratur *excantatum.* Vulgatum præfero. *Excitatum* opponitur τῷ *corruisse:* somno quodam magico enim oppressus fuit ille puer, e quo postea excitatus fuit. Infra p. 475. 'posse animum humanum, &c. soporari.' *Id.*—6 *Etenim.* Lege confidenter, *at enim.* Pricæus. Pith. *enim.* D'Orv. *fedenim*, i. e. *sed enim:* quod sequor. cf. de Dogm. Pl. I. p.

eundem multa præsagio prædixisse: quippe hoc emolumentum canticis[7] accipimus,[8] [Præsagium, et Divinationem.] Nec modo[9] vulgi opinione, verum etiam doctorum virorum auctoritate, hoc miraculum de pueris confirmatur. [474] Memini, me[1] apud Varronem philosophum,[m] virum accuratissime doctum atque eruditum, cum alia hujusmodi,[2] tum hoc etiam legere: Trallibus[n] de eventu Mithridatici belli[o] Magica percontatione consulentibus,[3] puerum in aqua[p] simulacrum Mercurii[q] contemplantem, quæ futura

puerum vaticinatum esse multa: discimus enim hunc esse fructum carminum, prædictionem et vaticinationem. Neque tantum existimatione plebis comprobatur miraculum illud de pueris, verum etiam testimonio eruditorum virorum. Recordor me legisse in scriptis Varronis philosophi, viri apprime docti et periti, præter alia similia, hoc etiam maxime. Cum Tralles inquirerent Magica indagatione, quis futurus esset exitus belli Mithridatici, puerum vaticinatum esse eis centum et sexaginta carminibus, quæ eventura erant, inspiciendo imaginem Mercurii in aqua.

193. b. Id. D'Orv. *ula* pro *fabula*, et mox *nihil* pro *illud*. J. Bos.—7 V. D. ascripsit *cantaminibus*. Non infrequens nostro Auctori vox *canticum*. v. Met. IV. p. 285. Flor. N. 15. et 17. de Mundo p. 751. Ed. Flor. Apol. p. 415. et 522. *Id.*—8 Pith. D'Orv. *accepimus*. Id.—9 Pith. *nō*. Post *auctoritate* membranæ Florent. addunt *me*, ex sq. vs. *Id.*—1 *Me* non est apud Colv. *Id.*—2 D'Orv. *ejusmodi:* et statim pro *legere Trallibus*, idem, *legenter rallibus*. Id.—3 Mss. Pith. D'Orv. *consultantibus*. Ed. Vic. *consulantibus*. Id.—4 *Centum*

NOTÆ

[m] *Apud Varronem philosophum*] Hic est M. Terentius Varro, Ciceronis amicus, quem ipse ait Romanorum fuisse doctissimum.

[n] *Trallibus*] Tralles hic cives sunt urbis Trallium, quæ in Asia Minori sita est Mæandrum inter et Caystrum fluvios, Cariæ annumerata a Plin. et Ptolemæo, a Strabone vero Ioniæ, a Stephano Lydiæ. Aliis nominibus Evanthia, Seleucia, et Antiochia appellata est.

[o] *Mithridatici belli*] Quod a Sylla inceptum, a Lucullo postea valde affectum, a Cn. Pompeio tandem finitum est, post quadraginta circiter annos.

[p] *In aqua, &c.*] Genus hoc divinationis ὑδρομαντεία Græcis dictum est. Multa fuere ejusmodi divinationum et Magiæ genera. Plin. lib. XXX. cap. 2. 'Ut narravit Osthanes, species ejus [Magiæ] plures sunt. Namque et ex aqua, et ex sphæris, et ex aëre, et stellis, et lucernis, ac pelvibus, securibusque, et multis aliis modis divina promittit: præterea umbrarum inferorumque colloquia: quæ omnia ætate nostra Princeps Nero vana falsaque comperit.'

[q] *Simulacrum Mercurii*] Deorum enim imagines in aqua videre dicebantur vi magica evocatas. D. Augustinus lib. VII. de Civitate Dei, cap. 35. 'Hydromantiam facere compulsus est [Rex Numa,] ut in aqua videret imagines Deorum, vel potius ludificationes Dæmonum; a quibus audiret, quid in sacris constituere atque observare deberet: quod genus

erant centum sexaginta[4] versibus cecinisse.[r] Itemque Fabium,[5 s] cum quingentos denarios perdidisset, ad Nigidium[6 t] consultum venisse: ab eo pueros carmine instinctos indicasse, ubi locorum defossa esset crumena, cum parte eorum:[7] ceteri [475] ut forent distributi: unum etiam denarium ex eo numero[8] habere M. Catonem philosophum;[u] quem se a pedisequo in stipe[9] Apollinis accepisse[w] Cato confessus est. Hæc et alia[1] apud plerosque de Magicis

Præterea Fabium, amissis quingentis denariis, convenisse Nigidium ipsius consulendi causa: et pueros, inspiratos ab eo ope incantamenti, ostendisse quo in loco marsupium esset infossum cum aliquot ex eis denariis, et quomodo reliqui dispersi essent: Catonem etiam philosophum habere unum denarium ex illo numero, quem revera Cato fassus est se sumsisse a pedissequo, ut erogaret Apollini. Lego sane hæc

****

sexaginta. Ms. D'Orv. *ob*, corrupte; quia notis expressus fuerat numerus. *Id.*—5 Pith. *idemque.* D'Orv. *Fauium c. q. denarium prodid.* Id.—6 Pith. *Indigidium,* D'Orv. *Nidigedium:* iidem Mss. mox *indicavisse.* Id.—7 Nescio an legendum, *cum partim eorum.* Vide Agel. lib. x. cap. 13. *Brant.*—8 Pith. *ex numero uno.* D'Orv. *ex eo nunc:* in eod. mox deest Catonis prænomen. *J. Bosscha.*—9 Al. *in stipem.*—1 Forte *et talia.* Colvius. Ms. D'Orv. *ideo et alia.*

NOTÆ

divinationis Varro a Persis dicit fuisse allatum.' Nempe Pythagoras a Persis Magiam edoctus, ad quos, ejus discendæ gratia, fuerat profectus, Regem Numam, cujus dicitur familiaris et magister fuisse, illa erudierit.

r *Cecinisse*] Afflatum nempe magico ἐνθουσιασμῷ.

s *Fabium*] Fuerit ille T. Fabius Ciceroni familiaris, ad quem etiam hic consolatoriam scripsit epistolam, quæ est 18. lib. v. Epist. ejus ad Familiares.

t *Ad Nigidium*] P. Nigidius Figulus, Ciceroni item, et Catoni, Fabioque æqualis, quem Cicero in Epistola 13. lib. iv. Famil. ad eum scripta, unum omnium doctissimum, et sanctissimum, sibique amicissimum vocat. Ejus frequenter meminit Gellius, in Noct. Attic. Pythagoricus habitus est: unde non mirum, si divinationis causa eum consuluerit Fabius.

u *M. Catonem philosophum*] Catonem Uticensem intellige, qui Stoicam sectam amplexus est.

w *A pedisequo in stipe* [*stipem*] *Apollinis accepisse*] Sic lege ex emendatione Casaub. non autem *in stipe.* Quia olim moris non erat, ut argentum honesti viri per urbem incedentes secum gestarent; si qui eorum ad manum habere vellent, id dabant pedisequis suis negotii, ut in peris pecuniam secum deferrent, quam ab eis sumerent, si forte opus fuisset.

In stipem Apollinis] Seneca, de Benef. lib. vii. cap. 4. 'Omnia Deorum sunt; tamen Diis posuimus domum, et stipem jecimus.' Sumserat ergo Cato a suo pedissequo denarium, quem jaceret in stipem Apollini, at non jecerat, sed habebat adhuc, ut patet ex Apuleii textu.

pueris[2] [x] lego equidem: sed dubius sententiæ sum, dicamne fieri posse, an negem. Quanquam Platoni credam, inter Deos atque homines, natura et loco medias quasdam Divorum potestates[y] intersitas, easque divinationes cunctas et Magorum miracula[3] gubernare.[z] Quin et illud mecum reputo, posse animum humanum, præsertim puerilem et simplicem,[4] [a] seu carminum avocamento, sive odorum delenimento,[5] soporari, et ad oblivionem præsentium externari:[b] et paulisper remota corporis memoria,[6] redigi ac redire ad naturam suam, quæ est immortalis scilicet et divina; atque ita, [476] veluti quodam sopore, futura rerum præsagire.[7] [c] Verum enimvero, ut ista sese habent,[8] si qua

et alia in plerisque scriptoribus, de pueris magicis: sed incertus sum utrum dicam ea posse fieri, aut inficier. Quamvis credo Platoni, qui dicit esse quasdam divinas virtutes interpositas medias, tum natura sua, tum loco, inter Deos et homines, et eas præesse omnibus divinationibus et miraculis magorum. Quin etiam hoc quoque apud me cogito, mentem hominis, ac præcipue pueri, quæ simplicior est, posse sopiri, et alienari ad obliviscenda præsentia, sive avertendo eam incantationibus, sive demulcendo odoribus: et, deposita tantisper recordatione corporis, reduci et reverti ad naturam suam, quæ nimirum est immortalis et divina; et sic prædicere res futuras, tanquam per somnum quendam. At certe, quicquid sit de istis, si

J. Bosscha.—2 Rom. Ven. *de magicis et pueris.* Colvius. Mss. Pith. D'Orv. cum Ed. Vic. *de magis et p.* quod notavit quoque in marg. Salm. Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *de magiis p.* De pueris magicis cf. Casaub. ad Spartian. Did. Jul. c. 7. Haverc. ad Tertull. Apol. c. 23. *J. Bosscha.*—3 D'Orv. *miraculum.* Id.—4 Ita excudi jussi auctoritate Salm. in marg. et Mss. Pith. D'Orv. Vulgo *et puer. præs. simplicemque.* Prius *et* servat tamen etiam Ms. Pith. Ed. Junt. post. *præs. puer. simplicemque.* Id.—5 Al. *delin.*—6 Alii, *torporis in eo mora.* Elmenhorstius. Nescio, qui. Pith. *corp. remedia.* J. Bosscha.—7 Edd. Rom. Vic. Ven. cum Mss. Pith. D'Orv. *præsagare:* quemadmodum in sex Mss. *præsagaverant* legitur Met. lib. IX. p. 665. *Id.*—8 Melius *utut ista sese hab.* Colvius. Quemadmodum rescripsere seqq. præter Casaub. Gent. Pric.

NOTÆ

[x] *De Magicis pueris*] Quorum opera utebantur magi ad oracula promenda per hydromantiam.

[y] *Medias quasdam Divorum potestates*] In De Deo Socratis: 'Sunt quædam mediæ divinæ potestates inter summum æthera et infimas terras, in isto aëris spatio intersitæ,' &c. ubi vide Notas nostras.

[z] *Easque divinationes cunctas et Magorum miracula gubernare*] In eodem lib. De Deo Socratis: 'Per hos eosdem, ut Plato in Symposio autumat, cuncta denuntiata, et varia magorum miracula,' &c.

[a] *Et simplicem* [*Simplicemque*] Nullis adhuc opinionibus, curis, et affectibus præventum aut occupatum.

[b] *Externari*] Extra terminos suæ mentis poni. Gloss. 'Externatus, ἐκτὸς φρενῶν.'

[c] *Veluti quodam sopore futura rerum*

fides hisce rebus impertienda est, debet ille nescio qui puer providus,[9][d] quantum ego audio, et corpore decorus atque integer[e] deligi,[1] et animo solers, et ore facundus: ut in eo aut divina potestas, quasi bonis ædibus, deversetur,[2] si digne tamen[3] ea pueri corpore[4] includitur; aut ipse[5] animus expergitus, cito ad divinationem suam[f] redigatur: quæ ei promte insita, et nulla oblivione saucia et hebes,[g] facile resumatur. Non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exsculpi.[h] Quod si ita est, nomi-

credendum est his rebus, ille puer præscius, quisquis sit, eligendus est, quantum intelligo, formosus corpore et integer, et sagax mente, et disertus ore: vel, ut virtus divina habitet in eo tanquam in bona domo (si tamen illa possit digne contineri in corpore pueri): vel, ut mens ipsa excitata reducatur celeriter ad suam vaticinationem, quam recipiat facile, utpote sibi ingenitam et expeditam, ac nullo oblivio læsam aut retusam. Nam, ut aiebat Pythagoras, Mercurius non est fabricandus ex quovis ligno. Quod si sic se habet, dicite quis fuerit ille puer, sanæ mentis, bonæ

Bip. Non opus esse hac mutatione sine auctoritate, vidimus supra ad p. 422. *J. Bosscha.*—9 Al. *probus.*—1 Edd. Junt. pr. Bas. pr. *diligi.* J. Bosscha.—2 Al. *diversetur.* Id.—3 In Ms. Pith. et Edd. Vic. Junt. post. non est *digne.* Mss. Florent. D'Orv. *quasi bonis æd. digne divers. si tamen.* Elm. et Scriv. *quasi b. æd. div. digne si tamen.* Mihi vulgatum magis placet. *Id.*—4 Ms. Pith. Ed. Ven. *in corpore.* Id.—5 Alii, *an ipse.*—6 Bemb. *q. i. f. pueri.* Forte,

NOTÆ

præsagire] Hoc vult Platonicus noster, animos humanos ex natura sua, quæ divina est et immortalis, etiam futura cognoscere; sed illa eos cognitione privari, quamdiu terrenis ac corporeis sordibus sunt involuti: ex quibus si quando emerserint, ut in illo magico sopore, quo fingit eas extra se rapi, illico redire ad suam indolem, dotesque omnes suas recuperare.

[d] *Puer providus*] Puer, qui ad prædicenda futura sumitur.

[e] *Integer*] Id est, omnibus suis membris absolutus, non mancus, non mutilus. Non me latet posse etiam aliter intelligi, pro casto nempe ac sancto; sed verisimilius mihi fit priore modo intelligendum: maximum enim erat ejusmodi magicis operationibus impedimentum, si quid membris deesset, ut innuit Plinius lib. xxx. cap. 2.

[f] *Ad divinationem suam*] Hoc est, ad divinum illum statum, naturæ suæ convenientem, in quo etiam futura cognoscit, ut supra dictum est. Duos nempe modos affert Apuleius, quibus animus potest fatidicus effici. Per inspirationem atque inhabitationem numinis, quam Græci ἐνθουσιασμὸν vocant, et per elevationem mentis ad divinam suam naturam, quam externationem animi ipse vocat.

[g] *Nulla oblivione saucia et hebes*] Quam oblivionem divinæ naturæ inducit ætas frequenti corporearum imaginum contemplatione.

[h] *Non enim ex omni ligno, ut Pyth. dicebat, debet Mercurius exsculpi*] Plin. lib. xvi. 'Quidam superstitiosius ex-

nate, quis ille fuerit puer,[6] sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sim [7] initiare. Ceterum Thallus,[i] quem nominastis, medico potius, quam Mago, indiget. [477] Est enim miser morbo comitiali ita confectus,[8] ut ter aut quater die sæpenumero, sine ullis cantaminibus corruat, omniaque membra conflictationibus [9] debilitet:[1] facie ulcerosus,[k] fronte et occipitio conquassatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus.[2] [l] Maximus omnium Magus [m] est, quo præsente Thallus diu steterit:

valetudinis, ingeniosus, ac formosus, quem ego dignatus sim consecrare incantatione. Porro Thallus, quem dixistis, eget potius medico, quam mago. Ille enim infelix adeo conflictatur epilepsia, ut sæpissime collabatur ter vel quater per diem, absque ullis carminibus, et lædat sibi omnia membra concussibus: habens vultum plenum ulceribus, frontem vero et partem posteriorem capitis quassatam, et aciem oculorum retusam, nares hiantes, ac pedes debiles. Ille magus est maximus omni-

quid illud fuerit pueri. Er. Puteanus. Ed. Vulc. tert. *nominare.* Ante *ingeniosus* Pith. habet *et.* J. Bosscha.—7 Pith. *dign. sum.* male. *Id.*—8 Vulgo *infectus.* Elmenhorstius. Membranis Florent. e quibus primus sic rescripsit Elm. cum seqq. accedit Pith. ut passim *confectus dolore, fame* et sim. et de eodem morbo dixit Plaut. Capt. III. 4. 22. 'multos iste morbus homines macerat.' Melius hoc verbum quadrat ad seq. *corruat,* quam *infectus,* quod ceteroquin solenne verbum est de rebus contagiosis: quomodo capiendum cum Gronov. puto locum Cic. ad Att. I. 13. 'vereor, ne hoc, quod infectum est, serpat longius:' ubi, 'quod infectum est,' intelligo, contagionem mali. cf. tamen Ernest. in Cl. Virg. quoque Æn. VI. 741. 'Infectum eluitur scelus.' *J. Bosscha.*—9 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *conflictionibus:* contra Mss. *Id.*—1 Scribebam, *debilis et facie ulc.* Colvius. Pith. *debilitat.* Pro *facie* Pith. D'Orv. *facile.* J. Bosscha.—2 D'Orv. *caducis:* male. *Id.*—3 Perperam Edd.

NOTÆ

quirunt materiam, unde numen exsculpant; et, quanquam Priapus ille Deus facilis et crassus haud gravatur ficulnus esse, non tamen idem liceat in Mercurio, Deo tam ingenioso, totque prædito artibus.' Proverbium est: 'Non ex quolibet ligno Mercurius.' De quo vide Erasmum, in Chiliad.

[i] *Thallus*] Pricæus censet scribendum esse *Thalus,* idque probat ex hac veteri inscriptione:

D. M.
TI. AVG. LIB. THALETIS
VINICIANI. NOMENCLATORIS
A. CENSIBVS. THALVS. ET
JANVARIA. LIB. D. S. P.

[k] *Facie ulcerosus*] Ulceribus ortis ex variis plagis et contusionibus, quibus corruens et sese agitans faciem mulcaverit: neque enim ulcera faciei ex sese epilepsios symptoma sunt.

[l] *Oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus*] Id accidit ob spirituum turbationem, quæ maxima est in hoc morbo: unde distractio, convulsio, contractioque nervorum ac musculorum, quibus nervi inseruntur, hincque nares hiulcæ manent, et oculi torvi et truces hebetesque fiunt, nec crura pedesque sustentare corpus amplius possunt.

[m] *Maximus omnium Magus*] Qui im-

ita plerumque morbo ceu somno [3] vergens inclinatur. Eum tamen vos carminibus meis subversum [4] dixistis, quod forte me coram semel decidit. Conservi ejus plerique adsunt, quos exhiberi denuntiastis. Possunt dicere omnes,[5] quid in Thallo despuant:[6] [n] cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cœnare,[o] eodem poculo bibere. Et quid ego de servis? vos ipsi, si audetis, negate, Thallum multo [7] prius, quam ego Œam venirem, corruere eo morbo solitum, medicis sæpenumero ostensum. Negent hoc [478] conservi ejus, qui sunt in ministerio vestro.[8] Omnium rerum convictum me fatebor, nisi rus de omnium consensu [9] diu ablegatus est; in longinquos agros, ne familiam contaminaret.

um, coram quo Thallus diu steterit. Sic plerumque pronus prosternitur morbo velut somno. Vos tamen affirmastis eum prostratum fuisse meis incantamentis, quia forte lapsus est semel me præsente. Ecce maximam partem ejus conservorum, quos mihi significastis esse producendos. Possunt cuncti dicere quid animadvertant in Thallo: quare nemo audeat edere cum eo in eadem lance, et potare in eodem calice. Sed quare ego loquor de conservis ejus? Vos ipsi cernitis. Inficiemini Thallum consuevisse cadere ex illo morbo, et exhibitum fuisse sæpissime medicis longe antequam ego venirem Œam. An conservi ejus, qui sunt in vestro famulatu, hoc inficiantur? Confitebor me convictum esse omnium rerum, quarum accusor, si non fuit missus rus in prædia remota consensu omnium, et ibi diu remansit, ne inficeret cete-

Casaub. Gent. Pric. *seu somno:* ex quarum una locum citavit Heins. ad Valer. Flacc. VIII. vs. 66. emendans *ceu.* Pro *ceu somno vergens* D'Orv. *cēs ōūo augere.* Id.—4 Fulvius *submersum.* Elmenhorstius.—5 Ms. Pith. Edd. Rom. Vic. Ven. *homines,* obvia variatione. *J. Bosscha.*—6 Vid. Not. inf. et Not. Var.—7 D'Orv. *multum.* J. Bos.—8 *Negant . . . vestro?* Legenda ἀνερωτήτως, et pro *negant, negent.* Pricæus. Allevit etiam Salm. et rescripsi auctoritate Mss. D'Orv. *J. Bosscha.*—9 *Nisi de omnium cons. rus.* Ita Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Cas. Gent. Pric. Inverso ordine, sed quem servant Mstorum vestigia, *nisi rus de omn. cons.* Junt. post. Colv. Vulc. cum reliquis. Sed *nisi* non est in Mss. Florent. D'Orv. Pith. In Florent. scribitur *rura,* in D'Orv. *rusa.* Totum illud *de omnium consensu* ignorat Pith. nec *consensu* est

NOTÆ

pedierit quominus Thallus vi comitialis illius morbi correptus cadat.

[n] *Quid in Thallo despuant* [*dispiciant*] Elmenhorstius ex Florentinis membranis reponit *despuant,* quem sequitur et Pricæus, adductis ad lectionis suæ confirmationem Plinii et Plauti locis, quibus 'despui' seu 'inspui' comitiali morbo laborantes probatur. Ego tamen nihil mutare velim. Convenientissimus enim et apertissimus sensus est verbi *dispiciant: quid in Thallo dispiciant;* id est: *quid observent in eo, quid agnoscant, quid animadvertant.*

[o] *Cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cœnare, &c.*] Quod scilicet sibi a comitiali morbo metuerent, qui morbus contagiosus est.

Quod ita factum nec ab illis negari potest. Eo nec potuit hodie a nobis exhiberi.[p] Nam ut omnis ista accusatio temeraria et repentina fuit, nudiustertius nobis Æmilianus denuntiavit, ut servos numero quindecim apud te exhiberemus. Adsunt quatuordecim, qui in oppido erant. Thallus solus rus ablegatus, ut dixi, et quidem ferme ad[1] centesimum lapidem, longe ex oculis; Thallus solus abest: sed misimus, qui eum curriculo advehat. Interroga, Maxime, quatuordecim servos, quos exhibemus, Thallus puer ubi sit, et quam salve agat: interroga servos[2] accusatorum meorum. Non negabunt, turpissimum puerum corpore putri et morbido caducum, barbarum, rusticanum. Bellum vero[3] puerum elegistis, quem quis sacrificio adhibeat, cujus caput contingat,[4] [q] quem puro[5] pallio amiciat,[r] a quo re-

ros servos. Quod ne illi quidem possunt inficiari sic factum esse. Eam ob rem etiam non potuit huc produci hodie a nobis. Nam, cum hæc tota accusatio fuerit temeraria et subitanea, Æmilianus nobis significavit nudiustertius, ut produceremus coram te quindecim famulos. Ecce quatuordecim, qui erant in urbe. Solus Thallus, qui, ut jam dixi, relegatus est rus ad centum fere milliaria procul a nostro conspectu, solus (inquam) ille Thallus desideratur. Verum misimus qui eum adducat celerrime. Quære a quatuordecim servis, quos sistimus coram te, Maxime, ubi sit servus Thallus, et quomodo valeat: quære a famulis meorum accusatorum: non inficiabuntur eum esse puerum maxime deformem, corpore putrido et ægro, obnoxium casui, barbarum, et agrestem. Vos sane delegistis pulchrum puerum, quem aliquis admoveat sacro, cujus tangat caput, quem induat lacinia sine labe, et a quo

in D'Orv. Videtur aliquid turbatum esse. *Id.*—1 *Th. solus rus ablegatus, ut d. ferme ad, &c.* Ita exhibent Edd. Rom. Bas. sec. Colv. Vulc. Elm. Scriv. Flor. cum Mss. Florent. Sed Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *T. s. r. abl. ut dixi quidem ferme a.* Unde Cas. Wow. Gent. Pric. dedere *et quidem f. &c.* quod secutus sum, quia in Mss. Pith. D'Orv. est quoque *ut dixi qui ferme,* et in Ed. Junt. post. *ut dixi quod ferme.* In iisdem Mss. et Ed. Junt. post. non extant τὰ *rus ablegatus;* quæ, licet glossam sapere videantur, non temere tamen ejicio: nam tunc etiam expungenda rursus τὰ *et quidem.* Dein pro *ex oculis* Mss. Florent. Pith. *ex oleis,* D'Orv. *exolens:* unde, conjectura ductus, legendum puto, *exulans.* Id.—2 D'Orv. iterum inserit *Maxime.* Pro *accusatorum* Edd. Vic. Junt. Ald. Bas. pr. *accuratorum.* Id.—3 Abest *vero* a D'Orv. in quo mox *quam,* non *quem.* Id.—4 *Cujus caput cingat.* Flor. et Rom. legunt *c. c. contingat q. pulchro pallio.* Elmenhorstius. *Cingat* nempe editum ex Vulcanii conjectura in ejus Edd. sec. tert. cf. Pric. *J. Bosscha.*—5 Al. *pulchro.*

NOTÆ

[p] *Eo nec potuit hodie a nobis exhiberi*] Quia ruri adhuc erat, necdum potuerat per angustias temporis inde advenisse, quanquam accersitus.

[q] *Cujus caput contingat*] Dum carmine eum initiaret, ut supra loquitur Noster. Observandus est hic locus; ritum enim peculiarem exhibet magicorum illorum sacrorum.

[r] *Quem puro pallio amiciat*] Sic le-

sponsum speret! Vellem hercule adesset: tibi eum,[6] Æmiliane, permisissem, ut teneres ipse, ut interrogares.[7] Jam in media quæstione, hic ibidem [8] pro tribunali oculos truces in te invertisset,[9] faciem tuam spumabundus conspuisset, manus contraxisset, caput [479] succussisset, postremo in sinu tuo corruisset. Quatuordecim servos, quos postulasti, exhibeo: cur illis ad quæstionem nihil uteris? Unum puerum, atquè eum caducum, requiris, quem olim abesse pariter mecum scis? Quæ alia est evidentior calumnia? Quatuordecim servi petitu tuo [1] adsunt, eos dissimulas: unus puerulus [2] abest, eum insimulas. Postremo quid vis? puta Thallum adesse. Vis probare, eum præsente me concidisse? Ultro confiteor. Carmine id factum dicis? hoc puer [3] nescit: ego, non factum, revinco. Nunc, caducum [4] esse puerum, nec tu audebis negare. Cur ergo carmini po-

expectet oraculum! Cuperem sane ut hic esset; tradidissem eum tibi, Æmiliane, ut tu ipse eum teneres, et interrogares. Jam, in media interrogatione, hoc ipso in loco ante tribunal convertisset ad te oculos torvos, consputasset vultum tuum, spumam ore fundens, constrinxisset manus, quassavisset caput, denique cecidisset in tuum gremium. Sisto quatuordecim famulos, quos poposcisti: quare nullatenus uteris illis ad inquisitionem? postulas tantum unum puerum, et eum laborantem comitiali morbo, quem tam bene scis, quam ego, jam pridem non hic esse? quæ potest esse calumnia manifestior? Ecce tibi quatuordecim famuli, prout postulasti; fingis te non videre eos: desideratur unus servulus: criminaris ejus absentiam. Quid tandem tibi vis? pone sane Thallum hic esse præsentem. Vis probare eum corruisse coram me? fateor sponte mea. Dicis hoc factum esse incantamento? servulus id ignorat: ego probo non esse factum hac ratione. Jam ne tu quidem audebis inficiari puerum illum esse epilepticum. Quare igitur casus ejus refundatur

Vid. Not. Var.—6 Pith. *et etiam tibi eum.* J. Bosscha.—7 Ed. Junt. post. *et tenerem, si tu interrog.* sine dubio ex Mss. nam invenitur sic in Mss. Pith. D'Orv. cf. seqq. *Id.*—8 *Hic* male deest Pith. In D'Orv. *ne hic ibidem.* An legendum: *et tenerem (ipse) si tu interrogares, jam in media quæstione ne hic ibidem pro tribunali oculos tr. in te invertisset, &c.* Neque enim sic necesse est, ut legatur *inverteret ... conspueret*, nam plusq. perf. subjunctivi pro imperfecto usurpari, Afris scriptoribus peculiare est, observante Salmas. ad Tertull. Pall. p. 120. v. Muncker. ad Fulg. Mythol. I. prol. p. 600. cf. Oudend. ad Hirtium de B. Afr. c. 75. *Id.*—9 D'Orv. *intervertisset ... sputabundus.* Id. —1 Negligenter Ed. Flor. *petitu meo*, quod inde propagatum in Ed. Altenb. licet in interpretatione bene exposuerit Flor. 'prout postulasti.' *Id.*—2 D'Orv. *parvulus.* Id.—3 Ed. Vic. *hic p.*—4 Groslot. in marg. ita distinguit

NOTÆ

gendum, non *pulchro.* Festus: 'Pura vestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant, id est, non obsita, non fulgurita, non funesta, non maculam habentia.'

tius, quam morbo, attribuatur ejus ruina? An evenire non potuit, ut forte præsente me idem pateretur,[5] quod sæpe alias multis præsentibus? Quod si magnum[6] putarem, caducum dejicere, quid opus carmine fuit? cum incensus Gagates lapis,[s] ut apud Physicos lego, pulchre et facile hunc morbum exploret:[7] cujus odore etiam in venalitiis[t] vulgo sanitatem aut morbum venalium experiantur. Etiam orbis a figulo circumactus non difficile ejusdem valetudinis hominem vertigine sui corripit:[8] ita spectaculum rotationis ejus animum saucium[9] debilitat; ac multo plus ad caducos consternendos figulus valet, quam Magus. [480] Tu frustra postulasti, ut servos exhiberem: ego non de nihilo

potius in incantationem, quam in morbum illum? An non potuit contingere, ut pateretur forte coram me, quod alias sæpe passus est coram pluribus? Quod si crederem rem magnam esse prosternere epilepticum, quid opus fuit incantamento? si quidem lapis gagates, ut lego apud scriptores rerum naturæ, si accendatur, bene et facile probat hunc morbum: cujus etiam nidore solent in foris venalium explorare bonam aut malam valetudinem servorum prostantium. Rota etiam gyrata a figulo facile corripit sua gyratione hominem eodem illo morbo laborantem. Usque adeo inspectio vertiginis afficit ejus mentem infirmam; et figulus longe potentior est ad dejiciendos epilepticos, quam magus. Tu petiisti inutiliter, ut sisterem huc meos

revinco nunc. Cad. &c. Pro *nunc* Pith. *non.* Legendum puto *nam.* Id.—5 Pith. *putaretur.* Statim *sæpe* deest D'Orv. *Id.*—6 Flor. *magum.* Elmenhorstius. Solita confusione. Inde tamen Scriv. dedit *magicum*, damnante Pric. neque quadrat h. l. Si magicum putaret, omnino opus carmine. 'Magnum putare,' est operæ pretium putare. cf. Ern. in Cl. Cicer. *J. Bosscha.*—7 Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Casaub. *exploraret* contra Mss. Florent. D'Orv. *Id.*—8 Edd. omnes: *corrigit.* Lege: *coarguit.* Wowerius. Miseram Wowerii lectionem *coarguit* Noster in de Mundo: 'Venenati spiritus contagione corripiunt, et vertice circumacta interimunt.' *Pricæus.* Edd. vett. quædam, non omnes, *corrigit.* Sed Junt. post. cum aliis et Mss. recte *corripit.* J. Bosscha. —9 Corrupte vett. Edd. pleræque *faucium.* Mox Ms. D'Orv. *consternandos.*

NOTÆ

[s] *Cum incensus Gagates lapis, &c.*] De eo Plinius, lib. XXXVI. cap. 19. 'Deprehendit sonticum morbum et virginitatem suffitus.' Dioscorides, lib. v. Sonticus morbus quis sit, docet Gellius, lib. XX. cap. 1. 'Ceteroqui morbum, vehementiorem vim graviter nocendi habentem, legum istarum scriptores alio in loco, non per se morbum, sed morbum sonticum appellant.' At loco supra laudato intelligere videtur tantum comitialem: sic enim de eodem lapide Dioscorides lib. v. Ἔστι τῶν ἐπιληπτικῶν ἔλεγχος ὑποθυμίασις: 'Suffitus ejus probamentum est epilepticorum.'

[t] *Cujus odore etiam in venalitiis, &c.*] Hunc modum explorandæ venalium valetudinis, non alibi commemoratum, quam hoc Apuleii loco, invenio.

postulo, ut nomines, quinam testes huic piaculari sacro affuerint, cum ego ruentem Thallum impellerem. Unum omnino nominas puerulum [1] illum Sicinium Pudentem, cujus me nomine accusas: is enim affuisse se dicit: cujus pueritia etsi nihil ad religionem refragaretur,[2] [u] tamen accusatio fidem derogaret.[w] Facilius fuit, Æmiliane, ac multo gravius, tete [3] ut ipsum diceres interfuisse, et ex eo sacro cœpisse dementire [4] [x] potius, quam totum negotium quasi ludicrum pueris donares.[5] Puer cecidit, puer vidit: num etiam puer aliquis [6] incantavit? Hic satis veteratorie Tannonius Pudens,[y] cum hoc quoque mendacium frigere,[7] ac prope jam omnium vultu et murmure explosum videret, ut vel suspiciones quorundam spe moraretur, ait pueros alios producturum, qui sint æque a me incantati; atque ita ad aliam speciem argumenti [z] transgressus est.

famulos: ego non temere peto, ut dicas quinam testes præsentes fuerint huic nefario sacro, cum ego impellerem Thallum jam cadentem. Nominas tantum unum adolescentulum, illum scilicet Sicinium Pudentem, cujus nomine me accusas. Ipse enim ait se præsentem fuisse; cujus quamvis pueritia nihil conferret ad religionem movendam judici, accusatoris tamen persona quam sustinet detraheret ei fidem. O Æmiliane, convenientius erat, et longe majoris ponderis, ut diceres te ipsum affuisse, et cœpisse insanire ex illo incantamine, quam ut permitteres omnem hanc rem pueris quasi jocularem. Puer lapsus est, puer vidit labentem; an puer quoque aliquis eum incantavit? Hic Tannonius Pudens cum cerneret hoc etiam mendacium parum valere, et jam exsibilatum esse omnium fere nutibus ac susurris, callidissime dixit se exhibiturum alios pueros, quos incantaveram similiter; ut sic saltem spe illa retardaret suspiciones quorundam: sicque transiit ad aliud genus probationis. Quod

Id.—1 In Florent. e præc. vs. hic irrepsit *puer. Thallum.* Id.—2 Vid. Not. Var.—3 D'Orv. *ut multo gr. t.* Pith. *de te.*—4 Al. *dementiri.*—5 Syntaxis postulat *donare*: sed nec vulgat. damno. *Pric.* Scal. in Ed. Vulc. sec. cum tert. et Wow. dant *donare*: sine causa. Intelligitur *ut.* Met. lib. IX. p. 674. 'dedere potius, quam discrimen proprii subiret capitis:' ubi cf. Oud. *J. Bos.*—6 Pith. *non et.* Florent. *aliquid.* Id.—7 Mss. Pith. D'Orv. *fingere.* Mox D'Orv. *amurmure exēplosum ... suspicione*, et delet dein sequens *æque.* Id.—

NOTÆ

[u] *Cujus pueritia etsi nihil ad religionem ref.* [*suffragaretur*] Hoc est: Quanquam non dubitaretis, non religioni duceretis, propter ejus pueritiam, cui vulgo parva habenda est fides.

[w] *Tamen accusatio fidem derogaret*] Neque enim accusator adversus reum testimonium dicere potest. Neque, si dicat, ei creditur.

[x] *Dementire*] Insanire. Lucret. lib. III. 'Dementit enim deliraque fatur.'

[y] *Tannonius Pudens*] Æmiliani advocatus.

[z] *Ad aliam speciem argumenti*] Ad

Quod quanquam dissimulare potui, tamen ut omnia, ita hoc quoque ultro provoco.[8] Cupio enim produci eos pueros, quos spe libertatis audio confirmatos ad mentiendum. Sed nihil amplius dico, quam ut producant.[9] [481] Postulo igitur et flagito, Tannoni Pudens, ut expleas, quod es pollicitus.[1] Cedo[2] pueros istos, quibus confiditis, produc, nomina qui sint: mea aqua licet ad hoc utare.[a] Dic, inquam, Tannoni: quid taces? quid cunctaris? quid respectas?[3] Quod si hic nescit, quid dixerit,[4] aut nomina oblitus est, at tu, Æmiliane, cede huc: dic, quid advocato tuo mandaveris:[5] exhibe pueros. Quid expalluisti? quid taces? hoccine accusare est? hoccine tantum crimen deferre? an Claudium Maximum, tantum virum, ludibrio habere, me calumnia insectari? Quod si forte patronus tuus verbo

licet potuerim prætermittere tamen, eum provoco sponte ad hoc probandum, sicut et omnia alia. Opto enim, ut servuli illi exhibeantur, quibus accipio animos esse additos ad mentiendum proposita spe manumissionis. Verum nihil addo ulterius nisi ut eos exhibeant. Peto ergo et posco, o Tannoni Pudens, ut præstes quod promisisti: produc istos servulos quibus vos fiditis: exhibe eos: dic quinam illi sint: utere mea aqua ad hoc, per me licet. Loquere, inquam, Tannoni, quare siles? quare hæsitas? quid respicis? Quod si hic ignorat quid dixerit, aut oblitus est nomina eorum; tu certe, o Æmiliane, veni huc: eloquere quid præceperis tuo patrono. Produc servulos. Quare palles? cur siles? an hoc est accusare? an hoc est deferre tantum scelus? an potius irridere Claudium Maximum tantum virum, et persequi me calumnia? Quod si forte tuus advocatus erravit loquendo, et tu nullos habes

8 Alii *vitro prov.*—9 Hoc modo editum vulgo. Sed Salm. e Ms. Fux. margini annotavit *nihil amplius: tantum producant.* Pith. quoque *nihil tanti* (vel *tanto*) *ut producant:* et *quam* non est in D'Orv. sed *producunt.* Cum tamen Mss. Florent. nihil varient, et frequens sit formula, 'amplius dico,' 'amplius dicendum,' nil muto: nisi quis pro *quam ut prod.* e Mstorum vestigiis malit *tantum ut producant.* J. Bosscha.—1 D'Orv. *et expl. q. poll. es.* τὸ *es* ignorat Pith. *Id.*—2 D'Orv. *ede:* et mox *que sunt.* Id.—3 Hæc vera et prisca lectio: non ut vulgo, *expectas.* Casaubonus. *Respectas* jam ante Casaub. recte editum in Ed. Junt. post. consentientibus Mss. cunctis. Circumspicere et usquequaque respicere solent, qui, quid dicant, non habent. J. *Bosscha.*—4 D'Orv. *nesciris q. dicent.* Pith. *dicerit.* An *dixeris?* Pro *at tu Æm.* D'Orv. *aut tu A.* Pro *huc* Pith. *huic.* Id.—5 D'Orv. *quod . . . mandaveras.* Pro *hoccine tantum* id. *heccine*

NOTÆ

aliud quidem argumentum: a Thallo enim transibat ad alios pueros, quos aiebat similiter incantatos. Sed non ad aliud genus argumenti; in utroque enim de pueris incantatis agebatur.

[a] *Mea aqua licet ad hoc utare*] Tempore mihi ad dicendum concesso, quod aqua, e clepsydra guttatim fluens, metitur.

prolapsus est, et nullos pueros habes, quos producas; saltem quatuordecim servis, quos exhibui, ad aliquid utere: aut cur sisti[6] postulabas tantam familiam? Magiæ accusans de quindecim servis denuntiasti: quod si de vi accusares,[b] quot tandem servos postulares? Sciunt ergo aliquid quindecim servi, et occultum est? an occultum non est, et Magicum est? Alterum horum fatearis necesse est: aut illicitum[7] non fuisse, in quo tot conscios non timuerim; aut si illicitum[8] fuit, scire tot conscios non debuisse. Magia ista, quantum[9] ego audio, res est legibus delegata,[1] jam inde antiquitus duodecim Tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta.[c] [482] Igitur et occulta non

servulos quos huc sistas; certe utitor ad aliquid quatuordecim famulis quos produxi: vel quare poscebas ut tot famuli producerentur? Cum me magiæ insimulares, postulasti quindecim famulos: quod si me accusares de vi, quot quæso famulos peteres? Igitur quindecim servi norunt aliquid, et illud secretum est? an vero non est secretum, et tamen magicum est? Oportet ut concedas alterutrum horum: vel illud non fuisse vetitum, in quo non veritus sim tot participes: vel, si vetitum fuit, non oportuisse ut tot testes illud cognoscerent. Hæc magia, ut ego accipio, est res tradita legibus ad puniendum, jam a primis temporibus vetita legibus duodecim Tabularum, ob incredibiles excantationes segetum: quæque proinde non minus absconditur, quam dira est et abominanda; quæ sæpius exercetur vigilando per noctem, obscu-

tamen. Id.—6 *Aut cur sisti, &c.* Aliter locus interpungendus: *Aut cur sisti postulabas tantam familiam? Magiæ accusans de XV. servis denuntiasti, quod si de vi acc. q. t. s. postulares?* Hoc postremum et ita legi poterat *quid? si de vi acc. quot.* Sed mutare nihil necessum. *Acidal.* In Edd. nempe, præter Casaub. Gent. Pric. Flor. male interrogandi nota ponitur post *accusans*. *Quid* a nullo libro firmatur; alias non male id reponas. *J. Bosscha.*—7 Ed. Scriv. *aut inclitum.* Id.—8 *Aut si ill.* Priori vocula caret Pith. *Id.*—9 D'Orv. *quam.* Id.—1 *Legibus deligata.* Sic v. c. Fulvius *denegata.* Mox V. C. *an auditorio.* Sciopp. in Symb. *Delegata*, i. e. mandata, et quasi tradita potestati legum. In V. C. legi aiunt *legibus deligata.* Plinius intestabilem dicit, et legibus interdictam. *Scip. Gent.* Jungerm. in Epp. Gud. p. 364. cogitabat *relegata:* nec mutari tamen volebat *delegata*, i. e. legum curæ demandata, ut in eam animadvertatur. Nil mutant Mss. et Edd. Forte minima distinctio hinc tol-

NOTÆ

b *Si de vi accusares*] Quæ neque a solo, neque clam fieri potest, sed multorum hominum opera perpetratur. Magica vero sacra alio longe modo se habent, utpote quorum præcipua conditio est ut secreta sint.

c *Duodecim Tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta* [*interjecta*] Lex illa ex duodecim tabulis sic habet: SI QUIS ALIENAS FRUGES EXCANTASSIT, KAPITAL ESTO. Porro per incredibiles illas frugum illecebras intellige segetum attractiones et translationes ex uno agro in alium, quas vi carminum fieri posse, et re-vera factas putabant. Virgil. in Pharmaceutria: 'Atque satas alio vidi traducere messes.' Omitto Plin.

minus, quam tetra et horribilis, plerumque noctibus vigilata, et tenebris abstrusa,[2] et arbitris solitaria, et carminibus murmurata: cui non modo servorum, verum etiam liberorum[3] pauci adhibentur.[d] Et tu quindecim servos vis interfuisse? Nuptiæne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an convivium tempestivum?[e] Quindecim servi sacrum Magicum participant, quasi Quindecimviri sacris faciundis creati.[f] Cui tamen[4] tot numero adhibuissem, si

ritate tecta, destituta testibus, et peragitur susurris incantationum; ad quam utuntur opera paucorum non servorum modo, sed vel ingenuorum quoque. Tu vero vis quindecim servos affuisse? An fuerunt illæ nuptiæ, an aliud officium peractum, an convivium tempestivum? Quindecim famuli conscii sunt cærimoniarum magicarum, veluti Quindecimviri electi ad sacra peragenda. Ad quid tamen usus fuissem tot servis, si vel

lenda et collocanda post *antiquitus.* J. Bosscha.—2 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Scriv. *obstrusa.* Met. lib. III. p. 210. 'in solitudinem semper abstrusa, et omnium præsentia viduata, solet secum hujusmodi secreta perficere.' Lib. IV. p. 316. 'clausæ domus abstrusi tenebris:' ubi vide. Hic Mss. O. *abstrusa.* Ed. Scriv. statim *murmura.* J. Bosscha.—3 Exulat in D'Orv. *Id.*—4 Pro *tamen* Groslot. in marg. *tandem.* J. Bosscha.—5 Vid. Notas Variorum.

NOTÆ

Ovid. Tibullum, et alios, qui rei hujus meminerunt.

[d] *Cui non modo servorum, verum etiam liberorum pauci adhibentur*] Teste Philone, in Commentario, quo probat omnes, qui virtutem colunt, esse liberos. Athenienses mancipia sua excludebant, cum rem divinam Furiabus facerent. Minucius Felix in Octavio: 'Etiam servo quibusdam cærimoniis interesse piaculare flagitium est.'

[e] *An convivium tempestivum*] Turnebus Adversariorum lib. VI. cap. 16. exponens hunc Apuleii locum, et alios tres Ciceronis in Verrem, de Senectute, et pro Murena, ait: 'Convivium tempestivum esse, quod neque fit de die, (nam turpe, et nequam, et intempestivum habebatur de die convivia agitare,) neque in multam noctem producitur, sed quod tempore suo fit. Contra vero intempestivum.' Ad tempestivum quoque convivium pertinuisse suspicatur, ut diebus quibusdam, puta festis, agitaretur, potius quam aliis.

[f] *Quasi Quindecimviri sacris faciundis creati*] Duumviros primum sacris faciundis creavit Tarquinius Superbus, vel (ut quidam volunt) Tarquinius Priscus, occasione librorum Sibyllinorum, quos emerat, quosque eis custodiendos tradidit. Postea pro Duumviris illis creati sunt Decemviri, quorum esset idem munus; permanseruntque illi ad usque Syllæ tempora, qui alios quinque primus addidisse creditur, et effecisse Quindecimviros sacris faciundis. Ii libros Sibyllinos custodiebant, cumque ex Senatusconsulto adeundi essent, adibant, et, quæ legissent, Senatui renuntiabant, ludos sæculares celebrabant, postremo ea omnia peragebant, quæ Sibyllinorum librorum jussu erant peragenda.

conscientiæ nimis multi sunt?[5] Quindecim liberi homines, populus est:[g] totidem servi, familia:[h] totidem vincti, ergastulum.[i] [483] An adjutorio[6] multitudo eorum necessaria fuit, qui diutine[7] hostias lustrales tenerent? At nullas hostias, nisi gallinas,[8] nominastis.[9] An ut grana thuris numerarent?[k] an ut Thallum prosternerent? Mulierem etiam liberam perductam[1] ad me domum dixistis, ejusdem Thalli[2] valetudinis, quam ego pollicitus sim curaturum: eam quoque incantatam[3] a me corruisse. Ut video, vos palæstritam,[l] non magum, accusatum venistis: ita omnes, qui me accesserint,[4] dicitis[5] cecidisse. Negavit tamen, quærente te, Maxime, Themison medicus,[m] a quo mulier ad

unus conscius plures sint quam expediat? Quindecim homines liberi constituunt populum: totidem famuli constituunt familiam: totidem servi ligati constituunt ergastulum. Num tantus eorum numerus necessarius fuit ad auxilium, ut scilicet tenerent diu victimas lustrales? Verum nullas victimas nominavistis nisi gallinas. Num ut numerarent micas thuris? num ut dejicerent Thallum? Dixistis etiam fœminam ingenuam, laborantem eodem morbo, quo Thallus, deductam fuisse ad me in meam domum, quam promiserim me sanaturum: et illam etiam cecidisse incantatam a me. Quantum video, venistis accusatum luctatorem, non autem magum: quandoquidem dicitis corruisse omnes, qui ad me venerint. Attamen Themison medicus, qui adduxit fœminam illam ad me, ut eam inspicerem, dixit, cum tu eum

—6 Al. *auditorio*.—7 Num *diutino*? Supra enim: 'quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diutino sumitur.' Ad eum modum 'matutino,' 'Cottidiano,' et talia. *Colv.* Sed vide ad Flor. p. 63. a. Unus Ms. *quæ, qui diut.* J. Bos.—8 D'Orv. *ad n. h. mihi gallias*. Id.—9 Sic paulo post: 'dixisti... vos venistis... dicitis.' Itaque male Edd. ante Bas. sec. pleræque *nominasti*. Ms. D'Orv. pro *nom.* an habet *nominasti seu*. Id.—1 D'Orv. *productam*. Id.—2 Al. *Thallo*.—3 Ald. Bas. 1. *in cautelam*. Colvius. De Aldina errat Colv. Bene habet. Ms. D'Orv. *ad me incant.* sine seqq. *a me:* et mox *palæst[5]seam* pro *palæstritam*. J. Bos.—4 Mss. Florent. D'Orv. *accessere*. Id.—5 Edd. Rom.

NOTÆ

[g] *Populus est*] Hoc est, pagus. Attici δήμους vocant pagos suos. Quindecim scilicet viros liberos, hoc est, patresfamilias, cum omni sibi subdita familia, ad pagum constituendum suffecisse perquam verisimile est.

[h] *Totidem servi, familia*] Immo et pauciores.

[i] *Ergastulum*] Glossæ Philoxeni: 'Ergastulum, τόπος ἐν ᾧ οἱ δεσμῶται ἐργάζονται:' locus, in quo vincti operantur.

[k] *An ut grana thuris numerarent*] Pricæus vult legi *mundarent*. Ex illo Eunapii in pari argumento, Λιβανωτοῦ χόνδρον καθαρίσας: Cum purgasset micam seu granum thuris.

[l] *Palæstritam*] Athletam, qui, quotquot se adeunt, humi prosternat.

[m] *Themison medicus*] Apuleii servus, de quo jam supra.

inspiciendum perducta est, quicquam ultra passam, nisi quæsisse me, Ecquid[6] illi aures obtinnirent, et utra earum magis: ubi responderit, dextram sibi aurem nimis inquietam,[7] confestim discessisse.[8] Hic ego,[9] Maxime, quanquam sedulo impræsentiarum a laudibus tuis tempero, necubi[1] tibi ob causam istam videar blanditus, tamen solertiam tuam in percontando[2] nequeo quin laudem. Dudum enim cum agitarentur hæc,[3] et illi incantatam mulierem dicerent, medicus, qui affuerat, abnueret; quæsisti tu nimis[4] quam prudenter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi? responderunt, ut mulier rueret. Quid deinde? mortua est? inquis: negarunt.[5] Quid ergo dicitis?[6] quod Apuleii[7] commodum, si ruisset? ita enim pulchre ac perseveranter tertio quæsisti,[8] [484] ut qui scires[9] omnium factorum rationes diligentius examinandas, ac sæpius causas quæri, facta concedi: eoque etiam patronos litigatorum causidicos

interrogasti, o Maxime, nihil aliud ei contigisse, nisi me rogasse num aures ei tinnirent, et utra earum magis tinniret. Eum autem, cum respondisset dextram aurem sibi nimium turbari tinnitu, statim abiisse. O Maxime, quamvis studiose abstineo in præsens a tuis præconiis, ne videar aliquo modo tibi adulari propter hanc litem, non possum tamen quin prædicem tuam sagacitatem in interrogando. Jam pridem enim, cum hæc disputarentur, et illi affirmarent fœminam fuisse incantatam, medicus autem, qui præsens fuerat, id negaret, tu sciscitatus es prudentissime sane, quam utilitatem ego perceperim ex incantatione: responderunt, ut fœmina caderet. Quid postea? ais: an obiit? Negaverunt. Quidnam igitur dicitis? quænam utilitas rediisset ad Apuleium, si mulier illa cecidisset? nam sic tertio interrogasti egregie et constanter; quippe qui sciebas causas omnium factorum considerandas esse sedulo, et sæpe rationes inquiri, licet facta concedantur: et propterea etiam ad-

Vic. Ven. *interdicitis:* adhæsit ultima syllaba præcedentis verbi. *Id.*—6 D'Orv. *et quid:* et statim cum Pith. et Edd. Junt. post. Ald. *ultra.* Edd. Vic. Junt. utr. Ald. Bas. pr. et Ms. Pith. *eorum:* dein Ed. Scriv. *dexteram.* Id.—7 Lat. Latin. *minus quietam.* Frustra. *Id.*—8 Al. *decessisse.*—9 Ed. Scriv. *hæc ego.* Pro *a laudibus tuis* D'Orv. *an laud. ejus.* J. Bos.—1 Nullo sensu prius, *ne ubi.* Casaubonus. Recte *nec ubi* Mss. Florent. D'Orv. Edd. Casaub. et seqq. cum Latino Latinio. *Nec ubi*, i. e. *ne alicubi*, vel, *ne aliquo modo.* vid. Heins. ad Virg. Ge. III. vs. 176. *J. Bos.*—2 Pith. *percunctando.* Id.—3 Pith. *dum*, et cum D'Orv. *hæc agit.* sed D'Orv. *agitaretur.* 'Agitari' apposite hic dictum, de consiliis clandestinis. Adi ad Met. lib. I. p. 42. a. *Id.*—4 In D'Orv. hic additur *meret*, quod loco suo excidit. *Id.*—5 Ms. Florent. *negaram.* Id. —6 V. D. in marg. Ed. Junt. post. *dixisti.* Male. sequitur: 'ita enim tertio quæsisti.' 'Quid ergo dicitis' verba sunt Maximi increpantis. *Id.*—7 *Appuleii.* Ed. Vic. *Appoleii.* Al. *Apuleii.* de more. Pro *ita enim* D'Orv. *ita est.* Id.—8 Ita Junt. post. cum Ms. D'Orv. ut supra. Vulgo: *quæsivisti.* Id.—9 D'Orv. *quæsisti ut res.* Pith. *q. ut quæreres:* uterque mox *facta sunt.* Id.—

nominari, quod, cur quæque facta sint, expediant.[1] Ceterum negare factum,[2] facilis res est, et nullo patrono indiget: recte factum, vel perperam, docere, id vero multo arduum et difficile est. Frustra igitur, an factum sit, anquiritur,[3] quod nullam malam causam habuit ut fieret.[4] Ita facti reus[n] apud bonum judicem scrupulo quæstionis liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc, quoniam neque incantatam,[5] neque prostratam mulierem probaverunt, et ego non nego, petitu medici a me inspectam; dicam tibi, Maxime, cur illud de aurium tinnitu quæsierim, non tam purgandi mei gratia[6] in ea re, quam tu jam præjudicasti neque culpæ neque crimini confinem, quam ut ne quid dignum auribus tuis[7] et doctrinæ tuæ congruens reticuerim. Dicam

vocatos litigantium dici causidicos, quia explicant causas quare singula gesta sint. Porro facile est inficiari factum, et ad hoc nullo advocato opus est: at difficillimum est et maxime arduum ostendere an hoc bene vel male factum sit. Ergo incassum inquiritur num aliquid perpetratum sit, quod nullam habuit malam rationem cur perpetraretur. Sic, qui accusatur facti, exsolvitur metu inquisitionis coram probo judice, si ipse nullam habuit causam malefaciendi. Jam, quia neque ostenderunt fœminam fuisse incantatam, neque dejectam humi, atque ego non inficior eam a me fuisse consideratam rogatu medici, aperiam tibi, o Maxime, quare hoc sciscitatus fuerim de tinnitu aurium, non tam ad me excusandum in hac re, quam tu jam ante statuisti neque culpæ neque sceleri esse proximam, quam ne sileam aliquid convenicns tuis auribus et tuæ eruditioni. Hoc ergo exponam quam paucissimis verbis

1 Fulv. *expendant.* Wowerius.—2 *Negare factum.* Ultima voce caret D'Orv. in quo mox *paterno*; et *properam* pro *perperam*. J. Bos.—3 Sic recte Membranæ Flor. vulgo *quæritur*. Vide Indic. *Elmenh.* Sed diu ante Elmenh. *anquiritur* jam editum in Ed. Junt. post. Recte secuti sunt Scriv. et Flor. v. Ind. Ms. D'Orv. *inquiritur*. J. Bos.—4 Venet. *h. ut fecerit*. Colvius.—5 D'Orv. *incantatum . . . prostratum . . . quæsieris*. J. Bos.—6 Deleo *gratia* ut glossema. *Stewech.* Ms. D'Orv. *meo gr.* Frequens est ellipsis τοῦ *causa* vel *gratia*. v. quos citat Oudend. ad Cæs. de B. G. IV. 1. Davis. ad Hirt. de B. Al. c. 65. et ad Cic. de Nat. De. I. 21. Drakenb. ad Liv. IX. 39. Arntzen. ad Aurel. Vict. de V. Ill. c. 11. § 6. Sed contra Mss. non ejiciendum. *J. Bos.* —7 *Ne quid auribus t.* Scribendum ex vet. *ne quid dignum aur. t.* Wowerius. *Ne quid dignum a. t.* Ita Fulvii liber. Ab aliis τὸ *dignum* abest. *Elmenh.* Legend. (ut e vett. Wower. monuit) *Ne quid dignum auribus tuis, &c.* Cicero in Bruto: 'Romanis Græcisque auribus digna.' Catullus: 'O rem ridiculam Cato et jocosam, dignamque auribus, et tuo cachinno:' cujus loci etiam, ex applicatione illius ad hunc Nostri, communis lectio firmatur, contra magni Scaligeri mentem, qui legebat, *dignam naribus*. Pricæus. Recte Wow. Elm.

NOTÆ

[n] *Ita facti reus, &c.*] Quanquam hoc absolute fallax, tamen non leve habet ad innocentiam probandam momentum, quod vix malum perpetretur ingratiis.

igitur quam brevissime potero:[8] etenim admonendus es mihi, non docendus. Plato philosophus in illo præclarissimo Timæo cœlesti quadam facundia universum mundum molitus, postquam[9] de nostri quoque animi trinis potestatibus[o] solertissime disseruit, et cur quæque membra nobis divina providentia fabricata sint,[1] aptissime[2] demonstravit,[3] causam morborum omnium trifariam percenset.[4] Primam causam primordiis corporis attribuit: si ipsæ elementorum qualitates, [485] humida et frigida, et his duæ adversæ, non congruant: id adeo evenit, cum quæpiam earum modum[5] excessit, aut loco demigravit. Sequens causa[6] morborum inest in eorum vitio, quæ jam concreta ex simplicibus elementis, una tamen specie coaluerunt, ut est sanguinis species, et visceris, et ossi, et medullæ: porro illa, quæ ex hisce singularibus mixta sunt.[7] Tertio, in

licebit: nam tu non es mihi instruendus, sed tantum admonendus. Plato philosophus, explicans totum orbem divina quadam eloquentia, in illo egregio Dialogo Timæo, postquam subtilissime disputavit de tribus etiam facultatibus nostræ mentis, et ostendit convenientissime, quamobrem providentia divina nobis formaverit artus; distribuit causam omnium ægritudinum in tres partes. Primam causam tribuit principiis corporis: si ipsæ qualitates elementorum, humida nempe ac frigida, et duæ illis contrariæ, non bene inter se conveniant. Illud porro contingit, cum aliqua earum immoderate abundavit, aut exivit ex sua sede. Altera causa morborum posita est in corruptione earum rerum, quæ jam conflatæ ex primordiis simplicibus coadunatæ sunt in unam substantiam: cujusmodi est substantia sanguinis, et carnis, et ossis, et medullæ, uno verbo ea omnia quæ conflata sunt ex his singulari-

Flor. addunt *dignum* e Ms. Fulv. cui accedunt Pith. D'Orv. Sed diu ante jam additum fuerat ab editore Junt. post. Cancellis inclusit Scriv. *J. Bos.*—8 Ed. Vic. cum Mss. Pith. D'Orv. *potuero.* Id.—9 Elm. e Florent. dedit *Igitur postquam,* præmissa majori distinctione: eum secutus est Scriv. sed cum distinctione minori. Certe in Ms. D'Orv. reperitur quoque *igitur:* nec male. *Id.*—1 V. D. in marg. ait se malle *fabricata sit:* vide supra ad lib. de Mundo p. 296. b. sed standum est a Mss. *Id.*—2 Ms. D'Orv. *apesime.* W. Gœsius in marg. *apertissime.* Sed et vulgatum bene se habet. *Id.*—3 Ed. Junt. post. *docuit:* quod Elm. quoque cum Scriv. dedit e Florent. Mss. quibus accedit D'Orv. *Id.*—4 Ed. Vulc. tert. *recenset:* et mox *humilia* pro *humida.* Id.—5 Al. *modo.*—6 Ed. Vic. *seq. causam.* Bas. pr. *s. causæ.* J. Bos.—7 Minus bene Salm. hic tolli volebat distinctionem, eamque poni post *et medullæ.* Sed *τὰ porro illa quæ, &c.* cohærent cum præcedentibus: intelliguntur enim pul-

NOTÆ

[o] *De nostri quoque animi trinis potestatibus*] *facultatibus*] Intellectu, phantasia, memoria.

corpore concrementa [8] varii fellis,[9 p] et turbidi spiritus, et pinguis humoris, novissima ægritudinum incitamenta sunt. Quorum e numero præcipua sit materia [1] morbi comitialis, de quo dicere exorsus sum, cum caro in humorem crassum et spumidum [2] inimico igni colliquescit, et, spiritu indidem [3] parto, ex candore [4] compressi aëris albida et tumida tabes [5 q] fluit. Ea namque tabes, si foras corporis [6 r] prospiravit,[7] majore dedecore, quam noxa, diffunditur.[s] Pectoris [8]

bus. Tertio loco collectiones bilis diversicoloris, et flatuum turbulentorum, et humorum crassorum, sunt ultima irritamenta morborum. Ex quorum numero præcipua est materia morbi comitialis, de quo incepi disputare. Quando nempe caro liquefit ardore noxio in humorem spissum, et spumeum, et collecto inde flatu ex fervore aëris stipati, sanies subalba et spumea manat. Etenim illa sanies, si transpiraverit extra corpus, effunditur cum majori deformitate, quam læsione. Nam notat exti-

mo, lien, jecur, &c. *Id.*—8 Flor. et Rom. *concremata:* male. *Elmenh.* Coll. Lindenbrog. *conciemata.* Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *concremata:* unde Lat. Latin. fecit *concreta.* Reliqui libri *concrementa.* J. Bos.—9 Aptius existimarem: *amari fellis.* Wowerius. Fulv. *amari fellis:* non male. *Elmenh.* Qui secutus est Fulviani Codicis lectionem *amari*, strenuam hercle suspicionem injicit τὸ *fellis* non intellexisse se. *Pric.*—1 Pith. *si mat.* J. Bos.—2 Copula deest D'Orv. Ms. in quo mox *colliquefecit.* Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Al. *calore.*—5 *Spumida tabes.* Hanc Pricæi conjecturam audacter admisit Flor. cum vulgo et in Mss. sit *tumida.* Recte. Quam eleganter crassa et pinguis illa sanies *tumere* dicatur, quemadmodum passim mare, aqua, &c. tument, quis non videt? Accedit quod verbum 'tumere' in morbosis adhibetur. de Dogm. Plat. II. p. 256. 'morbis tumentes.' *J. Bos.*—6 Magis ex Latinitatis usu dixisset *Foras corpore:* at nil muto: syntaxin esse Græcam puto. Sic VIII. Met. 'intus ædium.' *Pric.* Offendit tamen et Lat. Latin. emendantem *fores corp.* J. Bos.—7 D'Orv. *conspiravit.* Id.—8 Al. *corporis.*—9 Edd. Vic.

NOTÆ

p *Tertio in corpore concrementa varii fellis, &c.*] Hoc tertium membrum etiam tripartito dividit Plato. Alios enim morbos a spiritu, alios a pituita, alios a bile fieri dicit: quos singulas causas ordine deinceps explicat. Apuleius sic interpretatur: concrementa varii fellis (χολῆς): et turbidi spiritus (πνεύματος): et pinguis humoris (φλέγματος).

q *Et, spiritu indidem parto, ex candore* [*calore*] *compressi aëris albida et tumida* [*spumida*] *tabes, &c.*] Sic lege, non autem *ex candore.* Ex calore enim spuma. Ennius apud Macrob. 'Spiritus ex anima calida spumas agit albas.' Neque legas, *et tumida tabes,* sed *spumida;* supra enim proxime dixit 'humorem crassum et spumidum.'

r *Foras corporis*] Magis Latinum esset *foras corpore.* At nihil mutandum. Syntaxis Græca est: ἐκτὸς τοῦ σώματος. Sic lib. VIII. Metamorph. dixit 'intus ædium.'

s *Majore dedecore, quam noxa, diffunditur*] Vitiliginem enim tantum efficit illam, quæ Græcis ἄλφος, in qua, ut ait Celsus, lib. V. color albus est, fere subasper, et non continuus,

enim[t] primorem cutim [486] vitiligine insignit, et omnimodis maculationibus convariat:[u] sed cui hoc[9] usu venerit, nunquam postea[w] comitiali morbo attentatur.[1] Ita ægritudinem animi gravissimam levi turpitudine corporis compensat.[2] [x] Enimvero si perniciosa illa dulcedo[3] intus cohibita,[y] et bili atræ sociata, venis omnibus furens[4] pervasit; deinde ad summum[5] caput viam molita, dirum fluxum cerebro immiscuit; illico regalem partem animi debilitat, quæ ratione pollens, verticem hominis velut arcem et regiam insedit.[6] Ejus quippe divinas vias et sapientes mea-

mam pellem corporis vitiligine, et distinguit maculis omnis generis. Verum ille, cui hoc contigerit, nunquam deinceps afficitur epilepsia. Sic commutat acerbissimum morbum animi parva deformitate corporis. At, si ille exitialis humor albus introrsum retentus, et permixtus nigræ bili, penetravit in omnes venas cum furore; post ea, tendens ad summitatem capitis, permiscuit cerebro sævam destillationem; protinus infirmat regiam partem mentis, quæ, valens ratiocinatione, fixit sedem in summo capite hominis, tanquam in arce et in palatio. Nam obturat et perturbat

Junt. pr. Ald. Bas. pr. *sed cui hæc.* J. Bos.—1 Rom. *attemperatur:* male. *Elmenh.* Ms. D'Orv. *adattentatur.* Edd. Junt. utraque, Ald. Bas. pr. *attentantur.* J. Bos.—2 Venet. *compescat.* Colvius. Ms. Pith. *compescant.* Pro *animi*, quod præcessit, Ed. Vic. *animum.* J. Bos.—3 Al. *albedo.*—4 Ed. Scriv. *furans.* Notetur locutio 'pervasit venis omnibus,' pro 'in venas omnes.' Sic Metam. lib. x. p. 725. 'lapsa decipulo,' pro, 'in decipulum:' ubi vide. *J. Bos.*—5 Ed. Junt. pr. *sumtum.* Ms. D'Orv. *sompnium.* Id.—6 Bemb. *egregiam insedit:* sed nihil mutandum, ut apparet: confirmatur vero illa lectio Msti in

NOTÆ

ut quædam quasi dispersæ guttæ videantur: 'quæ vitiligo,' ut ait idem Celsus, 'quamvis per se nullum periculum afferat, tamen fœda est.'

[t] *Pectoris enim, &c.*] Aut repone cum Casaubono *Corporis*, aut, si *Pectoris* retines, pectus pro toto corpore usurpatum intellige, quemadmodum et Euripides τὸ στέρνον ἀντὶ τοῦ ὅλου σώματος dixit, ut notat ejus Scholiastes, ad hunc Phœniss. locum: Ἄρην δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει.

[u] *Omnimodis maculationibus convariat*] Sic exprimit illa Platonis ex supradicto Timæo: Καταποικίλλει τὸ σῶμα: ex quibus verosimillimum fit *Corporis* supra reponendum esse, loco *Pectoris.*

[w] *Sed cui hoc usu venerit, nunquam postea, &c.*] Id non legitur apud Platonem.

[x] *Levi turpitudine corporis compensat*] At Plato non solum vitiligine corpus commaculari dicit, sed illud præterea addit, alios cognatos morbos generari: quod omisit Apuleius.

[y] *Si perniciosa illa dulcedo* [*albedo*] *intus cohibita, &c.*] Sic omnino legendum est, non *dulcedo*, quicquid in contrarium dicat Gentilis. *Illa albedo* est humor ille albus, qui vitiliginem facit, cum in exteriorem partem corporis diffunditur. Exprimit illa Platonis: Τὸ λευκὸν φλέγμα ἀποληφθὲν μετὰ χολῆς μελαίνης κερασθέν.

tus[2] obruit et obturbat:[7 a] quod facit minore pernicie per soporem;[b] cum potu et cibo plenos Comitialis morbi prænuntia strangulatione[8 c] modice angit. Sed si usque adeo aucta est, ut etiam vigilantium capiti offundatur, tum vero repentino mentis nubilo obtorpescunt, [487] et moribundo corpore cessante animo cadunt. Eum nostri non modo Majorem[d] et Comitialem,[e] verum etiam Divinum

semitas ejus divinas, et poros rationi destinatos. Quod quidem facit cum minore periculo per somnum; quando moderate premit potu et esca repletos, suffocatione præsaga morbi sacri. At, si crevit eo usque, ut se effundat etiam in caput vigilantium, tunc obstupescunt subita caligine animi, et deficiente jam mente corruunt, corpore simili morientis. Nostri merito nominaverunt eum, non tantum morbum

historia Psyches. *Er. Putean.*—7 Fulvius: *obstruit et obturat.* Sciopp. in Symb. *Elmenhorstius.* Amicus noster, rei medicæ peritiss. pro *obturbat*, legendum existimabat, *obturat*, id est, obstruit. Sed germana lectio est, quæ vulgata. Ita enim Plato, quem Apuleius expressit hoc loco, ἐπὶ τὰς περιόδους τε τὰς ἐν κεφαλῇ θειοτάτας οὔσας ἐπισκεδαννύμενον, καὶ ξυνταράττον αὐτάς. Et parum interest. Nam ex obstructione illa oritur turbatio, et inde turbidum spiritum Apuleius supra dixit. Deinde non solum ait *obturbat*, sed et *obruit*: quo verbo obturatio intelligitur. Plato autem pro iis dixit, dissipare et turbare. *Scip. Gent.* Si mei judicii res esset, legerem: *obstruit et obturat:* quemadmodum et Fulvio visum. *Wower.* Posset videri legend. *obstruit et obturat.* Has voces passim conjunctas videas. Gloss. etiam Puteani Ms. *oppilat, inclaudit, obturat, obstruit.* Nullus moveto tamen vulgariam scripturam. Plato: ἐπισκεδαννύμενον καὶ ξυνταράττον. *Pric.* Perperam itaque Scriv. edidit *obstruit et obturat.* J. Bos.—8 Ms. D'Orv. *prænuntiata angul.* et mox *effundatur.* Id.

NOTÆ

[2] *Divinas vias et sapientes meatus*] Cerebri sinus ventriculos et poros intellige, quibus spiritus animales in nervos totumque corpus derivantur. 'Sapientes meatus' interpretor, artificiosos, solerti ac sapienti manu fabricatos: vel, quibus animus sapiens suis fungitur muneribus.

[a] *Obruit et obturbat*] Quidam, *obstruit et obturat.* Nihil mutandum. Exprimit illa Platonis: Ἐπὶ τὰς περιόδους τε τὰς ἐν κεφαλῇ θειοτάτας οὔσας ἐπισκεδαννύμενον καὶ ξυνταράττον αὐτάς.

[b] *Quod facit minore pernicie per soporem, &c.*] Plato: Καθ' ὕπνον μὲν ἰὸν πρᾳότερον, ἐγρηγορόσι δὲ ἐπιτιθέμενον δυσαπαλλακτότερον.

[c] *Prænuntia strangulatione*] Nihil diserte de hac strangulatione prænuntia Plato: de interclusa quidem et impedita respiratione nonnulla dicit. Fit autem illa strangulatio obrutis et obturatis viis, per quas vis sentiens et movens transmittitur.

[d] *Majorem*] Corn. Celsus vocat etiam eum 'majorem morbum,' eadem ratione qua 'vis major' Latinis dicitur, cui resisti non potest. Hesychius: Μεγάλη νόσος ἡ ἐπιληψία. Galenus lib. Epidem. 'Herculeum' etiam hunc morbum dici autumat, non quod Hercules ea laboraverit, sed quia est invictus, vel, κατ' ἐξοχὴν, quomodo et sonticus est appellatus: cum alias omnis morbus, qui cuique rei agendæ impedimento est, 'sonticus' dicatur, ut docent Plin. et Jurisconsulti.

[e] *Et Comitialem*] Sic dictus est,

morbum,[f] ita ut Græci ἱερὰν νόσον,[g] vere[9] nuncuparunt: videlicet quod animi partem[h] rationalem,[1] quæ longe sanctissima est, eam violet. Agnoscis,[i] Maxime, rationem Platonis, quantum potui[2] pro tempore, perspicue explicatam: cui ego fidem arbitratus,[3][k] causam Divini morbi esse, cum illa pestis in caput redundavit, haudquaquam videor de nihilo percontatus,[4] an esset mulieri illi caput grave, cervix torpens, tempora pulsata,[5] aures sonoræ. Ceterum,[6] quod

Majorem, et Comitialem, sed etiam morbum Divinum, quemadmodum et Græci sacrum morbum: quia nimirum lædit rationalem mentis partem, quæ est multo sanctissima. Agnoscis, o Maxime, rationem Platonis, expositam quam clarissime potui pro ratione temporis: cui ego credens dicenti, causam morbi comitialis esse quando ille dirus humor refluxit in caput, nullatenus videor frustra interrogavisse, num caput esset gravatum illi fœminæ, num collum ipsi torpidum esset, an ipsi tempora quaterentur, atque an aures ei tinnirent. Et porro, quia confitebatur aurem dex-

—9 *ἱερὰν νόσον vere.* Desunt Pith. D'Orv. Ed. Vic. In Pith. *nuncuparent.* Id. —1 Ms. D'Orv. *rationabilem:* non male: ut sæpe apud Nostrum. V. ad de D. Plat. p. 207. a. Id. Ms. caret statim *τῷ est,* neque habet *τὰ Maxime rationem.* Id.—2 Alii *quantum potuit.*—3 Fulvii Cod. *cui ego fidens, arbitratus causam d.* recte. *Wower.* Verior et elegantior est vulgata scriptura. Plautus Bacchid. 'Postremo si pergis parum mihi fidem arbitrarier:' i. e. habere. *Scip. Gent.* Wower. e vett. *fidens,* importune. V. Gulielm. ad Plauti Bacchid. cap. 3. *Pric.* Lat. Latin. quoque malebat *fidens:* quomodo perperam edidere Elm. et Scriv. *J. Bos.*—4 D'Orv. *percontari.* Id.—5 Alii *pulsantia.*—6 *Auris sonora. Et ceterum.* Sic vulgatum ante Elmenh. qui e Mss. Florent. dedit cum seqq. præter Pric. *aures sonoræ:* recte. Ut supra p. 483. dixerat Auctor: 'ecquid illi aures obtinnirent, et utra earum magis:' ita h. l. primo *aures* in universum, tum *dextram* speciatim memorat. Sed e Ms. Fux. ut videtur, Salm. allevit *aures sonoræ. Ceterum:* optime. Illud *et* otiosum est, et intrusum e litera finali *τοῦ sonoræ.* Similis corruptelæ causa supra p. 443. 'terræ alumna,' ubi Mss. 3. *terra et alumna.* Nusquam sic loquitur Ap. *Et ceterum,*

NOTÆ

quod, in comitiis de repente cuipiam interveniens, ea turbaret. Hinc de eo Q. Sammonicus Serenus: 'Est subiti species morbi, cui nomen ab illo est, Quod fieri nobis suffragia justa recusat. Sæpe etenim, membris atro languore caducis, Concilium populi labes horrenda diremit.'

[f] *Divinum morbum*] Sive ob eam rationem, quam subjungit Apuleius, sive quia eum crederent Θεόπεμπτον, a Diis immissum, seu potius quia haberet Θεοῦ βίαν, vim majorem.

[g] 'Ιερὰν νόσον] Sacrum morbum. Quemadmodum etiam dictus est a Latinis.

[h] *Videlicet quod animi partem, &c.*] Interpretatur illa Platonis: Νόσημα δὲ, ἱερᾶς ὂν φύσεως, ἐνδικώτατα ἱερὸν λέγεται: Morbus, ad sacram seu divinam naturam (hoc est, ut intelligit Noster, animum hominis) pertinens, justissime sacer seu divinus dicitur.

[i] *Agnoscis*] Quia supra dixit: 'Admonendus es mihi, non docendus.'

[k] *Cui ego fidem arbitratus*] Hoc est, fidem habens. Similiter Plautus, in Bacchid. 'Postremo, si pergis parum

dextræ[7] auris crebriores tinnitus fatebatur, signum erat morbi penitus adacti.[8] Nam dextera corporis validiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, cum et ipsa ægritudini succumbunt.[9] Aristoteles adeo in [488] Problematis[1] scriptum reliquit, quibus æque caducis[l] a dextero[2] morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam. Longum[3] est, si velim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo recensere: est enim etiam ejus egregius liber de Caducis.[m] Quibus tamen in alio libro, quem de invidentibus animalibus[n] conscripsit, remedio esse ait exuvias stellionum,[o] quas velut senium, more ceterorum

tram sibi sæpius sonare, indicium erat morbi altius infixi. Dextræ enim partes corporis firmiores sunt, et propterea permittunt minus spei sanationis, quando ipsæ quoque vincuntur morbo. Porro Aristoteles scripsit in suis Problematis similiter, difficiliorem esse curationem illorum epilepticorum, quibus ægritudo incepit a dextra parte. Diutius morarer, si vellem referre etiam opinionem Theophrasti de eadem ægritudine: nam extat quoque præclarus ejus liber de Epilepticis. Quibus nihilominus dicit in alio volumine, quem composuit de Animalibus invidis, medelam afferre spolia stellionum, quæ illi deponunt certis temporibus tanquam senectutem

sed semper sine copula. *J. Bosscha.*—7 Scriv. ubique fere edidit *dexteræ:* ut paulo post *dextera* in Mss. scribitur et Edd. præter Vulc. et Wower. *Idem.*—8 Vid. Not. Var.—9 Ms. Pith. *ægritudinis accumbunt:* ex simili scriptura nata est corrupta lectio veterum Edd. plerarumque *ægritudini accumbunt:* quod est etiam in Ms. D'Orv. *J. Bosscha.*—1 Ms. D'Orv. *Problematibus.* Ed. Vic. *Probleumatis.* Idem.—2 *Dextero.* Sic Mss. et Edd. vett. Al. et Junt. post. *dextro.* Pro *occipiat* Pith. *excipiat.* Idem.—3 Addit D'Orv. *η.* in quo *ex eodem,* non, *de eod.* et, *qui tamen,* pro, *quibus t.* Idem.

NOTÆ

mihi fidem arbitrarier.'

[l] *Quibus æque caducis*] Τὸ 'æque' abundat, aut certe sonat, maxime, præsertim. Sic lib. VIII. Metam. 'Canis adæque venaticus:' et lib. VI. 'Crebris æque ingestis ictibus.'

[m] *Egregius liber de Caducis*] Hujus meminit Laërtius, sed hac inscriptione: περὶ Ἐπιλήψεως, de Epilepsia.

[n] *De invidentibus animalibus*] Sic Casaubonus recte emendavit, pro *de non videntibus.* Titulum hunc habet Laërtius in Theophrasti Operum catalogo: περὶ τῶν λεγομένων ζώων φθονεῖν, de iis animalibus quæ invidere dicuntur. Hujus libri fragmentum extat in Bibliotheca Photii, pag. 862. ὅτι ὁ γαλεώτης, φασὶ, φθονῶν τῆς ὠφελείας τοῖς ἀνθρώποις, καταπίνει τὸ δέρμα, ὅταν ἐκδύηται. ἔστι γὰρ βοήθημα ἐπιλήπτοις. Ad ea Theophrasti verba procuIdubio hic respicit Apuleius. Stellionem Plinius, non γαλεώτην solum, sed et κωλώτην, et ἀσκαλαβώτην dici scribit, lib. XXIX. cap. 4.

[o] *Stellionum*] Rationem hujus nominis pete ex his Ovid. Metamorph. lib. III. fab. 7. 'Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.'

serpentium, temporibus statis[4] exuant. Sed nisi confestim eripias,[5] malignone præsagio,[p] an naturali appetentia, illico convertuntur,[6] et devorant. Hæc idcirco commemoravi, nobilium philosophorum disputata simul et libros sedulo nominavi, nec ullum ex medicis aut poëtis volui attingere, ut isti desinant mirari, si philosophi[q] suapte doctrina[7] causas morborum et remedia[8] noverunt. Igitur cum ad inspiciendum mulier ægra, curationis gratia, ad me perducta sit, atque hoc, [489] et medici confessione qui adduxit, ad meam ratiocinationem recte factum[9] esse conveniat; aut constituant, Magi et malefici hominis esse, morbis mederi, aut, si hoc dicere non audent, fateantur, se in puero et muliere caducis vanas et prorsus caducas calumnias intendisse. Immo enim, si verum velis, Æmiliane,[1]

suam, secundum consuetudinem reliquorum reptilium: at, ni statim eis subtrahas, protinus se convertunt, et absorbent ea, nescio an prænotione invida, an vero appetitu naturali. Ideo narravi istas disputationes inclytorum philosophorum, simul et citavi accurate libros eorum, neque volui citare quenquam medicorum, vel poëtarum, ut hi jam non mirentur, si philosophi cognoscunt sua propria scientia causas ægritudinum et medelas earum. Cum ergo fœmina morbida adducta sit ad me, ut eam viderem, et sanarem, et constet testimonio medici, qui eam adduxit, bene factum fuisse juxta meum ratiocinium; vel decernant pertinere ad Magum, et veneficum hominem, sanare morbos, vel, si verentur hoc dicere, concedant se intentasse accusationes inanes, et penitus fluxas, in puero et fœmina epilepticis. Quinimmo, si vis

—4 Al. *statutis*.—5 Alii *eripiebatur*. Elmenhorstius. Bas. pr. *eripiat:* unde *eripias* correxit Lat. Latin. quomodo bene legitur in reliquis libris. *Nisi* non est in D'Orv. neque *appetentia*. J. Bos.—6 Alii *converruntur*. Elmenhorstius. Fulvius nempe, monente Scioppio supra. *J. Bos.*—7 *Suapte natura.* Caret hisce D'Orv. *Id.*—8 Bas. pr. et Rom. *ut rem.* Colvius. Pro *inspiciendum* D'Orv. *spiciendum*, et paulo infra, *hec* pro *hoc*. Id.—9 Vera emendatio Ful. *ac mea ratiocinatione recte f.* Wower. Non male Fulv. nec opus tamen. *Ad meam ratiocin.* i. e. juxta, secundum, convenienter ad meam ratiocinationem, paulo ante adhibitam, philosophos suapte doctrina causas morborum et remedia nosse. Pro *recte* Pith. *rectam*, et infra *vana*, pro *vanas*. J. Bos.—1 Ita lego cum Memb. Flor. In vulgatis est: *immo enim si audire verum velis Æm.* Elmenhorstius. Nec in Edd. Junt. post. et Bas. pr. nec in Mss. Pith. D'Orv. comparet *audire:* quare ejeci. V. supra ad p. 421. In

NOTÆ

[p] *Malignone præsagio*] Quod exuvias suas usui fore epilepticis sentiat, ideoque, hominum utilitati maligne invidens, illas devoret. Hoc sibi volunt illa Theophrasti: Φθονῶν τῆς ὠφελείας τοῖς ἀνθρώποις.

[q] *Si philosophi, &c.*] Inter quos Apuleius nomen profitebatur suum: a quo proinde alienum non erat morborum causas et remedia nosse.

tu potius caducus, qui jam tot calumniis cecidisti.[r] Neque enim[2] gravius est corpore, quam corde, collabi: pede potius, quam mente, corruere: in cubiculo despui,[s] quam in isto[3] splendidissimo cœtu detestari. At tu fortasse te putas sanum, quod non domi contineris, sed insaniam tuam, quoquo te duxerit, sequeris. Atqui si contenderis[4] furorem tuum cum Thalli furore, invenies, non permultum interesse: nisi quod Thallus sibi, tu etiam[5] aliis furis.[t] Ceterum[6] Thallus oculos torquet, tu veritatem:[u] Thallus manus contrahit, tu patronos: Thallus pavimentis illiditur,[7] tu tribunalibus. Postremo ille, quicquid agit, in ægritudine facit, ignorans peccat: at tu, miser, prudens et sciens delinquis. Tanta vis morbi te instigat! falsum pro vero insimulas, infectum pro facto criminaris: quem innocen-

audire verum, o Æmiliane, tu potius es caducus, qui jam decidisti tot falsis accusationibus. Nam non est gravius corruere corpore, quam mente: cadere potius pede, quam animo: conspui in cubiculo potius, quam execrationibus peti in hac illustrissima concione. Sed tu forsitan credis te esse sanæ mentis, quia non coërceris domi, sed sequeris stultitiam tuam, quocumque te pertraxerit. Sed, si vis comparare dementiam tuam cum dementia Thalli, reperies, non magnum esse discrimen; nisi quod Thallus insanit in suam tantum perniciem, tu vero etiam in alienam. Porro Thallus contorquet oculos, tu autem veritatem: Thallus stringit manus, tu advocatos: Thallus alliditur ad pavimenta, tu ad tribunalia. Denique, quicquid ille facit, illud facit in morbo, delinquit ex ignorantia: tu vero, improbe, peccas sciens vidensque: tanta violentia morbi te incitat! defers falsum pro vero, accusas quod non factum est, tanquam sit factum: criminaris tanquam sontem eum, quem manifesto

Pith. deest quoque *si*. J. Bos.—2 D'Orv. *nec en*. Id.—3 Pith. *ipso*. *Iste*, δεικτικῶς adhibitum, Apuleianum est. v. Ind. *Id.*—4 Debeo hanc lectionem Edit. Junt. post. In reliquis *si contendere vis*. *Si* non est in Pith. D'Orv. *Id.*—5 Ed. Bas. pr. *vi etiam*. Pro *aliis furis* Ms. Pith. *alii satis*. *Alii* quoque Ed. Vic. *Id.*—6 Lat. Latin. rescribendum monet *Etenim* vel *Iterum*. Causam non video. *Id.*—7 Sic Rom. Ven. Alii *illuditur*. Colvius.—8 Ma-

NOTÆ

r *Qui jam tot calumniis cecidisti*] Qui jam tot calumnias adversus me intendisti, sed frustra, quippe quas ego egregie ad unam omnes refutavi. Varie ludit in verbis 'caducus,' et 'cadere,' et alludit ad solennia hæc, 'causa,' 'formula cadere,' &c.

s *In cubiculo despui*] Quod fieri solitum epilepticis probet vel hic Plauti locus ex Captivis: 'Illic isti, qui insputatur, morbus interdum venit.'

t *Nisi quod Thallus sibi, tu etiam aliis furis*] Id est, Thalli morbus nemini nocet, nisi ipsi; tuus vero furor, o Æmiliane, nocet aliis.

u *Thallus oculos torquet, tu veritatem, &c.*] Frigidiusculæ allusiones.

tem liquido scis, tamen accusas ut nocentem. Quin etiam, quod præterii, sunt, quæ fatearis[8] nescire: [490] et eadem[9] rursus, quasi scias, criminaris. Ais enim, me[1] habuisse quædam sudariolo involuta[2] apud Lares Pontiani. Ea involuta quæ[3] et cujusmodi fuerint, nescisse te confiteris: neque præterea quenquam esse, qui viderit: tamen illa contendis instrumenta Magiæ fuisse. Nemo tibi blandiatur, Æmiliane. Non est in accusando versutia,[4] ac ne impudentia[5] quidem,[w] ne tu arbitreris. Quid igitur? furor infelix acerbi animi, et misera insania crudæ senectutis.[x] His enim pæne verbis cum tam gravi et perspicaci judice

cognoscis esse insontem. Quin et (quod prætermiseram) quædam sunt, quæ confiteris te ignorare: quæ tamen accusas perinde, ac si ea cognosceres. Nam dicis me habuisse apud penates Pontiani quædam linteola involuta. Fateris te ignoravisse, quæ et qualia fuerint, quæ involuta erant: et insuper neminem esse qui ea viderit: et tamen affirmas illa fuisse instrumenta Magiæ. Nemo aduletur tibi, o Æmiliane: non est hæc tua calliditas in accusando, et ne audacia quidem, ne tu id putes. Quidnam est ergo? est rabies misera mentis exasperatæ, et infortunata dementia senectæ acerbæ. Etenim accusasti me apud judicem tam gravem et solertem his

lim *fateris.* Pricæus.—9 Non habet D'Orv. in quo *rursum.* J. Bos.—1 Id. Cod. *Is enim non.* Id.—2 *Sudariola involuta.* Scribe, *sudariolo i.* Infra: 'Habuit Apuleius quæpiam sudariolo involuta.' *Pric.* Allevit e Fux. Cod. etiam Salm. immo editum jam in Ed. Junt. post. et miror neminem obsecutum esse; nam nihil verius est. Sequentia id satis declarant. *J. Bos.*—3 D'Orv. *ea inv. qui.* Id.—4 *Non est in acc. tua ista vers.* Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Reposui ex antiquo: *Non est tua ista in acc. vers.* Wowerius. Augent nonnulli Codd. hoc modo *Non est ista tua i. a. v.* Pricæus. *Tua ista* non sunt in Edd. ante Wower. qui ea addidit cum Elm. Scriv. seqq. Ego rursus ejeci, quia in ceteris Mss. non comparent, et ambiguum est, situe Codicis Fulviani lectio, an ipsius Fulvii conjectura. *J. Bos.*—5 Al. *impru-*

NOTÆ

[w] *Ac ne impudentia quidem, &c.*] Quam tibi exprobrari, ut assuetus es, ita non admodum graviter ferres, quinimmo fortasse gloriareris; adeo fronte perfricta es: sed est furor ac mera rabies, cujus te accusari iniquiori animo toleras. Hic, ut puto, sensus hujus loci est; nec τὸ *impudentia* in τὸ *imprudentia* mutatum velim, quicquid dicat Pricæus.

[x] *Misera insania crudæ senectutis*] Hinc non satis me expedio. Insania enim seu delirium decrepitæ potius, quam crudæ senectutis est; quin et hunc Æmilianum infra 'capularem' vocat, et alibi 'hominem præcipitis ævi, et occiduæ senectutis:' nisi (quod unum occurrit) dicere velimus 'crudam senectutem' hic intelligendam non viridem, qualem Charonti tribuit Virgilius, sed quæ in corpore caduco animum habeat crudum adhuc et immaturum.

egisti: Habuit Apuleius quæpiam linteolo [6] involuta apud Lares Pontiani: [y] hæc quoniam [7] ignoro quæ fuerint, idcirco Magica fuisse contendo: crede igitur mihi quod dico, quia id dico, quod nescio. O pulchra argumenta, et aperte crimen revincentia! Hoc fuit, quoniam quid fuerit ignoro. Solus repertus es, Æmiliane, qui scias etiam illa, [8] quæ nescis. Tantum super omnes stultitia evectus es: quippe qui [9] solertissimi et acerrimi philosophorum, [1] ne iis quidem confidendum esse aiunt, quæ videmus. At tu de illis quoque affirmas, quæ neque conspexisti unquam, [2] neque audisti. Pontianus si viveret, atque [491] eum interrogares, quæ fuerint in illo involucro, nescire se responderet. Libertus etiam ille, qui claves ejus loci in hodiernum habet, et a vobis stat, [3] nunquam se ait inspexisse: quanquam ipse aperiret (utpote promus librorum, qui illic erant conditi) pæne quotidie et clauderet; sæpe nobiscum, multo sæpius

fere verbis: Apuleius habuit apud Penates Pontiani quædam circumduta sudariolo. Quia nescio quænam illa fuerint, ideo affirmo ea fuisse Magica. Ergo crede mihi quod dico, quoniam illud dico quod ignoro. O ratiocinia egregia, et quæ manifeste probant crimen! Fuit hoc, quia nescio quid fuerit. Tu unus es inventus, o Æmiliane, qui noveris etiam illa, quæ ignoras: usque adeo superas omnes dementia! illi enim ex philosophis, qui fuerunt sagacissimi et constantissimi, dicunt, ne illis quidem, quæ cernimus, omnino credendum esse. Tu vero pronuntias etiam de illis, quæ nunquam vidisti, neque audivisti. Si Pontianus viveret, et quæreres ab eo, quænam fuerint in illo involucro, responderet se ignorare. Ille quoque libertus, qui habet claves illius loci usque ad hodiernum diem, quique est vestrarum partium, dicit se nunquam intuitum esse: quamvis ipse recluderet fere quotidie (quippe qui depromebat libros, qui in eo asservabantur) et clauderet; frequenter nobiscum, at ipse solus

dentia.—6 Ita h. l. Edd. recentiores cum Junt. post. addicentibus membranis Florent. *Id.*—7 D'Orv. *quod.* Id.—8 *Etiam illa.* Desunt in eod. Ms. qui mox *tamen* pro *tantum.* Id.—9 *Super omneis stultitiæ vectus es quippe qui.* Clara, ut mea quidem fert opinio, emendatio: *super omneis stultitia evectus es: quippini sol. &c.* Stewech. Distraximus literas quæ in diphthongum male coaluerant: legebatur enim *stultitiæ vectus es:* sic in libello de Interpretatione male in quibusdam libris *maximæ minimis efficere*, pro *maxima e min.* Casaubonus. Mss. Pith. D'Orv. *stultitie vectus.* Edd. ante Casaub. *stultitiæ vectus.* J. Bos.—1 *Quippe qui sol. et ac. ph. fuerunt.* Τὸ *fuerunt* hoc loco abest in vet. edit. Unde scribi possit, *quippini, solertissimi et ac. &c.* Colvius. *Fuerunt* ignorant Ms. D'Orv. Edd. Junt. post. Bas. aliæ, et vacat. *Quippeni* sæpius corruptum esse in Apuleio, supra aliquoties monitum: h. tamen l. non puto. Facile intelligitur *fuerunt.* Pro *ne iis* Pith. *ne his.* J. Bos.—2 D'Orv. *nec c. u.* Ultima voce caret Pith. Statim D'Orv. *lib. et ille q. cl. hujus l.* Id.—3 D'Orv. *a nobis stat:* et cum Pith. statim *utpote primus.* Id.—

NOTÆ

[y] *Apud Lares Pontiani*] In Larario, ubi et bibliothecam habebat.

solus intraret, linteum in mensa positum cerneret, sine ullo sigillo,[4] sine vinculo. Quidni enim? Magicæ res in eo occultabantur, eo negligentius asservabam. Sed enim libere scrutandum et inspiciendum, si liberet, etiam auferendum, temere exponebam, alienæ custodiæ commendabam, alieno arbitrio permittebam.[5] Quid igitur impræsentiarum vis tibi credi? quodne Pontianus nescierit,[6] qui individuo contubernio[7] mecum vixit, id te scire, quem nunquam viderim, nisi pro tribunali? an quod libertus assiduus,[8] cui omnis facultas inspiciendi fuit, quod is libertus[9] non viderit, te, qui nunquam eo accesseris, vidisse? denique ut, quod non vidisti, id tale fuerit, quale dicis? Atqui, stulte, si hodie illud sudariolum tu intercepisses, quicquid ex eo promeres, ego Magicum negarem. Tibi adeo permitto:[1] finge quidvis, reminiscere,[2] [z]

ingrederetur longe sæpius, videretque linteum positum in mensa absque ullo sigillo, absque ligamine. Cur non enim? Res magicæ absconditæ erant in eo, propterea custodiebam illud incuriosius. Quin et objiciebam illud negligenter, ut libere pervestigaretur, et consideraretur, et asportaretur etiam, si libitum esset; committebam illud tutelæ alienæ, relinquebam alienæ voluntati. Quid ergo vis nunc, ut tibi credatur? an te, quem nunquam aspexi nisi ante tribunal, cognoscere illud, quod ne Pontianus quidem cognosceret, qui vixit mecum societate inseparabili? An, quia libertus perpetuo præsens fuit, et ei omnimoda potestas fuit illud considerandi, vis credi te, qui nunquam illuc veneris, aspexisse id, quod ille libertus non aspexerit? postremo, visne credi id, quod non aspexisti, tale fuisse, quale ais? Sed, o stolide, si tu intervertisses hodie illud linteolum, quicquid proferres ex illo, ego inficiarer illud esse Magicum. Ceterum, per me licet, excogita, reputa, comminis-

4 Pith. *signo.* Pro *quidni* id. *quidem.* D'Orv. *quidne.* Id.—5 Edd. Flor. Altenb. Bip. negligenter *committebam.* Id.—6 *Quod ne Pont. quidem scierit.* Flor. *quod Pont. nescierit.* Elmenhorstius. Immo, *quodne Pont. nescierit* legitur in Florent. teste Lindenbrog. in Exc. quomodo extat etiam in Mss. Pith. D'Orv. et emendavit in marg. Salm. atque editum in Edd. Junt. post. Bas. pr. Rectissime: non, ut vulgo, *quod ne Pont. quidem sciret.* *Ne* interrogandi particula est, quam perperam ejecit Scriv. edens tamen *nescierit,* et retinens *quidem,* contra Mss. Flor. N. 15. 'quodne jam ipsi hæreditatem avebant, an quod,' &c. supra p. 452. 'quodne piscatores mihi piscem quæsierunt . . . an . . . quod,' &c. *J. Bos.*—7 Scriv. et Flor. sine necessitate addunt *in,* ejectum rursus ab Edd. Altenb. et Bip. *Id.*—8 Forte *lib. Assiduus:* ut proprium nomen hoc sit liberti: vel, *An quod libertus, assiduo cui, &c.* Colv.—9 *Quod is libertus.* Delenda hæc esse monuit Lat. Latin. contra Nostri stylum; nisi omnia illa, *cui omnis, &c. . . . quod is libertus,* delenda sint, utpote orta ex interpretatione τοῦ *assiduus:* quod minime affirmo tamen. Pro *viderit* Pith. *fuerit.* J. Bos.—1 Ed. Vic. *permitte.* Id.—2 Al. *comminiscere.*—

NOTÆ

[z] *Reminiscere*] Id est, comminiscere. Simili sensu infra: 'Fingite aliquid, reminiscimini quid responderetis.'

excogita, quod possit Magicum videri: tamen de eo tecum decertarem: aut ego subjectum dicerem, aut remedio acceptum, aut sacro traditum, aut somnio[3] imperatum.[a] Mille alia sunt, quibus [492] possem more communi[4] et vulgatissima observationum consuetudine vere refutare. Nunc id postulas, ut, quod deprehensum et detentum,[5] tamen nihil me[6] apud bonum judicem læderet, id inani suspicione incertum et incognitum condemnet. Haud[7] sciam, an rursus, ut soles, dicas: Quid ergo illud fuit, quod linteo tectum apud Lares potissimum[b] deposuisti? Itane[8] est, Æmiliane? sic accusas, ut omnia a reo percontere,[9] nihil ipse afferas cognitum.[c] Quam ob rem pisces quæris? cur ægram[1] mulierem inspexisti? quid in sudario habuisti? Utrum tu accusatum,[2] an interroga-

vere quidlibet, quod possit existimari Magicum; contenderem tamen de eo tecum: vel ego dicerem illud esse suppositum, vel me accepisse in medicamen, vel mihi fuisse datum ad sacrum faciendum, vel mihi præceptum fuisse in somnis. Sunt mille aliæ responsiones, quibus possem vere hoc refellere, juxta morem communem, et consuetas observationes. Nunc vis ut hoc, quod est dubium ex vana suspicione, et ignotum, me damnet, quod nullatenus mihi noceret coram probo judice, quamvis esset deprehensum et patefactum. Nescio an iterum dicturus sis, sicut consuevisti: Quid igitur illud erat, quod posuisti apud Penates Pontiani opertum linteo? Siccine est, Æmiliane? ita accusas, ut quæras omnia a reo, tu vero nihil proferas notum. Quare investigas pisces? quare consideravisti fœminam ægrotam? quidnam habuisti insutum in linteo? Venistine me insimulatum, an vero percontatum? Si ve-

3 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *somno.* Vic. *imparatum.* J. Bos.—4 D'Orv. *more poss. communiri.* Id.—5 *Detectum* arripuit Scriv. cum Florido, bene, si Mss. addicerent: opponitur enim e seqq. *incognitum.* In vulgato acquiescendum putavi, quod significatione parum differt a τῷ *deprehensum,* pro quo Mss. D'Orv. et Pith. *repreh.* D'Orv. insuper *qui* non *quod.* Id.—6 Edd. Vic. Ven. *nihil ad me.* Id.—7 Pith. *condemnaret.* D'Orv. *aut.* Mox pro *dicas* Pith. *dices.* Id.—8 D'Orv. *ita.* Id.—9 Pith. D'Orv. *percontare.* Id.—1 D'Orv. *cujus gratia.* Id.—2 *Habuisti insutum? Acc.* Supra tantum dixerat Ap.

NOTÆ

[a] *Aut somnio imperatum*] Petronius: 'Medicinam somno petii, jussaque sum vos perquirere,' &c.

[b] *Apud Lares potissimum*] Bene ex superioribus restituas *apud Lares Pontiani.*

[c] *Ut omnia a reo percontere, nihil ipse afferas cognitum*] Non licet accusatori, vel actori, reum interrogare lite non contestata, nec accusatione instituta, id est, crimine ipso non proposito: iniquissimum enim esset ex interrogatione rei, vel responsione, accusationem formare. Immo, accusatione jam instituta, accusator reum interrogare non potest, et jure renuat reus respondere: præsertim ubi de crimine suo interrogatur: sed illud

tum venisti? Si accusatum, tute[3] argue, quæ dicis: si interrogatum, noli præjudicare, quid fuerit,[4] quod ideo te necesse est interrogare, quia nescis. Ceterum hoc quidem pacto omnes homines rei constituentur, si ei, qui nomen cujuspiam detulerit,[5] nulla necessitas sit probandi, omnis contra facultas percontandi. Quippe omnibus, sicut forte negotium Magiæ facessitur,[6] quicquid omnino egerint, objicietur. Votum in alicujus statuæ femore assignasti;[d]

nisti insimulatum, proba tu ipse ea, quæ dicis: si venisti percontatum, ne ante judices quid fuerit, quod propterea tu cogeris percontari quid sit, quoniam ignoras. Porro cuncti homines quidem fient rei hac ratione; si ille, qui accusaverit quempiam, non cogatur probare, sed contra possit interrogare, ut libuerit. Nam objectabitur omnibus id omne quod fecerint, si forte lis intentabitur cuipiam ob Magiam. Affixisti votum cruri alicujus simulacri; ergo tu es Magus: aut quare affixisti?

'linteo involutum, linteo tectum fuisse.' Ed. Bas. sec. *insitum.* Ms. Pith. *h. ut supta.* D'Orv. *h. ut sum tu:* unde una litera mutata emendandum cum Salm. in marg. qui id in Ms. Fux. videtur legisse, *habuisti? Utrum tu acc.* In Ms. Fulv. quoque corruptum fuit *insutum,* unde fluxit Fulvii conjectura *num tu.* Id.—3 D'Orv. *tune.* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *tu.* Id.—4 Edd. Vulc. sec. tert. Wow. *fuerunt.* Id.—5 D'Orv. *detulit.* Id.—6 Non satis hanc lectionem concoquo. Puto melius, *ut cuique f. n. magiæ facessetur,* vel, *simul cui f.* Casaubonus. Non satis se concoquere hanc lectionem, ait doctissimus Casaubonus, itaque rescribit, *ut cui* [immo *cuique*] *forte negotium, &c.* vel *simul cui.* Melissus noster eruditissimus nulla fere mutatione, *si cui forte,* verissime legebat, ut admonitus sum a Gothofredo Jungermanno. Sed major quædam in hoc loco videtur hærere menda, et vox Magiæ non satis congruere, aut suo loco habitare. Omnino legendum sic puto: *Quippe omnibus, si cui forte negotium facessitur, quicquid omnino egerint, Magia objicietur* quod diserte probant verba sequentia: 'Votum in alicujus statuæ femore, assignasti: igitur Magus es: aut cur signasti? Tacitas preces in templo Diis allegasti: igitur Magus es,' &c. *Scip. Gent. in App. Si cui forte neg.* Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Facile apparet scribendum, *si cui forte neg.* Wowerius. Argute nimis Gentilis: vivida enim et perspicua est sententia, ut vulgo editur. *Pric.* Casauboni emendatio *ut cuique* expressa est in Edd. Vulc. sec. tert. Propius ad Mss. accedit conjectura Vulc. et Groslot. in marg. et Lat. Latinii, quam amplexi sunt Gent. Wow. et seqq. Accedit sane lectioni illi aliquid adjumenti ex eo, quod in Ms. D'Orv. reperitur *egerit,* pro *egerint.* Wyttenbachius V. Cel. margini sui exemplaris ascripserat *si quid f. neg. &c.* Antiquam lectionem ego revocavi; hoc sensu: sicut solet sane Magiæ accusatio forte, i. e. temere, intendi. 'Magiæ calumniam facile infamari' supra p. 401. dixit Ap. 'Forte' pro temere, aliquoties ponitur, unde 'forte' et 'temere' sæpius junguntur. V. Gronov. ad Liv. x. 43. *J. Bos.* Gent. Wow. et seqq. *facessetur* contra Mss. In

NOTÆ

est officium judicis.

[d] *Votum in alicujus statuæ femore assignasti*] Mos hic fuit Veteribus, ut vota sua et preces tabellis conceptas, conscriptasque, et cera obsignatas Deorum genibus affigerent: atque hoc vocabant, 'votum,' seu 'preces,' seu 'orationem signare,' 'assignare.'

igitur Magus es: aut cur signasti?[7] Tacitas preces[e] in templo Deis allegasti; [493] igitur Magus es: aut quid optasti? Contra, nihil in templo precatus es; igitur Magus es: aut cur Deos non rogasti? Similiter si posueris donum aliquod, si sacrificaveris, si verbenam sumseris.[f] Dies me deficiet, si omnia velim persequi, quorum rationem similiter calumniator flagitabit: præsertim quod conditum cumque,[8] quod obsignatum, quod inclusum domi asservatur,[9] id omne eodem argumento Magicum dicetur, aut e cella promtuaria in forum atque in judicium proferetur. Hæc quanta sint, et cujuscemodi,[1] Maxime, quantusque campus calumniis hoc Æmiliani[2] tramite aperiatur, quantique sudores innocentibus hoc uno sudariolo afferantur,[g]

Emisisti ad Deos preces secretas in fano; ergo tu es Magus: vel quid petivisti? E contrario, nullas preces fudisti in fano; ergo tu es Magus: aut quare non precatus es Deos? Eodem modo, si obtuleris aliquod munus, si feceris sacrum, si ceperis verbenam. Dies mihi deerit, si voluero enumerare omnia, quorum improbus accusator postulabit rationem in hunc modum. In primis, quicquid absconditum, quicquid obsignatum, quicquid clausum custoditur in ædibus, id totum dicetur esse Magicum, eodem ratiocinio: vel deprometur ex apotheca in forum, et in judicium. Possem sane ostendere longo sermone, quanta hæc sint, et qualia, et quantum spatium calumniis patefiat hac semita Æmiliani, o Maxime, et quanti labores creentur inson-

D'Orv. *fatescitur*. Id.—7 Sic Mss. Florent. D'Orv. cum Edd. ante Elmenh. qui, per incuriam fortasse, et hic dedit *assignasti*: quod tamen deinceps in Edd. remansit. *Id.*—8 Jungermannus malebat *cuique*. Id.—9 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *observatur*. Ms. Pith. quoque *observatum*. Pro *promtuaria* id. Ms. *promtoria*. Id.—1 *Cujusmodi*. Rom. *cujuscemodi*, quod reposuerim. *Colv.* Accedunt Editioni Romanæ, Junt. post. et Mss.Pith. D'Orv. Bene. v. Ind. *J. Bos.*—2 Ms. Pith. *Æmiliane*. Id.—3 Sic Mss. Florent. D'Orv.

NOTÆ

Juvenalis dixit: 'Genua incerare Deorum:' sensu, ut arbitror, eodem, quo Noster hic: 'Votum in statuæ femore assignasti.'

[e] *Tacitas preces, &c.*] Veteribus tamen etiam tacitæ preces damnatæ quoque sunt, et sceleratorum hominum creditæ, qui ea Deos rogarent, quæ audientibus aliis hominibus pronuntiare erubuissent, puta cognatorum mortes, &c. Unde Persius, Sat. II. 'Mens bona, fama, fides, hæc clare, et ut audiat hospes: Illa sibi introrsum, et sub lingua murmurat: O si Ebullit patrui præclarum funus! et, o si Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro Hercule! pupillumve utinam, quem proximus hæres Impello, expungam,' &c.

[f] *Si verbenam sumseris*] Ornandæ aræ, aut ex ipsa ara, ut tecum feras domum.

[g] *Quantique sudores innocentibus hoc uno sudariolo afferantur*] Festive suo

possum[3] equidem pluribus disputare: sed faciam, quod institui; etiam quod[4] non necesse est, confitebor; et interrogatus ab Æmiliano respondebo. Interrogas, Æmiliane, quid in sudario habuerim. At ego,[5] quanquam omnino positum ullum sudarium meum in bibliotheca Pontiani possim negare; ac maxime fuisse, concedam:[6] [494] cum habeam dicere,[7] nihil in eo involutum fuisse. Quæ si dicam, neque testimonio aliquo, neque argumento revincar.[8] Nemo est enim, qui attigerit:[9] unus libertus, ut ais, qui viderit: tamen, inquam, per me licet fuerit refertissimum: sic enim, si vis, arbitrare, ut olim Ulixi[1] socii[h]

tibus hoc solo linteolo. Sed faciam, quod cœpi facere: fatebor etiam quod non est necesse: et respondebo, licet interroger ab Æmiliano. Quæris, o Æmiliane, quidnam habuerim in sudario. Ego vero, tametsi possim inficiari ullum prorsus sudarium meum positum fuisse in bibliotheca Pontiani, nihilominus, o Maxime, dabo fuisse positum: cum supersit mihi quod dicam, nihil fuisse absconditum in eo. Quæ si dixero, nullo testimonio refellar, neque ulla probatione. Nam nullus est, qui illud contrectaverit: unus est tantum libertus, qui aspexerit, ut dicis: sed esto, inquam, fuerit maxime compertum: crede enim ita, si vis: ut quondam comites Ulyssis cre-

cum Edd. plerisque, etiam Altenb. et Bip. At Ms. Pith. cum Cas. Gent. Wow. Pric. Flor. *possem*. Id.—4 Rom. *et quod*. Ven. Ald. Bas. I. *extra quod*. Colvins. *Et quod* v. c. *Sciopp. in Symb.* Msto Fulv. accedit Pith. In Ed. Junt. pr. quoque *extra*. Mox *non* abest D'Orv. *J. Bos.*—5 D'Orv. *ac ego*. Id. —6 *Tamen Maxime fuisse c.* Non male scripseris *maxime f.* et sane non aliter edi debuit. Idem est ac quod statim subjicit, 'per me liceat fuerit repertissimum.' *Casaub.* Ante Casaubon. ut proprium nomen legebatur *Maxime*. Sed insuper *tamen* mutandum in *ac*, intendendi particulam, quæ nota ejus vis. Fecit id jam Elm. e Mss. Florent. succinentibus Mss. Pith. et D'Orv. cum Scriver. E Cod. Fux. Salm. ascripsit *at;* et in Junt. post. editum *attamen;* in aliis Edd. *tamen* non h. l. ponitur sed post *concedam*. Immo ejiciatur, intrusum post *quanquam* a mala manu, quod sæpius factum in nostro Auctore aliquoties monuit Oudend. v. Ind. Insititium illud *tamen* in Mss. D'Orv. Pith. locum occupavit sequentis *cum:* quod certo est indicio, aliunde esse invectum. *J. Bos.*—7 Non est in D'Orv. a m. pr. *Id.*—8 Vitiose Ed. Flor. *revincat*. Id.—9 Hoc ordine D'Orv. Vulgo: *Nemo en. q. attig. est.* Ed. Vic. *attingeris*. Statim D'Orv. *ut is*. Id.—1 Sic Edd. vett. cum Mss. Recte. v. ad Met. lib. I. p. 46. Ms. D'Orv. *Uxili*. Id.—2

NOTÆ

more ludit in vocibus 'sudores' et 'sudariolo,' quo sudores detergeri solent, non afferri. Sensus est: Si trahatur in exemplum futilis hæc Æmiliani de sudario accusatio, et, ex quo quis involutum quidpiam linteo habuerit, Magiæ eum illico accusare liceat; quanti labores, et quanta pericula innocentibus imminent!

h *Ut olim Ulixi socii, &c.*] Refertur hoc 'Οδυσσείας K.

thesaurum reperisse arbitrati sunt, cum utrem ventosissimum [2] [i] manticularentur.[k] Vin' dicam, cujusmodi illas res in sudario obvolutas Laribus Pontiani commendarim? Mos tibi geretur. Sacrorum pleraque initia in Græcia participavi.[l] Eorum quædam signa et monumenta tradita mihi a sacerdotibus sedulo conservo. Nihil insolitum, nihil incognitum dico: vel unius Liberi patris symmystæ,[3] qui adestis,[m] scitis, quid domi conditum celetis, et [4] absque omnibus profanis tacite veneremini. At ego, ut dixi, multijuga sacra, et plurimos ritus, et varias [5] cærimonias, studio veri [6] et officio erga Deos didici. Nec hoc ad tempus compono: sed abhinc ferme triennium est, cum primis diebus, quibus Œam [7] veneram, publice disserens de Æscu-

diderunt se invenisse thesaurum, cum secarent corium refertissimum ventis. Visne ut tibi aperiam quales fuerint illæ res involutæ sudario, quas commiserim Penatibus Pontiani? Parebitur tibi. Initiatus fui maxima parte sacrorum in Græcia. Servo diligenter quasdam notas, et insignia eorum, data mihi a sacerdotibus. Nihil dico insuetum, nihil ignotum. Vel vos, soli consacranei patris Bacchi, qui hic astatis, nostis, quid tegatis domi absconditum, et colatis secreto procul ab omnibus profanis. Ego autem, ut jam dixi, instructus sum variis religionibus, permultis ritibus, diversis cærimoniis, amore veritatis, et obsequio erga Deos. Neque hoc comminiscor nunc ex tempore: sed tres anni fere sunt, ex quo hæc eadem professus sum, et enumeravi quot sacris essem imbutus, cum publice verba facerem de numine

Pith. *ventosissimam:* et statim, *illa res ... obvolutis ... in Græciam.* Id.—3 *Symmystæ.* Gloss. Συμμύστης, Consacraneus. *Pric.* Mss. D'Orv. Pith. *mistæ.* Infra p. 497. 'Si qui forte adest eorundem sacrorum mihi particeps.' *J. Bosscha.*—4 Ed. Vic. *Cœlestis et.* Ms. D'Orv. *cel. ut.* Id.—5 Sic Mss. Pith. D'Orv. cum Ed. Junt. post. In reliquis deest male *et.* Id.—6 Ms. D'Orv. *studuerim.* Id.—7 *Œam* et *Œæ* perpetuo scripsimus: non ut in vulgatis *Œeam, Œeæ,* corrupte. *Casaub.* Ita ubique Fulv. Cod. *Wower.* Pro *veneram* Mss. Pith. D'Orv. Edd. Vulc. sec. tert. *venerem.* Forte, *venirem.*

NOTÆ

[i] *Utrem ventosissimum*] In quo nempe conclusos ventos omnes Ulyssi, præter eum, qui ipsi esset opus ad patriam petendam, Æolus tradiderat.

[k] *Manticularentur*] Secarent, surripiendorum, quos ei inesse credebant, nummorum gratia. 'Manticularum usus,' inquit Festus, 'pauperibus in nummis recondendis etiam nostro sæculo fuit: unde manticulari dicebantur, qui, furandi gratia, manticulas attrectabant.'

[l] *Sacrorum pleraque initia in Græcia participavi*] Metamorph. III. 'Sacris pluribus initiatus.' Vide ejusdem initiationem sacris Isidis, lib. Metamorph. ultimo.

[m] *Vel unius Liberi patris symmystæ, qui adestis*] Hoc est: Vos, qui sacris Bacchi, itidem atque ego, initiati estis. Gloss. 'Συμμύστης, Consacraneus.'

lapii majestate, eadem ista præ me tuli, et, quot sacra nossem,[8] percensui. [495] Ea disputatio celebratissima est;[n] vulgo legitur; in omnium manibus[9] versatur; non tam facundia mea, quam[1] mentione Æsculapii religiosis[2] Œensibus commendata.[o] Dicite aliqui, si qui[3] forte meminit, hujus loci principium. Audisne, Maxime, multos suggerentes?[p] immo ecce etiam[4] liber offertur: recitari

Æsculapii, primis diebus, quibus veneram Œam. Oratio illa est pervulgatissima: legitur ab omnibus: teritur manibus omnium, accepta piis Œensibus, non tam eloquentia mea, quam quod de Æsculapio loquitur. Referte, heus aliqui, initium hujus loci, si forte aliquis vestrum recordatur. Maxime, audisne plurimos suggerentes? quinimmo et liber quoque exhibetur: præcipiam, ut hæc ipsa legantur:

J. Bos.—8 Rejecimus, quod in omnibus libris invenimus, *quod:* nam alterum sensus postulat, et similes alii loci, 'tot mysteriis Deum conscium,' et, 'tot mysteriorum enumerationes.' *Casaub.* Leg. *quot*, ut respondeat illi, quod a paucis paginis est, 'tot initiorum enumerationes.' *Acidal.* Amplexi sunt seqq. recte: quia in reliquis Mss. et Edd. vett. est *quod:* alias præstaret *quæ*, quod est in Ms. D'Orv. et in marg. conjecit Groslot. Ed. Bip. revocavit antiquam lectionem. *J. Bosscha.*—9 Hanc formularem pæne locutionem, suspectam h. l. reddit Mss. Pith. D'Orv. et Ed. Junt. post. scriptura *omnibus manibus.* Id.—1 Incuriose Ed. Flor. *fac. illa q.* τὸ *quam* delet Ms. D'Orv. *Id.*—2 Casaub. *Religionis:* quod non probo. *Pric.* Nec ego: licet alleverit etiam Salm. *J. Bosscha.*—3 *Aliqui, si quis.* Rom. Bas. 1. *aliquis.* Vide ad lib. I. Miles. *Colv.* Mss. Pith. D'Orv. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *aliquis, si qui.* Forsan recte. Sed *aliqui* pro *aliquis* non semel apud Nostrum legitur. v. Ind. De τῷ *si qui* vid. ibid. *J. Bosscha.*—4 Inverso ordine Ms. Pith. Edd.

NOTÆ

[n] *Ea disputatio celebratissima est, &c.*] Periit hæc de Æsculapio oratio. Periit et alia, quam Lucium nostrum apud eosdem Œenses, de statua sibi locanda, adversus contradictionem quorundam civium habuisse refert D. Augustinus, ad Marcellinum Epistola v. quanquam in Floridis Fragmentum extat Apuleianæ orationis non apud Œenses quidem, sed Carthaginienses, statuæ decretæ causa, habitæ.

[o] *Mentione Æsculapii religiosis Œensibus commendata*] Æsculapius enim tutelare Œensium numen erat, ut refert Tertullianus: fuitque Œæ nobile illius Dei templum: ideo oratio hæc non potuit non esse] Œensibus gratissima. Celebratus etiam singulari cultu fuit Æsculapius apud Carthaginienses. Lib. IV. Florid. 'Nunc quoque igitur principium apud vestras aures auspicatissimum ab Æsculapio Deo capiam, qui arcem vestræ Carthaginis indubitabili numine propitius respicit:' ad quem locum vide quæ observavimus.

[p] *Audisne, Maxime, multos suggerentes, &c.*] Hui! tam attemperate! ne credas hoc fortuito factum: de compacto res gerebatur: præmonuerat ac conduxerat, qui initium suæ orationis suggererent roganti, librumque etiam ipsum offerrent. Est hoc oratorium artificium.

ipsa hæc jubebo:[5] quoniam ostendis humanissimo vultu, auditione te ista non gravari. (*Deest locus ex oratione Apuleii Œæ habita.*[6]) Etiamne cuiquam mirum videri potest, cui sit ulla memoria[7] religionis, hominem tot mysteriis Deum conscium,[q] quædam sacrorum crepundia[8 r] domi asservare: atque ea lineo texto[9] involvere, quod purissimum est rebus divinis velamentum? Quippe lana, segnissimi [496] corporis[s] excrementum, pecori detracta, jam inde, Orphei et Pythagoræ scitis, profanus vestitus est.[t] Sed enim[1] mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo inductui[2] et amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus,[u] sed opertui quoque rebus

quia indicas tua comissima facie, te hæc audire non illibenter. Locus ex oratione Apuleii Œæ habita. *An quisquam, qui aliquo modo recordetur sacrorum, potest adhuc mirari, quod vir, particeps tot mysteriorum divinorum, conservet domi quædam monumenta sacrorum, et illa involvat tela linea, quæ est purissimum involucrum rerum sacrarum? Lana enim, quæ est excrementum corporis inertissimi, utpote detonsa pecudibus, jam pridem habetur vestimentum profanum ex placitis Orphei et Pythagoræ. At vero purissima herba lini, enata e terra inter optimas fruges, non solum adhibetur ad vestimentum et amictum castissimorum sacerdotum*

Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *Id.*—5 Ms. D'Orv. *ipsa hic jubebo.* Id.—6 Primus addidit hæc Casaub. In Mss. non comparent. *Id.*—7 D'Orv. *illa mem.* Id.—8 Ms. D'Orv. *trepudia.* Id.—9 *Lintea texta* apud Symmach. lego IV. 34. *Pric.* Sequitur 'lini seges.' De variatione τῶν 'lineus' et 'linteus' v. ad Met. II. p. 104. b. Supra tamen p. 491. et 492. 'linteum,' substantive. Ms. Pith. *eo lineo t.* D'Orv. *ea ligneo t.* J. Bosscha.—1 Ms. D'Orv. *vestitus. Sed est.* Id.—2 Al. *indului.*—3 *Quoque inde rebus s. usurp.* Vocem *inde* dele-

NOTÆ

[q] *Tot mysteriis Deum conscium*] Pro, tot mysteriorum conscium. Sic Anienus, in Perieg. 'Qua surgenti terræ pars conscia Phœbo est.' Et Tibullus: 'Levis occultis conscia cista sacris.'

[r] *Quædam sacrorum crepundia*] 'Crepundia' sunt proprie, quæ pueris initio dari solent munuscula, ad oblectationem. Transfert hoc verbum Noster ad ea significanda, quæ infra appellat 'sacrorum signa et memoracula.' Sicut enim crepundiis plerumque expositiții pueri a suis agnoscebantur parentibus, ita his sacrorum monumentis agnoscebantur, qui iis fuerant initiati.

[s] *Segnissimi corporis*] Ovium nempe: quod genus pecoris maxime segne est et imbelle.

[t] *Orphei et Pythagoræ scitis, profanus vestitus est*] Aut hic Noster labitur, aut Laërtius, in Vita Pythagoræ, cum ait, eum lanea veste, non linea usum. Στολὴ δὲ αὐτῷ λευκὴ, καθαρὰ, καὶ στρώματα λευκὰ ἐξ ἐρίων. τὰ γὰρ λινᾶ οὔπω εἰς ἐκείνους ἀφίκετο τοὺς τόπους. Quanquam, quæ hic habet Apuleius, cum Philostrato in Vita Apollonii, infra laudato, satis cohærere videntur.

[u] *Non modo inductui et amictui sanc-*

sacris usurpatur. Atque ego scio, nonnullos, et cum primis Æmilianum istum, facetiæ[4] sibi habere, res divinas deridere. Nam, ut audio partim Œensium,[5] qui istum novere, nulli Deo ad hoc ævi supplicavit, nullum templum frequentavit: si fanum aliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratia[6] manum labris admovere.[w] Iste[7] vero nec Diis rurationis,[x] qui eum pascunt ac vestiunt, segetis[8]

Ægyptiorum, verum etiam ad velamentum rerum sacrarum. Sed ego compertum habeo aliquos, et in primis hunc Æmilianum, joco ducere, ludibrio habere res sacras. Quantum enim intelligo ex narratione eorum qui cognoscunt eum, nullum Deum oravit hactenus, nullum delubrum ingressus est. Si transeat per aliquod templum, crimini ducit applicare manum labris venerationis ergo. Ipse autem neque largitur ullas primitias frugum, aut vineæ, vel pecoris Diis agricolationis, qui alunt et ves-

verim. Nam non putem, antiquam præpositionem *indu* vel *endo* hic ab Auctore usurpatam. *Acid.* E conjectura Vulcanii marginali primus Scal. in Ed. Vulc. sec. dedit *in*, quod servarunt seqq. cum antea legeretur *inde*. In Ed. Junt. post. vox illa prorsus deest, quare et ego eam ejeci, auctoritate Mss. Pith. D'Orv. Fux. Respondent sibi 'amictui . . . sacerdotibus,' et, 'opertui . . . rebus sacris . . . usurpatur.' E Florentinis nihil notatum video: unde colligas in iis esse *in*, quoniam illorum collatio facta est ad Vulc. sec. *J. Bos.* —4 *Æmilianum istud fac.* Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Pro *divinas* Ed. Vic. *divina*. J. Bosscha.—5 *Percensentibus*. Bas. 2. Al. *partim Œensium*. Colvius. Al. *partim Œensium*, ut apud Agel. lib. x. cap. 13. *Brant.* *Partim Œensium:* inepte. *Elmenh.* Cod. Florent. *Partim Œensium*, quod ut maximus nunc ævi Criticorum probet, ego nullus amplectar. *Pric.* Intelligit Pricæus Salmasium, qui ad Solin. p. 227. legendum monuit *partim Œensium ;* quæ lectio, edita jam in Junt. post. ab Elmenhorstio derideri non merebatur. Equidem certe eam verissimam puto, cum auctoritate Ed. Junt. post. et Mss. Florent. tum propter reliquorum Mss. vestigia. Nam Pith. *partim censuum*, D'Orv. *partim eu sūt*, et *q* pro *qui*. Salmasii emendationem probat etiam Gronov. Obs. III. 2. ubi plura de ἀρχαϊσμῷ, quo *partim* construitur ut, 'quidam,' 'nonnulli.' Sed insuper V. D. ascripsit margini *e partim Œens.* quia opinor, *audire aliquem*, pro, *ex aliquo*, est contra veram Latinitatem. In Adverbio tamen sibi hoc indulgere potuit Auctor: seu potius, cum Gronovio, intelligendum *dicentes*, vel sim. quid. *J. Bosscha.*—6 D'Orv. *gram̄*. Id.—7 Ms. Pith. *Isti*. D'Orv. *Dis rur.* Id.—8 Alii *segetes*, male. *Elmenh.* Sic recte Mss. cum Edd. Ald. Cas. Pric. Elm. Scriv. aliis, et Lindenbrog. ad Censorin. de Die

NOTÆ

tissimis Ægyptiorum sacerdotibus, &c.] Apollonius apud Philostratum: Καθαρὸν μὲν Ἰνδοῖς δοκεῖ (nempe λίνον) καθαρὸν δ' Αἰγυπτίοις· ἐμοὶ δὲ καὶ Πυθαγόρᾳ διὰ τοῦτο σχῆμα γέγονε, διαλεγομένοις, εὐχομένοις, θύουσι. Vide quæ de Zachla Ægyptio sacerdote dicit Noster, Metamorph. II. et quæ nos ad illum locum observavimus.

[w] *Adorandi gratia manum labris admovere*] Non erga Deos solum, sed et erga homines potentiores, mos erat manum ori admotam osculari. Phædrus hoc vocat 'jactare basia.'

[x] *Diis rurationis*] Quales erant Liber, et alma Ceres, necnon magna Pales, Pan ovium custos, Sylvanus tutor finium, Priapus hortorum cus-

ullas, aut vitis, aut gregis primitias impartit;[9] nullum in villa ejus delubrum situm;[y] nullus locus aut lucus consecratus. Et quid[1] ego de luco et [497] delubro loquor? Negant vidisse se, qui fuere,[2] unum saltem in finibus ejus aut lapidem unctum,[z] aut ramum coronatum.[3] [a] Igitur agnomenta ei[4] duo indita: Charon, ut jam dixi, ob oris et animi diritatem: sed[5] alterum, quod libentius audit, ob Deorum[6] contemtum, Mezentius.[b] Quapropter facile in-

tiunt eum. Nullum fanum exstructum est in ejus villa, nullus est locus, nullum nemus consecratum. Sed quare ego loquor de nemore, et templo? qui fuerunt in ejus agris, negant se in eis conspexisse vel unum lapidem oleo perfusum, aut ramum coronatum. Ergo imposita sunt ei duo agnomina: Charon, ut jam dixi, propter truculentiam vultus, et mentis ejus: sed alterum etiam, Mezentius, propter aspernationem Deorum, quod agnomen auscultat æquiore animo. Quare satis video, enarra-

Nat. c. I. ubi, et apud Pric. ad h. l. vide plura de primitiis Diis oblatis. Male aliæ Edd. *segeteis.* J. Bos.—9 Ms. D'Orv. *ut gr. prim. impertit:* et pro *situm* mox *scitum.* Id.—1 Groslot. *sed quid.* Mutandi nullam causam video. *Id.*—2 Lectio vel nucis putamine non licenda, quam tamen hactenus nemo improbavit. Tentabam levi transpositione: *Fuere qui negant vidisse se, &c.* Minus id nunc placet, enim non dubito Apuleium scripsisse, *Negant vidisse se qui affuere.* h. e. in finibus ejus, ut ex subsequentibus patet. Hæc est correctio mea, quam nec suspectam, nec pœnitendam duco: infra: 'Vidistis profecto qui affuistis,' &c. *Pric.* Ms. D'Orv. *n. v. qui si f.* Mihi vulgata lectio suspecta non est. *Qui fuere*, nempe, in finibus ejus. *J. Bos.*—3 'Quercum cornibus ornatam,' et 'fagum pellibus coronatam' memorat Noster Flor. N. I. Vide Pric. h. l. Inanis itaque conjectura, nescio cujus, in marg. Ed. Junt. post. *aram coronatam.* Id.—4 Ms. Pith. *agnomen velæ.* D'Orv. *ignomina.* In neutro comparet *ei.* Id.—5 Groslot. in marg. *sed et:* sine necessitate. *Sed* valet *sed et.* Adi ad Met. l. v. p. 344. b. *Id.*—6 Ms. D'Orv. *aut D.* Id.—

NOTÆ

tos, Nymphæ aquas irrigandis satis præbentes, Deus Terminus, &c.

[y] *Nullum in villa ejus delubrum situm*] De ejusmodi delubro agresti Propertius, lib. II. 'Atque ibi rara feres inculto thura sacello, Hœdus ubi agrestes corruet ante focos.' Censorinus, de Die Natali: 'Et, cum agros atque urbes Deorum munere possiderent, partem quandam templis sacellisque, ubi eos colerent, dicavere.'

[z] *Aut lapidem unctum*] Floridorum I. 'Vel lapis unguine delibutus.' Siculus Flaccus de conditionibus agrorum: 'Cum terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant proxime ea loca, quibus, fossis factis, defixuri eos erant, et unguento velaminibusque et coronis eos coronabant.'

[a] *Aut ramum coronatum*] Ovid. VIII. Metamorph. 'Pendentia vidi Serta super ramos.'

[b] *Mezentius*] Hoc nomen fuit cujusdam Tyrrhenorum Regis, summi Deorum contemtoris, qui, ob immanem crudelitatem cum tota familia expulsus, una cum Lauso filio ad Turnum Rutulorum Regem se recepit, ac deinde pro ipso pugnans ab Ænea interfectus est in acie cum

telligo, hasce ei tot initiorum enumerationes nugas videri: et forsan ne ob hanc divini contumaciam[7] [c] non inducat animum,[8] verum esse quod dixi, me sanctissime tot[9] sacrorum signa et memoracula custodire. Sed ego, quid de me Mezentius sentiat, manum non vorterim.[d] Ceteris[1] autem clarissima voce profiteor, si qui forte adest eorundem solennium mihi particeps, signum dato,[e] et audiat[2] licet, quæ ego asservem. Nam equidem [498] nullo unquam periculo compellar, quæ reticenda accepi, hæc ad profanos[f] enuntiare.[3] Ut puto,[4] Maxime, satis videor

tiones tot sacrorum ei videri ineptias, et fortasse propter hunc contemtum Deorum non sibi persuadebit, verum esse quod dixi, me religiosissime asservare insignia et monumenta tot initiationum. At ego minime curo quid Mezentius credat de me. Palam autem dico aliis voce altissima, si forte fortunâ aliquis hic sit initiatus iisdem sacris ac ego, proferat aliquod argumentum hujus rei, et licebit ei auscultare quænam ego custodiam. Nunquam enim certe inducar quocumque periculo, ut narrem profanis ea, quæ mihi credita sunt silenda. Videor, ut arbitror, o Maxime, satis-

7 Vid. Not. Var.—8 Rursus debeo hanc lectionem Ed. Junt. post. quacum faciunt Mss. Pith. D'Orv. Vulgo addunt *in*, quod frequentius omittit Noster. V. Ind. *J. Bos.*—9 D'Orv. *et.* Id.—1 D'Orv. *verterficetis.* Ed. Scriv. *verterim.* De proverbiali locutione 'manum non vorterim,' quæ et alibi legitur, vid. Erasm. in Adag. *Id.*—2 Ms. Pith. *signo dato et audias. Audias* quoque Salm. ascripsit marg. Pro *compellar* Pith. *compellor.* Id.—3 Al. *annuntiare.*—4 *Ut*

NOTÆ

filio. Virgil. Æneid. lib. VII. 'Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris Contemtor Divum Mezentius.'

[c] *Et forsan ne ob hanc* [*et fors fuat ut ob hanc*] *divini contumaciam, &c.*] Sic legit Casaubonus, cujus vestigiis inhæreo. *Divinicontumaciam* uno verbo lege, ut superius legisti 'artem piam et diviniscientem.' *Divinicontumacia* est divinarum rerum contemtus, et incredulitas. Glossarium: 'Contumacia, καταφρόνησις, ἀπείθεια.'

[d] *Manum non vorterim*] Proverbium est, significatque: Minime curo, susdeque habeo.

[e] *Signum dato*] Quo agnoscam eum sacris iisdem esse initiatum, quibus ego sum. Per signum autem illud vel intellige tesseram vocalem, quales refert Casaubonus ex Clemente Alexandrino et Arnobio; hanc Symmystarum Matris Deum, Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον, ἐκερνοφόρησα, ὑπὸ τὸν παστὸν ἐπέδυον; et hanc Synorgiastarum Liberi patris, ἀστράγαλος, σφαῖρα, στρόβιλος, μῆλα, ῥόμβος, ἔσοπτρον, πόκος; et illam eorum, qui Eleusiniis sacris erant initiati, Ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην. vel intellige cuticulare quodpiam invisum signum, quo eorundem sacrorum participes se invicem agnoscebant, quod Minucius Felix vocat 'corporis notaculum.' Et Prudentius σφραγῖδα, quemadmodum refert Pricæus, qui hoc posteriori sensu locum hunc mavult intelligere.

[f] *Ad profanos*] Non initiatos.

cuivis vel iniquissimo animum[5] explesse, et, quod ad sudarium pertineat, omnem criminis maculam detersisse: ac bono jam periculo ad testimonium illud Crassi, quod post ista quasi gravissimum legerunt, a suspicionibus Æmiliani transcensurus.[6] Testimonium ex libello[g] legi audisti gumiæ cujusdam, et desperati lurconis,[7][h] Junii Crassi, me in ejus domo nocturna sacra[i] cum Appio Quintiano[8] amico meo factitasse, qui ibi mercede deversabatur. Idque se ait Crassus, quanquam in eo tempore[9] vel Alexandriæ fuerit, tamen tædaceo fumo[1] et avium plumis[2][k] compe-

fecisse cuilibet etiam injustissimo, et abstersisse omnem notam sceleris, quantum spectat ad linteum illud: et jam posse secure transire a suspicionibus Æmiliani ad illud testimonium Crassi, quod legerunt post hæc veluti maximi ponderis. Audivisti legi ex tabella testimonium cujusdam gulosi et helluonis perditissimi, Junii Crassi, me celebrasse sacrificia nocturna in ejus domo, cum Appio Quintiano amico meo, qui in ea habitabat conducto. Et Crassus dicit se cognovisse hoc ex occisione, et fumo, et pennis volucrum, quamvis esset in ipsa urbe Alexandria tunc temporis. Nempe

non est in Ms. D'Orv. *J. Bos.*—5 Al. *animo.*—6 *A suspicionibus Æmiliani transcursus.* Hæc ad oram libri ab interprete quondam ascripta fuisse arbitratus sum. *Stewech.* Bas. 1. Ald. *transcursus.* Colvius.—7 Ms. D'Orv. *sui coriis;* in quo, ut et Pith. *Junii* nomen corruptum est. *J. Bosscha.*—8 Ed. Vic. *Quintiliano.* Pro *deversabatur* alii cum Ms. D'Orv. *divers.* Male. *Id.*—9 *Quanquam eo tempore.* Omnes Codd. *quanquam meo tempore:* inepte. In Rom. vero etiam post aliquot paginas *meo tempore,* iterum vitiose, pro *eo tempore.* Casaubonus. Flor. *in eo tempore.* Elmenhorstius. Vid. Not. Var.—1 *A cæde et fumo.* Marg. Bas. 2. *tedæ fumo.* Colvius. Quid si legamus *a cinere et fumo.* Wowerius. Wow. et Marcilius *a cinere et f.* Pricæus. Floridus interpretatur: 'ex occisione et fumo.' Si sanum foret τὸ *cæde,* equidem intelligi mallem de variis rebus desectis, ad sacrum Magicum perficiendum. Sic 'cædem ligni et frondium' dixit Gell. xix. 12. cf. Pric. ad Met. l. iii. p. 53. suæ Ed. Verum non sine causa suspicati sunt VV. DD. aliquid latere:

NOTÆ

[g] *Testimonium ex libello*] Vim illius testimonii maxime minuebat, quod ex libello per absentem diceretur: nisi enim testimonia præsentibus testibus comprobentur, irrita sunt, aut certe momenti levissimi. Cicero, pro L. Flacco: 'Ergo is, cui, si aram tenens juraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet, injuratus probabit?'

[h] *Gumiæ cujusdam, et desperati lurconis*] Scaliger in Notis ad Varronem: 'Gumia, a γόμος; quod est, πλήρωμα τῆς νεώς: Latinis, Saburra: inde Plauto, 'mulieres saburratæ.'' Legitur hoc vocabulum apud Lucilium: 'In quo Læliu' clamores sophos ille solebat Edere, compellans gumias ex ordine nostros, O Publi, o Gurges, Galloni,' &c.

[i] *Me in ejus domo nocturna sacra, &c.*] Cornel. Nepos, in Vita Alcibiadis: 'Aspergebatur infamia, quod in domo sua facere mysteria diceba-tur.'

[k] *Et avium plumis*] Quas in sacris

risse. Scilicet eum,[3] cum Alexandriæ symposia obiret, (est enim Crassus iste, qui non invitus de die in ganeas[4] correpat[l]) in illo cauponio [499] nidore[5] pinnas de Penatibus[6] suis advectas aucupatum, fumum domus suæ agnovisse, patrio culmine longe exortum. Quem si oculis vidit, ultra Ulixi vota et desideria hic quidem est oculatus. Ulixes fumum terra sua emergentem,[7] [m] compluribus annis e littore

ipse cum celebraret compotationes Alexandriæ, (nam ille Crassus is est, qui penetret se libenter per diem in popinas,) captans in illo vapore gurgustii plumas eo apportatas ex laribus suis, recognoverit fumum suarum ædium procul elatum ex fastigio paternæ domus. Quem si conspexit oculis suis, ipse profecto perspicacior est, quam Ulysses cupiverit, et optaverit se esse. Ulysses, prospiciens per multos annos ex ora maris fumum surgentem e patria sua, aucupatus est eum in vanum: Crassus

neque enim margo tantum Bas. sec. pro *a cæde et fumo* præbet *tædæ fumo*, sed et editum hoc in Ed. Junt. post. *E tædæ fumo* allevit Salm. ut arbitror, e Ms. Fux. nam in Pith. certe pro *a cæde et* legitur *te edæ*, in D'Orv. *te doce.* Unde acute conjecit in marg. Oudend. *tædaceo*, quod tam manifeste verum puto, ut nova hac voce Latinam Linguam donare non dubitaverim. *A cæde* utique Mstorum aberrationibus nimis quam suspectum redditur: *tædæ* autem sing. num. mentio minus h. l. convenit. Infra p. 500. 'multas avium pinnas offendisse: præterea parietes fuligine deformatos:' et dein: 'fumi tantam vim fuisse, ut parietes atros redderet.' 'Tædaceus' vero aptissimum vocabulum, effictum ad similitudinem τῶν 'chartaceus,' 'herbaceus,' 'prædaceus,' 'violaceus,' 'merdaceus,' 'arundinaceus,' &c. e quibus sunt, quæ itidem non nisi semel hodie in Veterum libris conspiciuntur. *J. Bosscha.*—2 Ms. D'Orv. *ex av. pl.* Id.—3 Apertior erit sententia si compositam vocem in sua principia dissolvas, *scire licet.* Ceterum tota periodus tenebricosa admodum nonnihil etiam corrupta ante edebatur. Quod priores Censores non videre, nos vidimus nec tulimus: sed omnes tenebras recta distinctione, et mutatione vocis *aucupatum*, in *aucupantem* sustulimus. *Casaub.* Ante Casaub. major distinctio ponebatur demum post *obiret*, et alia iterum post *correpat. Scilicet*, quod irrisioni inservire solet, initio periodi positum, mutandum non videtur. Sic p. 500. 'Videlicet.' Pro *eum cum* Acidal. malebat *tum cum.* Pro *obiret* Ms. D'Orv. *audiret.* J. Bosscha.—4 Ms. D'Orv. *ingeneas.* Id.—5 *Cauponis nid.* Melius *cauponæ*, aut potius, *Cauponii.* Brantius. Malim cum Brantio *cauponæ*, vel *Cauponii.* Pricæus. Quin potius *cauponio*, cum Ed. Scriv. ut opponatur mox 'domesticus nidor.' Sane *cauponis* verum non est: quare recepi Scriverii correctionem. *J. Bosscha.*—6 Ms. D'Orv. *penuatis.* Id.—7 Ms. Pith. *terræ suæ mergentem.* Legerat librarius *terra suæmergentem*, qui hinc *terra* in *terræ* corrigendum putavit. Edd. Vulc. sec. tert. et Elm. veterem revocarunt lectionem *mergentem*, quam confirmant Mss. Florent. D'Orv.

NOTÆ

illis nocturnis ad magicas artes sacrificavisse Apuleium affirmabat.

[l] *De die in ganeas correpat*] Proprie 'correpat.' Ganeæ enim, seu ganea, ut ex Glossario veteri patet, loca erant occulta et subterranea: et Donatus, in Adelph. Terentii: 'Veteres ganeam meritoriam tabernam dixerunt, ἀπὸ τῆς γᾶς, τοῦτ' ἔστι, τῆς γῆς.

[m] *Ulixes fumum terra sua emergentem, &c.*] Alludit ad Homeri locum,

prospectans, frustra captavit: Crassus in paucis, quibus abfuit,[8] mensibus, eundem fumum, sine labore, in taberna vinaria sedens, conspexit. Sin vero naribus nidorem domesticum præsensit, vincit idem sagacitate odorandi canes et vulturios.[n] Cui enim cani, cui vulturio Alexandrini cœli,[9] quicquam abusque Œensium finibus[o] oboleat? Est quidem Crassus iste summus helluo, et omnis fumi non imperitus:[p] sed profecto pro studio[1] bibendi, quo solo censetur,[q] facilius ad eum Alexandriam vini aura,[2] quam fumi, perveniret. Intellexit hoc et ipse incredibile[3] futu-

vero paucis mensibus, per quos abfuit, vidit eundem fumum absque labore, sedens in caupona. Sin autem assecutus est naso odorem suæ domus, ipse superat canes et vultures subtilitate olfactus. Nam quis canis, quis vultur regionis Alexandriæ odorari possit aliquid inde ab ipsa regione Œensium? Iste quidem Crassus est maximus lurco, atque haud ignarus cujusvis nidoris: at certe vapor vini facilius deferretur Alexandriam usque ad eum, quam vapor fumi, ob ardorem bibendi, quo uno celebratur. Ipse etiam cognovit hoc non fore verisimile. Fertur enim venumdé-

Similem corruptelam vide infra pag. 533. *Id.*—8 Ms. D'Orv. *adfuit.* Id.—9 Sperno distinctionem vulgarium librorum, *cui vulturio, Alexandri cœli quicquam.* Casaubonus. Admisit eam tamen Pric. cum Ed. Bip. Male. Non enim sermo est de re aliqua sub Alexandrino cœlo gesta, sed de eo quod Œæ factum Alexandriæ sentiri potuerit. Pro *oboleat* Mss. Pith. D'Orv. *aboleat.* J. Bos.—1 Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. carent *pro.* Idem.—2 Loquitur de Crasso Alexandriæ commorante: recte ergo nos *Alexandriam* scripsimus, cum hic quoque vulgatæ editiones ineptirent: ubi est *Alexandria.* Sed et *pervenisset* potius scripserim. Jam enim Crassus Alexandriæ non erat. *Casaub.* Ms. Pith. cum Edd. ante Casaub. *Alexandria.* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *aurea.* Dein Scal. Wow. Elm. et Flor. dedere *pervenisset*, ex conjectura Casauboni, sed contra Mss. et Edd. vett. Quare rescripsi *perveniret*, i. e. pervenire posset. Ne dicam, imperfecta pro plusquamperf. frequenter adhiberi. V. quos citat Oudend. ad Cæs. de B. G. VII. 88. et dicta supra. *J. Bosscha.*—3 Ms. D'Orv. *credibile.* Id.—4 Ms. D'Orv. *Alexandriam:* et cum

NOTÆ

'Οδυσσ. A. ubi Ulysses immortalitati præfert patriæ suæ aspectum: 'Et fumum patrio salientem cernere tecto:' ut ait ex Homero Horatius.

[n] *Canes et vulturios*] Quorum sagacitas et odora vis vel inde deprehenditur, quod ad jacentia cadavera et morticina ex longinquo conveniant. Addere et his corvos licet.

[o] *Abusque Œensium finibus*] Quod fieri non potest, cum civitas Œensis sita sit in Tripolitana regione Libyæ, ad illud littus, quod utramque Syrtim interjacet: Alexandria vero ad unum ex ostiis Nili.

[p] *Et omnis fumi non imperitus*] Id est, parasitus præstantissimus: hæc enim ex præcipuis eorum dotibus fuit, ut culinarum nidorem scite aucuparentur.

[q] *Quo solo censetur*] Celebratur, clarus est. Glossa: 'Censeri, ἀναγορεύεσθαι.'

rum. Nam dicitur ante horam diei secundam, jejunus adhuc et abstemius,[r] testimonium istud vendidisse. Igitur scripsit, hæc se ad hunc modum comperisse. Postquam Alexandria revenerit,[s] domum suam [500] recta contendisse,[4] qua [5] jam Quintianus migrarat. Ibi in vestibulo multas avium pinnas offendisse,[6] præterea parietes fuligine deformatos. Quæsisse causas ex servo suo, quem Œæ reliquerit,[7] eumque sibi de meis et Quintiani nocturnis sacris indicasse. Quam vero subtiliter compositum,[8] et verisimiliter commentum, me, si quid ejus facere vellem, non domi meæ potius facturum fuisse?[9] Quintianum istum, qui mihi assistit,[t] (quem ego pro amicitia, quæ mihi cum eo arctissima est, proque ejus egregia eruditione [1] et

disse hoc testimonium ante secundam horam diei, cum esset adhuc jejunus, et siccus. Scripsit ergo se cognovisse ea hoc pacto. Se nempe, cum rediisset Alexandria, ivisse recta in suas ædes, ex quibus Quintianus jam exiverat: illic se reperisse multas plumas avium in vestibulo: insuper parietes inquinatos fuligine: se percontatum fuisse causas a famulo suo, quem reliquerat Œæ, atque illum sibi aperuisse mea sacrificia nocturna, et Quintiani. Quam solerter autem confictum, et probabiliter excogitatum, me, si vellem facere aliquid hujusmodi, non facturum potius in meis ædibus? illum Quintianum, qui mihi adest, (quem ego nomino honoris et laudis causa, propter amicitiam, quæ strictissima intercedit inter me et ipsum, et propter

Pith. *rectam:* id. Pith. *condidisse.* Id.—5 *Ex qua.* Flor. *qua.* Elmenhorstius. Abest quoque præpositio Mss. Pith. D'Orv. immo Ed. Junt. post. Uncis inclusit Scriv. Sed rectius ejiciatur auctoritate Mstorum. Pro *qua* Pith. *quia.* J. Bosscha.—6 Pith. *ostendisse.* D'Orv. *fuliginem.* Id.—7 Malim *reliquerat.* Elmenhorstius. Quod amplexi sunt seqq. Sed revocavi antiquam et scriptam lectionem. Conjunctivus requiritur, non indicativus. Sic supra 'postquam revenerit.' Ms. D'Orv. *ea rel.* J. Bos.—8 *Sublimiter compositum.* Referenda huc quæ alias dixi de verbo 'componere:' deinde scripturam compendiosam librariis causam præbuisse loci depravandi non negabis. Restituo *subtiliter compositum.* Facit pro me istud quod reperi apologia proxima, 'o mirum commentum, subtilitas digna carcere.' *Stewech.* Rescribendum ex Ven. et Rom. *subtiliter.* Colvius. Nimium fastidiosi fuerant, quibus hæc Rom. Cod. lectio displicuit, et *sublimiter* maluerunt. En Criticorum vel oscitantiam vel ἀκρισίαν. *Casaub.* In Edd. Basil. Lugd. Vulc. male *sublimiter* contra Mss. Pro *commentum* D'Orv. *comtum.* J. Bos.—9 Τὸ *fuisse* adjeci ex Florentino cod. *Elmenhorstius.* Male, et contra Mss. et Edd. vett. ejectum fuerat a Colv. Vulc. Cas. Gent. Wow. Pric. *J. Bosscha.*—1 Invertit ordinem

NOTÆ

r *Et abstemius*] Non quod vinum nullatenus biberet, sed quia ea diei hora nondum biberat.

s *Postquam Alexandria revenerit*] Œam.

t *Qui mihi assistit*] Metamorph. III. 'Non contentus quod mihi nec assistendi solatium perhibuit;' quem locum vide.

perfectissima eloquentia, honoris et laudis gratia nomino,) hunc igitur Quintianum, si quas aves in cœna habuisset, aut, quod aiunt, Magiæ causa interemisset, puerum nullum habuisse,[2] qui pinnas converreret,[3] et foras abjiceret? præterea fumi tantam vim fuisse, ut parietes atros redderet; eamque deformitatem, quoad habitavit, passum in cubiculo suo Quintianum? Nihil dicis, Æmiliane: non est verisimile: nisi forte Crassus non in cubiculum reversus perrexit,[4] sed suo more recta ad focum.[u] Unde autem servus Crassi suspicatus est, noctu potissimum[5] parietes fumigatos? an ex fumi[6] colore? videlicet fumus nocturnus nigrior est, eoque diurno fumo differt? Cur autem suspicax servus, ac tam diligens, passus est Quintianum migrare prius, quam mundam domum [501] redderet? Cur illæ plumæ, quasi plumbeæ,[7] [w] tam diu, usque ad adventum Crassi

præclaram ejus doctrinam, atque absolutissimam facundiam,) illum, inquam, Quintianum, si habuisset aliquas volucres in cœna, vel occidisset Magiæ gratia, nullum habuisse servum qui verreret plumas, et projiceret foras? insuper tantam extitisse copiam fumi, ut denigraret parietes; et Quintianum tolerasse illam turpitudinem in suo cubiculo, quamdiu ibi habitavit? Æmiliane, nihil dicis: non est hoc credibile: nisi forte Crassus, cum rediisset, non ivit in cubiculum, sed recta ad focum, juxta suam consuetudinem. Qua vero ratione famulus Crassi suspicatus est parietes denigratos fuisse nocte præsertim? num ex colore fumi? nempe fumus nocturnus est magis ater, et hac re discrepat a fumo diurno? Quare autem famulus ille, suspiciosus atque ita sedulus, sivit Quintianum exire antequam purgaret ædes? Quare illæ pennæ tamdiu ibi remanserunt, perinde ac si essent ex plumbo, donec Crassus

Florid. *egregia ejus erud.* ut et mox cum Elmenh. et Scriv. *laudis et hon. gr.* sed in Elm. Ed. excidit *et.* Id.—2 *Aut quod aiunt . . . nullum habuisse.* Non comparent hæc in Ms. D'Orv. *Id.*—3 In plerisque *converteret.* Colvius. Ita Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Recte Mss. et Edd. exceptis paucis antiquis, *converreret.* J. Bosscha.—4 D'Orv. *porrexit,* et mox *servus Crassus.* Id.—5 Gœsius ascripsit: 'Forte: *Pontiani:*' non melius quam supra p. 492. *Id.*—6 Pith. *aut e f.* Statim D'Orv. *migrasse* pro *migrare.* Id.—7 Pith. post hanc vocem addit *ac.* D'Orv. *plumbeae: τὸ usque* non comparet in Florent. et pro *adventum* Pith. *eventum.* Ceterum hinc in D'Orv. multa desunt usque ad pag.

NOTÆ

[u] *Sed suo more recta ad focum*] Ad culinam, ut helluo egregius, quam atra fuligine denigratam oportuit, illis maxime temporibus, quibus tubi nulli in focis erant, per quos recta fumus sursum erumperet, ut constat ex Vitruvio; qui in iis locis, ubi ignis accendi solet, coronas puras, hoc est, minime cœlatas, faciendas præcipit, quo facilius extergeatur fuligo.

[w] *Cur illæ plumæ, quasi plumbeæ, &c.*] Id est, quasi ita graves fuerint, ut inde moveri non potuerint. Simul ludit in vocabulis, 'plumæ' et 'plumbeæ.'

manserunt? Non insimulet [8] Crassus servum suum? sed [9] ipse hæc potius de fuligine et pinnis mentitus est, dum non potest nec in testimonio dando discedere longius a culina. Cur autem testimonium ex libello legistis? Crassus ipse ubi gentium est? An Alexandriam [1] tædio domus remeavit? an parietes suos detergit? an, quod verius est, ex crapula heluco [2] attentatur? Nam equidem hic Sabratæ eum [x] hesterna die animadverti satis notabiliter [3] in medio foro tibi, Æmiliane, obructantem.[y] Quære a nomenclatoribus tuis, Maxime,[z] quanquam est ille cauponibus, quam nomenclatoribus, notior: tamen, inquam, interroga, an hic Junium Crassum Œensem viderint: non negabunt. Exhi-

reverteretur? Et ipse Crassus non objurgaret suum famulum? verum ipse potius confinxit hæc de fuligine et plumis, cum ne in testimonio ferendo quidem possit digredi longius a culina. Quare vero legistis testimonium ex libello? Quo in loco est Crassus? num rediit Alexandriam fastidio suarum ædium? num abstergit suos parietes? num (quod verius est) gulosus ille ex temulentia decumbit? Nam certe, Æmiliane, vidi eum heri evidenter cum ructu oggerentem tibi hanc callidam fraudem in medio foro. Roga nomenclatores tuos, o Maxime, (quamvis ille magis notus est stabulariis, quam nomenclatoribus,) roga tamen eos, inquam, num conspexerint hac in urbe Junium Crassum Œensem: non ibunt inficias. Æmilianus sistat

507. [ed. Flor.] 'Sub imo pilei umbraculo appareat.' *Id.*—8 Ita Bas. 2. ad marg. rescribit. Alias: *nonne simul et Cr. servus suus.* Colvius. Lectio marginis Bas. sec. expressa jam in Junt. post. cum Mss. Non male tamen *nonne* legatur, et melius utique, quam cum Jungerm. Ep. 31. inter Gudian. *nunc ne.* J. Bosscha.—9 Non est in Ed. Junt. post. nec agnoscit Ms. Pith. *Id.*—1 Scriv. de suo addidit *confestim.* Id.—2 Al. *helluo.* Vid. Not. Var.—3 Ven. *nobiliter.* An *nauseabiliter?* Colvius. Retineo ego *notabiliter.* Cyprian. de habitu Virgin. 'Ceterum si tu te sumtuosius comas, ut per publicum notabiliter incedas.' Plinius lib. I. Ep..5. 'expalluit notabiliter, quamvis palleat

NOTÆ

[x] *Hic Sabratæ eum* [*Hanc fabram technam*] Sic legendum puto ex conjectura Scaligeri. Prius erat *hæc fabra tecum.* *Fabra techna* hic est, solers dolus, callidum artificium.

[y] *Obructantem*] Dicentem cum ructibus, quales temulentum helluonem decent.

[z] *Quære a nomenclatoribus tuis, Maxime*] Nomenclatorum usus maxime in comitiis, in quibus Candidati, cum civium, quos prensabant, nomina non tenerent, monitores secum ducebant, qui sibi uniuscujusque nomen suggererent. Neque enim leve erat ad conciliandum favorem momentum, proprio singulos nomine compellare. Alii fuere nomenclatores, qui Magistratibus præsertim in provinciis ministerium præstabant, et proprie accensi appellabantur: illi reos, testesque, et alios solebant in judiciis vocare, jubere dicere, aut tacere. De ejusmodi hic sermo est.

beat nobis Æmilianus juvenem honestissimum, cujus testimonio utitur. Quid sit diei, vides. Dico Crassum jamdudum ebrium stertere, aut secundo lavacro, ad repotia cœnæ obeunda,[4] [502] vinolentum sudorem[a] in balneo desudare. Iste, cum maxime præsens, per libellum loquitur. Non quin adeo sit alienatus omni pudore, ut etiam sub oculis tuis si foret, sine rubore ullo mentiretur: sed fortasse nec tantulum potuit ebrius[5] sibi temperare, ut hanc horam sobrie[6] expectaret; aut potius Æmilianus de consilio fecit, ne eum sub tam severis oculis tuis constitueret,[7] ne tu belluam illam vulsis[8] maxillis, fœdo aspectu, de specie improbares: cum animadvertisses caput juvenis barba et capillo populatum, madentes[9] oculos, cilia tur-

nobis honestissimum illum juvenem, cujus fretus est testimonio. Cernis quæ sit hora diei. Affirmo Crassum jam pridem dormire temulentum, vel sibi exprimere sudorem vinosum secunda lotione in balneo, ad potandum iterum in cœna. Hic loquitur ex libello, licet valde sit præsens, non quod non sic exuerit omnem verecundiam, ut facile sit mentiturus sine ullo pudore, etiam in tuo conspectu, si adsit: verum temulentus ille forsitan nequirit se continere vel tantillum, ut opperiretur hanc horam siccus. Vel potius Æmilianus id fecit de industria, ne, si eum sisteret ante tuos oculos adeo severos, ne, inquam, tu male sentires ex aspectu de ista bestia malis prominentibus et turpi facie: quando vidisses caput juvenis spoliatum barba et coma,

semper.' *Brant.*—4 Quædam editt. *obeundæ.* Colvius. Nescio quæ. Pro *vinolentum* Ms. Pith. *vinulentum.* J. Bosscha.—5 Pith. *ebria.* Id.—6 Si per Mss. liceret, legam *sobrius.* Id.—7 Serviret hoc loco, ut conveniens tribunali vocabulum *consisteret.* Magis tamen arridet scribamus: *nec cum sub t. sev. oc. constitueretur, tu belluam illam.* Stewechius. *Ne eum s. t. o. t. constitueret.* V. C. Et proxime: *manuum tremorem, ructus spinam. Nam patrimonium, &c.* Infra non longe Fulv. *tribus millibus nummum Æmiliano huic.* Scioppius in Symbola. Nemo est quin fateatur scribendum *ne eum s. t. s.* Wowerius. Duplicatio particulæ *ne* reddit impeditum locum. Expedies aliquid aliqua si cum Stewech. rescripseris: *Ne cum s. t. s. o. t. c. tu belluam, &c.* Pric. *Ne eum* est in Mss. quos sequor, cum Edd. plerisque, ut et mox *ne tu:* geminationem particulæ *ne*, quamvis minus elegantem, solicitandam non puto. Supra pag. 414. in Epigr. 'serta, ut tibi tempora vernent, Ætatis florem floribus ut decores.' *J. Bosscha.*—8 Ed. Scriv. *volsis.* Id.—9 Al. *marcentes.*—1 Vid. Not.

NOTÆ

[a] *Aut secundo lavacro, ad repotia cœnæ obeunda, vinolentum sudorem, &c.*] Nempe primo jam se lavacro tradiderat ante cœnam, ut moris erat apud Veteres; tunc vero secundum lavacrum a cœna petierat, quo sudoribus sitim sibi crearet ad secundam cœnam, seu repotia obeunda. 'Repotia' a repotando dicta. Nec balneo tantum, sed et ad ignem, sudorem illum vinolentum exciebant. Sisenna in IV. Historiarum: 'Dum pristinum vinum apud ignem per sudorem exhauserunt.'

gentia, rictum[1] salivosaque labia, vocem absonam, manuum tremorem. [* ructu spinam.] Patrimonium omne jampridem abligurrivit;[2] nec quicquam ei de bonis paternis superest, nisi una domus ad calumniam venditandam,[3] [b] quam tamen nunquam carius, quam in hoc testimonio, locavit. Nam temulentum[4] istud mendacium tribus millibus nummis[5] Æmiliano huic vendidit, idque Œæ nemini ignoratur. Omnes hoc, antequam fieret, cognovimus: et potui denuntiatione impedire,[c] nisi scirem, mendacium tam stultum potius Æmiliano, qui frustra redimebat, quam mihi, qui merito contemnebam, obfuturum. Volui et Æmilianum damno affici,[6] et Crassum testimonii sui dedecore prostitui. [503] Ceterum nudiustertius haudquaquam occulta[7] res[d] acta est in Rufini cujusdam domo, de quo mox dicam, intercessoribus et deprecatoribus ipso Rufino et Calpurniano.[e]

oculos humidos, cilia tumida, latum os, labra salivam stillantia, vocem absurdam, trepidationem manuum, ructationes. Jamdudum enim devoravit totum suum patrimonium: et nihil restat ei de opibus patris, præter unam domum ad venditandam calumniam: quam nihilominus nunquam locavit majori pretio, quam in hoc testimonio. Venumdedit enim huic Æmiliano hoc mendacium vinolentum ter mille nummis, et omnes hoc sciunt Œæ. Nos cuncti hoc didicimus, priusquam perpetraretur: et potui obstare delatione mea, nisi novissem tam stolidum mendacium nociturum potius Æmiliano, qui illud emebat incassum, quam mihi, qui jure aspernabar illud. Volui etiam ut Æmilianus jacturam faceret, et Crassus infamaretur turpitudine sui testimonii. Porro negotium transactum est minime latenter nudiustertius in ædibus cujusdam Rufini, de quo jamjam loquar, opera et suasu ipsius Rufini et Calpur-

Var.—2 Vet. edit. *abligurritum.* Colvius. In Cod. Rom. *jamjam prid. abligurr.* an quod ita Auctor scripserit, an scribarum vitio, non facile dixerim. *Casaub.* Edd. vett. quædam *jamjam pridem abligurritum:* sed contra Mss. et Ed. Junt. post. *J. Bosscha.*—3 Vulc. in marg. conjicit *venditanda.* Id.—4 Pith. *num tem.* Id.—5 Al. *nummum.*—6 Flor. *damna id faciet,* lego, *damni id facere.* Elmenh. Suffuratus est Elm. hanc conjecturam Lindenbrogio. An potius *damno id facere?* Ms. Pith. quoque *damna id faciet.* J. Bosscha.—7 Al. *occulto.*—8 Pith.

NOTÆ

[b] *Nisi una domus ad calumniam venditandam*] In qua me nocturna et magica sacra fecisse per calumniam affirmet.

[c] *Et potui denuntiatione impedire*] Ne audiretur omnino ejus testimonium: denuntiando nempe Proconsuli Cl. Maximo sceleratum illud pactum, quo Crassus ille Æmiliano mercede se obstrinxerat ad falsum testimonium dicendum.

[d] *Res*] Emtio illa falsi testimonii.

[e] *Et Calpurniano*] Num ille est, ad quem versus cum dentifricio miserat, quem etiam innuit supra sibi in hac causa fuisse adversatum? an quispiam alius notæ in ea urbe improbitatis homo?

Quod eo libentius Rufinus perfecit, quod erat certus, ad uxorem suam, cujus stupra sciens dissimulat, non minimam partem præmii ejus Crassum relaturum. Vidi te quoque, Maxime, coitionem adversum me et conjurationem[8] eorum pro tua sapientia suspicatum, simul libellus ille prolatus est, totam rem vultu aspernantem. Denique quanquam sunt soluta[9] audacia et importuna impudentia præditi; tamen testimonium[1] Crassi, cujus oboluisse fæcem videbant, nec ipsi ausi sunt perlegere, nec quicquam eo niti. Verum ego ista propterea commemoravi, non quod[2] pinnarum formidines et fuliginis maculam, te præsertim judice, timerem:[e] sed, ut ne[3] impunitum Crasso foret, quod Æmiliano homini rustico fumum vendidit.[f] Unum etiam crimen ab illis, cum Pudentillæ literas legerent, de cujusdam sigilli fabricatione prolatum est, quod me aiunt ad Magica male-

niani. Quam rem Rufinus effecit tanto libentius, quod certo sciebat Crassum allaturum non minorem partem illius pretii ad suam conjugem, cujus scienter dissimulat adulteria. Animadverti etiam te, o Maxime, nutu rejicientem rem illam omnem, statim atque libellus ille exhibitus est, quia suspicabaris pro tua prudentia conventionem et conspirationem illorum contra me. Postremo, quamvis sint armati audacia effrænata, et impudentia molesta, tamen ne ipsi quidem ausi sunt legere totum testimonium Crassi, cujus videbant vinolentiam suboluisse, neque quicquam fulcire ipso. Sed ego retuli hæc, non quia metuerem terriculamenta plumarum, et maculas fuliginis, præcipue cum tu sis noster judex: verum, ut non inultum esset Crasso, quod vendidit fumum Æmiliano, viro agresti. Hinc est, quod, cum legerent epistolam Pudentillæ, produxerunt accusationem de confectione cujusdam imagunculæ, quam

jurationem, et mox, *libellus iste*. J. Bosscha.—9 Al. *solita*. Vid. Not. Var. —1 *Testimonio*. Potius, *testimonium*. Colvius. *Testimonium* Fulvius. Infra v. c. *geometricas formas ex nexo vidissem*. Sciopp. in Symbola. Mstorum et Edd. ante Colv. consensus in *testimonio* suspicionem movet, aliquid corruptum esse. v. seqq. *J. Bosscha*.—2 Rectius edit. Venet. *non quo*. Vide Livineii notas ad vett. Panegyr. *Pric*. E sola Ed. Ven. non mutandum puto. *J. Bos.* —3 Inverso ordine Pith. *ne ut*, ut et statim *vendidit fumum*. Id.—4 Vid. Not.

NOTÆ

[e] *Non quod pinnarum formidines, &c. timerem*] Crimen sacrorum nocturnorum, quod pinnarum et fuliginis tantum argumento probatur. Alludit ad lineam variis plumis pinnisque consertam, qua feras terrebant compellebantque in retia, quæ idcirco formido dicebatur. Seneca, de Ira lib. I. 'Nec mirum, cum maximos ferarum greges linea pennis distincta contineat, et in insidias agat, ab ipso effectu dicta formido.' Virgil. Georgic. III. 'Puniceæve agitant trepidos formidine pennæ.'

[f] *Fumum vendidit*] Falsum testimonium fumo fuligineque illa nixum. Notum est adagium 'fumum vendere.'

ficia, occulta fabrica, ligno exquisitissimo comparasse: [504] et cum sit sceleti forma[4] [g] turpe et horribile, tamen impendio colere,[5] et Græco vocabulo nuncupare[6] βασιλέα.[h] Nisi fallor, ordine eorum vestigia persequor, et singillatim apprehendens, omnem calumniæ textum retexo.[i] Occulta fuisse fabricatio sigilli, quod dicitis, qui potest? cujus vos adeo artificem non ignorastis, ut ei, uti præsto esset,[7]

dicunt me emisse fabricatam clanculum ex rarissimo ligno: et eam impense venerari, et vocare Regem vocabulo Græco, quamvis habeat figuram larvæ, ideoque sit deformis et horrenda. Sequor eorum gressus ordine, nisi hallucinor, et, resumens singula, dissolvo totum artificium calumniæ. Quomodo confectio imagunculæ potest fuisse abdita, ut dicitis? cujus vos tam bene novistis fabrum, ut significaveritis ei,

Var.—5 Male Edd. tantum non omnes ante Colv. etiam in Junt. post. *colore.* Bene est in Mss. certe Pith. *J. Bosscha.*—6 Ante hoc verbum legitur in Ed. Vic. *Græcum verbum deest.* In vett. Edd. excepta Junt. post. non est τὸ βασιλέα, uti nec in Mss. Florent. *Id.*—7 Flor. *pr. adesset.* Elmenhorstius. Probante V. D. in Obs. Misc. vol. II. p. 190. ubi vide plura hujus locutionis exempla, quibus adde Cic. ad Div. IV. 8. ibique Manut. Edidit ita Scriv. Non sequor tamen. Statim sequitur *En, adest.* Hinc fortasse et h. l. irrepsit *adesset* in Mss. Florent. In Pith. deest *uti:* non male. *J. Bosscha.*—8 Scriv.

NOTÆ

[g] *Cum sit sceleti forma, &c.*] Sic legendum, non *celeri forma*, probant quæ infra leguntur: 'Tertium mendacium vestrum fuit macilentam, vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam: prorsus horribilem et larvalem.' *Sceletus* enim idem est ac, larva: compago nempe illa ossium carne nudatorum et siccorum, quales cernuntur in chirurgorum officinis. Σκελετὸς Græcis, aridum, sonat.

[h] *Græco vocabulo nuncupare βασιλέα*] Regem. Hoc ex remotissima antiquitate petitum est. Seldenus de Diis Syris Syntagm. I. cap. 6. 'Quam conveniens autem et proprium summo rerum gubernatori, sive Deo, fuerit, etiam apud idololatras, Regis vocabulum, et Βασιλέως, discas licet ex prima Apologia Apuleii. Uti igitur Baal, id est, Dominus, ita et Melech, seu Molech, aut Moloch, id est, Rex Ammonitarum hoc nomen denotabat: unde et is ipse forsan fuerit, qui Rex Deorum, Βασιλεὺς Θεῶν, titulo singulari vocitatur in Phœnicum vetustissima Theologia.' Idem, eodem Syntagm. cap. 2. hæc habet ad locum hunc facientia: 'Propius autem ad τῶν Teraphim naturam accedunt imagines, quæ non solum a siderum positura, verum etiam ἀπὸ τῶν προσεγγίσεων Dæmoniorum, et oracula reddere, et mala depellere simul putabantur. Προσεγγίσεις vero ποιήσασθαι dicuntur Dæmones, cum, invocati, simulacra sibi dicata ingrediantur.' Et infra: 'Dæmonio autem plenum sentiendum est sigillum illud ligneum, ab Apuleio Mago Βασιλεὺς dictum, et tacito nomine cultum, de quo ipse Apologia prima.'

[i] *Calumniæ textum retexo*] Refello totam accusationem. Metaphora est a tela et textoribus.

denuntiaveritis? En, adest Cornelius Saturninus[8] artifex, vir inter suos et arte laudatus, et moribus comprobatus, qui tibi, Maxime, paulo ante diligenter sciscitanti omnem ordinem gestæ rei summa cum fide et veritate percensuit: me, cum apud eum multas geometricas formas[k] e buxo[9] vidissem subtiliter et affabre factas, invitatum ejus [505] artificio, quædam mechanica[l] ut mihi elaborasset, petisse: simul et aliquod simulacrum cujuscumque vellet Dei,[m] cui ex more meo supplicassem,[n] quacumque materia, dummodo lignea,[o] exsculperet. Igitur primo buxeam[1] tentasse. Interim dum ego ruri ago, Sicinium Pontianum privignum meum, qui mihi factum[2] volebat,[p] impetratos hebeni locu-

uti hic adesset? Ecce præsto est Cornelius Saturninus faber, vir et celebratus ob suam solertiam inter suos cives, et laudatus ob probitatem; qui, cum eum sedulo interrogares paulo prius, o Maxime, narravit tibi sinceriter et veraciter totam seriem rei peractæ: me nempe, cum conspexissem apud eum plurimas figuras geometricas artificiose et eleganter elaboratas ex buxo, allectum ejus solertia, rogasse eum, ut mihi fabricaret quædam mechanica: simulque ut mihi elaboraret ex qualibet materia, modo lignea esset, aliquam effigiem cujuscumque Dei vellet, quem colerem secundum meam consuetudinem: eum ergo primo periculum fecisse in buxea materia. Sed interea, dum versor ruri, Sicinium Pontianum, meum privignum, qui me benevolentia prosequebatur, attulisse sibi capsulas ex ebeno, quas habuerat ab honestissima

Saturnus. Id.—9 Sic reposui, ducente me eo margine Bas. 2. in qua erat *evoxo:* in aliis, *Gnosso.* Virg. lib. I. Georg. 'Nec tiliæ leves, aut torno rasile buxum Non formam accipiunt, ferroque cavantur acuto.' Et sequitur hic: 'Igitur primo buxeam tentasse.' *Colvius.* Hæc vera γραφή. Rom. Cod. *Gnosso*, mendosissime: gradus fecit ad veram lectionem Bernardus Philomathes, qui e Mss. edidit *evoxo.* Colvius fecit *e buxo.* Vere et ingeniose. *Casaub.* *E buxo.* Sic Flor. et Colv. Fulvius *ex nexo.* Rom. et Ald. *e gnosso:* male. *Elmenhorstius.* Non erat cur Colvio hanc emendationem eruditi scriberent: vindico eam auctori ego, Erasmo, quem in Adag. vide Chil. 2. Cent. 5. *Pric.* Ms. Pith. *e nexo,* quod in suo Cod. invenisse videtur etiam Fulv. Sed vera lectio firmatur a Mss. Florent. *J. Bosscha.*—1 Pith. *buseam.* Id. —2 Non est *mihi* in Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *Id.*—

NOTÆ

[k] *Geometricas formas*] Puta tetraëdra, exaëdra, dodecaëdra, &c. sphæras pyramidulas, &c. quales permultæ figuræ in studiosorum conclavibus cernuntur.

[l] *Quædam mechanica*] Regulas puta, normas, perpendicula, atque alia id genus instrumenta.

[m] *Cujuscumque vellet Dei*] Qui tamen publice receptus esset, aut non interdictus: neque enim impune fuisset Apuleio, non receptos, aut improbatos Deos colere; quod crimen erat externæ religionis.

[n] *Supplicassem* [*supplicarem*] Privatim ac ritu peculiari.

[o] *Dummodo lignea*] Rationem infra subjungit ex Platone.

[p] *Qui mihi factum volebat*] 'Factum alicui velle,' ut et 'factum cupere'

los[3,q] a muliere honestissima Capitolina ad se attulisse: ex illa potius materie[4] rariore et durabiliore uti faceret, adhortatum: id munus cumprimis gratum mihi fore.[5] Secundum ea se fecisse,[6] proinde ut[7] loculi suppetebant. Ita minutatim[8] ex tabellis compacta crassitudine Merculiolum expediri potuisse. Hæc, ut dico, omnia audisti. Præterea a filio Capitolinæ probissimo adolescente, qui

fœmina, nomine Capitolina: et suasisse, ut fabricaret illam effigiem ex ea potius materia minus communi, et magis durabili: hoc munus mihi futurum maxime acceptum: se fabricasse ex illa, prout capsulæ sufficiebant: præterea, se potuisse etiam facere parvum Mercurium, coagmentando frustatim crassitiem ejus ex tabellis. Audivisti hæc omnia, sicut dico. Præterea filius Capitolinæ, optimus juvenis, qui

3 Al. *baculos.*—4 Mss. Florent. *materia:* ut supra. *J. Bosscha.*—5 Flor. *gr. m. foret.* Elmenhorstius.—6 *Ex ea se fecisse.* Rom. et aliæ, *sed ea se fec.* nullo sensu, quem restituit *ex* pro *sed* repositum: malo tamen quod postea reperi in Ed. Philomathis, *secundum ea s. f.* Casaub. *Et ea se fec.* Fulvius. Mox Aldi Ed. et v. c. habent: *Sciscitante te eadem dicta sunt.* Et infra id. v. c. *quem quidem abfuisse in eo tempore scitis.* Scioppius in Symbola. *Ex ea se fec.* Ita restituerat Casaubonus noster, sed ei jure postea placuit lectio quæ in Ed. Philom. reperta, *secundum ea,* id est, postea, *ἐπὶ τούτοις,* quod etiam Varroni a Scaligero restitutum admonuit me ingeniosus et doctus adolescens Jungermannus. *Scip. Gent. in Append.* Ms. Pith. cum Edd. ante Casaub. *sed ea se fec.* præter Junt. post. in qua cum Scriv. *secundum ea se fec.* quomodo emendarunt etiam Salm. et Jungerm. Ep. 31. inter Gudian. Ex compendiosa scriptura facile *secundum* in *sed* mutari potuit. Sed tum non explicem *secundum ea* pro *post ea,* sed Saturninum, obsequentem adhortationi Pontiani, secundum eam fecisse signum. Reliqui post Casaubon. dedere *ex ea se fec.* nisi quod Elmenh. Fulvianam conjecturam *et ea se f.* prætulit. in Mss. Florent. videtur tamen esse *ex ea,* nisi et Lindenbrog. et Elmenh. contrarium monere neglexerint, quod non semel factum. *J. Bos.*—7 Sic lego e Ms. Pith. Vulgo *perinde ut.* Adi ad Met. lib. v. p. 342. a. Idem Ms. cum Florent. *loculis.* Id.—8 *Item minutatim.* Rom. Ven. Ald. *ita.* Colvius. Malim *indidem* vel *etenim, &c.* Acidal. Flor. *Ita minuit.* Elmen-

NOTÆ

Latini dicunt, pro, gratificari, et bene velle, et commodis ejus studere.

q *Hebeni loculos*] Reponit Elmenhorstius, *baculos*, quibus Pricæus vult innui, quas vocat Plin. *φάλαγγας*, Claudianus 'ramos ebeni,' Lucan. 'ebeni comas.' Ego nihil mutandum censeo. *Ebeni loculi* sunt pyxides, seu capsulæ ex tabellis ex ebeno compactæ, ex quibus mechanica illa, quæ Apuleius jusserat, fecit Saturninus. Suffragatur meæ interpretationi, quod mox subjungit: 'Item minutatim ex tabellis compacta crassitudine Merculiolum expediri potuisse.' Quod sane cum baculis aut phalangis Pricæi stare non potest. Intelligendum est ergo, eum illa mechanica instrumenta (quæ plana essent) ex tabellis, quibus constabant capsulæ illæ, ut potuit, fecisse: Merculiolum vero istum, quem crassiorem oportebat esse, non potuisse facere, nisi conglutinatis inter se multis ejusmodi tabellis.

præsens est, sciscitante te, eadem dicta sunt: Pontianum loculos petisse, Pontianum Saturnino artifici detulisse. Etiam illud non negatur, Pontianum a Saturnino[9] [506] perfectum sigillum recepisse, et postea dono mihi dedisse. His omnibus palam atque aperte probatis, quid omnino superest, in quo suspicio aliqua Magiæ delitescat? immo quid omnino est, quod vos manifesti mendacii non revincat? Occulte fabricatum esse[1] dixistis, quod Pontianus splendidissimus eques fieri curavit: quod Saturninus vir gravis, et probe inter suos cognitus, in tabernula[2] sua sedens propalam exsculpsit:[3] quod ornatissima matrona[r] munere suo[s] adjuvit: quod et futurum, et factum, multi cum servorum, tum amicorum, qui ad me ventitabant, scierunt.[4] Lignum a me toto oppido, et quidem oppido quæsitum, non piguit vos commentiri: quem abfuisse in eo tempore[5] scitis, quem jussisse fieri quali-

hic adest, eadem dixit, cum ipsum interrogares: nimirum Pontianum petiise pyxides, Pontianum tulisse ad Saturninum opificem. Non inficiatur etiam hoc, Pontianum accepisse a Saturnino imagunculam, cum absoluta fuit, ac deinde mihi donasse muneri. His omnibus clare et manifeste demonstratis, quid restat omnino, in quo suspicio Magiæ lateat? vel potius, quid prorsus est, quod non convincat vos mendacii aperti? Dixistis imaginem fuisse clam elaboratam, quam Pontianus clarissimus eques sculpendam dedit: quam Saturninus, vir gravis et egregie spectatus inter suos, in aperto fabricavit sedens in sua officina: quam honestissima materfamilias commendavit suo dono: quam plurimi tum ex famulis, tum ex amicis meis, qui solebant venire ad me, noverunt et fabricatum iri, et esse fabricatas. Non dubitastis comminisci me perquisivisse lignum per totam urbem, et summo studio quidem? cum tamen sciatis me peregre fuisse tunc temporis; cum demonstratum sit me præ-

horstius. Contra Mss. Colv. Vulc. et Flor. dedere *item*. J. Bos.—9 Pith. expungit *a* et Florent. statim *et*. Pro *suspicio* Pith. *supplicio*. Id.—1 *Fabricatum esse sigillum*. Τὸ *sigillum* non est in Florentinis. *Elmenh.* Uncinis circumduxit Scriv. Sed melius expunctum est in Ed. Junt. post. *J. Bos.*—2 Flor. *taberna*. Elmenhorstius. Ed. Junt. post. *taberna*. Ms. Pith. *tabernacula*, ut habent Mss. bene multi et Edd. Met. lib. IX. p. 672. 'hortulanus deorsus in ipsa tabernula:' ubi cf. *J. Bos.*—3 Quia Stewech. in Ed. Bas. pr. corrupte editum viderat *exculsit*, hinc, damnans etiam *exsculpsit*, ad Arnob. p. 71. emendari voluit *exclusit*. Id.—4 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *scirent*. Id.—5 *Quem quidem*. Flor. *quanquam abf. in eo temp.* Elmenhorstius. Ms. Pith. etiam *quanquam*. *Quem* repetitum vim habet, ut supra *quod*. Sed ejeci *quidem* cum Ed. Junt. post. quod irrepsit e proximo vs. *J. Bos.* Vet. edit. *meo*. Scribebam, *in eo*. Colvius. Mss. Flor. Pith. Fulv. Edd. Junt.

NOTÆ

[r] *Ornatissima matrona*] Capitolina. [s] *Munere suo*] Loculis ebeni.

cumque materia probatum est? Tertium mendacium vestrum fuit, macilentam, vel omnino evisceratam formam diri [6] cadaveris fabricatam, prorsus horribilem et larvalem. Quod si compertum habebatis tam evidens signum [7] Magiæ, cur mihi, ut exhiberem, non denuntiastis? An ut possetis in rem absentem libere mentiri? Cujus tamen falsi facultas opportunitate quadam meæ consuetudinis vobis ademta est. Nam morem mihi habeo, quòquo [8] eam, simulacrum alicujus Dei inter libellos [9] conditum [t] gestare, eique diebus festis thure et mero, et aliquando victimis [1] supplicare. Dudum ergo cum audirem, sceletum [2] perquam impudenti mendacio dictitari, jussi curriculo iret aliquis, et ex [507] hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Œæ fabricatus est.[u] Cedo tu,[3] eum vi-

cepisse, ut fabricaretur ex quavis materia? Vestrum tertium mendacium fuit, factam esse figuram terribilis cadaveris, macram, aut prorsus carne nudatam, omnino horrendam, et larvalem. Quod si sciebatis antehac illud esse manifestum indicium Magiæ, quare non significavistis mihi, ut illud proferrem huc? num ut possetis audacter mentiri de re, quæ non appareret? Cujus tamen mendacii opportunitas vobis prærepta est quadam commoditate mei moris. Soleo enim ferre imaginem alicujus Dei reconditam inter meos libros quocumque pergam: et eam colere diebus festis, thure et vino, et nonnunquam etiam hostiis. Igitur, cum audirem jam pridem illam imaginem vocitari a vobis larvam, mendacio impudentissimo; præcepi, ut aliquis celerrime iret, et afferret ex meo diversorio parvum illum Mercurium, quem iste Saturninus mihi elaboravit Œæ. Da tu: aspiciant illum, con-

post. Scriv. *in edit.* recte. Vide supra ad p. 498. *J. Bos.*—6 Mss. Florent. Pith. *duri.* De larvali forma vide quos cito paulo infra. *Id.*—7 *Adeo evidens sign.* Omnes cod. *ante evid.* perspicue mendose pro *adeo* vel *tam.* Casaubonus. Flor. *annon cui videns s.* male. *Elmenh.* Lips. Salm. Groslot. in marg. *tam.* Ms. Pith. sane *tam:* quare id rescripsi, pro eo quod post Casaub. editum *adeo.* J. Bos.—8 Pith. *quo.* Id.—9 Al. *loculos.*—1 Ms. Pith. *victimas.* J. Bos.—2 Ita esse legendum satis superque ante probavimus. Tamen omnes Codd. et hic et tribus locis proximis *scelestus* scriptum habent: ut dubium non sit antiquum hoc esse mendum. Sed veritati, ut ille ait, nullum temporis spatium præscribere potest. *Casaub.* Gruter. *sceleton:* quemadmodum citat hunc locum Heins. ad Ovid. Ibin, vs. 146. 'Insequar et vultus ossea forma tuos:' quem ibi confer de larvali habitu, et Burman. ad Anthol. Lat. I. v. Ep. XII. vs. 13. *J. Bos.*—3 Ms. Pith. *m.* Salm. allevit

NOTÆ

[t] *Inter libellos conditum*] In scriniis, una cum libris. Nihil muto, quanquam Pricæus malit *inter loculos.*

[u] *Quem mihi Saturninus iste Œæ fabricatus est*] Locus hic ostendere videtur orationem hanc non fuisse Œæ pronuntiatam.

deant, teneant, considerent. En vobis, quem scelestus ille sceletum[4] nominabat. Auditisne reclamationem omnium, qui adsunt? auditisne mendacii vestri damnationem? Non vos tot calumniarum tandem dispudet? hiccine[5] est sceletus? hæccine est larva?[w] hoccine est, quod appellitabatis[6] dæmonium?[7] magicumne istud, an solenne et commune simulacrum est? Accipe quæso, Maxime, et contemplare: bene tam puris[8] et tam piis manibus tuis traditur res consecrata. En vide,[9] quam facies ejus decora et succi palæstrici[1] [x] plena sit, quam hilaris Dei vultus, decenter utrimque lanugo malis[2] deserpat, ut in capite crispatus

trectent, contemplentur. Ecce vobis, quem nefarius ille vir vocabat larvam. Auditisne murmur omnium astantium? auditisne condemnationem vestri mendacii? annon vos pudet tandem tot falsarum accusationum? hæcne est larva? hicne est sceletus? an hoc est quod vocitabatis Dæmonium? an hæc effigies est magica, an vero solita et vulgaris? Cape, oro te, Maxime, et considera. Res sacra recte committitur tuis manibus, adeo castis et adeo religiosis. Ecce, contemplare, quam habitudo ejus corporis sit formosa, et succo athletico turgens; quam os Dei sit lætum; quomodo prima barba decore pullulet in genis ab utraque parte; quomodo crines

cedo mihi. Id.—4 Rursus Edd. ante Casaub. cum Mss. *scelestum:* ut et mox. et Gruter. *sceleton,* et statim *hoccine est sceleton.* Sed tum non tam constanter in Mss. corrupta fuisset illa vox, ut arbitror. *Id.*—5 *Hæccine.* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *hiccine* cum Ms. Pith. qui statim rursus *hiccine.* Id.—6 Ms. Lips. qui iterum hic incipit, *appellabatis.* Id.—7 Ms. *Dæmonem.* Colvius. In eod. Cod. Lips. desunt *et commune.* J. Bos.—8 Laborantem a prava distinctione locum emendavimus. *Casaub.* Distinguebatur enim post *bene.* J. Bos.—9 Ms. *Hem vide.* Colvius. Non male. *J. Bos.*—1 *Succi plena.* Idem *succipala.* Colvius. *Succi palestrici.* Sic recte Mercerus. Florent. *succipala et vici plena sit.* Lactantius in Thebaid. Statii lib. IV. 'et Mercurius Palæstritarum numen est.' Horatius: 'decoræ More palæstræ.' Servius ad IV. Æn. *Elmenh.* In Ms. erat: *et succipala si.* Restitui, *et succidula sit.* Est ὑποκορισμὸς, 'succidus,' 'succidulus:' qua facie, 'Acidus,' 'Acidulus,' et infinita talia. *Meurs.* Pricæi notam vide. Mss. Florent. *succi pala e trici plena.* Lipsiani alia coll. *succi pala e trici.* Pith. *succi pala e rici plena:* unde manifestum, verissime emendasse Lindenbrog. in Excerptis, Mercer. ad Non. p. 131. Salmas. in marg. Gronov. Diatr. Stat. p. 150. *palæstrici,* uti editum jam ab Elm. Scriv. Flor. Antea ea vox prorsus deerat. Meursii conjecturam improbat Burm. in Add. ad Anthol. Lat. p. 699. *J. Bos.*—2 Pith. *male.* Id.—3 Ms. D'Orv. quem rursus hic incipere gaude-

NOTÆ

[w] *Hæccine est larva*] Sceletus. Petron. in Trimalcionis convivio: 'Potantibus ergo, et accuratissime nobis lautitias mirantibus, larvam argenteam attulit servus sic aptam, ut articuli ejus vertebræque locatæ in omnem partem flecterentur.'

[x] *Succi palæstrici*] Hoc est, qualem in athletis et pugilibus, qui in palæstra certant, esse oportet, ut strenue pugnent. Verti, athletici, ad rem potius quam ad verbum.

capillus sub imo pilei umbraculo appareat,[3] quam lepide[4] super tempora pares pinnulæ emineant, quam autem festive circa humeros vestis constricta sit. Hunc qui sceletum[5] audet dicere, profecto ille simulacra Deorum nulla videt, aut omnia negligit. Hunc denique qui larvam putat, ipse est larvatus.[6] At tibi, Æmiliane, pro isto mendacio duat Deus iste,[7] Superum et Inferum commeator,[y] utrorumque Deorum[z] malam gratiam,[8] semperque [508] obvias[9] species mortuorum, quicquid Umbrarum est usquam, quicquid Lemurum, quicquid Manium, quicquid Larvarum, oculis tuis oggerat;[1] omnia noctium occursacula,[a] omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terricula-menta: a quibus tamen ævo et merito[2 b] haud longe abes.

videantur cincinnati in capite sub infimo tegmine pilei; quam festive duæ alæ consimiles exsurgant supra tempora; quam lepide vero chlamys sit substricta circum humeros. Qui audet vocare hunc Deum Larvam, certe ille vel nullas aspicit effigies Deorum, vel contemnit universas. Uno verbo, qui credit hunc esse sceletum, ipse furit. Hic autem Deus, visitator cœlestium et inferorum, conciliet tibi, o Æmiliane, pro isto mendacio inimicitiam utrorumque illorum Deorum, et vultus mortuorum semper occurrentes, obtrudat tuis oculis omnes Umbras, quotquot sunt uspiam, omnes Lemures, omnes Manes, et omnes Larvas: universa, quæ occurrunt noctibus: cuncta quæ terrent in bustis, omnes terrores tumulorum: a quibus nihilominus non

mus, *appareant.* Id.—4 Alii *quam placide.* Elmenhorstius. Nescio, qui. Sed Bas. pr. *lapide.* J. Bos.—5 Etiam D'Orv. *scelestum.* Id.—6 D'Orv. *hinc*, et cum Pith. *larvans.* Post hoc verbum in D'Orv. rursus desunt seqq. usque ad *Ceterum Platonica familia.* Id.—7 Quid sunt meriti qui hanc γραφὴν Romanæ edit. mutarunt? nam in aliis omnibus libris legas *aut Deus iste*, sententia nulla. *Duat* pro *duit*, nisi ita scribendum potius. Vel est, ut *fuat.* Casaubonus. *Ut Deus iste*, lego. *Brant.* Recte *duat* ex Edd. Rom. Vic. edidere Casaub. Gent. cum seqq. et Mss. Florent. In Pith. cum reliquis *aut D. iste.* J. Bos.—8 Flor. *magnam grat.* Elmenh. Ex Lindenbrogii Collat. *mala.* J. Bos.—9 Memb. Flor. *obias:* ut et in lib. de Mundo. *Elmenh.* Locus est p. 367. huj. Ed. sed vide ibi. Passim eam vocem sic scribi in Mss. monuit Oudend. ad Met. l. XI. p. 771. a. *J. Bos.*—1 Alii *obingerat.* Elmenhorstius. Ms. Fulv. nempe. *J. Bos.*—2 Al. *ævo emerito.*—3 Non est in

NOTÆ

[y] *Superum et Inferum commeator*] Sic Metamorphos. II. 'Ille Superum commeator et Inferum, læva caduceum gerens;' ad quem locum vide quæ diximus.

[z] *Utrorumque Deorum*] Superorum nempe et inferorum, ad quos commeat ultro citroque Mercurius.

[a] *Omnia noctium occursacula*] Spectra, quæ noctu occurrunt. Horat. 'Nocturnus occurram furor.' Et Juvenal. Sat. V. 'Et cui per mediam nolis occurrere noctem.' Ea sunt, quæ Lucretius minime superstitiosus philosophus canit, 'nihilo metuenda magis, quam Quæ pueri in tenebris metuunt, finguntque futura.'

[b] *Ævo et merito*] Huic lectioni si

Ceterum Platonica familia nihil novimus nisi festum et lætum, et solenne, et superum, et cœleste. Quin altitudinis studio secta ista etiam cœlo [3] ipso sublimiora quæpiam vestigavit,[4] et in extimo mundi tergo [c] degit.[5] Scit, me vera dicere, Maximus, qui τὸν ὑπερουράνιον τόπον ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ [6] legit in Phædro diligenter. Idem Maximus optime intelligit, ut de nomine etiam vobis respondeam, quisnam sit ille, non a me primo, sed a Platone nuncupatus βασιλεὺς,[7] [d] totius rerum naturæ causa, et ratio, et origo initialis, summus animi genitor, æternus animantium [8] sospitator, as-

multum distas ætate et merito. Porro nos, discipuli Platonis, nihil cognoscimus nisi festivum, et hilare, et celebre, et divinum, et cæleste. Quin et hæc nostra secta inquisivit etiam quasdam res altiores ipso cælo ex desiderio celsitudinis, et versatur in extrema convexitate mundi. Maximus novit me loqui vera, qui studiose legit in Phædro: locum supercœlestem, supra convexum cœlorum. *Idem Maximus (ut etiam vobis respondeam de vocabulo) apprime scit, quis sit ille vocatus Rex non primum a me, sed a Platone, qui est causa omnium rerum naturalium, et earum ratio, et fons primordialis, supremus pater mentis, æternus conservator animalium,*

D'Orv. *Id.*—4 Flor. *vestivit.* Elmenhorstius. Mss. D'Orv. *quæp. nescivit.* Pith. *quempiam vestium.* J. Bos.—5 Flor. *retit:* male. *Elmenh.* Addicit Pith. In D'Orv. *rẽ e.* J. Bos.—6 *Qui τὸν ... νώτῳ.* Desunt Mss. D'Orv. Pith. Male Ed. Colv. τὸ ὑπὲρ οὐρ. Pro *Phædro* D'Orv. *fedio:* id. mox *intellegit.* Id.—7 Florent. auget: *N. B.* ΠεΡΙτωΝ ΠαΝτον ΒΑcΙλεy ΠαΝτεστι κωκεικο *seneka πακτα, quisnam sit ille Basileus.* Lege: περὶ τῶν πάντων βασιλέα, πάντ' ἐστὶ καὶ ἐκεῖνος ἕνεκα πάντων. *Elmenh.* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. *respondeam quisn. sit ille non a me pr. sed a Plat. nunc.* βασιλεὺς (in Vic. et Junt. pr. hic et mox desideratur vox Græca) *Quisnam sit ille* βασιλεὺς *totius, &c.* Ms. D'Orv. *resp. q. s. i. non a me pr. nuncupatus, sed a Plat. quisnam sit ille totius, &c.* Contra Pith. simpliciter *respondeam, quisnam sit aliseus, totius, &c.* Quæ in Florent. membranis leguntur, suspicor esse vestigia loci cujusdam Platonici, qui interpretamenti causa ascriptus fuerit: nisi ipse Auctor locum e Platone adhibuisse, et inde additamentum illud in Edd. Vic. Junt. pr. Ald. et Ms. D'Orv. fluxisse videatur. Sed prius verius videtur: ad sententiam certe nihil desideratur. *J. Bos.*—8 Vulg. *animantum.*—9 Quidam *opere.* Colvius.—1

NOTÆ

inhæreas, sic intellige: Ætate, quæ jam valde provecta est, et propinqua morti: et tale est meritum tuum, ut post mortem, si digna vitæ præmia reddantur, tibi in larvam proculdubio et nocturnum terriculamentum sit migrandum. Ita enim Platonici cum scelestis agi putabant. At melius forte legas: *ævo emerito*, ut sensus sit: Æmilianum sepulcris et bustis esse proximum, quippe cujus ætas jam peracta sit.

[c] *In extimo mundi tergo*] In convexa parte cœli, quam Græci etiam appellant τὰ τῶν οὐρανῶν νῶτα, cœlorum terga, seu dorsa.

[d] *Sed a Platone nuncupatus* βασιλεὺς] Pricæus Græca hic verba ex Ms. cod. habet, sed corruptissima: ΠεΡΙ τωΝ ΠαΝτον ΒΑcΙλεy ΠαΝτεs τικωκειко SencKa πακτα.

siduus mundi sui opifex.[e] Sed enim sine opera[9] opifex,[f] sine cura sospitator, sine propagatione [509] genitor, neque loco, neque tempore,[1] nec vice ulla comprehensus, eoque paucis cogitabilis,[g] nemini effabilis.[h] En, ultro augeo Magiæ suspicionem.[2] Non respondeo tibi, Æmiliane, quem colam βασιλέα. Quin si ipse proconsul interroget, quid sit Deus meus, tacebo.[3][i] De nomine, ut impræsentiarum, satis dixi.[4] Quod superest, nec ipse sum nescius, quosdam circumstantium cupere audire, cur non argento vel auro, sed potissimum ex ligno, simulacrum fieri voluerim; idque eos arbitror, non tam ignoscendi,[5] quam cognoscendi causa,[k] desiderare: ut

perpetuus fabricator sui mundi. Qui tamen est fabricator sine labore, conservator sine cura, pater sine generatione: non conclusus loco, neque tempore, neque ulla appellatione, quique ideo cognosci potest a paucis, enuntiari a nullo. Ecce augeo sponte suspicionem Magiæ. Non aperio tibi, Æmiliane, quem Regem venerer. Quin etiam, si ipse Proconsul quærat a me, quid sit meus Deus, silebo. Satis locutus sum de ejus nomine quantum ad præsens. Quod restat, non ignoro aliquos astantium velle scire, quare voluerim ut hæc imago mihi fabricaretur maxime ex ligno, non autem ex argento, aut auro: et credo illos hoc cupere non tam ad parcendum,

Ms. D'Orv. *nec temp.* cf. ad Met. l. IV. p. 258. b. Id. Ms. *sospicator*. J. Bos.—2 Pith. *suspicationem*. Græca vox, statim, ut solet, abest Mss. D'Orv. Pith. et Edd. vett. præter Junt. post. Ald. *Id.*—3 *Quin si . . . tacebo. Si* non est in D'Orv. qui cum Ed. Junt. post. *taceo*. Id.—4 Ita hæc legenda et distinguenda. *Ut inpræsentiarum*, i. e. prout præsens tempus poscebat. Cic. Brut. 7. 'Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo,' i. e. prout tempora tunc erant. Quare *ut* non mutandum in *at* cum Groslot. in marg. Edd. vett. pleræque cum Colv. Vulc. Wow. Elm. Scriv. distinguunt *meus; tacebo de nomine, ut inpræsentiarum satis dixi.* Id.—5 *Arbitror tam ignosc.*

NOTÆ

[e] *Assiduus mundi sui opifex*] Quem assidua veluti creatione conservat. Adverte, quam apposite de Deo loquatur Divini Platonis sectator.

[f] *Sed enim sine opera opifex, &c.*] In libro de Mundo: 'Sospitator quidem ille et genitor est omnium, qui ad complendum mundum nati factique sunt: non tamen ut corporei laboris officio orbem istum manibus suis instruxerit, sed qui quadam infatigabili providentia et procul posita cuncta contingat, et maximis intervallis disjuncta complectatur.'

[g] *Paucis cogitabilis*] Immo omnes Dei ideam habent animo infixam, sed hoc vult Platonicus noster, paucos de Deo cogitare, ut ejus infinita potentia et majestate dignum esset.

[h] *Nemini effabilis*] Non quod ejus nomen pronuntiari non possit, sed quoniam omnia ejus attributa condigne verbis exprimere nemo potest.

[i] *Tacebo*] Non ex contumacia, aut contemtu Proconsulis, sed quia ex doctrina Platonis quid sit Deus apte dici non potest.

[k] *Non tam ignoscendi, quam cognoscendi causa*] Non tam quia credant hoc

hoc etiam scrupulo liberentur, cum viderint omnem suspicionem criminis abunde confutatam.[6] Audi igitur, cui cura cognoscere est: sed animo, quantum potes, erecto et attento, quasi verba ipsa Platonis jam senis de novissimo Legum libro auditurus: θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χρεὼν ἔμμετρα τὸν μέτριον ἄνδρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως,[l] ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν. μηδεὶς οὖν [510] δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς. Hoc eo[7] prohibet, ut delubra nemo audeat privatim constituere.[m] Censet etenim,[8] satis esse civibus ad immolandas victimas templa publica. Deinde subnectit: χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν[9] ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον κτῆμα. ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος[n] οὐκ εὐχερὲς ἀνά-

quam ad sciendum: ut exsolvantur etiam hac religione, quando adverterint omnem suspicionem malefacti fuse esse refutatam. Ausculta ergo, quicumque cupis scire, sed ausculta mente, quantum potes, elata et attenta, siquidem auditurus es ipsa verba Platonis jam grandævi, ex ultimo libro Legum: Donaria Diis moderata a moderato homine offerantur. Terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra Deorum omnium est: quocirca nequis iterum idem consecret. *Hoc idcirco vetat, ut nullus audeat privatim ædificare templa. Nam arbitratur publica delubra sufficere civibus ad sacrificandas hostias. Postea subjungit:* Aurum autem et argentum in aliis urbibus, et in propria, et in templis invidiosa res est: tum ebur, ex inanimi corpore extractum, non satis aptum donum Deo est: jam

Lege cum Florent. *arb. non tam ign.* Elmenhorstius. Recte Florent. Cod. *non tam ign.* Pricæus. Bene *non* aderat in Edd. vett. ejectum a Colv. Cas. Gent. Wow. uti nec comparet in Ms. Pith. Eadem autem παρονομασία apud Terent. Heaut. II. 1. 'Et cognoscendi et ignoscendi peccati dabitur locus:' et Auson. Lud. VII. Sapient. 'ignoscenda isthæc an cognoscenda rearis, Attento, Drepani, perlege judicio:' et apud Nostrum Flor. N. 23. 'repentina autem noscitis simul et ignoscitis.' *J. Bos.*—6 Pith. *confinidam.* Græca infra desunt rursus Mss. et Edd. iisdem. *Idem.*—7 Ed. Ald. *in quo.* Id.—8 Ed. Junt. post. *enim: τὸ esse* delent Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *Id.*—9 Cicero *in urbibus, ἐν ταῖς πόλεσι. Casaub.* πρὸς τὰ κοινὰ non inveniuntur in Ed. Junt. post.

NOTÆ

ad meam defensionem necessarium esse, et ad hoc ut me crimine vacuum credant, quam quod ipsi id scire atque cognoscere cupiant, ne ullus omnino sibi supersit scrupulus.

[l] Γῆ *μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως, &c.*] Hæc posteriora verba interpretatur Cicero, lib. II. de Legibus: cujus interpretationem ad verbum expressi. 'Agri autem ne consecrentur,' inquit, 'Platoni prorsus assentior, qui, si modo interpretari potuero, his verbis utitur: Terra igitur,' &c.

[m] *Ut delubra nemo audeat privatim constituere*] Contra hanc tamen Platonis prohibitionem objiciebat Æmiliano paulo supra, quod nullum in villa ejus delubrum situm esset, nullus locus aut lucus consecratus.

[n] Ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος] E-

θημα. σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς, πολέμων ὄργανα. ξύλου δὲ μονόξυλον ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθου ὡσαύτως, πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά. Ut omnium assensus declaravit, Maxime, quique in consilio estis,[1] competentissime videor usus Platone, ut vitæ magistro, ita causæ patrono, cujus legibus obedientem me videtis.

Nunc tempus est[2] ° ad epistolas Pudentillæ præverti, vel adeo totius rei ordinem[3] paulo altius petere; ut omnibus manifestissime pateat, me, quem lucri cupiditate invasisse Pudentillæ domum dictitant, si ullum lucrum cogitarem, fugere semper a domo ista debuisse: quin et in ceteris causis[4] minime prosperum matrimonium; et, nisi[5] ipsa

æs et ferrum belli instrumenta sunt. Ligneum autem quodcumque voluerit quis, uno e ligno dedicet, itemque lapidem in delubris communibus. *Ut applausus omnium, et præsertim vestrum, qui sedetis in consilio, ostendit, videor appositissime usus Platone, quemadmodum magistro vivendi, sic et advocato meæ causæ, cujus placitis videtis me obtemperantem. Jam tempus est pergere ad literas Pudentillæ, aut sane resumere paulo superius seriem totius negotii; ut cuncti apertissime videant me, quem vulgo dicunt irrepsisse in domum Pudentillæ cupidine quæstus, si haberem ullum quæstum in animo, debuisse semper vitare illam domum, atque etiam connubium neutiquam faustum in reliquis causis, et odiosum, nisi uxor*

J. Bos.—1 *Maximeque qui in consilio estis.* Num igitur ipsi judices, et vel *maxime* hi, dignitatis suæ obliti, plausu vel clamore assensum dedisse censendi sunt? non puto. Veram lectionem restitui e Ms. D'Orv. *Maxime, quique in consilio estis.* Sic init. Apol. ' Maxime Claudi, quique in consilio estis :' ubi vide. Infra p. 513. ' Maxime, quique in consilio estis.' *Id.*—2 Hic perperam Edd. exoletæ, et libri plerique scripti, Apologiæ librum secundum auspicantur; cum una oratio sit, minime in partes duas secanda. *Scriver.* Mss. Pith. et D'Orv. *Ego* (Pith. addit *c.*) *Crispus Salustius emendavi rome felix Apuleii Platonici Madaute set* (Pith. *Madaurensis*) *pro se apud Claudium Maxim proconsulem de Magia liber primus explicit.* Pith. addit *incipit Liber secundus.* In D'Orv. alia aderant, sed deleta. Florent. *Incipit Liber secundus Magiæ :* sed v. Casaub. init. huj. Apol. et Scip. Gent. Argument. Apol. in Append. *J. Bos.* —3 Al. *ordine.*—4 Forte potius legendum fuerit *in ceteris casibus.* Colvius. Cave assentiaris illi emendationi, *in ceteris casibus.* Recta enim est vulgata omnium librorum lectio *causis.* Et ita in libris Jurisconsultorum accipi vocem *causa* alibi monebamus. Sic αἰτία in illo Matthæi, εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός. Plane respondet Hebræorum תורה. *Casaub.* Cf. Brisson. de V. S. in v. *causa* n. 12. τῷ *in* caret Ed. Junt. post. *J. Bos.*—5 Carent copula Mss. Florent. D'Orv. *Id.*—6 Florent. *in unicum,* deleta par-

NOTÆ

lephanti nempe, cujus ebur dens est.

° *Nunc tempus est*] Secundam Apologiam ab his verbis editiones permultæ incipiunt, sed perperam. Una enim eademque est, et uno tenore legenda Apuleii Apologia, ut jam probavimus.

mulier tot incommoda virtutibus suis repensaret, inimicum.[6] Neque enim ulla alià causa, præter cassam[7] invidiam, reperiri potest, quæ judicium istud mihi et multa antea pericula vitæ conflaverit. Ceterum, cur Æmilianus commoveretur, etsi vere me Magum comperisset,[8] qui non modo ullo facto, sed ne tantulo quidem dicto meo læsus est, [511] ut videretur se merito ultum ire? Neque autem gloriæ causa me accusat, ut M. Antonius Cn.[9] Carbonem,[p] C. Mutius A. Albutium,[q] P. Sulpitius Cn. Norbanum,[r] C. Furius M. Aquilium,[s] C. Curio Q. Metellum. Quippe hi omnes eruditissimi juvenes[1] laudis gratia primum hoc rudimentum forensis operæ subibant, ut aliquo insigni

ipsa compensaret suis virtutibus tot molestias: nam non potest inveniri ulla alia causa, quæ mihi confecerit hanc litem et antehac plurima vitæ discrimina, nisi invidia inanis. Porro, quare Æmilianus concitaretur, quamvis revera cognovisset me esse magum, siquidem non solum non læsus est ullo meo facto, sed ne vel minimo quidem meo dicto, ad hoc ut appareret jure illud vindicaturus? Nec vero accusat me honoris gratia, quemadmodum M. Antonius accusavit Cneium Carbonem, Caius Mutius Aulum Albutium, Publius Sulpicius Cneium Norbanum, Caius Furius Manium Aquilium, Caius Curio Quintum Metellum. Nempe illi homines, doctissimi ac juvenes, faciebant hoc primum periculum sui laboris forensis, gloriæ causa, ut

ticula *et*. Elmenhorstius. D'Orv. etiam *in unicum*: sed in Mss. *inimicum* et *in unicum* discerni vix possunt. V. D. in marg. Ed. Junt. post. malebat *iniquum*, ut passim, 'iniqua conditio' et sim. *J. Bosscha*.—7 D'Orv. *tamen*. Id. —8 Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *conspexisset*: in Pith. *quī* pro *qui*. Id.—9 *Ut* exulat Ms. D'Orv. Pro Cn. Pith. et Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *cum*. Id.—1 *Homines eruditissimi juvenes*. Ms. Pith. *oes er. i.* Ed. Junt. post. *omnes er. i.* Lego: *hi omnes erud. i.* cum Abramio ad Cic. pro Cæ-

NOTÆ

[p] *Ut M. Antonius Cn. Carbonem*] Fortasse hujus accusationis meminit M. Tullius Epist. ad Pætum: ubi de Cn. Carbone loquens, 'Jam pater ejus,' inquit, 'accusatus a M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur.'

[q] *C. Mutius, A. Albutium*] Cicero eum Titum vocat, in Bruto: 'Mutius augur,' inquit, 'quod opus erat, per se ipse dicebat: ut de pecuniis repetundis contra T. Albutium.'

[r] *P. Sulpitius Cn. Norbanum*] Cicero, lib. II. de Officiis, habet C. Norbanum, non Cn. 'Etiam,' inquit, 'P. Sulpicii eloquentiam accusatio illustravit, cum seditiosum et inutilem civem, C. Norbanum, in judicium vocavit.'

[s] *C. Furius M. Aquilium*] Reposuit Casaub. *M'*, ut legatur *Manium Aquilium*, quem ait gravissimorum criminum fuisse postulatum, et M. Antonii patrocinio servatum. At Cicero, lib. II. de Officiis supra laudato, pro M. Furio, habet L. Fusium: et pro Marco aut Manio Aquilio Manlium Aquilium. 'In accusando etiam Manlio Aquilio,' inquit, 'L. Fusii cognita industria est.'

judicio[2] civibus suis noscerentur. Qui mos incipientibus adolescentulis ad illustrandum ingenii florem apud antiquos[t] concessus, diu exolevit:[u] quod si nunc quoque frequens esset, tamen ab hoc procul abfuisset.[3] Nam neque facundiæ ostentatio rudi et indocto, neque gloriæ cupido rustico et barbaro, neque inceptio patrociniorum capulari[4] seni congruisset: nisi forte Æmilianus, pro sua severitate,[5] exemplum dedit, et ipsis maleficiis infensus accusationem istam, pro morum integritate,[w] suscepit. At hoc[6] ego Æmiliano, non huic [512] Afro,[7] sed illi Africano et Numantino,[x] et præterea Censorio vix credidissem, ne huic frutici[y] credam non modo odium peccatorum, sed saltem intellectum inesse. Quid igitur est? Cuivis clare dilucet,[8]

innotescerent suis civibus aliqua celebri causa. Quæ consuetudo, apud priscos permissa juvenibus incipientibus, ad commendandum vigorem sui ingenii, jamdudum desiit. Quod si nunc etiam in usu esset, esset tamen longe remotus ab hoc homine; etenim neque jactatio eloquentiæ convenisset imperito et ignaro, neque cupiditas laudis agresti et barbaro, neque tirocinium orandarum causarum seni decrepito: nisi forsan Æmilianus præbuit exemplum, ut postulat ejus severitas, et, accensus odio adversus ipsa crimina, aggressus est hanc accusationem propter probitatem vitæ suæ. Verum ægre habuissem fidem de hac re Æmiliano, non huic Afro, sed illi Africano, et Numantino, et insuper Censorio, nedum credam reperiri in illo stupido, non solum odium malefactorum, sed vel eorum cognitionem. Quid est ergo? Evidenter patet omnibus, nihil aliud esse nisi invi-

lio, 15. *Idem.*—2 Al. *indicio.*—3 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *ab hæc.* Ms. D'Orv. *abfuisse*, in quo mox, *rudis.* J. Bos.—4 Ms. D'Orv. *copulari.*—5 D'Orv. *sevate.* Id.—6 *Ad hoc.* Leg. *At h.* Patet ex antecedentibus, quæ lege. *Acidal.* Male Edd. Vulc. et Mss. *ad hoc.* J. Bosscha.—7 Pith. *Africo.* D'Orv. *Asio:* id. mox *odio* et *quod igitur.* Id.—8 Edd. Vic. Junt. post. *cujus.* Ms. Pith. *daî,*

NOTÆ

[t] *Apud antiquos*] Vigente Republica, dum æqua omnibus libertas esset.

[u] *Diu exolevit*] Ex quo summa rerum penes Imperatores fuit, jacuitque oppressa libertas.

[w] *Pro morum integritate*] Tantum, et absque ulla gloriæ aut lucri spe.

[x] *Æmiliano, non huic Afro, sed illi Africano et Numantino, &c.*] Æmilianus ille Pauli Æmilii filius fuit, ac deinde, ex Æmilia gente in Scipionum familiam adoptatus, appellatus fuit P. Corn. Scipio Africanus Æmilianus: tertioque bello Punico finem, capta deletaque Carthagine, imposuit. Observa discrimen inter Afrum et Africanum; quod Afer in Africa natum significet: Africanus vero nomen sit a rebus in Africa prospere gestis inditum.

[y] *Huic frutici*] Rustico et rationis experti. Frutex hic per contumeliam dicitur. Similiter Plaut. in Mostellaria: 'Nec verisimile loquere, nec verum, frutex.' Talia sunt, quæ Terentius in Heautontimorumeno ait in

aliam rem invidia[z] nullam esse, quæ hunc, et Herennium[9] Rufinum impulsorem hujus, de quo mox dicam, ceterosque inimicos meos, ad nectendas Magiæ calumnias provocarit. Quinque igitur res sunt, quas me oportet disputare. Nam si probe memini,[1] quod ad Pudentillam attinet, hæc objecere. Una res est, quod nunquam eam voluisse nubere post priorem maritum, sed meis carminibus coactam dixere: altera res est[2] de epistolis ejus, quam confessionem Magiæ putant: deinde sexagesimo[3] anno ætatis ad libidinem nupsisse, et quod[4] in villa, ac non in oppido, tabulæ nuptiales sint consignatæ, tertio et quarto loco objecere. Novissima, et eadem invidiosissima criminatio, de dote fuit. Ibi omne virus totis viribus adnixi effudere:[5] ibi maxime angebantur. Atque ita dixere: me grandem dotem mox

diam, quæ incitaverit istum Herennium Rufinum, suasorem hujus, de quo modo loquar, et reliquos meos adversarios, ad texendas falsas accusationes Magiæ. Ergo quinque sunt, de quibus mihi disserendum est. Si enim bene recordor, objectaverunt mihi hæc, quantum spectat ad Pudentillam. Primum est quod dixerunt eam nunquam voluisse nubere post primum suum conjugem: sed ad id fuisse adactam meis incantamentis. Secundum est de literis ejus, quas existimant esse confessionem Magiæ. Postea objectarunt tertio et quarto loco, quod illa nupserit libidinis causa anno sexagesimo suæ ætatis, et quod instrumentum conjugale fuerit subsignatum in villa, et non in urbe. Ultima et odiosissima accusatio fuit de dote. In ea evomuerunt totum suum venenum, contendentes cunctis viribus: in ea erant maxime soliciti. Et sic dixerunt: me statim ab initio nostri conjugii expressisse

loco τοῦ *clare*. D'Orv. *claret et lucet:* docte. *Id.*—9 Pith. sine aspiratione. D'Orv. *Herimum*. Iidem Mss. *quin* pro *quinque*. Id.—1 Sic vulgo editum: D'Orvilliani Cod. scriptura fortasse verior, qui expungit *nam*, ut tunc distinctio plena post *memini* ponatur. Ex quinque rebus quas disputare oportebat Apuleium, quatuor ad Pudentillam pertinebant, 'Novissima criminatio de dote fuit.' *Id.*—2 *Quod nunquam ... altera res est.* Non comparent in Ms. D'Orv. In Pith. deest *coactam*. Id.—3 *Denique sexagesimo*. Ita V. C. Mox Fulv. *ubi omne virus*. Et proxime: *ne submissum et subornatum*. Sciopp. in Symb. Recte reliqui libri: *deinde sexag.* J. Bos.—4 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. non habent *et*. Statim *ac* ejecit Floridus, sed revocatum est in Ed. Bip. Pro eo in Ms. Pith. est *at:* non male: in D'Orv. *ut*. Post *objecere* D'Orv. addit *ait*. Id.—5 Ms. D'Orv. *advexi*, deletis *totis viribus*. Ms. Pith. *adnexi*. id. Cod. *effundere*, quomodo extat in Ed. Junt. post. quod non displicet, si pro sequente *ibi* cum Jungermanno legas *ubi* (quod voluit fortasse etiam Fulv. v. Sciopp. supra), ut sit infinitivus per indignationem. Quia tamen sic minus apte sequitur, 'Atque ita dixere,' nil muto. Pro *angebantur*

NOTÆ

stultum dici posse: 'Caudex, stipes, asinus, plumbeus.'

[z] *Aliam rem invidia*] Aliam ab invidia, præter invidiam, qua nempe apud Æmilianum flagrabat, ob nuptias Pudentillæ.

in principio[6] conjunctionis nostræ mulieri amanti,[7] remotis arbitris, in villa extorsisse. Quæ [513] omnia tam falsa, tam nihili, tam inania ostendam, adeoque facile et sine ulla controversia refutabo, ut medius fidius verear, Maxime, quique in consilio estis, ne demissum[a] et subornatum[8] a me accusatorem putetis, ut invidiam meam[9] reperta occasione palam restinguerem.[1] Mihi credite,[2] quod reapse intelligetur, oppido quam mihi laborandum est, ne tam frivolam accusationem me potius callide excogitasse, quam illos stulte suscepisse, existimetis. Nunc dum ordinem rei breviter persequor, et efficio, ut ipse Æmilianus recognoscat,[3] falso se ad invidiam meam inductum,[b] et longe a vero aberrasse necesse habeat confiteri; quæso, uti adhuc fecistis,[4] vel si quo magis etiam potestis, ipsum fontem et fundamentum judicii hujusce[5] diligentissime cognoscatis. Æ-

ab illa fœmina, quæ me deperibat, magnam dotem in villa semotis testibus. Quæ omnia demonstrabo esse adeo falsa, adeo frivola, adeo vana, et refellam tam facile, et absque ulla dubitatione: ut certe metuam ne tu, Maxime, et vos, qui adestis huic causæ, credatis allegatum esse a me, et clam submissum delatorem, ut hac opportunitate inventa publice extinguerem odium, quo flagro. Credite mihi, id quod cognoscetur revera, maxime danda est mihi opera, ne putetis me potius commentum fuisse astute criminationem tam futilem, quam eos illam aggressos esse stolide. Nunc, dum paucis resumo seriem rei, et facio ut Æmilianus ipse agnoscat, se opinione falsa impulsum fuisse ad invidendum mihi, atque ut cogatur fateri se procul deviasse a veritate; oro vos, ut studiosissime audiatis originem ipsam et fundamentum hujus mendacii, quemadmodum fecistis hactenus, aut studiosius etiam, si potestis aliqua

D'Orv. *agebatur.* Id.—6 Forte rectius *exin princ.* Colvius. Pro *conjunctionis nostræ* Ms. D'Orv. *convictionis me.* J. Bos.—7 Non male D'Orv. addit *scilicet*, quam vocem sæpe interserit Noster, sed aut corruperunt aut omiserunt librarii. v. Ind. Not. *Id.*—8 Vid. Not. Var.—9 Lego *mei:* certo et perpetuo Græcismo Apuleiano. *Pric.*—1 Ms. D'Orv. *restring.* solita aberratione. cf. ad Met. lib. II. p. 115. b. *J. Bosscha.*—2 *Mihi credite.* Non leguntur hæc in Ms. D'Orv. Salmas. suspicabatur legendum *mihi certe:* ut tum seq. *mihi* παρέλκῃ. Efficacius mihi videtur vulgatum sequi. Pro *reapse intelligetur* D'Orv. *rease intelligētur;* dein idem Ms. *extimetis:* et in seqq. *officio* pro *eff.* Id.—3 Ms. D'Orv. et Ed. Junt. post. *recognita:* quasi fuerit *recognito:* v. supra ad pag. 461. hic tamen male. Dein id. Ms. *inductam et lege vero.* Id.—4 Al. *feceritis.*—5 *Fundam. mendacii hujus.* Bas. 2. ad marg. *judicii.* Colvius. Flor. *judicii hujus:* male. Phædrus fab. 49. 'Si mendacium subtiliter limasset a

NOTÆ

[a] *Demissum* [*Emissum*] Submissum. Hinc 'emissarius.'

[b] *Falso se ad invidiam meam inductum*] Dum me credit grandi dote a Pudentilla emtum maritum.

milia Pudentilla,[6] quæ nunc mihi uxor est, ex quodam Sicinio Amico,[c] quicum antea nupta fuerat, Pontianum et Pudentem filios genuit: eosque pupillos relictos in potestate paterni avi[7] [d] (nam superstite patre Amicus decesserat) per annos ferme quatuordecim memorabili pietate sedulo aluit. Non tamen libenter in ipso ætatis suæ flore tam diu vidua: sed puerorum avus invitam eam[8] conciliare studebat alteri filio suo[e] Sicinio Claro; [514] eoque ceteros procos absterrebat: et præterea minabatur, si extrario nupsisset, nihil se filiis ejus ex paternis eorum bonis[f] testamento relicturum. Quam conditionem cum obstinate propositam videret mulier sapiens et egregie pia; ne quid filiis suis eo nomine incommodaret, facit quidem tabulas

ratione. Æmilia Pudentilla, quæ nunc est mea conjux, peperit liberos, Pontianum et Pudentem, ex quodam Sicinio Amico, cui nupserat antea: et diligenter educavit per quatuordecim circiter annos commendabili affectu eos relictos pupillos sub potestate avi paterni eorum; Amicus enim obierat patre vivo relicto. Non tamen sponte remansit tamdiu vidua in ipso vigore sui ævi: sed avus puerorum cupiebat eam renitentem despondere secundo suo filio, Sicinio Claro: ac propterea removebat reliquos amantes, et insuper minabatur se nihil relicturum suo testamento ejus liberis ex bonis patris illorum, si nupsisset extraneo. Quod matrimonium cum fœmina prudens, et inprimis liberorum amans, cerneret sibi pertinaciter oblatum; ne afferret aliquod incommodum suis liberis ea de causa, facit quidem instrumentum matrimo-

radicibus.' *Elmenh.* *Mendacii* suspectum etiam fuit Grutero Suspic. Ined. XXIII. 2. rescribenti *invidiæ*. Membranarum Florent. scriptura, quam firmat Ms. D'Orv. et præbet jam Ed. Junt. post. mihi præ vulgata placet. *J. Bos.* —6 Ms. D'Orv. *Prud.* et mox *Succinio*. Pro *quodam* Ed. Junt. post. *quondam*. Id.—7 Hunc verborum ordinem dedi e Junt. post. et Ms. D'Orv. in quo tamen non extat *relictos*. Al. *pup. in pot. av. pat. rel.* al. *pup. in pot. av. rel. pat.* Id.—8 Ms. D'Orv. *invita eam consil. st. ceterum f. s. Siccin.* Id.—9 Bas.

NOTÆ

[c] *Sicinio Amico*] Amicus hic nomen est proprium, media correpta pronuntiandum, ut apud Virgilium: l. v. Æneid. 'Qui se Bebricia veniens Amici de gente ferebat.'

[d] *Relictos in potestate paterni avi*] Ut jure et legibus tenebatur. Vide Instit. Justin. lib. I. Tit. 9. de Patria Potestate.

[e] *Invitam eam conciliare studebat alteri filio suo, &c.*] Ergo licitæ erant illis temporibus nuptiæ, apud Afros saltem, si quis fratris viduam, et quidem extantibus liberis, duceret. Non extantibus, apud Hebræos non solum licitum erat, sed etiam imperatum. Certe, apud Athenienses et Ægyptios, fratri licuit sororem uxorem ducere, ut observat Gothofredus ad legem 8. ff. de Ritu Nuptiarum.

[f] *Ex paternis eorum bonis*] Quæ in ejusdem avi, dum viveret, potestate erant.

nuptiales, cum quo jubebatur,[9] cum Sicinio Claro:[1 g] verum enimvero vanis frustrationibus[2] nuptias eludit, eo ad,[h] dum puerorum avus fato concessit,[3] relictis filiis ejus hæredibus: ita ut Pontianus, qui major natu erat, fratri suo tutor esset. Eo scrupulo[4] liberata cum a principibus viris in matrimonium peteretur, decrevit, sibi diutius in viduitate non permanendum: quippe ut solitudinis tædium perpeti posset; tamen ægritudinem[5] corporis ferre non poterat. Mulier sancte pudica,[6] tot annis viduitatis sine culpa, sine fabula,[i] assuetudine conjugis torpens,[7 k] et diutino situ vis-

nii cum illo, cum quo cogebatur facere, nempe cum Sicinio Claro: sed tamen frustratur connubium inanibus elusionibus, donec avus puerorum mortem obiit, relinquens filios suos hæredes: sic ut Pontianus, qui erat grandior ætate, esset tutor sui fratris. Soluta ab illa solicitudine, cum posceretur ad conjugium a viris primariis, statuit non manere diutius vidua: quamvis enim posset tolerare fastidium viduitatis, non poterat tamen tolerare morbum corporis. Castissima fœmina, quæ permanserat per tot annos viduitatis, sine crimine, ac rumore sinistro, languens ex desuetudine viri, et læsa longo torpore intestinorum, labefactatis interioribus parti-

1. Ven. *cum quo videbatur.* Colvius. Editionibus Bas. pr. et sec. astipulatur Ms. D'Orv. *videbatur*, i. e. placebat. Sed ἐμφατικώτερον est *jubebatur.* J. Bos. —1 *Cum Sicinio Claro.* Hæc mihi quidem pro glossemate. *Brant.* A manu (ut notat Brantius) Glossatoris. *Pric.* Uncis inclusit Scriv. Potuit tamen in brevi hac et dilucida narratione perspicuitatis causa ea addere Auctor. *J. Bos.*—2 Legendum apparet *variis:* neque enim vanæ fuerunt, quæ ita ex voto mulieris processerunt: et ita prius emendarat eruditissimus Lipsius. *Scip. Gent.* Legerim cum Lipsio *variis frustr.* Colvius. Ita legendum sane, non *variis*, ut nonnullis placet. Attius Alcmæna: 'Tanta ut frustrando vanans, lactans protrahat.' *Pric.* *Vanas frustrationes* intelligo, non, effectu carentes; nam tum omnino legendum foret *variis* cum Lips. et Salm. sed leves, futiles, et fictas. *J. Bos.*—3 Edd. Cas. Gent. Pric. *concessisset:* contra reliquos libros: et Indicativus hic melior. *Id.*—4 *Eo scrupulo.* Absunt hæc Ms. D'Orv. usque ad *Consilium istud, &c.* Id.—5 Ms. Pith. *ægritudine.* Id. —6 Vulgo *sane pudica.* Sic *sancte pius* apud Plautum in Rud. Sc. 'Quam mox licet,' &c. *Elmenh.* Non vulgo, sed Edd. Vulc. sec. tert. *sane:* male. Paulo supra, 'egregie pia.' *J. Bos.*—7 An *desuetudine?* an ita potius, *a solitudine conjugii torpens.* Casaubonus. *Absuetudine* Fulvius. Mox v. c. *nuptiis valetudinem medicandam.* Sciopp. in Symb. Non *assuetudine* hercle, sed *insuetudine:* ideoque rescribendum vel *desuetudine*, vel, quod novitate ipsa magis placeat, *asuetudine*, detracta unica saltem literula. *Asuetudo* et *asuescere* cum

NOTÆ

[g] *Cum Sicinio Claro*] Hæc verba Brantio jure videntur a manu Glossatoris in textum irrepsisse.

[h] *Eo ad*] Eo usque, ut 'quoad,' quo usque.

[i] *Sine fabula*] Sine ullo sinistro rumore. Seneca, lib. IX. Contr. 6. 'Duxi uxorem nullis inquinatam fabulis.'

[k] *Assuetudine conjugis torpens*] Reposui ex Fulviani codicis lectione *absuetudine*, hoc est, desuetudine.

cerum saucia, vitiatis intimis[8] uteri, sæpe ad extremum vitæ discrimen doloribus obortis exanimabatur. Medici cum obstetricibus consentiebant, penuria matrimonii morbum quæsitum:[1] malum indies [515] augeri, ægritudinem ingravescere: dum ætatis aliquid supersit, nuptiis valetudinem[9] medicandum. Consilium istud cum[1] alii approbabant,[2] tum maxime Æmilianus iste, qui paulo prius confidentissimo mendacio asseverabat, nunquam de nuptiis Pudentillam cogitasse, priusquam foret Magicis maleficiis a me coacta, me solum repertum, qui viduitatis florem ejus velut quandam virginitatem carminibus et venenis violarem.[3] Sæpe audivi non de nihilo dici, Mendacem

bus vulvæ, frequenter discruciabatur doloribus exortis usque ad ultimum periculum vitæ. Medici cum obstetricibus uno ore dicebant, ægritudinem accersitam ex indigentia nuptiarum, malum quotidie crescere, morbum exasperari: medendum esse matrimonio infirmitati ejus, dum restabat adhuc aliquantum vitæ. Cum alii probarent hoc consilium, tum inprimis probabat hic Æmilianus, qui modo affirmabat mendacio audacissimo Pudentillam nunquam cogitavisse de matrimonio, antequam esset impulsa a me veneficiis magicis: me solum esse inventum, qui corrumperem viduitatem ejus incantamentis et venenis, perinde ac quampiam virginitatem. Sæpe

præp. *A* composita, ut *afuisse* et alia alibi legimus. Hoc tamen pono tantum, non etiam affirmo. *Acidal.* Legendum cum doctissimo Casaubono *A solitudine* vel *Desuetudine.* Scip. Gentilis. *Dissuetudine* lego. *Brant. Absuetudine.* Sic lego cum Fulvio et Wowerio. In Flor. et Rom. est *assuetudine conj.* Scal. *desuetudine c.* Elmenhorstius. Placet Fulviani Codicis Lectio *Absuetudine.* Pricæus. Reposui ex Fulviani Cod. lectione *absuetudine*, i. e. *desuetudine.* Floridus. Non est Fulv. codicis lectio; sed ipsius Fulvii conjectura, et Pontani Anal. III. 13. quam admisere Elm. Scriv. Flor. *Desuetudine* exhibuere Scal. et Wow. atque ita locutus est Auctor in Flor. n. 17. 'Vox in vagina silentii condita, diutino torpore hebetatur. Desuetudo omnibus pigritiam ... parit.' Mss. et Edd. vett. servant *assuetudine* sive *ads.* quod mihi unice placet. Mulier quia assueta erat conjugi, jam torpebat, conjuge carens. *J. Bos.*—8 Ms. Pith. *vicinii.* Id.—9 Non est in Ms. Pith. Ms. Fulv. *medicandam:* sed alterum magis ex more Apuleii. *Id.*—1 *Cum ... tum.* Ms. D'Orv. *tum ... tum.* cf. ad Met. VIII. p. 535. b. *Id.*—2 *Approbarent.* Venet. *approbant.* Colvius. *Approbabant* dedimus e Mss. Pith. D'Orv. Fux. Post *cum*, sequente *tum*, aliquoties quidem subjunctivus ponitur, sed ita fere post *tum* aliud sequitur verbum. Cic. de Amic. 7. 'Cum plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus.' Quare, nisi Mss. veram lectionem servassent, amplexus essem Jungermanni correctionem *approbarunt.* J. Bosscha.—3 *Qui viduitatem ejus v. q. virginitatem violarem.* Sic

NOTÆ

1 *Penuria matrimonii morbum quæsitum*] Siquidem, ut Hippocrates ait, lib. de Genitura, mulieres, si rem cum viris habeant, magis sanæ sunt: sin Venere abstineant, ægrotant.

memorem esse[4] oportere. At tibi,[5] Æmiliane, non venit in mentem, priusquam ego Œam venirem, te literas etiam, uti nuberet, scripsisse ad filium ejus Pontianum, qui tum adultus Romæ agebat?[m] Cedo tu epistolam,[n] vel potius da ipsi: legat, sua sibi voce, suisque verbis sese revincat.[6] (*Initium epistolæ Æmiliani.*) Estne hæc tua epistola? quid palluisti? nam erubescere tu quidem non potes. Estne tua ista subscriptio? Recita, quæso, clarius, ut omnes intelligant, quantum lingua ejus manu discrepet, quantumque minor[7] illi sit[8] mecum, quam secum, dissensio. (*Reliquum epistolæ.*) Scripsistine hæc, Æmiliane, quæ lecta sunt? 'Nubere illam velle et debere, scio; sed, quem eligat, nescio.' Recte tu quidem, nesciebas. Pudentilla

audivi non absque ratione dici: Oportere ut mendax valeat memoria. Tu vero, o Æmiliane, non recordaris, antequam ego venirem Œam, te etiam scripsisse epistolam, ut nuberet, ad Pontianum, filium illius, qui tunc degebat Romæ jam adultus. Da tu literas, vel potius trade ipsi, ut legat eas, convincatque seipsum sua propria voce, et suis verbis. Initium Epistolæ Æmiliani. *Hæ literæ suntne tuæ? quare expalluisti? nam certe tu nequis erubescere: hæc subscriptio estne tua? Lege, oro, altiore voce, ut universi cognoscant quantum ejus lingua differat a manu, et quanto plus dissideat a seipso, quam a me.* Reliquum epistolæ. *Æmiliane, an scripsisti ea, quæ lecta sunt?* Notum est mihi illam velle, et debere nubere; sed ignoro, quem seligat. *Bene sane tu ignorabas: nam Pudentilla confitebatur*

Edd. O. (nisi quod Vulc. sec. tert. *violatum* corrupte habeant) excepta Junt. post. in qua e Mss. legitur *viduitatis*, quemadmodum etiam Ms. Pith. habet: sine sensu. Veram lectionem eruisse mihi videor e Cod. D'Orv. qui sic habet: *qui viduitatis florem continentiam ejus vel, &c. τὸ continentiam* glossatoris nota est, explicantis *florem viduitatis*, idque recte. Est enim *flos viduitatis*, illibata et sancte pudiceque servata viduitas, quam magicis carminibus violare voluisse Apuleium, Æmilianus asseverabat. *Idem.*—4 Deest verbum Edd. plerisque ante Colvius. Sed contra Mss. *Idem.*—5 Ms. D'Orvill. *ac t.* quod fere perpetuum est in illo Cod. Mox Pith. *in mente* et *venire.* Dein id. Ms. *tam adultus . . . da illi.* D'Orv. *aiebat* pro *agebat.* Idem.—6 Edd. Vulc. sec. tert. *revinciat.* Sequentia verba *Initium Epistolæ Æmil.* non admisit Scriv. Videtur tamen initium epistolæ h. l. legisse Æmilianus, ut evincit sequens 'clarius.' *J. Bos.*—7 Legerim *quantoque minor.* Pricæus. Sine necessitate. Val. Max. IV. 1. 1. 'Quantum domo inferior, tantum gloria superior evasit.' *J. Bosscha.*—8 Ms. Florent. D'Orv. *illis sit:* male. *Id.*—

NOTÆ

[m] *Romæ agebat*] Studiis nimirum forensibus incumbens: ut mos erat iis temporibus, illorum studiorum gratia, ex provinciis Romam commeare.

[n] *Cedo tu epistolam*] Alloquitur famulum quempiam, quem adesse jusserat cum iis omnibus literis, tabulis, aliisque instrumentis, quibus sibi in causa oranda opus fore præviderat.

enim tibi, cujus infestam malignitatem probe norat, de ipsa re tantum, ceterum de petitore nihil fatebatur. At tu, dum eam putas etiam nunc[9] [516] Claro fratri tuo denupturam, falsa spe inductus, filio quoque ejus Pontiano auctor assentiendi fuisti. Igitur si Claro nupsisset, homini rusticano et decrepito seni, sponte eam diceres, sine ulla Magia, jam olim nupturisse:[1] quoniam juvenem talem, qualem dicitis, elegit, coactam[2] fecisse, ais: ceterum semper nuptias aspernatam. Nescisti, improbe, epistolam tuam de ista re teneri: nescisti, te tuomet testimonio convictum iri. Quam tamen epistolam Pudentilla, testem et indicem tuæ voluntatis, (ut quæ te levem et mutabilem, nec minus mendacem et impudentem sciret,) maluit retinere,[o] quam mittere. Ceterum ipsa de ea re Pontiano suo[3] Romam scripsit, etiam causas consilii sui plene allegavit. Dixit illa omnia de valetudine: nihil præterea esse, cur amplius deberet obdurare: hæreditatem avitam[4] longa viduitate cum despectu salutis suæ quæsisse: eandem summa

solum rem ipsam tibi, cujus egregie cognoscebat malitiam sibi infensam, at nihil confitebatur de proco. Tu vero, dum credis eam adhuc nupturam tuo fratri Claro, delusus spe irrita, persuasisti etiam ejus filio Pontiano ut assentiretur. Ergo, si juncta fuisset Claro, viro agresti et seni capulari, diceres ultro illam jam pridem expetivisse conjugium absque ulla Magia: quia vero selegit juvenem talem, qualem dicitis me esse, dicis eam id fecisse invitam: porro autem semper respuisse connubium. Ignorasti, o scelesle, haberi tuas literas de hoc negotio: ignorasti te confutatum iri tuo ipsius testimonio. Quas literas nihilominus, testes et indices tuæ voluntatis, Pudentilla maluit servare, quam mittere, quippe quæ noverat te esse instabilem et mutabilem, similiterque mendacem et impudentem. Porro ipsa scripsit Romam ad Pontianum, suum filium, de illa re: protulit quoque fuse rationes sui propositi. Recensuit hæc omnia de sua ægritudine: insuper nihil esse quare ultra deberet obstinate pati: se acquisivisse eis successionem avi eorum, viduitate diutina, cum negligentia propriæ salutis: se ampliasse eandem successionem maxima solertia.

9 Ms. D'Orv. *etiamnum:* sed V. Ind. *Id.*—1 Ms. D'Orv. *nuptuirisse.* Ed. Ald. *nuptam esse.* De desiderativis in *urio*, ut *canturio* apud Petron. c. 64. et sim. consuli potest Voss. de Anal. III. 45. *Id.*—2 Mss. D'Orv. *coactu*, Pith. *coactum.* In seqq. pro *convictum* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. *convinctum.* Id.—3 *Pontiano filio suo.* Non est *filio* in Mss. Pith. D'Orv. et vacat: quare ejiciatur, ut factum in Ed. Junt. post. *Id.*—4 *Avitas.* Ms. Pith. *vita:*

NOTÆ

o *Maluit retinere*] Ut, si sententia mutata nuptias suas postmodum improbares et inconsulto te atque invito diceres factas, haberet unde te mendacii argueret et convinceret.

industria auxisse. Jam Deum voluntate, ipsum uxori,[5] fratrem ejus virili togæ [p] idoneos esse. Tandem aliquando se quoque paterentur solitudini suæ et ægritudini subvenire. Ceterum de pietate sua et supremo [6] judicio [q] nihil metuerent: qualis vidua eis fuerit, talem nuptam futuram.[r] Recitari jubebo [7] exemplum epistolæ hujus ad filium missæ. [517] (*Epistola Pudentillæ ad Pontianum F.*) Satis puto ex istis posse cuivis liquere,[8] Pudentillam non meis carminibus ab obstinata viduitate compulsam,[9] sed olim sua sponte a nubendo non alienam, me [1] fortasse præ ceteris maluisse. Quæ electio tam gravis fœminæ cur mihi crimini potius, quam honori, danda sit, non reperio. Nisi

Eum jam maturum esse conjugi, ejus autem fratrem togæ virili, beneficio Deorum. Sinerent aliquando demum se auxiliari suæ viduitati et infirmitati. Porro nihil timerent de caritate et ultima voluntate sua; se fore eis talem cum conjugata esset, qualis fuerat vidua. Curabo ut legatur exemplum illarum literarum, quas miserat ad filium suum. Epistola Pudentillæ ad Pontianum filium. *Credo ex his satis posse manifestum esse cuilibet, Pudentillam non fuisse abstractam a viduitate pertinaci meis incantamentis; verum eam, quæ quondam ultro non abhorruerat a nuptiis, me forsan prætulisse reliquis. Quæ electio mulieris tam honestæ, non video quare vertenda sit mihi culpæ potius, quam laudi. Aliquatenus tamen miror, quod*

et pro *eamdem*, *eam de*, ut sæpe *m* finalis litera omissa est in illo cod. *Id.*—5 D'Orv. *uxoris*, et dein *idoneum*. Tum ante *paterentur* id. cod. denuo inserit *se*. Id.—6 Mss. Pith. Fux. *summo*: sed vide Pricæi notam. *Id.*—7 In marg. Ed. Junt. post. divinatur *jubeto*. male. Tum addidisset Auctor *Maxime*, ut infra p. 552. 'Literas quæso, Maxime, paulisper, recitari sinas,' sed ut hic, ita supra p. 495. 'Recitari ipsa hæc jubebo.' Pro *epistolæ hujus* D'Orv. inverse *hujus epist.* Id.—8 Hunc ordinem dedi e Ms. D'Orv. et Ed. Junt. post. Vulgo *posse* collocatur post *liquere*. Id.—9 Al. *convulsam*. Vid. Not. Var.—1 Flor. *alienam quam me*. Elmenh. Accedunt Pith. D'Orv. Edd. Junt. utr. Ald. Bas. pr. V. D. in marg. Junt. post. putabat pro *quam* scribendum *eam*. Plurium sane librorum consensus arguere videtur, aliquid excidisse: quod quale fuerit manifestum non est. Suspicor tamen fuisse particulam *Quidni?* quam passim orationi interserit Ap. V. Oud. ad Met. l. XI. p. 810. b. qui restituere id quoque conatus est de Mundo p. 361. a. Add. Met. II. p. 89. V. p. 376. VIII. p. 510. IX. p. 610. et 624. Supra Apol. p. Ed. Flor. 410. et 491. Legam itaque: *sed olim sua sponte a nubendo non alienam, quidni?*

NOTÆ

[p] *Fratrem ejus virili togæ*] Quæ vulgo anno ætatis decimo septimo, deposita puerili prætexta, sumebatur.

[q] *Et supremo judicio*] Ultima sententia, quæ solet testamento explicari. Id vult dicere, non esse eis timendum ne testamento sua bona eorum vitrico, ipsis exhæredatis, relinqueret.

[r] *Talem nuptam futuram*] Hoc est, bonam piamque matrem.

tamen miror,[2] quod Æmilianus et Rufinus id judicium mulieris ægre ferant: cum ii, qui Pudentillam in matrimonium petiverunt, æquo animo patiantur me sibi prælatum. Quod quidem illa ut faceret, filio suo potius, quam animo,[3] obsecuta est. Ita factum nec Æmilianus[4] poterit negare. Nam Pontianus, acceptis[5] literis matris, confestim Roma[6 s] advolavit: metuens, ne si quem avarum virum nacta esset, omnia, ut sæpe fit, in mariti domum conferret. Ea solicitudo non mediocriter[7] animum augebat. Omnes illi fratrique divitiarum spes in facultatibus matris sitæ erant.[8] Avus modicum[9] reliquerat, mater HS. quadragies possidebat.[t] Ex quo sane aliquantam pecuniam nullis tabulis,[u]

Æmilianus et Rufinus moleste tolerent hanc sententiam fœminæ; siquidem illi, qui poposcerunt Pudentillam uxorem, non gravate ferunt me sibi esse antepositum. Ad quod faciendum illa morem gessit potius filio suo, quam suæ cupidini. Æmilianus ipse non poterit inficiari hoc sic factum esse. Pontianus enim, cum accepisset epistolam matris, statim accurrit Roma: timens ne, si illa invenisset aliquem virum avarum, transferret omnia bona in familiam conjugis, ut sæpenumero evenit. Illa cura non leviter premebat mentem ejus. Ipse et frater ejus ponebant omnem spem opum suarum in bonis suæ matris. Avus parum reliquerat; mater habebat quadragies centena millia nummorum sestertiorum. Ex qua summa debebat quidem suis liberis

me fortasse præ ceteris maluisse. J. Bosscha.—2 *Nonnihil tamen miror.* Sic vulgo editum. At Mss. Pith. *nec t. m.* Florent. *nisi nihil t. m.* D'Orv. cum Ed. Junt. post. *nisi tamen m.* Vere. *Nisi* simpliciter valet *sed.* Vide quos laudant Drakenb. ad Liv. XXIV. 20. et Oud. ad Nostri Met. IV. p. 283. *Id.*—3 Ms. D'Orv. *aliquo.* Id.—4 Ms. D'Orv. *ne Æmil.* pro *ne . . . quidem.* V. Ind. *Id.*—5 Pith. *ad acceptis.* Id.—6 Al. *Romam.* Vid. Not. Var.—7 Ms. D'Orv. *nonn med.* J. Bos.—8 Ms. Pith. *suæ erant:* non male quoque. *Id.*—9 Al. *modum.*

NOTÆ

[s] *Roma*] Quo, ut supra dictum est, studii forensis causa se contulerat.

[t] *Mater HS. quadragies possidebat*] Hoc est, ex Budæi æstimatione, centum millia coronatorum, seu centum et septuaginta quinque millia librarum monetæ Francicæ. Sestertium, et, numero multitudinis, sestertia singula valebant mille nummos sestertios, et quadraginta sestertia quadraginta millia nummorum sestertiorum. Quod si hunc numerum per adverbium extuleris, hoc modo, quadragies sestertium; jam reddideris hanc summam centuplo majorem, et fient quadragies centena millia nummorum sestertiorum. Sestertius nummus erat quarta pars argentei denarii, valebatque, ex ejusdem Budæi supputatione, decem denariolos Turonicos et semissem.

[u] *Nullis tabulis*] Absque ullo scripto aut instrumento publico, quo constaret eam penes se illam pecuniam natorum habere, unde nec jure poterat ad ejus restitutionem cogi, nisi ex mera fide: quæ si semel vitrici blanditiis fuisset labefactata, filii pecunia excidissent.

sed, ut æquum erat, mera fide[1] acceptam, filiis debebat. [518] Hunc ille timorem mussitabat: adversari propalam non audebat, ne videretur diffidere. Cum in hoc statu res esset inter procationem[2] matris[w] et metum filii, fortene an fato[3] ego advenio,[4][x] pergens Alexandriam. Dixissem, hercule, Quod utinam nunquam evenisset,[y] ni me uxoris meæ respectus[5] prohiberet.[z] Hyems anni erat. Ego ex fatigatione itineris affectus,[6] apud Appios,[a] scitos amicos[7] meos, (quos honoris et amoris gratia nomino,) aliquam

nonnihil pecuniæ, quod acceperat absque ullis tabulis, sed ex sola fide, ut par erat. Ille dissimulabat hunc metum: non audebat aperte obsistere, ne videretur non fidere matri. Cum negotium sic se haberet, hinc orante matre, illinc timente filio, ego accedo huc, nescio an casu, an vero certa destinatione fatorum, cum irem Alexandriam. Certe dixissem: Quod utinam nunquam contigisset: nisi ratio meæ conjugis me impedivisset. Erat tunc hyberna tempestas anni. Ego, debilitatus ex defessione viæ, jaceo per dies plusculos apud Appios, meos antiquos amicos, quos hic

—1 Ms. D'Orv. *m. fidem.* J. Bos.—2 Vid. Not. Var.—3 Pith. *facto.* J. Bos. —4 Auctor sine dubio scripsit *Œam advenio.* Pricæus. Bene, si scripsisset auctor *Venio*, ut supra 'priusquam ego Œam venirem.' Sed nunc non opus est, quamvis ascripsit etiam alius V. D. marg. Ed. Colv. *J. Bosscha.*—5 Sola ita Rom. Edit. Aliæ omnes, *aspectus.* Colvius. Maneat vetus scriptura *respectus*, non *aspectus.* *Respectus* hac notione Latinum et probum verbum: si probi Juvenalis, Suetonius, ipse Tullius. *Casaub.* *Respectus* Mss. cum Edd. Rom. Vic. Colv. et seqq. Verissime. Non aderat in judicio Pudentilla, cujus *aspectus* eum prohibere posset, sed præ *reverentia* Pudentillæ illud dicere nolebat. De hac significatione τοῦ *respectus* vid. Schott. Nod. Ciceron. I. 15. VV. DD. ad Phædr. v. 4. 7. τὰ *Uxoris meæ* delet Ms. Pith. *J. Bosscha.*—6 Al. *advectus.*—7 *Appios veteres amicos.* Flor. *Appio sitos:* male. *Elmenhorstius.* Sic quidem Edd. O. sed aliter Mss. nam Florent. *Appio sitos amicos.* Pith. *Appiositos am.* D'Orv. *Appios scitas am.* Legendum quippe *Appios scitos amicos*, i. e. doctos, monente Oudend. ad Sueton. Cæs. c. 35. quem ibi vide.

NOTÆ

[w] *Inter proc.* [*precationem matris*] Casaubonus *procationem* scribendum putat. Nihil muto. Intellige preces matris, quas filiis adhibebat, ut cum bona eorum venia sibi liceret ad secundas nuptias transire, 'tandem se quoque paterentur solitudini suæ et ægritudini subvenire:' ut in epistola supra allegata.

[x] *Ego advenio*] Œam.

[y] *Quod utinam nunquam evenisset*] Ob Magiæ negotium, quod, nuptiarum Pudentillæ causa in illo itinere contractarum, Æmilianus ipsi facessiverat.

[z] *Ni me uxoris meæ respectus prohiberet*] Quam tanti æstimo, ac tantopere diligo, ut me ejus conjugii pœnitere non possit.

[a] *Apud Appios*] Œa, ut jam monuisse me puto, colonia erat Romanorum. Non mirum ergo, si Romana nomina habuerint ejus coloni.

multis [8] diebus decumbo. Eo venit ad me Pontianus: nam fuerat mihi non ita ante multos [9] annos [b] Athenis [c] per quosdam communes amicos conciliatus, et arcto postea contubernio intime junctus. Facit omnia circa honorem meum observanter, circa salutem solicite, circa amorem callide.[1] Quippe etenim videbatur [2] sibi peridoneum maritum matri reperisse, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet.[3] Ac primo quidem voluntatem meam verbis inversis [d] periclitabundus, quoniam me [519] viæ cupidum et conversum [4] ab uxoria re [e] videbat, orat saltem paulisper manerem: [5] velle se mecum proficisci: hyemem [f] alteram propter Syrtis æstus [g] et bestias [h] opperiendam,

nomino honoris et amicitiæ causa. Pontianus me convenit illuc: mihi enim fuerat conjunctus amicitia ante paucos annos Athenis, opera quorundam amicorum communium, ac deinde unitus arctissime stricta cohabitatione. Peragit officiose cuncta, quæ pertinebant ad meum honorem; anxie, quæ ad meam conservationem; et astute, quæ ad amorem matris mihi inspirandum. Nam existimabat se invenisse aptissimum virum suæ matri, cui tuto committeret omnes opes suæ domus. Et primum quidem tentans meum animum ambagibus verborum, quia cernebat me esse avidum itineris pergendi, et abhorrentem a nuptiis, rogat me ut saltem remanerem tantisper. Se velle ire mecum: expectandam esse sequentem hyemem, ob calores Syrtis, et

Voce *scitus* libenter utitur Ap. *J. Bosscha.*—8 Mss. Pith. *aliquem m.* D'Orv. *aliquamdiu m.* Id.—9 Priores omnes Edd. perfacete *non ita pridem ante multos.* Casaubonus. Revocarunt *pridem* Elm. et Scriv. et habent id sane Mss. O. Non video tamen, quomodo *non ita pridem,* et, *ante multos annos,* quæ prorsus contraria sunt, jungi queant. Ms. D'Orv. mox *consiliatus.* J. Bosscha.—1 Al. *calide.*—2 D'Orv. *videbantur:* male: *videbatur,* scil. Pontianus. *J. Bos.*—3 Id. Ms. *concederet:* sed v. p. 520. *Id.*—4 Al. *aversum.* Vid. Not. Var.—5 Vet. edit. *manere.* Colvius. *Manerem* est in Mss. Edd. Junt. post. Bas.

NOTÆ

[b] *Non ita ante multos annos*] Sic restituit Casaub. Priores omnes edd. absurde et pugnanter habebant, *non ita pridem ante multos annos.*

[c] *Athenis*] Quo, Græcarum literarum et philosophiæ discendæ causa, ex toto pæne terrarum orbe juvenes confluebant.

[d] *Verbis inversis*] Id est, oblique et obscure alludens potius, quam exprimens, quod cogitabat Terent. in Heautontimor. 'Inversa verba, eversas cervices tuas, &c. abstine.'

[e] *Et conversum ab uxoria re*] Magis proprie *aversum* dixisset quod restitui Casaubono placet; nihil tamen mutare velim. *Conversum ab uxoria re:* supple, ad viam, ad alia consilia, aut aliquid simile.

[f] *Hyemem*] Quod eo anni tempore minus incommodum sit iter viantibus per Syrtes æstuosas: cum æstate intolerandus sit ardor arenarum.

[g] *Propter Syrtis æstus*] Intellige præsertim majorem Syrtim: ut enim ait Solinus, aliquanto clementior quæ

quod illam mihi infirmitas exemisset. Multis etiam precibus ab amicis meis Appiis [6] aufert, ut ad sese in domum matris suæ transferar,[7] salubriorem mihi habitationem futuram; præterea prospectum maris,[8] qui mihi gratissimus

belluas, quia ægritudo mea mihi ademerat illius hyemis opportunitatem. Abstrahit etiam me plurimis precibus ab amicis meis Appiis, ut transportaret me ad se in ædes suæ matris, dicens mansionem illam mihi fore magis salubrem: me insuper liberius ex illa habitatione potiturum aspectu pelagi, qui mihi est jucundissimus.

sec. Colv. et seqq. *J. Bosscha.*—6 *Me ab amicis.* Florentin. *meis ab Appiis.* Elmenhorstius. Ex Coll. Lindenbrog. abest etiam *ab*, quemadmodum *me ab amicis* desunt quoque Mss. Pith. D'Orv. et Ed. Junt. post. Pessime certe intrusum illud *me*, quod cunctas Edd. hactenus occupavit, ab eo qui ignorabat verbum 'auferre' sensu impetrandi. Cic. pro Quint. c. 5. 'A Scapulis paucos dies aufert:' ad quem locum vide Ern. in Cl. id. Cic. Verr. II. 59. 'quoties, et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? ut in foro statuerent, abstulisti.' et sic sæpe JCti Romani. v. Brisson. de V. S. in V. Legendum itaque videtur *meis ab Appiis aufert*, quoniam tamen *ab amicis meis* additur in Edd. excepta Junt. post. nec male, simpliciter delevi *me*. J. Bosscha. —7 *Ut sese domum matris suæ transferat.* Quin scribamus, *ut secum domum matris suæ transferat:* tum et posteriora in hunc modum mutemus, *liberius me ex eo fructurum:* usurpavit, *ex eo*, pro, *ex eo tempore:* quod non possunt ignorare juris studiosi. Nam ita solent prudentes loqui, quibus usui quoque 'fructus,' 'fructurus,' pro 'fruitus,' 'fruiturus:' testes mihi leges et fragmenta SConsultorum veterum, Festus, Lucretius, alii. Manifesta menda in scriptore Panegyrico, ubi legitur, *futurus exinde luce perpetua:* debet enim restitui, *fructurus exinde l. p.* Stewechius. *Ut ad sese in domum matris suæ transferat.* Male Stewech. *Ut secum domum, &c.* Utitur etiam supra eadem locutionis forma: 'mulierem liberam perductam ad me domum dicitis.' Probus in Timol. 'neque domum ad se filium admisit.' Plaut. Mercat. *Pricæus.* Τὸ *ad* abest male in Edd. vett. præter Junt. post. D'Orv. expungit *in.* J. Bos. *Transferar.* Sic verissime Edd. Junt. post. et Bas. sec. Male Edd. reliquæ *transferat.* Nihil est evidentius: vel utique hic inserendum *me*, male intrusum superiori versui. τὰ *mihi habitationem* omissa sunt in Ed. Scriv. *Id.*—8 *Prospectu maris.* Restituimus in suum locum veram priscarum editionum lectionem, *maris:* nam *matris*, quod in recentioribus extat, nullam reliquerat superlationem ἀτοπίας. *Casaub.* Flor. *prospectum.* Elmenhorstius. Corrupte

NOTÆ

minor est. Æstus Syrtium sunt arenarum cumuli, qui huc illuc ventorum arbitrio transferuntur. Solinus cap. 30. 'Inter Syrtes, quamvis terra pergentibus, iter sideribus destinatur, nec aliter cursus patescit. Nam putris soli faciem aura mutat, et, minimo licet vento, tantam diversitatem flatus efficit, ut subinde, eversis sitibus locorum, nulla indicia agnitioni relinquantur: cum modo, quæ fuerant tumulis ardua, in valles residunt; modo, quæ vallibus pressa, cœtu pulveris aggerantur. Ita etiam continens naturam maris sui patitur.'

[h] *Et bestias*] Quamobrem? An bestiæ per hyemem minus sæviunt? Siti certe per æstatem exasperari Africæ bestias nemo negaverit. Elmenhorstius legebat *propter Syrtis æstus infestos:* nihil tamen in contextu mutare volui. Arbitrium penes lectorem sit.

est, liberius me ex ea fruiturum.[9] Hæc omnia, adnixus impenso studio, persuadet: matrem suam[1] suumque fratrem puerum istum mihi commendat: nonnihil a me in communibus[2] studiis adjuvantur.[3] Augetur oppido familiaritas: interibi revalesco: dissero[4] aliquid postulantibus amicis publice: omnes, qui aderant, ingenti celebritate basilicam, (qui locus auditorii erat,[5] [i]) complentes, inter alia pleraque congruentissima voce insigniter acclamant, petentes, ut remanerem, [520] fieremque civis Œensium. Mox auditorio misso, Pontianus eo principio me adortus, consensum publicæ vocis pro divino auspicio interpretatur:[6] aperitque, consilium[k] sibi esse, si ego non nolim, matrem

Persuadet mihi hæc omnia magno conatu et desiderio: et commendat mihi suam matrem et suum fratrem hunc puerum. Juvo eos aliquantum in studiis communibus. Amicitia valde crescit. Interea convalesco. Verba facio de aliqua re in publico, rogatu meorum amicorum. Cuncti, qui præsentes erant, magna frequentia implentes basilicam, (qui locus erat concionis,) inter multa alia, exclamant clare voce concordantissima, rogantes ut remanerem, et fierem civis Œensium. Statim dimissa concione, Pontianus aggressus est me hoc exordio: exponit concordantiam acclamationis publicæ pro cœlesti omine: declarat sibi esse animum mihi jungere

Bas sec. Colv. Vulc. pr. *matris.* Sed præterea legendum *prospectum* cum Mss. Florent. D'Orv. Ed. Scriv. vid. ad Met. VIII. p. 540. b. *J. Bosscha.*—9 Fortean, *uberius me revalesciturum.* Sed lego tantum *uberius,* cetera non muto. Plinius lib. v. Epist. 18. ad Macrum: 'frueris mari, fontibus.' *Brant. Me* non est in Pith. Post hæc verba in Ms. D'Orv. desunt rursus multa, usque ad: 'Persuaserat idem Pont.' &c. *J. Bosscha.*—1 *Et matrem suam. Et* melius omissum in Ed. Junt. post. *Id.*—2 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *communioribus.* Id.—3 Jungerm. l. cit. *adjuvatur:* bene: si Mss. addicant. Sed *adjuvantur* Pontianus et frater ejus. *Id.*—4 Ms. Pith. *dixero.* Id.—5 *Basilicam, qui locus auditorii erat.* Quidam libri posteriora hæc verba ignorant, et recte abesse poterant. *Wower.* Hæc a veteribus quibusdam abesse aiunt. Equidem in cusis fere omnibus invenio, itaque retinenda censeo. Olere glossam proclive est dicere, at fors auctor ad discrimen posuit, disserebant enim in Theatro etiam. v. proxime citata. *Pric.* In Mss. et Edd. O. quod scio, comparent hæc verba, quæ uncis inclusit Scriv. et pro glossa habet etiam Gruter. Suspic. Ined. XXIII. 4. Non otiosa tamen sunt: nam et in theatro habebantur Orationes, cujusmodi fragmentum est Flor. N. 18. et in Bibliothecis cf. ibid. *J. Bosscha.*—6 Ms. Pith. *interpanter* et *matr. sui* pro *matr. suam.*

NOTÆ

[i] *Basilicam, qui locus auditorii erat*] Sicut et forum; nam et in ea parte asilicarum, cui tribunal nomen erat, jus dicebatur, orabanturque causæ, cum interim in reliqua basilica mercatores sua mercimonia obirent. Basilicarum descriptionem vide apud Vitruvium, lib. v. cap. 1.

[k] *Aperitque, consilium, &c.*] Locum corruptum esse omnes affirmant, ni-

suam, cui plurimi inhient, mecum conjungere: quoniam mihi soli (ait)[7] rerum omnium confidere sese, et credere. Ni id onus recipiam, quoniam non formosa pupilla,[1] sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur; sin hæc reputans,[8] formæ aut divitiarum[9] gratia me ad aliam conditionem reservarem, neque pro amico, neque pro philosopho facturum. Nimis multa oratio est, si velim memorare, quæ ego contra responderim, quamdiu et quoties inter nos verbigeratum sit, quot et qualibus[1] precibus me aggressus, haud prius omiserit, quam denique[2] impetrarit. Non quin ego Pudentillam jam anno perpetim[3] assiduo convictu probe spectassem,[4] et virtutum ejus dotes explorassem: sed utpote peregrinationis cupiens, impedimentum matrimonii aliquantisper[5] recusaveram. Mox tamen talem

connubio suam matrem, quam plurimi ambibant, si tamen ego non recusarem: quia, ut dicebat, confidebat mihi uni de omnibus rebus, et eas mihi committebat: rogat ut acciperem hoc onus, quia non proponebatur mihi pulchra juvenis, sed mater filiorum, forma modica. Quod si ego hæc cogitans reservarem me ad alias nuptias, propter pulchritudinem vel opes, me non facturum ut decet amicum, neque ut decet philosophum. Sermo sit prolixior, si velim recensere ea, quæ ego ex adverso retulerim; quamdiu, et quot verba inter nos commutaverimus; quot et cujusmodi flagitationibus me adortus, non ante me dimiserit, quam tandem obtinuerit quod petebat. Non quod ego non bene jam cognovissem Pudentillam assidue vivendo cum ea per solidum annum, atque observavissem quot dotata esset virtutibus: sed, cum cupidus essem peregrinandi, aliquantum respueram nuptias, tanquam obstaculum: nihilomi-

Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Bonæ nil frugis ex hac voce elicere queo. An legend. *refutans?* Glossæ *refutant*, ἀποτρέπονται. *Pric.*—9 Elm. e Mss. Florent. cum Scriv. Flor. *formæ et divit.* minus bene. In nuptiis alterutrum spectari solet, aut forma, aut divitiæ. Ms. Pith. caret copula. *J. Bosscha.*—1 Ms. Pith. cum Salm. in marg. *quot et quibus.* Ut hic ita Met. l. IX. p. 658. 'quot et qualibus procuraretur hostiis.' *Id.*—2 Pith. *deque.* Id.—3 Margini Ed. Junt. post. ascriptum *perpeti in.* Eleganter: nec opus tamen. cf. ad Met. II. p. 99. a. *Id.*—4 Ms. Pith. *probes pecta semet virtutum ejus exprobrassem*, deleto *dotes.* Id.—5 Flor. *matrimoniale quantisper.* Elmenhorstius. Pith.

NOTÆ

tunturque emendare. Ego nihil muto, sed paulo aliter interpungo, et lego: *aperitque consilium sibi esse, si ego non nolim, matrem suam, cui plurimi inhient, mecum conjungere: quoniam mihi soli (ait) rerum omnium confidere sese, et credere: ut id onus recipiam, quoniam non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur.* Archaismus est, *rerum omnium alicui confidere et credere*, pro, res omnes. Post illa verba interpungo. Tum quod sequitur, *ut id onus recipiam*, obsecrativum est; et subintelligendum, rogat, aut aliquid simile.

[1] *Quoniam non formosa pupilla*] Ideo dixit, 'id onus.'

fœminam nihilo segnius[6] volui, quam si ultro appetissem. Persuaserat idem Pontianus matri suæ, ut me aliis omnibus mallet: et quamprimum hoc perficere[7] incredibili studio avebat.[8] Vix ab eo tantulam moram[9] impetramus, [521] dum prius ipse uxorem duceret: frater ejus virilis[1] togæ usum auspicaretur:[m] tunc deinde[2] ut nos conjungeremur. Utinam hercule possem, quæ deinde dicenda sunt,[3] sine maximo causæ dispendio transgredi! ne Pontiani, cui errorem suum deprecanti simpliciter ignovi,[4] videar nunc levitatem exprobrare. Confiteor enim, quod mihi objectum est, eum, postquam uxorem duxerit, a conspecta fide[5] [n] desci-

nus illa mulier mihi fuit paulo post æque accepta, ac si eam meapte sponte expetivissem. Idem Pontianus induxerat in animum suæ matri, ut me præferret ceteris omnibus: et ardentissime cupiebat id peragere quam citissime. Ægre obtinemus ab ipso aliquam dilationem, quo usque ipse duceret uxorem: ejus autem frater initiaretur virili toga: ut nos tum postea matrimonio jungeremur. Utinam profecto possem prætermittere, absque ingenti damno meæ causæ, ea quæ mihi posthac dicenda sunt! ne existimer nunc objectare inconstantiam Pontiano, cui simpliciter peperci, roganti veniam sui erroris. Nam fateor, quod mihi fuit objectatum, illum discessisse a fide mihi promissa, postquam contraxit matrimonium: et, subito mu-

matrimoni al. J. Bosscha.—6 Salm. e Fux. Cod. emendat *sequius*, ut sæpius illud *segnius* in *sequius* vel *secius* mutatum volunt VV. DD. cf. Heins. ad Ovid. Met. II. vs. 809. De τῷ *sequius* vide etiam Oudend. ad Nostri Met. IX. p. 649. b. Invitis Mss. *segnius* mutandum non est. v. Cort. ad Sallust. Jugurth. c. 75. quare et hic retineo cum Mss. tantum non omnibus, et Edd. cunctis. *Id.*—7 Ita primus edidit Elm. cum seqq. e Mss. Florent. quibus accedunt D'Orv. et Pith. Ante legebatur *hæc perf.* Id.—8 Ms. D'Orv. *is studio aiebat.* Id.—9 Venet. Ald. *tantam morum.* Rom. Bas. 1. *tantum mor.* Colvius. Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *tantam.* Ms. Pith. *tantam horam.* J. Bosscha.—1 Ms. D'Orv. *virili.* Id.—2 Ms. Pith. *tunc dem̄*, quasi esset *tunc demum.* Non probo tamen. Apuleianum est, jungere sic duo adverbia cognatæ significationis *tunc deinde.* v. ad Metamorph. p. 553. a. et p. 643. a. *Idem.*—3 D'Orv. *denique dicenda sunt.* Idem.—4 *Ignoscenti.* Non est in eod. Cod. qui sic habet seqq. *videor levitatem exprobrare* deleto *nunc.* Idem.—

NOTÆ

[m] *Virilis togæ usum auspicaretur*] Signate hoc loco utitur auspicandi verbo. In more enim fuit eam rem solenniter agi, et ad ipsa templa, in comitatu amicorum, addito etiam sacrificio. Appianus, lib. IV. Ἐμφυλ. ubi de proscriptione Triumvirorum: Ἀτίλιος δὲ ἄρτι τὴν τῶν τελείων περιθέμενος στολὴν, ᾔει μὲν, ὡς ἔθος ἐστὶν, σὺν πομπῇ φίλων ἐπὶ θυσίας ἐς τὰ ἱερά.

[n] *A conspecta* [*compecta*] *fide*] Sic omnino legendum, ex conjectura Colvii: quicquid in contrarium garriat Pricæus, qui *conspecta* tuetur. *Compecta* est, compacta. Nonnulli habent, *concepta.*

visse,[6] ac derepente animi mutatum, quod antea nimio studio festinarat, pari pertinacia prohibitum isse:[7] denique matrimonium nostrum ne coalesceret,[8] quidvis pati, quidvis facere paratum fuisse. Quanquam[9] omnis illa tum animi fœda mutatio,[1] et suscepta contra matrem simultas, non ipsi vitio vortenda[2] sit,[o] sed socero ejus eccilli[3][p] Herennio Rufino: qui unum neminem[4] in terris viliorem se, aut

tatum animo, impedire voluisse simili obstinatione, quod antea acceleraverat nimio desiderio: postremo eum fuisse paratum omnia facere et tolerare, ut nuptiæ nostræ non contraherentur. Quanquam tota illa turpis mutatio consilii, quæ illi tunc accidit, et inimicitiæ initæ adversus matrem, non debent ei dari crimini, sed huic Herennio Rufino ejus socero: qui nullum reliquit in orbe se abjectiorem, aut sceles-

5 Vid. Not. Var.—6 Pith. *discivisse.* D'Orv. *discimsse.* in quo mox *mutatam.* J. Bosscha.—7 *Prohibitum esse.* Bas. 2. pro *prohibuisse.* Edit. aliæ, *prohibitum isse.* Colvius. Scribe *prohibitum isse.* Wowerius. Flor. *prohibitum isse.* Elmenhorstius. Immo, si Lindenbrogio fides, *isse* non est in Florent. qua tamen lectione nihil verius est. Egregie eam confirmat Ms. D'Orv. *prohibitum iisse.* Salm. haud dubie pro var. lect. Cod. Fux. ascripsit *pr. ipse.* Perperam Colv. e Bas. sec. cum Scalig. *prohibitum esse.* Vide ad Met. lib. VIII. p. 557. a. *J. Bosscha.*—8 D'Orv. *idemque ne matr. n. coal.* quem verborum ordinem servat etiam Junt. post. De *denique,* periodum incipiente v. ad Met. III. p. 226. b. *Id.*—9 Sic e Florent. dedit Elm. cum Scriv. Edd. Altenb. Bip. addicente Ms. D'Orv. Vulgo *quamvis.* *Quanquam* subjunctivo sæpius jungit Noster. v. Ind. *Id.*—1 Edd. Vulc. sec. tert. Wow. *cum animi.* Male. 'Illa tum mutatio,' i. e. ἡ τότε μεταβολή. Cic. Cat. II. 12. 'Mea lenitas adhuc,' i. e. ἡ μέχρι τοῦ νῦν πρᾳότης. Ms. D'Orv. *tum fœda an. m.* Id.—2 Sic Edd. et Mss. præter Floridi, et Ms. D'Orv. in quibus *vertenda.* cf. ad Met. I. p. 54. b. *Id.* —3 Bas. 2. Rom. Sed Ald. *Orcilli.* Sic Eccilla, eccillum, eccillud apud Plautum Aulularia, Sticho, Persa, Rudente: Eccistam, Curculione. *Colv.* Ald. *Orcilli* inepte. Vide Lipsium Ep. Qu. II. 22. *Elmenh.* Ms. Pith. *etilli.* D'Orv. *acelli Horrennio Ruetino.* J. Bosscha.—4 *Qui uno neminem.* Florent. *qui unum neminem.* Elmenhorstius. Nempe Scal. cum Elmenh. et Scriv. exhibent *uno,* ex conjectura Vulcanii, qui margini allevit *qui uno se nem. in t. vil. aut, &c.* Refragantur Mss. nec quicquam mutandum. *Nemo unus* et alibi le-

NOTÆ

[o] *Non ipsi vitio vortenda sit*] Decore, et pro causa, excusat quodammodo vitricus adolescentem in ea re, quæ pietatem maternam lædebat: quod in conjunctis hujusmodi personis mutuo observandum est, ut præcipit Quintilianus, lib. XI. cap. 1. 'Avertere quoque in alios crimen decet, ut fraude aliquorum concita [mater] credatur: et omnia nos passuros, nihil aspere dicturos testandum: ut, etiamsi non possimus non conviciari, nolle videamur.' Quod præceptum etiam secutus Apuleius est, cum supra dicit: 'Utinam hercule possem, quæ deinde dicenda sunt, sine maximo causæ dispendio transgredi: ne Pontiano, cui,' &c.

[p] *Eccilli*] Illi. 'Ille,' 'eccille,' cum præsens quis demonstratur. Inde 'eccillum' et 'ellum.'

improbiorem, aut inquinatiorem reliquit. Perpaucis hominem, quam modestissime potero, necessario demonstrabo: ne si[5] omnino de eo reticuero, [522] operam perdiderit, quod negotium istud mihi ex summis viribus conflavit. Hic enim est pueruli hujus instigator,[6] hic accusationis auctor, hic advocatorum conductor, hic testium coëmtor,[7] hic totius calumniæ fornacula, hic Æmiliani hujus fax et flagellum:[8 q] idque apud omnes intemperantissime[9] gloriatur, me suo machinatu reum[1] postulatum. Et sane habet in istis, quod sibi plaudat. Est enim omnium litium depector,[2 r] omnium falsorum commentator,[3] omnium simulationum architectus, omnium malorum seminarium: nec non idem libidinum ganearumque locus,[4] lustrum,[5] lupanar: jam inde ab ineunte

*tiorem, aut magis impurum. Describam, ut necesse habeo, hominem brevissime et quam moderatissime potero: ne, si prorsus siluero de eo, inutile illi sit, quod mihi creaverit hanc litem ex totis suis viribus. Nam hic est impulsor hujus adolescentuli, hic est suasor delationis, hic redemtor patronorum, hic emtor testium, hic fornax universæ calumniæ, hic est tæda et flagrum hujus Æmiliani: atque id jactat immoderatissime coram omnibus, me accusatum fuisse suis artibus. Et certe habet in his unde sibi gratuletur: nam est redemtor litium, excogitator cujusvis falsitatis, artifex omnium fictionum, plantarium universorum malorum, * * * Nam quid faceret homo in-*

gitur, pro, *ne unus quidem homo.* J. Bosscha.—5 *Demonstrabo. Nisi.* Muto leviter interpunctionem et scripturam, *demonstrabo: ne si.* Stewechius. Lipsius, *demonstrabo: ne si.* Colvius. Perperam ante *nisi.* Casaubonus. Flor. *nisi.* Lege *nam si.* Elmenhorstius. *Nam si* esse in V. C. notaverat Lindenbrog. *Ne si* primum comparet in Casaub. et seqq. Edd. ex conj. Lips. Stew. Salm. Vulc. aliorum. Mss. *nisi.* In D'Orv. exulant *ne si omnino.* J. Bos.—6 D'Orv. *puerili h. investigator.* Id.—7 Antiquæ Edit. *test. exemtor.* Colvius. Non vero Junt. post. Lipsius ascripsit *redemtor.* J. Bosscha.—8 Al. *flabellum.* —9 Ms. Pith. *intemperat.* Mox D'Orv. *machinata.* J. Bosscha.—1 Excidit Ed. Flor. bene restitutum in Edd. Altenb. et Bip. vid. supra. *Id.*—2 Ald. *omn. lit. repertor.* Sed infra: 'cum creditoribus depeciscitur.' Gell. lib. xx. 'Reus, qui depecisci noluerat.' Depecisci, non depacisci scriptum olim notat lib. x. Priscianus. *Colv.*—3 Oudend. ad Florid. p. 97. b. legendum putat *commentor*, i. e. inventor. Quoniam tamen *commentari* est meditari, (cf. Ern. in Cl. Cic.) *falsorum commentator* recte dici videtur is, qui cogitat semper ac meditatur, quo modo causas, pretio redemtas, falsis argumentis obtineat. *J. Bosscha.*—4 Al. *lucus*, et *lacus.*—5 Non est in Ed. Junt. post. In Ed. Flor.

NOTÆ

q *Hic Æmiliani hujus fax et flagellum*] Quo accenditur et instigatur. Male Pricæus reponit *flabellum.* Alludit ad Furias, quarum fax et flagellum arma erant. Supra Metam. lib. ix. 'Quod oleum igni, quod flagellum Furiæ.'

r *Est enim omnium litium depector*] Id est, redimit ab aliis lites quasvis persequendas, pactione aliquotæ partis; puta dimidiæ, aut tertiæ, &c. Cicero litium mercatores vocat.

ævo cunctis probris palam notus: olim in pueritia, priusquam isto calvitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda[6] morigerus; mox in juventute saltandis fabulis exossis plane et enervis,[7] sed, ut audio, indocta et rudi mollitia. Negatur enim quicquam histrionis habuisse, præter impudicitiam.[8] In hac etiam ætate, qua nunc est, — qui istum Di perduint,[9] — multus honos auribus præfandus est — domus ejus tota lenonia,[1] tota familia contaminata, ipse propudiosus, uxor lupa, filii similes prorsus: diebus ac noctibus ludibrio juventutis, janua calcibus propulsata, fenestræ canticis[2] circumstrepitæ, triclinium comissatoribus[3] inquietum, cubiculum adulteris pervium: neque enim ulli ad introëundum[4] metus est, nisi qui pretium marito non attulit. Ita ei lecti sui contumelia vectigalis est. Olim solens[5] suo, nunc conjugis corpore vulgo meret. Cum ipso plerique, nec mentior, cum ipso, inquam,[6] de uxoris noctibus paciscuntur. Hinc jam illa[7] inter virum et uxorem nota collusio. Qui amplam stipem mulieri detulerunt, nemo[8] eos observat, suo arbitratu discedunt.[9] Qui inaniores ve-

castrum, nescio unde. *J. Bosscha.*—6 Edd. Vulc. sec. tert. *emascultat.* et in tert. *ac o. inf.* Ms. D'Orv. *infandia*, in quo *mox* deest. *Id.*—7 *Exossis et enervis.* Leg. *exossi pl. et enervi.* Sic enim et lib. I. Miles. 'enervam et exossam saltationem explicat:' quomodo alia etiam *Exanimis* et *mus. Inermis* et *mus.* Acidalius. *Exossis* supra p. 471. sed v. ad Met. lib. I. p. 22. a. Ms. D'Orv. *exomis* Pith. *exonis.* Acidalii correctio necessaria non est. Proprie histrio exossis et enervus est, i. e. cujus membra flexilia et agilia sunt: ὑγρὰ Gr. dicunt. Quod autem in Met. loco saltatio exossis et enerva dicitur, id figuratum est, nec tamen h. l. id sequi necesse. *J. Bosscha.*—8 Marg. Ed. Junt. post. *impudentiam.* Sed orationis series vulgarem lectionem veram arguit. *Id.*—9 Vid. Not. Var.—1 Edd. Junt. pr. Bas. pr. *lenonina.* Pro statim seq. *prorsus*, V. D. in marg. Ed. Junt. post. malebat *prostantes.* J. Bosscha.—2 *Canticis* abest Ms. D'Orv. In Burm. Ed. Propert. Add. p. 931. negligenter citatur *cantibus.* Id.—3 Florent. *comesatoribus.* Elmenhorstius. Lindenbrogii Coll. per *ss*, cum Ms. D'Orv. *J. Bosscha.*—4 Pith. *ad intr. ulli:* statim *non* deest D'Orv. *Id.*—5 Al. *solers.*—6 Pith. *unquam.* Maritorum morem paciscendi de noctibus uxorum observat Pontan. ad Macrob. Sat. II. 6. *J. Bos.*—7 *Hinc jam inquam illa.* Sic rescribo ex Florentino. Vulgo *jam illa.* Elmenhorstius. Florentini cod. lectionem cum Elmenh. expressere Scriv. et Flor. In reliquis Mss. et Edd. non comparent *hinc* et *inquam:* unde tamen Gronov. ad Auson. Epigr. 90. obiter monuit legendum esse *Hinc jam mimica illa:* quam correctionem multos defensores inventuram esse non puto: τὸ *inquam* tamen melius omitti putavi. Pro *virum* D'Orv. *vitrum*, pro *nota* Pith. *non tam.* J. Bosscha.—8 D'Orv. *detuleret ut venio.* Id.—9 Scripserim *abscedunt*, ut Roman. aut *discedunt* ut Florent. *Pric.* Edd. Vic. Junt. utr. Ald. Bas. Colv. Vulc. Wow. Elm. *ascendunt*, cui proxime accedit, sed contrario

nere, signo dato pro adulteris deprehenduntur: et quasi ad discendum venerint, non prius abeunt, quam aliquid scripserint.[1] Quid enim faciat[2] homo miser, ampliuscula fortuna devolutus, quam tamen fraude[3] patris ex inopinato invenerat? Pater ejus plurimis creditoribus defœneratus,[4] [s] maluit[5] pecuniam, quam pudorem. Nam cum undique versum tabulis[t] flagitaretur,[u] et quasi insanus ab omnibus obviis[6] teneretur, Pax, inquit:[7] [w] negat posse [523] dissolvere:[8] annulos aureos et omnia insignia dignitatis abji-

felix deturbatus ex opibus sat magnis, quas nihilominus nactus erat ex insperato, fallacia sui patris? Pater ejus, obligatus permultis creditoribus, maluit servare argentum, quam honorem. Cum enim obligationum instrumentis postularetur ex omnibus partibus, et retineretur ab omnibus occurrentibus veluti furiosus, Abstinete, ait; et dicit se non esse solvendo. Deponit annulos aureos et omnes notas honoris. Pacis-

sensu, quod est in Mss. Fux. Pith. et Ed. Rom. *abscedunt*, probante Salm. in marg. quia nempe ascendunt omnes, sed qui non dedere, non sinuntur abire immunes. Expressi itaque lectionem Mss. Florent. et D'Orv. *discedunt*. cf. supra p. 505. b. Τοῖς 'Suo arbitratu discedunt' opponuntur seqq. 'non prius abeunt, quam aliquid scripserint.' *J. Bosscha*.—1 Ed. Vic. *scripserit*. Id.—2 Ms. Pith. *faciet*. Desunt quædam in D'Orv. usque ad 'Ceterum uxor,' &c. *Id*.—3 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. *cum fraude*: sed in τῷ *tamen* allusio esse videtur ad illud, quod infra dicitur, 'dedit operam, quod male partum erat, ut male periret.' *Id*.—4 Legit Pric. *defœneratis*.—5 *Maluit retinere*. Dele τὸ *retinere* ex Florent. membranis. *Elmenh*. Uti deleverat jam Philom. Pisanus in Ed. Junt. post. Accedit Ms. Pith. quare expungatur. Uncis inclusere Elm. et Scriv. *J. Bosscha*.—6 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. cum Ms. Pith. *hominibus obv*. perpetua variatione. *Id*.—7 Vid. Not. Var. —8 Scriv. intrusit *se*, quod facile excidere potuit; neque tamen contra Mss.

NOTÆ

[s] *Defœneratus*] Fœnore obligatus.

[t] *Tabulis*] Quæ et nomina dicebantur; in quibus, cum nomine debitoris, creditæ pecuniæ summa continebatur.

[u] *Flagitaretur*] Apposite: de obæratis enim proprie dicitur. Plaut. in Casina: 'Ducite ex animo curam, atque æs alienum, Ne quis formidet flagitatorem suum.' Idem, Pseudolo: 'Si non dabis, Clamore magno, et multum flagitabere.'

[w] *Pax, inquit*] Sic scriptum malui cum Lipsio, vestigiis inhærens Mss. codd. qui habent *Flax*. *Pax* adverbium est, significatque quod nos etiam adverbialiter dicimus, *patience*. Nonnunquam etiam vox est silentium indicentis (*paix*). Editiones multæ habent *Lex*, quod quidam retineri posse putant, quasi sit invocatio legis Juliæ de cessione bonorum, qua vetitum erat, ne, qui solvendo non esset, in carcerem truderetur, modo bonis cederet. Sed minus arridet hæc lectio, neque enim exempla proferuntur sic implorati, per interjectionem, legum auxilii. Præterea prior lectio Mss. codd. lectioni propior est.

cit:[x] cum creditoribus depaciscitur.[9] [y] Pleraque tamen rei familiaris in nomen uxoris callidissima fraude[z] confert: ipse egens, nudus, sed ignominia sua tectus reliquit Rufino huic, non mentior, HS. tricies[1] [a] devorandum. Tantum enim ad eum de bonis[2] matris liberum[b] venit, præter quod ei uxor sua quotidianis dotibus[c] quæsivit. Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator[d] studiose in ven-

citur cum creditoribus suis. Transfert tamen maximam partem bonorum suorum in nomen suæ conjugis, astutissima fallacia: ipse inops, spoliatus, et velatus tantum sua infamia, reliquit huic Rufino tricies centena millia sestertiorum absorbenda: neque mentior. Nam tantundem rediit ad ipsum ex bonis matris suæ solutum ab ære alieno, præter id, quod ejus conjux ei acquisivit dotibus suis quotidianis. Quæ universa nihilominus hic helluo tanta cura abdidit in suam alvum intra paucos annos,

inserendum. cf. quæ dixi ad Flor. p. 64. b. *J. Bosscha.*—9 Sic Mss. et Edd. vett. Al. *depeciscitur.* Ms. Pith. *depascitur.* Id.—1 Al. *HS. triginta.*—2 Ed.

NOTÆ

[x] *Annulos aureos, &c. abjicit*] Ultimæ egestatis signum: nam et, aliis exuti omnibus, solebant annulos saltem custodire. Juven. Sat. xi. 'Post cuncta novissimus exit Annulus.' Nempe in cessione bonorum, quæ ex lege Julia fiebat, annulos et alia dignitatis et ordinis insignia solenni ritu cogebantur deponere; quod vel ex hoc loco conjici potest. Certum enim est in ea cessione intervenisse quasdam solennitates rerum et verborum, licet, quænam fuerint, parum liqueat. Apud nos viridem galerum induunt.

[y] *Cum creditoribus depaciscitur*] De quota scilicet, ut Jurisconsulti loquuntur: hoc est, ut parte aliqua debiti contenti essent creditores, vel fœnus totum remitterent, vel solutionis dilationem concederent.

[z] *Callidissima fraude*] Non donationis titulo, quæ, licet sine fraude fiat, ipso jure inter conjuges non valet: sed alio titulo, puta ascribendo res suas in dotem uxoris; res enim dotales, aut aliæ, quæ uxoris essent, pro mariti ære alieno capi aut detrahi non poterant.

[a] *HS. tricies* [*XXX.*] Ita est in Mss. codd. plurimis. Male in quibusdam editionibus *HS. triginta;* minor enim est hæc summa, quam ut addendum fuerit ab Apuleio 'non mentior.' Sed numerus hic *HS. XXX.* explicandus est HS. tricies, hoc est, tricies centena millia sestertiorum: quam summam ad nostram monetam redigere facile est ex iis, quæ paulo supra observavimus ex Budæo, ad illa verba 'Mater HS. quadragies possidebat.'

[b] *Liberum*] Hoc est, deducto ære alieno matris, et sumtibus funeris.

[c] *Quotidianis dotibus*] Pretiis, quæ ab adulteris quotidie accipiebat. Quotidianæ nuptiæ etiam Plauto dicuntur, Cistellaria ii. 3. 'Habemus nuptias quotidianas. Hæc quidem ecastor viro quotidie nubit.'

[d] *Degulator*] Glossæ Isidori: 'Sorbillator, degulator. Onomasticon vetus: Degulo, καταλαιμόω.

trem condidit, et omnimodis collurcinationibus [3] dilapidavit,[4] ut crederes metuere, ne quid habere ex fraude paterna diceretur. Homo justus et morum [e] dedit operam, [524] quod male partum erat, ut male periret: nec quicquam ei relictum est [5] ex largiore fortuna, præter ambitionem miseram, et profundam gulam. Ceterum uxor, jam propemodum vetula et effœta,[6] nunc demum [f] contumeliis abnuit.[7] [g] Filia autem per adolescentulos ditiores, invitamento matris suæ nequicquam circumlata, quibusdam etiam procis ad experiendum permissa, nisi in facilitatem [8] Pontiani incidisset, fortasse an adhuc vidua, antequam nupta,[h] domi sedisset.

et decoxit comessationibus omnis generis, ut putaretis eum timere, ne diceretur possidere aliquid ex dolo sui patris. Nempe vir ille probus et vitæ integræ curavit, ut, quod erat male acquisitum, male etiam perderetur. Et nihil ei remansit ex suis amplioribus opibus, nisi infelix ambitio, et profunditas ingluviei. Porro uxor ejus, jam fere vetula et debilitata, nunc tandem respuit stupra. Filia vero frustra circumducta per juvenes locupletiores, instigatione suæ matris, tradita etiam quibusdam amantibus ad periculum faciendum, nisi nacta esset Pontianum facilem virum, forsan mansisset huc usque domi prius vidua, quam maritata. Pontianus dedit ei

Junt. post. *ex b.* contra Mss. et Edd. reliquas. *J. Bosscha.*—3 Vid. Not. Var. —4 Male Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *delapid.* J. Bosscha.—5 In Fulviano Cod. *Nec quicquam ei relicuum est.* Lucretius: 'et jam relicuo reparari tempore posset.' Lib. IV. 'relicuus tamen essentias in mente patentes.' Fulgentius Mytholog. 'Quasque soror licuit, frater pede temperat undas.' *Wowerius.* Unius Fulv. Codicis auctoritatem tanti habendam non puto, ut cum Scriverio sequar. *J. Bosscha.*—6 Pith. *effecta.* Id.—7 Vid. Not. Var.— 8 Ms. Pith. *facultatem*: male: pag. seq. 'quo facilius Pontiani facilitatem

NOTÆ

[e] *Et morum* *] Asteriscus deesse aliquid testatur. Illud, quodcumque est, facile suppleri potest; puta *integer*, aut aliquid simile. Elmenhorst. *et verus.*

[f] *Nunc demum*] Ita restituit Casaubonus. Flor. cod. et editiones pleræque habent *totam domum contumeliis abnuit*, male, et absque sensu. Suspicatur Casaub. illius vocis *totam* primam syllabam irrepsisse, ultima vocis *effœta*, quæ præcedit, repetita: at, quomodo pro *nunc* scripta fuerit syllaba *tam* secunda vocis *totam*, non aperit. Quid si legatur *jam demum?* facilior corruptio *jam* in *tam*. Et præterea idem sensus erit. Alii aliter interpolant hunc locum, quos brevitatis causa missos facio.

[g] *Contumeliis abnuit*] Pro, abnuit contumelias. Sic supra 'curare rebus alienis.' Contumelia hic stuprum significat, quemadmodum et apud Græcos ἡ ὕβρις.

[h] *Vidua, antequam nupta*] Vidua non solum ea est, quæ marito, cui juncta erat, est orbata; sed etiam illa, quæ virum non habuit, teste Javoleno; l. Palum 242. § Viduam ff. de verborum significatione. Noster hoc sensu Metam. lib. IV. 'Psyche virgo vidua domi residens.' Seneca, in Agamem-

Pontianus ei, multum quidem[9] dehortantibus nobis, nuptiarum titulum falsum et imaginarium donavit: non nescius, eam, paulo ante quam duceret,[1] a quodam honestissimo juvene, cui prius pacta fuerat, post satietatem derelictam. Venit igitur ad eum nova nupta, secura et intrepida,[i] pudore dispoliato, flore exoleto, flammeo obsoleto,[k] virgo rursum post recens repudium, nomen potius afferens[2] puellæ, [525] quam integritatem. Vectabatur octophoro.[3] [l] Vidistis profecto, qui affuistis, quam[4] improba juvenum circumspectatrix, quam immodica sui ostentatrix. Quis non disciplinam matris agnovit,[5] [m] cum in puella videret

nomen falsum et inane matrimonii, nobis certe valde dissuadentibus: cum non ignoraret illam, paulo priusquam sibi jungeretur, fuisse desertam, post fastidium, a quodam honestissimo adolescente, cui fuerat desponsata ante. Ergo nova nupta venit ad eum, confidens, et nihil metuens, exuta verecundia, virginitate prælibata, nuptiali velo detrito; iterum virgo post recentem repudiationem, vindicans sibi potius nomen virginis, quam castitatem, vehebatur lectica octophoro. Certe, vos, qui præsentes fuistis, vidistis quam nequiter circumspiciebat adolescentes, quam immoderate se jactabat. Quis non recognovit educationem matris, cum cerneret in

circumveniret.' *J. Bosscha.*—9 D'Orv. *Pontiani ei quidem multum.* Id.—1 *Duceret.* D'Orv. *duceretur . . . derelictum,* deleto τῷ *pacta.* Id.—2 *Asserens. Afferens* malim. *Brant.* Recte Mss. *afferens,* nisi quod Pith. *off.* non *asserens,* quod est in Edd. Junt. utr. Bas. Colv. Vulc. Wow. Gent. Pric. Scriv. Flor. Infra p. 547. 'Virgo formosa . . . affert ad maritum floris rudimentum;' et paulo post: 'vidua autem . . . nihil affert irreposcibile, quod opponitur virgini, afferenti virginitatem, quæ reposci nequit.' *J. Bosscha.*—3 Edd. vett. pleræque, etiam Junt. post. cum Mss. Pith. D'Orv. et Fux. *octaphoro:* ut fluctuant etiam Mss. Sueton. in Calig. c. 43. ubi cf. Oudend. *Id.*—4 Ms. D'Orv. *quam jam,* et *inhostium* pro *juvenum.* Id.—5 Ms. D'Orv. *ignovit.* Id.

NOTÆ

none: 'An te morantur virgines viduæ domi?'

[i] *Secura et intrepida*] Magnum præflorationis argumentum: cum sit virginum trepidare. Claudian. 'Jam nuptæ trepidat solicitus pudor.' Titinnius, apud Festum: 'Accede ad sponsum audaciter; virgo nulla es.'

[k] *Flammeo obsoleto*] Decenter flammeum vetus, et detritum, ac deturpatum tribuit præfloratæ nuptæ. Flammeum velamen novarum nuptarum fuit, de quo jam Metam. lib. IV. sub finem.

[l] *Octophoro*] Lectica, quæ ab octo servis gestabatur, ad quod ministerium maxime perquisitos Germanos Tertullianus innuit. 'Ad uxorem,' cap. 4. 'non monilium pondera, non vestium tædia, non Gallicos vultus, nec Germanicos bajulos, quæ nuptiarum gloriam accendunt.'

[m] *Quis non disciplinam matris agnovit*] Juvenal. Sat. VI. 'Scilicet expectas ut tradat mater honestos, Aut alios mores quam quos habet?'

immedicatum os,[n] et purpurissatas genas, et illices oculos? Dos erat a creditore omnis ad teruncium[6] pridie sumta, et quidem grandior, quam domus exhausta et plena liberis postulabat. Sed enim iste, ut est rei modicus, spei immodicus, pari avaritia et egestate, totum Pudentillæ quadragies[o] præsumtione[7] cassa devorarat: eoque me amoliendum ratus, quo facilius Pontiani facilitatem, Pudentillæ solitudinem circumveniret; infit generum suum objurgare,[8] quod matrem suam mihi desponderat: suadet, quamprimum ex tanto periculo, dum licet, pedem referat: res matris[9] ipse potius habeat, quam homini extrario[1] sciens transmittat: ni ita faciat,[2] injicit[3] scrupulum amanti adolescentulo veterator:[4] minatur, se filiam abducturum. Quid multis? juvenem simplicem, præterea novæ nuptæ illecebris offrænatum, suo arbitratu de via deflectit.[5] It ille ad matrem, verborum Rufini gerulus. Sed nequicquam tentata ejus

filia os fucatum, et malas miniatas, et oculos illecebrosos? Tota dos, usque ad minimum nummulum, petita erat pridie a creditore, et major sane quam domus opibus vacua, et repleta liberis, poscebat. At enim hic, ut habet parvas opes, cupiditatem vero immoderatam, ut est tam avarus quam inops, absorpserat vana spe universa quadragies centena millia sestertiorum Pudentillæ: et ideo credens me esse removendum, ut facilius deciperet credulitatem Pontiani, et viduitatem Pudentillæ, cœpit increpare suum generum, quod mihi despondisset suam matrem: hortatur eum, ut extrahat se quam citissime ex tanto discrimine, dum adhuc potest: servet potius sibi bona suæ matris, quam conferat sciens prudensque in virum extraneum: quod nisi sic faciat, incutit solicitudinem juveni amanti fraudulentus homo: minitatur se recepturum ad se suam filiam. Quid plura? avertit ab incepto itinere pro suo libitu adolescentem facilem, et insuper irretitum blanditiis suæ novæ uxoris. Ille convenit matrem deferens verba Rufini. Verum, ejus constantia frustra oppug-

—6 Sic fuit scribendum, non *ternuncium*. Colvius. Ut erat in Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. cum Ms. Pith. *J. Bosscha.*—7 Male Pith. *post sumtionem.* vid. Pric. id. Cod. *devorat.* Id.—8 D'Orv. *objugare.* Pith. *objurgaret ... desponderat.* Pro *mihi* Bas. pr. *nihil.* Id.—9 D'Orv. *bona m.* e glossa. Ed. Junt. post. *habebat.* Id.—1 Pith. *extraneo.* v. Ind. *Id.*—2 Mss. D'Orv. *cum ita faciat.* Pith. *ni faciat:* alius Vet. Cod. ni fallor Fux. *ni faciat.* Forte earundem literarum repetitio intrusit *ita*, ab Auctore non profectum. *Id.*—3 Bas. 1. et Ald. *injici scr.* Colvius. Immo, Bas. pr. *inici.* Ald. *inicit.* J. Bosscha.—4 Negligenter vitium Ed. Altenb. *veteratur* remansit in Bip. *Id.*—5 Pith. *deflet,*

NOTÆ

[n] *Immedicatum os*] Recte. 'Immedicatum' est καταφαρμαχθὲν, medicamine illitum, non autem ἀφαρμάκευτον, medicamine carens.

[o] *Totum Pudentillæ quadragies*] Supple HS. *sestertium.* De illis Pudentillæ bonis jam supra.

gravitate, ultro ipse levitatis et [526] inconstantiæ increpitus, reportat ad socerum haud mollia: matri suæ, præter ingenium placidissimum et[6] immobile, iram quoque sua expostulatione accessisse,[7] non mediocre pertinaciæ adjumentum.[8] Respondisse eam denique, non clam se esse, Rufini exhortatione[9] [p] secum expostulari: eo vel magis sibi[1] auxilium mariti adversum ejus desperatam avaritiam comparandum. Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste uxoris suæ,[q] ita ira extumuit,[2] ita exarsit furore, ut in fœminam sanctissimam et pudicissimam,[3] præsente filio ejus, digna cubiculo suo diceret: amatricem eam, me Magum et veneficum clamitaret, multis audientibus: quos, si voles,

nata, ipse objurgatus ultro ab ea ob suam instabilitatem et mutabilitatem, refert verba non mitia ad socerum suum: suam matrem, præter indolem pacatissimam et constantem, fuisse etiam correptam ira propter suam querelam, quod non parvum auxilium est obstinationis. Postremo, eam reposuisse, se non ignorare querelam institui adversus se ex verbis Rufini: vel ob eam rem, subsidium viri sibi esse magis quærendum contra perditam ejus avaritiam. Cum hic vilis minister suæ conjugis illa audivisset, exasperatus adeo intumuit iracundia, adeo flagravit rabie, ut evomeret adversus mulierem integerrimam et castissimam, coram ejus filio, verba digna suo thalamo: vociferaretur eam esse amatricem, me vero magum et maleficum, audienti-

et cum D'Orv. *ut* pro *it*. Id. Pith. paulo post *ipsa*. Idem.—6 Mss. Florent. *placidissimum vegens*. In reliquis Mss. nullum hujus vocis vestigium comparet. Sed in Pith. deest quoque *et*. Idem.—7 Male Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *accensisse*. Ms. D'Orv. pro *non* habet *in*. Id.—8 *Pertinaciæ alimentum*. V. C. Fulv. *argumentum*. Et mox: *quas tamen cum saltas*. Et proxime: *conscribente Æmiliano*. Scioppius in Symb. Haud male Cod. Fulv. *alimentum*. Wowerius. Alii *alimentum*. Fulvius, *argumentum*. Elmenhorstius. Mss. Pith. et Fux. quoque *alimentum*: non male. Quia tamen optimi Codd. Florent. et D'Orv. cum Edd. O. servant *adjumentum*, id non muto. *J. Bosscha*.—9 *Ex oratione*. Præferenda scriptura antiqua: *exhortatione*. Wowerius. *Ex oratione*, quod huc usque in Edd. legitur, suspectum jam fuit editori Junt. post. qui sine sensu sed e Mss. dedit *æs, oratione*: unde in ejus marg. conjecit V. D. *ea orat.* Sed verissimum est *exhortatione*, quod reposui auctoritate Ms. D'Orv. *J. Bosscha*.—1 Deest D'Orv. in quo mox *et* pro *ejus*. Tum non comparent in eod. cod. seqq. usque ad 'Sed ne longius.' *Id*.—2 Pith. *iram extimuit*: et ante *ut* repetit *ita*. Id.—3 *Et pudicissimam*. Hæc delet Flor. unus. *Elmenh*.—4 Parum

NOTÆ

[p] *Rufini exhortatione* [*ex oratione*] Mss. quidam codd. habent *Rufini exhortatione*: bene.

[q] *Aquariolus suæ uxoris*] Tertull. in Apologetico: 'Primi erunt lenones, perductores, aquarioli.' Lenones prostitutarum erant. Perductores, fœminarum, in quas stupra commissa legibus vindicantur. Aquarioli, inquit Festus, 'dicebantur mulierum impudicarum sordidi asseclæ:' ab aqua nempe, quam suppeditabant fœdis ministeriis.

nominabo: se mihi sua manu mortem allaturum.[4] Vix hercule possum iræ moderari. Ingens indignatio animo oboritur.[5] Tune, effœminatissime, tua manu cuiquam viro mortem minitaris? At qua tandem manu? Philomelæ? an Medeæ? an Clytæmnestræ?[r] quas tamen cum saltas,[6][s] tanta mollitia animi, tanta formido ferri est, sine cludine[t] saltas. Sed ne longius ab ordine digrediar, [527] Pudentilla, postquam filium videt præter opinionem, contra suam esse sententiam depravatum,[7] rus profecta, scripsit ad eum objurgandi gratia illas famosissimas literas, quibus, ut isti aiebant, confessa est, sese mea Magia in amorem inductam dementire.[8][u] Quas tamen literas, tabulario publico præsente, et contrascribente[9] Æmiliano,[w] nudiustertius tuo

bus plurimis, quorum dicam nomina, si volueris: se mihi illaturum necem sua manu. Certe ægre queo temperare furori. Magna indignatio mihi exsurgit in animo. Tune, mollissime, minaris necem tua manu ulli viro? Sed qua tandem manu? Philomelæ? an Medeæ? an Clytæmnestræ? quas nihilominus, quando saltas, saltas sine gladio; tanta est debilitas tui animi, tantus timor ensis. Verum, ne discedam longius a serie rerum, Pudentilla, cum cerneret natum suum esse corruptum, contra quam quod speraverat, et adversus suam opinionem, ivit rus, et inde scripsit ad ipsum, increpandi causa, illam decantatissimam epistolam, qua, ut illi dicebant, fassa est se insanire, impulsam meis maleficiis ad amandum. Quam tamen epistolam, o Maxime, tuo mandato exscripsimus nudiustertius e tabulario publico coram testibus,

Latine. Scrib. *illaturum.* Casaubonus.—5 Pith. *aboritur,* et pro *minitaris* id. *ininucari.* id. *Philomenæ:* et cum Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *clytæmestræ.* J. Bosscha.—6 Al. *consultas.*—7 D'Orv. *depravatam.* Pro *aiebant* Pith. *agebant.* J. Bosscha.—8 Al. *dementare.*—9 Al. *conscribente.*—1 D'Orv. *dixisse,*

NOTÆ

[r] *Philomelæ? an Medeæ? an Clytæmnestræ*] An manu, qua, Philomelam, aut Medeam, aut Clytæmnestram saltans, gladium tenens in scenam prodis?

[s] *Quas tamen cum saltas*] Recte sic restituit Lips. Elect. lib. I. cap. 28. ex corrupta voce *consultas.* Innuit eum histrionem esse et cinædum.

[t] *Sine cludine*] Retinenda hæc lectio est. Cluden gladius est scenicus, sic dictus a cludendo, quod ejus acies in manubrium prælongum refugeret, atque includeretur, cum histrio, in tragœdia agenda, ipso se confodere simularet. Unde bene Noster: 'Tanta mollitia animi, tanta formido ferri est:' valde enim meticulosum eum oportet esse, qui talem gladium reformidet.

[u] *Dementire*] Rom. *dementare:* male. *Dementare* est, dementem reddere: qui sensus non est hujus loci.

[w] *Præsente et contrascribente Æmiliano*] Adeo ut non possit eas insimulare corruptas aut depravatas. Contrascribere est ἀντιγράφειν, hoc est, γράφειν τὸ ἴσον. Similiter contralegere dicebantur, qui astabant Mss^os. codices corrigentibus, eademque ex

jussu, Maxime, testato[x] descripsimus: in quibus omnia contra prædicationem istorum pro me reperiuntur. Quanquam, etsi destrictius Magum me dixisset,[1] posset videri, excusabunda se[2] filio, vim meam, quam voluntatem suam, causari maluisse. An sola Phædra falsum epistolium de amore commenta[3] est?[y] An non omnibus mulieribus hæc ars usitata est, ut, cum aliquid ejusmodi velle cœperunt, malint coactæ videri? Quod si animo[4] etiam ita putavit, me Magum esse, idcircone Magus habear, quia[5] hoc scripsit Pudentilla? Vos tot argumentis, tot testibus, tanta oratione, Magum me non probatis: illa uno verbo probaret? Et quanto tandem [528] gravius habendum est, quod in judicio subscribitur,[z] quam quod in epistola scribitur?[a] Quin tu me meismet factis, non alienis verbis, revincis?[6]

Æmiliano præsente, et describente etiam illam: in qua universa inveniuntur pro me adversus id quod illi dixerant. Quamvis, etiamsi me vocasset verbis magis distinctis magum, posset apparere eam, volentem se excusare, maluisse obtendere suo filio violentiam meam, quam suum consensum. Num sola Phædra confinxit falsam epistolam de amore? Nonne hæc fraus in usu est apud omnes fœminas; ut, quando inceperunt cupere aliquid tale, malint videri ad illud adductæ? Quod si etiam intra se credidit me esse magum, an ideo existimandus sum magus, quod Pudentilla id scripsit? Vos non ostenditis tot rationibus, tot testibus, sermone tam prolixo, me esse magum; illa vero ostenderet id uno verbo? Ac denique, quanto majoris ponderis existimandum est id, quod subscribitur in lite, quam quod exaratur in literis? Quare tu non me arguis in meis ipsius gestis, non autem ver-

---

et statim *vim eam*. J. Bosscha.—2 Pith. *excusabundus se*. Id.—3 Ed. Vic. *commentata*. Id.—4 Alii legunt *omnino*.—5 D'Orv. *quod*, qui post *magum me* delet *non*. J. Bosscha.—6 *Tu me...revincis*. D'Orv. *cum...remtis*. Id.—

NOTÆ

aliis exemplaribus prælegebant. Nota vetus in codice Parmensi Martiani Capellæ a Grotio relata: 'Fœlix Rhetor emendabam, contralegente Deuterio scholastico meo,' &c.

[x] *Testato*] Quo omnimoda esset fides exemplaribus descriptis.

[y] *An sola Phædra falsum epistolium de amore commenta est*] Quod mitteret ad privignum suum Hippolytum, cujus incesto amore flagrabat; quo etiam epistolio ipsa erroris sui causam in fati inevitabilis necessitatem refundebat, sicut et Pudentilla potuisset in magicam aliquam coactionem refundere: quæ excusatio amoris in Pudentilla non magis legitima fuisset, quam illa in Phædra.

[z] *Quod in judicio subscribitur*] Ubi enim quis in judicio quidpiam sic subscripserit, cogitur illud probare sub pœnis a Jure constitutis: unde ejusmodi subscriptiones non temere fiunt.

[a] *Quam quod in epistola scribitur*] Ubi impune scribi potest quicquid in mentem venit.

Ceterum eadem via multi rei cujusvis maleficii postulabuntur, si ratum futurum est, quod quisque in epistola sua vel amore, vel odio cujuspiam, scripserit. Magum te scripsit Pudentilla, igitur[7] Magus es. Quid si Consulem me scripsisset, Consul essem? Quid enim si pictorem, si medicum? quid denique si innocentem? num aliquid[8] horum putares, idcirco quod illa dixisset? Nihil scilicet. Atqui perinjurium est, ei fidem in pejoribus habere,[9] cui in melioribus non haberes: posse literas ejus ad perniciem, non posse ad salutem. Sed inquieti[1] animi fuit:[b] efflictim te amabat. Concedo interim. Num tamen omnes, qui amantur, Magi sunt, si hoc forte qui amat scripserit? Cedo nunc,[2] quod Pudentilla me in eo tempore non amabat; siquidem id foras scripsit,[3] quod palam erat mihi obfuturum.[4] Postremo quid vis, sanam an insanam fuisse,[c] dum scriberet? Sanam dices? nihil ergo erat Magicis artibus passa. Insanam respondebis? nesciit ergo,[5] quid scripserit, eoque

bis alienis? Porro plurimi accusabuntur eadem ratione cujuslibet criminis, si, quod quilibet scripserit in sua epistola, vel ex amore, vel ex odio cujusvis, pro vero habendum sit. Pudentilla scripsit te esse magum; ergo tu es magus. Quid, si scripsisset me esse consulem, an essem consul? quid etiam, si scripsisset me esse pictorem, aut medicum? postremo, quid, si scripsisset me esse insontem? an crederes quicquam harum rerum, propterea quod ea illud dixisset? Nihil procul dubio. Sed injustissimum est illi credere in deterioribus, cui non crederes in melioribus: epistolam illius valere ad exitium, non autem valere ad conservationem. At, inquies, habuit mentem solicitam, diligebat te perdite. Fateor in præsens. An universi tamen, qui diliguntur, sunt magi, si forte ille, qui diligit, hoc scripserit? Nunc fatere Pudentillam non me dilexisse tunc temporis, quandoquidem id scripsit aliis, quod nociturum erat mihi in publico. Denique utrum vis eam fuisse mentis compotem, an impotem, cum scribebat? An affirmabis eam fuisse mentis compotem? igitur nullatenus læsa erat artibus magicis. An repones

7 Pith. *q.* Mox pro *essem* D'Orv. *etiam*. Seq. *enim* non est in Pith. *Id.*—8 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *aliquod*. Dein τὸ *scilicet* exulat a D'Orv. In Pith. pro *atqui* est *atque*. Id.—9 Mss. Florent. *in p. non hab.* In D'Orv. Pith. desunt τὰ *habere cui in melioribus*. Id.—1 Mss. Pith. D'Orv. *inquid*. Id.—2 Salm. in marg. *credo n.* Sed et alterum ferri potest. *Id.*—3 Vid. Not. Var.—4 Ms. D'Orv. *futurum*. In Pith. deest statim *ergo*. J. Bosscha.—5 Plerique vulg. *nescit ergo*. Colvius. Velut Bas. pr. sed pleræque reliquæ

NOTÆ

[b] *Sed inquieti animi fuit, &c.*] Prolepsis, cujus solutio gemina: 'Concedo interim,' &c. et 'Cedo nunc,' &c.

[c] *Postremo, quid vis, sanam an insanam fuisse, &c.*] Dilemma est, argumentum sumtum ex loco τῶν ἀπόρων, in quo, quicquid dixeris, statim refellitur.

ei fides non habenda est. Immo etiam si fuisset insana, insanam se esse nescisset. Nam ut absurde facit, qui tacere se dicit, [529] quod ibidem dicendo tacere sese,[6] non tacet, et ipsa professione, quod profitetur,[7] infirmat: ita vel magis hoc repugnat, 'Ego insanio:' quod verum non est, nisi sciens dicit. Porro sanus est, qui scit, quid sit insania. Quippe insania scire se non potest, non magis, quam cæcitas se videre. Igitur Pudentilla compos mentis fuit, si compotem mentis se non putabat. Possum, si velim,[8] pluribus; sed mitto Dialectica.[9] Ipsas literas longe aliud clamantis,[1] et quasi dedita opera ad judicium istud præparatas et accommodatas, recitabo. Accipe tu, et lege [2] usque dum ego interloquar. (*Literæ Pudentillæ.*)[d] Sustine paulisper, quæ sequuntur: nam ad deverticulum rei ventum est. Adhuc enim, Maxime, quantum equidem [3] ani-

eam fuisse mentis impotem? igitur ignoravit quid scripserit: atque idcirco non est ipsi credendum: quin etiam, si fuisset demens, ignoravisset se esse dementem. Sicut enim ille, qui dicit se silere, facit inepte, quia eodem tempore, quo dicit se silere, non silet, et ipsa affirmatione negat quod affirmat: sic aut etiam magis hoc sibi contradicit, Ego sum demens: *quod non est verum, nisi, qui hoc dicit, illud dicat cum cognitione. Ceterum ille est mentis compos, qui novit quid sit dementia. Dementia enim nequit se cognoscere, sicut neque cæcitas se intueri. Ergo Pudentilla sana fuit, si non credebat se esse sanam. Possum id probare fusius, si velim. Sed omitto ratiocinia dialectica. Referam ipsam epistolam aliud multo prædicantem, et veluti instructam, et aptatam de industria ad hanc causam. Cape tu, et lege:* Literæ Pudentillæ. *Suspende tantisper sequentia, donec ego interfabor: nam devenimus ad discrimen rei. Hactenus enim, o Maxime, hæc fæmina nullate-*

Edd. *nesciit.* Etiam pro seq. *nescisset* Ms. D'Orv. *nesciisset.* J. Bosscha.—6 *Tacere sese.* Ms. Pith. *taces*, deleto *sese.* Id.—7 Ms. D'Orv. *ne profiteretur:* et paulo infra ignorat *quippe.* Id.—8 Ms. D'Orv. *si velis.* Id.—9 Bas. 1. Rom. Ven. Ald. *Dialecticam.* Colvius. Item Vic. Junt. pr. cum Ms. D'Orv. minus bene. *J. Bosscha.*—1 Sic Mss. Pro *dedita* D'Orv. *debita.* Id.—2 Mirum mihi, infirmitatem hujus loci necdum ulli perceptam fuisse: aio ego luxationem subesse quæ sententiam ineptissimam reddit. Emendo: *Accipe tu et lege. Literæ Pudentillæ. Sustine paulisper quæ sequuntur, usque dum ego interloquar: nam a. d. r. v. e.* Nemo paulo sanior (opinor) contrahiscere volet. *Pric.* Quæ tanta causa mutandi fuerit, prorsus non video. Dicit Ap. se interlocuturum, simul ac satis lectum fuerit. Jam revera interloquitur *Sustine paulisper, &c.* Proprie currentes *sustinent* gradum, aut remigantes remos. *J. Bosscha.*—3 D'Orv. *ejusdem* et pro *eundem* mox *eusdem.* Id.—4 *Prius*

NOTÆ

[d] *Accipe tu et lege:* LITERÆ PUDENTILLÆ, &c.] Sic edendum curavi hunc locum, monente Pricæo.

madverti, nusquam mulier Magiam nominavit: sed ordinem repetivit eundem, quem ego paulo prius, de longa viduitate,[4] de remedio valetudinis, de voluntate nubendi, de meis laudibus, quas ex Pontiano cognoverat, de suasu ipsius, ut mihi potissimum nuberet. Hæc usque adhuc lecta sunt. Superest ea pars epistolæ, quæ similiter pro me scripta, in memetipsum vertit cornua;[e] ad expellendum[5] a me crimen Magiæ sedulo dimissa,[6] memorabili laude Rufini, vicem[7] mutavit,[f] et ultro contrariam mihi opinionem

nus locuta est de magia, quantum quidem observavi: verum resumsit eandem seriem rerum, quam ego recensui paulo ante, de sua diutina viduitate, de medela sui morbi, de desiderio nuptiarum, quo tenebatur, de laudibus meis, quas didicerat ex Pontiano, de hortatu ejus, ut se mihi præcipue jungeret. Hæc lecta sunt hactenus. Restat illa pars epistolæ, quæ, scripta quoque in mei gratiam, militat contra meipsum, et, studiose missa ad amoliendum a me scelus magiæ, sortita est diversum munus, insigni gloria Rufini: et peperit mihi contrariam existimationem quorundam Œen-

longa viduitate. Necessario scribendum *de longa vid.* Stewechius. Vulgo, *longa vid.* omisso τῷ *de*. Colvius. Additum *de* jam in Ed. Junt. post. e Mss. *J. Bosscha.*—5 Apponam priorem lectionem et fidei meæ causa, et ut videant studiosi, quantum hic locus nobis debeat: *ad expellendum a me crimen Magiæ, sedulo omissa, memorabili laude Rufini vice mutavit.* Non dubito applausuram nostræ emendationi coronam doctorum. Ceteri quid sentiant, θρὶξ ἀνὰ μέσσον. *Casaub. Memorabili fraude Rufini vicem mutavit.* Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Mirum in modum turbata hæc et corrupta. Vulgo: *sedulo omissa, memorabili l. R. vice mutavit.* Emendo: *pro me scripta ad expellendum a me crimen Magiæ, in memet ipsum vertit cornua; sedulo omissa memorabili fraude Rufini vicem mutavit.* Wowerius. Sic hæc legerim et distinxerim: *ad expellendum a me crimen magiæ, sedulo omissa memorabili laude Rufini voce mutavit.* Mutavit, παθητικῶς. vide Agel. lib. XV. cap. 12. *Brant.*—6 *Sedulo omissa.* Ita Edd. ante Casaub. cum Vulc. Wow. Elm. Scriv. Pro quo Lips. in marg. *emissa*, fortasse vere, ut respondeat *foras scripsit*, quod supra habuimus. Interim in Ms. Pith. est *obmissa*, in D'Orv. *dimissa*, cujus auctoritatem sequor: ut 'dimittere tabellarium' apud Cic. ad Att. XIV. 21. Minus bene Edd. reliquæ *missa*. J. Bosscha.—7 *Memorabili laude R. vocem.* Lego *M. fraude R. vicem m.* Veram hanc emendationem seqq. prolixe probant 'multa fando, &c. sed enim versutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflatam.' *Acidal.* Fulvius: *m. fraude R. vicem.* Sed *laude* retineri potest ad irrisum scilicet et κατ' ἀντίφρασιν ita dictum. Tametsi laudis vocabulum etiam ἐκ τῶν μέσων esse, Gellius aliique docuerunt. *Sc. Gent. Fraude* maluere etiam Schikhe-

NOTÆ

[e] *In memetipsum vertit cornua*] Ad me impugnandum convertitur. Translatio est a tauris iratis, qui nonnunquam ab hoste ad instigatores cornua convertunt. Similiter Plautus, Pseudolo, Act. IV. Scen. 3. 'Metuo Ne in re secunda nunc mihi obvertat cornua, Si occasionem capsit, qui siet malus.'

[f] *Memorabili laude Rufini vicem mutavit*] Quidam habent *fraude*, sed nihil mutandum. *Memorabili laude ei-*

quorundam [530] Œensium, quasi Mago, quæsivit. Multa fando, Maxime, audisti, etiam plura[8] legendo didicisti, non pauca[9] experiendo comperisti: sed enim versutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflatam, negabis te unquam cognovisse. Quis Palamedes,[g] quis Sisyphus,[1] [h] quis denique Eurybates aut Phrynondas[2] [i] ta-

sium, veluti magus fuissem. O Maxime, audisti dici multa, cognovisti adhuc plura lectione, didicisti sat multa experientia: sed tamen dices te nunquam vidisse astutiam tam dolosam, contextam tam mira malitia. Quis Palamedes, quis Sisyphus, postremo quis Eurybates vel Phrynondas commentus esset similem? Hi omnes,

rad. et Salm. et editum in Vulc. Ed. tert. Aliter Mss. *J. Bosscha.* Vid. Not. Var.—8 Sic tacite edidit Elm. e Florent. cum Florido. Antea et in reliquis Mss. est *et plura:* sed tum, pro stylo Apuleii, ante *non pauca* inserendum quoque *et*, quod fecit Scriv. qui edidit etiam *experiundo*, ut solet Noster: sed hic contra Mss. et male, aut scribendum quoque *legundo*. J. Bos.—9 Τὸ *non* delet D'Orv. posterius *tam* Pith. Pro *cognovisse* Florent. *agnovisse*. Id.—1 Sic rescripsimus ex lectione Venet. *Sisyphus:* in reliquis erat, *Syphus*. Sisyphum Æoli filium vaferrimum virum fuisse prodit ex Homero Polyænus Stratagemat. lib. I. Hinc Adagio, Sisyphi artes: de qua consulendæ maximi Erasmi Chiliades. *Colv.* Aldus et Rom. *Syphax*. Vide Erasmum in 'Sisyphi artes.' *Elmenh. Sisyphus* jam ante Colv. editum in Ed. Junt. post. et est in Mss. Florent. In D'Orv. *Sisyphus*. Pith. *ysiphus*. J. Bosscha.—2 Edd. ante Colv. *Phirinondas* cum Ms. Pith. In D'Orv.

NOTÆ

φωνικῶς dictum. Totum hunc locum ex sententia Casauboni edi curavi.

[g] *Quis Palamedes*] Solertem quidem fuisse ac ingeniosum Palamedem legimus, ejus opera fictam Ulyssis amentiam detectam esse, literas ab eo quatuor inventas, calculorum item ludum, mensurarumque ac ponderum rationem excogitatam, annum præterea ad cursum solis, et menses ad cursum lunæ accommodatos, item aciei ordinem, symbolum bellicum, et vigilias ab eo fuisse inventas. At eum fraudulentum fuisse, id vero nusquam legitur.

[h] *Quis Sisyphus*] Notum adagium, Sisyphi artes; Σισύφου μηχαναί. Cui adagio locum dedit hic Homeri locus: Σίσυφος ... ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν.

[i] *Quis denique Eurybates aut Phrynondas*] Proverbium, Phrynondas alter, de improbo homine. Hujus Phrynondæ meminit Lucianus in Pseudomanti, inter nobiles facinorosos. Videtur hic potius legendum *Eurybatus*, quam *Eurybates*. Sic enim Æschines adversus Ctesiphontem: Οὔτε Φρυνώνδας, οὔτε Εὐρύβατος, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο: id est, 'Nec Phrynondas, nec Eurybatus, nec alius quisquam veterum improborum, unquam talis magus et impostor fuit.' Eurybatus hic fuit fur insigni astutia, qui aliquando a custodibus in furto deprehensus, cum illi videre cuperent quo ingenio domos conscenderet, stimulis quibusdam ferreis et funibus irrepsit in parietem, illisque intuentibus, et expeditam hominis agilitatem admirantibus, per tegulas aufugiens periculum evasit. Eurybatissare, εὐ-

lem excogitasset? Omnes isti, quos nominavi, et si qui præterea[3] fuerunt dolo memorandi, si cum hac una Rufini fallacia contendantur, macci prorsus[k] et buccones[4 l] videbuntur. O mirum commentum! O subtilitas[5] digna carcere et robore![6 m] Quis credat effici potuisse, ut quæ defensio fuerat, [531] eadem, manentibus eisdem[7] literis, in accusationem transverteretur?[8] Est hercule incredibile. Sed hoc[9] incredibile qui sit factum, probabo. Objurgatio erat matris ad filium, quod me talem virum, qualem sibi prædicasset, nunc de Rufini sententia Magum dictitaret. Verba ipsa ad hunc modum se habebant:[9] Ἀπυλήϊος[1] μά-

quos recensui, et si aliqui adhuc fuerunt celebres fraude, si conferantur cum hoc solo dolo Rufini, apparebunt omnino fatui et rustici. O inventio admirabilis! o solertia digna carcere et præcipitatione! Quis persuasum habeat potuisse fieri, ut, quæ fuerat defensio, eadem commutaretur in criminationem, remanentibus iisdem literis? Profecto hoc est incredibile. Verum demonstrabo quo modo illud incredibile factum reipsa fuerit. Erat increpatio matris ad filium, eo quod nunc ex voluntate Rufini magum vocitaret me talem virum, qualem ipse sibi laudasset. Ipsa verba hujusmodi erant: Apuleius magus est, et ego incantata sum ab eo:

Phiromondas. Gr. φρύνωνδας. *Idem.*—3 D'Orv. *propterea.* Idem.—4 Male Mss. et Edd. ante Colv. *buchones* vel *bochones*: confer Pric. ad h. l. Lips. Epist. Qu. II. 22. Voss. Etym. in v. *Bucca.* Lambin. ad Plauti Bacch. v. 1. 2. *Id.*—5 Ms. D'Orv. *subutilis.* Id.—6 Ms. Pith. *corrobore.* Id.—7 Sic Edd. ante Colv. cum Ms. D'Orv. non *iisdem.* cf. Flor. N. 16. p. 73. Sic *eis* ib. N. 12. p. 44. supra hac Apol. p. 466. et 516. Ed. Flor. *Id.*—8 Mss. Pith. Fux. *converteretur.* Id.—9 Ms. D'Orv. *si hoc.* Pro *qui sit f.* Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *quod sit f.* Id.—9 Mss. D'Orv. Florent. cum Edd. Vulc. sec. tert. Wow. *habeant.* Id.—1 Græca desunt Mss. Pith. D'Orv. Fux. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Alii scribunt Ἀποὐλειος, alii, Ἀπολέïος, alii, Ἀπουλήïος. Sed scribendum Ἀπυλήïος: ut patet ex Epigr. Christodori in Anthol. l. v. 58. Καὶ νοερῆς ἄφθεγκτα Λατινίδος ὄργια μούσης Ἄζετο παπταίνων Ἀπυλήïος, ὅντινα

NOTÆ

ῥυβατίζειν, proverbialiter dicitur aliquis, qui, in re manifesta deprehensus, aliqua tamen arte elabitur. His addere potes Cercopam, Aristodemum, Sostratum, auctore Luciano, in Pseudomanti.

[k] *Macci prorsus*] Macci fatui sunt: a Græco μακκοᾶν, quod Helladius apud Photium ait ἀρχαïκῶς esse τὸ μὴ ἀκούειν, ἢ τὸ μὴ κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν. Videndus Hesych. in verbo Μακοᾶν.

[l] *Et buccones*] Gloss. Isidori: 'Bucco, rusticus, stultus.'

[m] *Et robore*] Robur, ut puto me jam dixisse, ea pars fuit carceris, ex qua homines præcipitari solebant. Robur præterea aliquando sumitur pro arcis ex robore, in quas concludebantur servi, eratque hoc pœnæ servilis genus.

γος,[n] *καὶ ἐγὼ ὑπ' αὐτοῦ μεμάγευμαι. καὶ ἐρῶ. ἔλθετε νῦν πρὸς ἐμὲ, ἕως ἔτι σωφρονῶ.* Hæc ipsa verba Rufinus, [quæ Græce interposuit,] sola excerpta,[2] et ab ordine suo sejugata, quasi confessionem mulieris circumferens, et Pontianum flentem[3] per forum ductans, vulgo ostendebat. Ipsas mulieris literas illatenus, qua dixi, legendas præbebat: cetera supra et infra scripta occultabat: turpiora esse, quam ut ostenderentur, dictitabat: satis esse, confessionem mulieris de Magia[4] cognosci. Quid quæris? verisimile omnibus visum. Quæ purgandi mei gratia scripta erant, eadem mihi immanem invidiam apud imperitos concivere.[5] Turbabat impurus hic, in medio foro bacchabundus:[6] epistolam sæpe aperiens proquiritabat:[o] Apuleius Magus: dicit ipsa, quæ sentit et patitur: quid vultis amplius? Nemo erat, qui pro me ferret,[p] ac sic responderet:[7] Totam sodes

certe amo eum. Venite nunc ad me, dum adhuc sum compos mentis. *Rufinus circumferens hæc verba, quæ inserui Græce, extracta sola, et separata a sua serie, perinde ac si esset confessio fœminæ illius, et ducens Pontianum per forum, monstrabat ea omnibus. Dabat ipsam epistolam Pudentillæ legendam quousque dixi: tegebat reliqua scripta ante et post: solebat dicere ea esse fœdiora, quam ut possent monstrari: sufficere quod confessio illius fœminæ de Magia nosceretur. Quid vis amplius? hoc apparuit probabile cunctis. Quæ erant scripta ad me defendendum: ea ipsa mihi creaverunt ingens odium apud ignaros. Hic immundus excitabat turbas, vociferans in medio foro: aperiens crebro epistolam, clamitabat: Apuleius est magus; ipsa loquitur ea quæ experitur et tolerat: quid ultra petitis? Nullus erat, qui responderet pro me, et hoc modo reponeret: Da, si vis, totam epistolam:*

μύστην Αὐσονὶς ἀῤῥήτου σοφίης ἀνεθρέψατο Σειρήν. *Id.* Vid. Not. Var.—2 Quidam e vulg. *excepta*. Colvius. Bas. pr. cum Ms. Pith. *J. Bos.*—3 Male τὸ *flentem* omittunt vulgati codd. *Elmenhorstius*. Primus Elm. e Mss. Florent. dedit *flentem*, cum Scriv. et consentiunt Mss. Fux. Pith. D'Orv. Quare male denuo ejecit Florid. *J. Bosscha.*—4 Pith. *magica*. Mox pro *quæris* in Cod. D'Orv. est *quasi*, sed per compendium scriptum. *Id.*—5 Edd. ante Colv. *consciverе*, ut 'consciscere mortem,' 'fugam' et sim. sed alterum præferendum, propter *κυριολογίαν*, et Mstorum auctoritatem. *Id.*—6 Ms. D'Orv. *batabundus*. Id.—7 Ms. Pith. *si resp.* Mox D'Orv. *cedes* pro *sodes*, et *probata*,

NOTÆ

[n] *'Απουλήϊος μάγος, &c.*] Græca hæc verba ex Casauboni emendatione excudi curavi.

[o] *Proquiritabat*] Verbum effictum ex his vocibus, 'Proh proh Quirites!' quibus civium fidem advocare mos erat.

[p] *Qui pro me ferret*] Id est, referret. Sic in De Dogmate Platon. 'Nec omnia ad fati sortem arbitratur esse ferenda,' id est, referenda. Posset etiam intelligi 'qui pro me ferret,' qui sustineret meas partes.

epistolam cedo. Sine, omnia inspiciam, principio ad finem perlegam. Multa sunt, quæ sola prolata calumniæ possint videri obnoxia. [532] Cujavis [8] oratio [q] insimulari potest, si ea, quæ ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudentur: [9] si quædam ex ordine scriptorum ad libidinem [1] supprimantur: si, quæ simulationis causa dicta sunt, asseverantis pronuntiatione, quam exprobrantis [2] legantur. Hæc, et id genus ea, quam merito tunc dici potuerint,[3] ipse ordo epistolæ ostendat. At tu, Æmiliane, recognosce, an et hæc mecum testato descripseris: [4] *Βουλομένην γάρ με* [r] *δι' ἃς εἶπον αἰτίας γαμηθῆναι, αὐτὸς τοῦτον ἔπεισας ἀντὶ πάντων αἱρεῖσθαι, θαυμάζων τὸν ἄνδρα, καὶ σπουδάζων αὐτὸν οἰκεῖον ἡμῖν* [5] *δι' ἐμοῦ ποιῆσαι.*

permitte, ut considerem cuncta, et legam ab initio et usque ad finem. Plurima sunt, quæ, si pronuntientur seorsim, possint videri exposita calumniæ. Sermo cujuslibet potest accusari, si illa, quæ connexa sunt cum præcedentibus, priventur suo initio: si aliqua ex serie scriptorum taceantur ad arbitrium: si ea, quæ dicta sunt fingendi gratia, legantur prolatione affirmantis potius quam objurgantis. Ipsa series epistolæ potest demonstrare quam juste hæc et alia hujusmodi potuerint tunc dici. Sed tu, Æmiliane, agnosce, num descripseris etiam hæc mecum coram testibus: Cum enim vellem nubere propter eas causas, quas dixi, tu ipse persuasisti mihi, ut hunc præ omnibus eligerem, admirans virum, et cupiens reddere eum nobis familiarem mea opera. Nunc vero, cum nefarii et maligni

non *prolata*. Id.—8 Ms. Pith. *cuiquælibetavis*, ex glossa interlineari. D'Orv. *cujusvis*, item e glossa. Plaut. Bacch. IV. 9. 55. *cujanam*. cf. Gent. *Id.*—9 Flor. *defrudentur*. Mox pro *si quædam* D'Orv. *siquidem*. Id.—1 Schickeradus *ad livedinem*: male. *Elmenhorstius*.—2 Suppl. *magis*. Hellenismus Latinis quibusdam, quam ipsis Græcis familiarior. *Casaub.* Lege *quasi exprob. Quasi* et *quam* quoties permutata invicem sint, vix numerum inire quisquam possit. Sed hic non minus apte etiam *tanquam*, si forte hoc malis, restituetur. *Acidal.* Acidalio placet, *quasi expr.* vel *tanquam*. Ego Græca ellipsi sibi et aliis familiari, usum nostrum oratorem puto, *quam*, pro magis vel potius, quod postea alio in loco notatum Colvio vidi. Nam in omni ironia inest quædam exprobratio tacita, præsertim cum quis ea de se innuit et dicit, quorum ab aliis falso insimulatur. Exprobrat enim eis hoc modo calumniam aut stultitiam, præsertim si aperta sit ironia, ut iratorum solet. *Sc. Gent. in Append.* De ellipsi *τοῦ magis* sæpius dictum supra. Ms. D'Orv. *probantis*. J. Bosscha.—3 *Tunc* non legitur in Pith. qui cum D'Orv. habet *potuerunt*. Id.—4 Primum comparet ita in Ed. Junt. post. In aliis vett. et Mss. Pith. D'Orv. *descripserit*. Pro *an et hæc* D'Orv. *et hanc et hoc*. Id.—5 Lege: *ὑμῖν*. et deinde: *καὶ ἔλθετον νῦν πρὸς ἐμέ.* *Wowerius.* Salm. allevit quoque *ὑμῖν*. Sed Edd. omnes *ἡμῖν*. Nec male. Ceterum iidem libri Græca hic ignorant, qui

NOTÆ

[q] *Cujavis oratio*] Cujusvis; quomodo dixit Virgil. 'cujum pecus,' pro *cujus*.

[r] *Βουλομένην γάρ με, &c.*] Græca hæc verba ex mente Casauboni edenda curavi.

νῦν δὲ, ὡς μοχθηροὶ ὑμᾶς κακοήθεις τε ἀναπείθουσιν, αἰφνίδιον ἐγένετο Ἀπυλήϊος μάγος, καὶ ἐγὼ μεμάγευμαι ὑπ' αὐτοῦ. ναὶ ἐρῶ, καὶ ἔλθετε νῦν πρὸς ἐμὲ, ἕως ἔτι σωφρονῶ. Oro te, Maxime, si literæ, ita ut partim vocales dicuntur,[6] etiam propriam vocem usurparent; si verba, ita ut poëtæ aiunt, pinnis apta vulgo volarent;[7] [a] nonne cum primum epistolam istam Rufinus mala fide excerperet, pauca legeret, multa et meliora sciens reticeret; nonne tunc[8] ceteræ literæ sceleste se detineri proclamassent? verba suppressa de Rufini manibus foras evolassent? totum forum tumultu complessent? se quoque[9] a Pudentilla missas, sibi etiam quæ dicerent mandata? improbo ac nefario homini per alienas literas falsum facere tentanti ne auscultarent,[1] sibi potius audirent: Apuleium Magiæ non accusatum a Pudentilla, sed accusante [533] Rufino absolutum? Quæ omnia[2] etsi tum dicta non sunt, tamen nunc, cum magis prosunt,[3] luce illustrius apparent. Patent artes tuæ,[4] Rufine, fraudes hiant, detectum menda-

vos solicitant, Apuleius repente magus factus est, et ego incantata sum ab eo. Certe amo eum. Venite nunc ad me, donec adhuc sum compos mentis. *Te rogo, Maxime, si literæ sumerent quoque vocem sibi propriam, quemadmodum pars earum dicuntur vocales, si dictiones instructæ alis volitarent passim, sicut poëtæ dicunt; annon eo tempore, quo Rufinus colligebat dolose verba hujus epistolæ, et legebat pauca, silebat vero, data opera, plurima et optima; annon, inquam, reliquæ literæ exclamassent se supprimi nefarie? annon dictiones prætermissæ silentio evolassent foras ex manibus Rufini? nonne implevissent totum forum strepitu? dicentes se etiam missas fuisse a Pudentilla, sibi etiam commissa fuisse aliqua ad dicendum? ne astantes audirent virum pravum ac scelestum, conantem persuadere falsum, ope epistolæ alienæ, auscultarent sibi potius: Apuleium non fuisse insimulatum magiæ a Pudentilla, sed contra, cum illum Rufinus insimularet, ab ipsa fuisse purgatum? Quæ universa, quanquam non fuerint dicta tunc, nihilominus nunc, quando plus juvant, patent clarius ipso lumine. Doli tui detecti sunt,*

supra. *J. Bosscha.*—6 Pith. *et l. i. ut . . . dicantur.* D'Orv. *s. l. ut ita ut . . . d.* Id.—7 Non capio, nisi τὸ *vulgo* valeat 'passim,' 'quoquoversus:' ad sensum optime, ni remote aliquantulum, posses *vere* legere. An forsan proba vox altera, at loco mota? legendumque, *si verba, ita ut vulgo Poëtæ a. p. a. v.* Pric. —8 Ms. D'Orv. *tam.* J. Bosscha.—9 Male Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *si q.* Id.—1 Ms. D'Orv. *nec.* Pith. *ascult.* Id.—2 D'Orv. *etiam.* Id.—3 D'Orv. *possunt*: in eod. et Florent. statim *apparerent.* Id.—4 Pith. *aures t.* Id.

NOTÆ

[a] *Si verba, ita ut poëtæ aiunt, pinnis apta vulgo volarent*] Florid. I. 'Verbaque, quæ volantia poëtæ appellant.' Ἔπεα πτερόεντα, Homero.

cium est. Veritas olim interversa, nunc se effert,[5] et velut alto barathro calumniæ se emergit.[6] Ad literas Pudentillæ provocastis: literis vinco: quarum si vultis extremam quoque clausulam audire, non invidebo.[7] Dic tu,[t] quibus verbis epistolam finierit mulier obcantata, vecors, amens, amans:[8] ἐγὼ οὔτι [9][u] μεμάγευμαι. ὅτι δ' ἐρῶ, αἰτία ἡ εἱμαρμένη ἔφυ. Etiamne amplius? Reclamat vobis[1] Pudentilla, et sanitatem suam a vestris[2] calumniis quodam præconio vindicat. Nubendi autem seu rationem, seu necessitatem, fato ascribit, a quo multum Magia[3] remota est, vel potius omnino

o Rufine, fallaciæ patent, mendacium est revelatum. Veritas, quam tu olim subvertisti, nunc se extollit, et prodit quasi ex profundo gurgite calumniæ. Appellastis ad epistolam Pudentillæ: supero vos ope ipsius epistolæ: cujus si cupitis audire ultimam clausulam, non impediam. Tu recita quibus verbis fœmina incantata, insana, furiosa, amans clauserit literas: Ego nequaquam incantata sum: quod autem amo, causa fuit Fatum. *An aliquid ultra cupitis? Pudentilla contradicit vobis, et defendit suam sapientiam a vestris mendaciis, quadam publica reclamatione; attribuit vero Fato sive causam, sive necessitatem nubendi; a quo Fato*

5 D'Orv. Pith. *se fert.* Id.—6 *Calumnias emergit.* Emendat Lipsius: *calumniæ se emergit.* Colvius. *Calumnia se mergit* rescribo ex Flor. Vulgati *calumniæ emergit.* Elmenhorstius. Verissime emendavit Lipsius, ut citat locum Heins. ad Ovid. Fast. III. vs. 367. ubi vide plura de locutione 'emergere se.' Add. Græv. ad Cic. de Harusp. Resp. c. 25. VV. DD. ad Nepot. Att. c. 11. Drakenb. ad Sil. VII. 413. ubi contra Drakenborchii mentem citatur locus noster ita: *calumnia se mergit;* uti perperam editum ab Elmenh. e Mss. Florent. et Scriv. ac marg. ascriptum a Gœsio. Nam prorsus hæc ἀντίλογα sunt *sese effert* et *se mergit.* cf. in primis Cic. pro Cluent. a Pric. cit. Multo melius Edd. Altenb. Bip. *calumnia emergit.* In Mss. D'Orv. Pith. legitur *calumnias emergit,* ut et in Edd. ante Casaub. qui primus dedit *calumniæ emergit,* quem sequuntur Gent. Pric. Flor. Quia tamen *s* litera in Mss. O. adest: prætuli *calumniæ se emergit. Se mergit* pro *se emergit* non h. tantum l. corrupte scriptum in Mss. sed sæpe alibi: cf. ex. gr. Severi Ætn. vs. 118. *J. Bosscha.*—7 Ms. D'Orv. *videbo.* Id.—8 Ms. Pith. et hic *amens.* Id.—9 Hæc nostra emendatio est, quam elicuimus ex ista priorum omnium librorum: ἐγὼ οὔτε μεμάγευμαι οὔτε τερῶ τὴν εἱμαρμένην ἔφη. Corrupta omnia, et hiantia: deest enim verbum αἰτία. Sensus est, 'Ego, ait, non sum incantata: sed amoris mei causa est Fatum.' Emendationem nostram non possumus librorum auctoritate confirmare: sed possumus Apuleii ipsius. Nam bene a nobis restitui illa, ὅτι δ' ἐρῶ, αἰτία ἡ εἱμαρμένη ἔφυ, evincunt hæc statim, 'Nubendi autem seu rationem seu necessitatem Fato ascribit.' *Casaub.*—1 Excidit Ed. Florid. *J. Bos.*—2 Ed. Junt. post. *nostris.* Pro *vindicat* Ms. D'Orv. *vindicatur.* Id.—3 Ms. Pith. *Magica.* In D'Orv. rursus desunt seqq. usque ad ... 'negavit.'

NOTÆ

[t] *Dic tu*] Anagnosten suum alloquitur, qui jam legerat ex epistola Pudentillæ verba superius relata.

[u] Ἐγὼ οὔτι, *&c.*] Hæc Græca excudenda curavi, et verti ex Casauboni emendatione. Erat prius Ἐγὼ οὔτ' ἐμεμάγευμαι οὔτε τερῶ τὴν εἱμαρμένην ἔφη, corrupte et nullo sensu.

sublata. Quæ enim relinquitur vis cantaminibus et veneficiis, si fatum rei cujusque, veluti violentissimus torrens,[w] neque retineri potest, neque impelli? Igitur hac sententia sua Pudentilla non[4] modo me Magum, sed omnino esse Magiam negavit. Bene, quod integras epistolas matris[5] Pontianus ex more asservavit: bene, quod vos[x] festinatio judicii antevortit, ne quid in istis literis ex otio novaretis. Tuum hoc, [534] Maxime, tuæque providentiæ beneficium est, quod a principio intellectas[6] calumnias, ne corroborarentur tempore, præcipitasti,[y] et nulla impertita mora subnervasti.[7][z] Finge nunc, aliquid matrem filio secretis literis de amore, uti assolet, confessam. Hoccine verum fuit,[a] Rufine, hoc non dico pium, sed saltem humanum,

magia valde distat, aut potius tollitur penitus. Nam quæ restat virtus incantationibus et maleficiis, si Fatum singularum rerum, tanquam torrens rapidissimus, neque potest coërceri, neque accelerari? Ergo Pudentilla affirmavit hoc suo judicio, non solum me non esse magum, sed et nullam prorsus magiam existere. Gaudeo quod Pontianus conservavit epistolam suæ matris integram secundum suam consuetudinem. Gaudeo quod acceleratio judicii prævenit vos, ne mutaretis aliquid ex ista epistola, si tempus daretur. Hoc est beneficium tuum et tuæ prudentiæ, o Maxime, quod prævenisti ab initio eorum mendacia tibi perspecta, et fregisti ea nulla delatione concessa, ne confirmarentur tempore. Pone jam matrem fassam esse filio aliquid de amore in epistola secreta, ut solet fieri. An hoc fuit æquum, o Rufine? An hoc

Id.—4 Pith. *pudeo non eodem:* et mox *negaverū* pro *negavit*. Id.—5 Pith. *magicas ep. m.* D'Orv. *int. manus.* Dein Pith. *asservabit*, D'Orv. *observavit.* Pro *nequid* Pith. *nec quid.* Id.—6 D'Orv. *intellectus.* Statim Pith. *corroborentur.* Id.—7 Sic Ald. et Rom. Flor. *nullam impertitam horam subnerviasti.* Vide Casauboni notas. *Elmenhorstius.* Ms. D'Orv. *nullam impertitam horam.*

NOTÆ

[w] *Si fatum rei cujusque, veluti violentissimus torrens, &c.*] Ita Seneca, lib. II. Natural. Quæstionum, cap. 35. 'Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superveniens præcipitat; sic ordinem rerum Fati æterna series rotat, cujus hæc prima lex est, stare decreto.'

[x] *Bene, quod vos, &c.*] Æmilianum et Rufinum alloquitur.

[y] *Præcipitasti*] 'Præcipitare' hic non est, accelerare, aut in præceps agere; sed, prævenire, præcipere, prævertere, præoccupare.

[z] *Subnervasti*] Proba vox est: significat succidere. Gloss. Νευροκοπῶ, subnervo. Festus, suppernare. Noster, Metamorph. VIII. 'Poplites enervare.'

[a] *Hoccine verum fuit*] 'Verum' hic, justum, seu æquum significat. Priscian. lib. XVII. 'Justum pro vero, et verum pro justo, frequenter tam nos quam Attici ponimus.'

promulgari[8] eas literas, et potissimum filii præconio publicari? Sed sum ego inscitus,[9] qui postulo, ut alienum pudorem conserves, qui tuum[1] perdideris. Cur autem præterita conqueror, cum non sint minus acerba præsentia? Hucusque[2] a vobis miserum istum puerum depravatum, ut matris suæ[3] epistolas, quas putat amatorias, pro tribunali Proconsuli[4] recitet, apud virum sanctissimum Claudium Maximum, ante has Imperatoris Pii statuas,[b] filius matri suæ pudenda exprobret stupra, et amores objectet?[5] Quis tam est mitis, quin exacerbescat?[6] Tune, ultime,[7]

fuit, non dico pium, sed vel humanum certe, illam epistolam divulgari, et differri, ac præsertim publicatione filii? Verum egone ineptus sum, qui posco ut tu custodias pudorem alterius, qui amisisti tuum? Sed quare doleo præterita, cum præsentia non sint minus dura? Adeone infelicem adolescentem corruptum esse a vobis, ut legat literas suæ matris, quas credit esse amatorias, ante solium judicis, coram Proconsule, coram Claudio Maximo, viro castissimo; ut natus objiciat suæ parenti pudendas turpitudines et amores ante hæc simulacra Pii Imperatoris? Quis adeo lenis est, qui non irascatur? An tu sponte tua rimaris mentem tuæ

In Fulv. quoque *hora*. J. Bosscha. Vid. Not. Var.—8 Ald. et Flor. *provulgari*. Elmenhorstius. In mea Ald. Ed. est *promulgari*. Sed *provulgari* cum Ed. Junt. post. dedit Scriv. cum Elmenh. e Mss. Florent. astipulante D'Orv. Videtur id probare Oudend. ad Sueton. Ner. c. 36. Mihi h. l. magis arridet *promulgari*, quod minus ταυτόλογον sequenti *publicari*. Supra p. 419. 'Namque hæc et id genus omnia dissimulare et occultare, peccantis; profiteri et promulgare, ludentis est.' Sic aliquoties extra legum mentionem occurrit *promulgare*. cf. l. de Dogm. Plat. II. p. 245. Infra p. 536. dixit Auctor 'maritale secretum divulgarent,' non, *provulgarent*. J. Bos.—9 Al. *inscius*.—1 Florid. iterum addidit *pudorem*. J. Bos.—2 Ms. D'Orv. *hicusque*. Id.—3 Al. *matri suæ*.—4 Id. cum Pith. *proconsul*. Pro *has Imperatoris Pii* D'Orvill. *hostim ppii*. Id.—5 D'Orv. *amore oblectet*, in quo statim exulat *est*. J. Bos.—6 *Exardescat*. Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Fulvius, *quin excandescat*. Scip. Gentilis. Aldus *exardescat*. Elmenhorstius. Aldi editio, *Exardescat*. Fulvii liber, *Excandescat*. Ego nil mutem. Onomast. vet. Exacerbesco, πικραίνομαι. *Pric.* *Exardescat* esse Fulviani Cod. lectionem ait Wow. in Var. Lect. quam, non *excandescat*, esse Fulvii conjecturam testatur Sciopp. In Ed. Bas. pr. est *exarbescat*. J. Bosscha. —7 *Tune ultro*. F. *ultima*, ut in Asino lib. III. *Brant*. Lectio ad imas ceras

NOTÆ

b *Ante has Imperatoris Pii statuas*] Antonini Pii. Fuit nempe cum animadverteretur in quævis turpiter ante Imperatorum statuas dicta factave; quod crimen impietatis historici nominant. Insanum hunc cultum Augusti primum statuis exhibitum fuisse apparet ex Suetonio, in Tiberio: 'Statuæ quidam Augusti caput demserat, ut alterius imponeret. Acta res in senatu, et, quia ambigebatur, per tormenta quæsita est. Damnato reo, paulatim hoc genus calumniæ eo processit, ut hæc quoque capitalia essent, circa Augusti simulacrum servum cecidisse, vestimenta mutasse, nummo vel annulo effigiem [ejus] impressam latrinæ aut lupanari intulisse.'

parentis tuæ [8] animum in istis [9] scrutaris? oculos observas? suspiritus [1] numeras? affectiones exploras? tabulas intercipis? [c] amorem revincis? [535] Tune, quid in cubiculo agat, perquiris,[2] ne mater tua amatrix, sed omnino fœmina? [d] estne ut in ea cogites, nisi unam parentis religionem? O infelix uterum [e] tuum,[3] Pudentilla! o sterilitas liberis potior! [f] o infausti [4] decem menses! [g] o ingrati quatuordecim anni viduitatis! [h] Vipera, ut audio, exeso matris utero in lucem proserpit, atque ita parricidio gignitur. At enim tibi a filio jam adulto acerbiores morsus viventi et videnti offeruntur. Silentium tuum laniatur, pudor tuus carpitur,[5] pectus tuum foditur,[6] viscera intima

matris in his rebus? an tu exploras ejus oculos? an numeras suspiria? an observas ejus affectus? deprehendis ejus epistolas? arguis ejus amorem? An tu scrutaris quid faciat in suo cubiculo, non dicam tua parens amans, sed vel ulla mulier? Potesne existimare aliud esse in ea, præter pietatem matris? O infortunatum tuum ventrem, Pudentilla! o quam sterilitas melior est filiis! o infelices decem menses! o quatuordecim annos viduitatis male remuneratos! Vipera (quemadmodum accipio) prodit in luminis auras corroso ventre suæ parentis, et sic nascitur parricidio. Sed crudeliores morsiones inferuntur tibi viventi et cernenti a nato jam adulto. Tuum silentium laceratur, tua pudicitia diffamatur, tuum pectus per-

eradenda. Scribe, *ultime*, quod qui Genium et voces Auctoris novit, lubens amplectetur. *Pric.* *Ultime* legendum esse monuit idem Pric. ad Met. l. III. p. 54. suæ Ed. et allevit etiam Salm. Unde suspicor eum id, aut ejus vestigia invenisse in Ms. Fux. Sane mirifice firmatur ea lectio a Ms. Pith. in quo *ultimo*. Quid sibi velit Brantius, non capio, nisi et ille voluerit *ultime*, i. e. pessime, scelestissime. *Ultro* potest explicari, sine necessitate, nulla legitima causa coactus. *J. Bosscha.*—8 Operarum vitio in Ed. Flor. est *p. tui.* Id.—9 I. e. in his rebus secretis. Delent *in* Elm. Scriv. Edd. Altenb. Bip. quasi sit Dativus commodi: ut servias nefariis istis hominibus, Rufino, Æmiliano, &c. Sed aliter Mss. Pro *istis* D'Orv. *justis*. Edd. vett. quædam *scrutans*. Id.—1 Al. *suspiratus*.—2 Vid. Not. Var.—3 Ms. D'Orv. *uterus tuus*. J. Bos.—4 Pith. *infantis*. Pro *exeso* D'Orv. *exese*. Id.—5 Ms. D'Orv. *capitur*: male. *Id.*—6 Ms. Pith. *fodiatur*. An *fodicatur*? ex imitatione Plauti Bacch.

NOTÆ

[c] *Tabulas intercipis*] Quas de amore suo scribit.

[d] *Ne mater tua amatrix, sed omnino fœmina*] Sic legit Casaub. quem secutus sum. 'Ne' hic sonat, nedum, aut non dicam. Planus sensus est.

[e] *Uterum*] Pro, uterus, ut multa alia promiscue.

[f] *O sterilitas liberis potior*] Liberis Sicinio Pudenti similibus.

[g] *O infausti decem menses*] Quibus eum in utero gestasti. Catullus: 'Matri longa decem tulerunt fastidia menses.'

[h] *O ingrati quatuordecim anni viduitatis*] Quibus etiam cum propriæ valetudinis dispendio vidua mansisti, quo nati commodis consuleres. 'Ingrati' hic sonat, quibus non sunt redditæ dignæ grates.

protrahuntur. Hascine gratias bonus filius matri repen- dis,[7] ob datam vitam? ob acquisitam hæreditatem? ob quatuordecim annorum longas alimonias? Hiscine te pa- truus disciplinis erudivit, ut si compertum habeas,[8] filios tibi similes futuros, non audeas ducere uxorem? Est ille poëtæ versus non ignotus:[i]

Odi [9] puerulos præcoci sapientia.[1 k]

Sed enim malitia præcoci puerum [l] quis non aversetur,[2] atque oderit? [536] cum videat velut monstrum quoddam, prius robustum [3] scelere, quam tempore, ante nocentem,[4] quam potentem, viridi pueritia, cana malitia: vel potius

foratur, præcordia penitissima revelluntur. Egregie nate, tune refers has grates matri tuæ pro vita, quam tibi largita est? pro hæreditate, quam tibi comparavit? pro diutina nutritione quatuordecim annorum? an patruus tuus te imbuit ejusmodi doctrina, ut, si certo scires liberos tuos fore tibi similes, non auderes ducere uxorem? Hic versus poëtæ non incognitus est: Non amo pueros præmatura sapientia. *At enim quis non fugiat et odio prosequatur puerum præmatura improbitate? cum cernat eum, quasi quoddam monstrum, prius validum esse crimine, quam ætate; prius nocentem, quam robustum; virenti ætatula, pravitate jam cana; aut potius*

I. 1. 30. 'Animum fodicant, bona destimulant, facta et famam sauci- ant.' *J. Bosscha.*—7 Vett. edd. *respondes:* unde faciebam, *rependes.* Colvius. Junt. post. cum Mss. recte tuetur *rependis.* J. Bosscha.—8 Vitam sen- tentiæ afferes legendo, *ut quasi c. h.* Pricæus. Non probo. Tota perio- dus est ὑποθετική. *J. Bosscha.*—9 Pith. *coi.* Id.—1 Flor. *præcoquis.* sed vitium scribæ est confundentis literas *q* et *c*. Est enim casus ejus rectus non *præ- coquis* sed *præcox.* Agell. lib. x. cap. 11. *Elmenh.* Pith. etiam *præcoqui.* D'Orv. *præcoquos sapientiam,* sed mox cum Pith. *præcoqui,* qui Mstorum con- sensus nonnihil puguat contra Gell. l. c. ubi vid. quoque Gronov. Quint. I. O. I. 3. 'Illud ingeniorum præcox genus, non temere unquam pervenit ad frugem:' ubi vid. Pareus. Tertull. de Anima cap. 20. 'pueri mense citius eloquuntur præcoce lingua.' Sequentia *sed enim malitia præcoci puerum,* ut versus leguntur in Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *J. Bos.*—2 D'Orv. *adversetur.* Id.—3 Margar. poët. *robusto.* Vulg. *robustos.* Non dubitavi corrigere *robus- tum.* Colvius. Bene, licet Edd. vett. O. et Mss. Florent. D'Orv. habeant *robustos:* sed veram lectionem servat Ms. Pith. Quod nisi esset, mallem *robusto scelere,* ex Cic. Phil. II. 25. 'Sed hæc, quæ robustioris improbitatis sunt:' et tum. 'robusto tempore,' ut, 'robustior annus' apud Ovid. Met. XV. 206. *J. Bos.*—4 Negligenter Ed. Flor. *aut noc.* Id.—5 Non displiceat mihi

NOTÆ

[i] *Est ille poëtæ versus non ignotus*] Notissimus quidem versus est Apuleii nostri beneficio, at poëta ignoratur, quod eum quis fuerit non prodidit.

[k] *Præcoci sapientia*] Quæ prævertit ætatem. Metaphora est a fructibus ante tempus solitum maturis.

[l] *Malitia præcoci puerum*] Hinc ma- litiæ isti præcoci leges ætatis privi- legia ademerunt, ex. gr. in integrum restitutionem: quia in eis, ut vulgo dicitur, malitia supplet ætatem.

hoc magis noxium, quod cum venia perniciosus est: et nondum pœnæ,[m] jam injuriæ sufficit. Injuriæ dico? immo enim sceleri adversum parentem nefando, immani, impetibili.[n] Athenienses quidem [5] [o] propter commune jus humanitatis, ex captivis epistolis Philippi Macedonis hostis sui unam [6] epistolam, cum singulæ publice legerentur, recitari prohibuerunt, quæ erat ad uxorem Olympiadem [7] conscripta. Hosti potius pepercerunt, ne maritale secretum divulgarent: præferendum rati fas commune propriæ ul-

eo nocentiorem, quod, cum noceat, ei ignoscitur: et nondum idoneus est supplicio, cum tamen jam sit idoneus injuriæ faciendæ. Quid dico injuriæ? quin etiam et crimini infando, enormi, turpi, contra suam matrem. Athenienses quidem ob publicum jus humanitatis vetuerunt ne legeretur una ex epistolis interceptis Philippi Macedonis sui hostis, quæ scripta erat ad conjugem ejus Olympiadem, cum tamen omnes aliæ legerentur palam. Maluerunt ignoscere hosti, quam propalare arcanum conjugale: arbitrati jus publicum esse anteponendum suæ

quondam. Casaubonus. Quod arripuere Vulc. Ed. tert. Wow. Elm. Flor. sed contra Mss. *J. Bos.*—6 Ed. Vic. *vanam.* Id.—7 Mss. Pith. D'Orv. *Olympiadis.* Id.—

NOTÆ

[m] *Nondum pœnæ*] Quia nondum erat in viros relatus, ante quod tempus capite plecti quenquam non licebat. Hinc Dio de Triumviris proscriptione grassante: Παιδίσκον τινὰ εἰς ἐφήβους εἰσήγαγον, ἵν' ὡς εἰς ἄνδρας ἤδη τελῶν ἀποθάνῃ· Puerulum quendam in adolescentium numerum retulerunt, ut, statim atque ad virilem ætatem pervenisset, interficeretur. Similis religio circa virgines capitis damnatas, quas, priusquam morti traderentur, corruptas fuisse referunt Tacit. Annal. v. et Sueton. in Tiber. quia nempe virginem supplicio extremo affici nefas erat.

[n] *Impetibili*] 'Impetibile' idem est ac, impetitioni obnoxium, quod facile potest impeti. Solinus de chamæleonte: 'Impetibilis est coraci, a quo cum interfectus est, victorem suum perimit interemtus.' Postea cœpit hoc vocabulum accipi de re turpi et reprehensioni obnoxia, ut hoc loco Apuleii. Symmachus Epist. 103. lib. IX. 'Nam mihi turpe atque impetibile est, attonito animo et fronte mœsta lætos adire conventus.' Priceus 'impetibile' hic pro impetuoso seu violento sumebat. Favet huic Gloss. vet. a Casaub. allata: Impeteius, βίαιος.

[o] *Athenienses quidem, &c.*] Rem narrat Plutarchus in Præceptis Politicis: Οἱ Ἀθηναῖοι, inquit, Φιλίππου γραμματοφόρους λαβόντες ἐπιστολὴν ἐπιγεγραμμένην Ὀλυμπιάδι κομίζοντας, οὐκ ἔλυσαν, οὐδὲ ἀπεκάλυψαν ἀνδρὸς ἀποδήμου πρὸς γυναῖκα φιλοφροσύνην. Sed hic Plutarchus solius epistolæ ad Olympiadem scriptæ meminit. Helladius apud Photium meminit et ceterarum. De humanitate Atheniensium et literis Philippi: Τὰ μὲν ἄλλα [γράμματα] ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεγινώσκετο. ἐπιγραφὴν δέ τινος γράμματος ἔχοντος, Ὀλυμπιάδι Φίλιππος, ὁ δῆμος ἅμα ἐβόησε μήτε λύειν μήτε ἀναγινώσκειν, &c.

tioni. Tales hostes, adversus hostem: tu qualis filius adversus[8] matrem? Vides, quam similia contendam? Tu tamen[9] filius matris epistolas, de amore, ut ais, [537] scriptas, in isto cœtu legis, in quo si aliquem poëtam lasciviorem jubereris legere, profecto non auderes,[p] pudore cum[1] aliquo[q] impedirere: immo enim nunquam matris tuæ literas attigisses, si ullas literas attigisses.[2 r] At quam ausus es[3] tuam[s] ipsius epistolam legendam dare, quam nimis irreverenter, nimis contumeliose et turpiter de matre tua scriptam, cum adhuc in ejus sinu alerere,[4] miseras clanculo ad Pontianum: scilicet ne semel peccasses, ac tam

vindictæ. Tales fuerunt illi hostes erga suum hostem: tu qualis es filius erga tuam matrem? Cernisne quam similia comparem? Nihilominus, tu licet sis filius, recitas in hac concione literas matris conscriptas, ut dicis, de amore: in qua concione, si præciperetur tibi ut recitares aliquem poëtam obscœniorem, certe non auderes; saltem prohibereris aliqua verecundia: quinimmo sane, si imbutus esses aliquibus aliis literis, nunquam tetigisses literas tuæ parentis. At non veritus es etiam præbere tuam ipsius epistolam legendam, quam furtim miseras ad Pontianum, conscriptam de tua matre nimis injuriose et fœde, dum adhuc educareris in ejus gremio: nempe ne deliquisses tantum semel, et tam probum tuum

8 D'Orv. *quasi f. adversum.* Id.—9 *Tu* non est in Ed. Junt. post. Ms. D'Orv. *ut ait* et *aliquam poëtam.* Pro *jubereris* Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *juberetis*, quod, si bene video, rursus invectum Ed. Bip. *Id.*—1 Vid. Not. Var.—2 Vulgo *si ullas alias att.* sed *alias*, quo melius caremus, delevi ex Mss. Pith. D'Orv. *J. Bos.*—3 *Ad quam ausus es.* Legendumne *Atquin?* Colvius. Nihil muto. *Brant.* Locum totum ita qua scribo, qua interpungo: *Immo enim nunquam matris tuæ literas attigissis, si ullas alias attigisses. At etiam ausus es tuam ipsius epistolam legendam dare, quæ nimis, &c.* Sic Plaut. Pseud. 'Lege vel tabellas redde. Ps. Immo enim pellegam.' Cic. II. Philipp. 'At etiam ausus es (quid autem est, quod tu non audeas?) Divum Capitolinum dicere, me Cos. plenum servorum armatorum fuisse.' *Acidal.* Nihil fluctuant Mss. aut Edd. vett. sed constanter servant *ad quam*; quibus ut proxime insistam, lego: *At quam ausus es, &c.* pro, qualem. Quod enim ex conj. Vulc. primus Scal. et dein Wow. Elm. Scriv. dedere *at quam nequiter*, ei emendationi, Mss. nihil juvantibus, tanquam nimiæ, non assurgo. Malim tunc *atquin*, vel, *at etiam.* J. Bos.—4 Pith. *alere*, in quo mox pro *scilicet* est *semel*, ut et infra h.

NOTÆ

p *Non auderes*] Wower. ex vet. cod. *non abnueris.*

q *Pudore cum* [*tamen*] *aliquo*] Illud 'tamen,' si genuina lectio est, sonat, saltem.

r *Si ullas* [*alias*] *literas attigisses*] Si imbutus fuisses literis humanioribus quibus edoceri potuisses filii erga matrem officia.

s *At quam* [*quin*] *ausus es tuam, &c.*] Ita Colvius et Pric. Elmenhorst. et Scriverius: *At quam nequiter ausus es, &c.*

bonum tuum factum obtutu capesseretur.[5] Miser non intelligis, idcirco patruum tuum hoc fieri passum, quo[6] se hominibus[7] purgaret; si ex literis tuis nosceretur, te etiam prius, quam ad eum commigrasses, etiam cum matri blandirere, tamen jam tum vulpionem[t] et impium fuisse. Ceterum nequeo in animum inducere, tam stultum Æmilianum esse, ut arbitretur mihi literas pueri, et ejusdem accusatoris mei, obfuturas. Fuit et illa commentitia[8] epistola,[u] neque mea manu scripta, neque verisimiliter conficta, qua videri volebant blanditiis a me mulierem solicitatam. Cur ergo blandirer,[9] si Magiæ confidebam? Qua autem via ad istos pervenit epistola,[1] ad Pudentillam scilicet per aliquem [538] fidelem missa, ut in re tali actitari[2] solet? Cur præterea tam vitiosis verbis, tam barbaro sermone ego scriberem,[3] quem iidem dicunt nequaquam Græcæ lin-

facinus oblivioni daretur. Infelix non vides patruum tuum ideo sivisse te hoc facere, ut excusaret se apud cunctos; si cognosceretur ex tua epistola, te etiam antequam transivisses ad eum, etiam quando matri tuæ adulabaris, jam tunc nihilominus fuisse veteratorem et impium. Porro non possum mihi persuadere Æmilianum esse tam stolidum, ut credat epistolam pueri ejusdemque mei accusatoris mihi nocituram. Illa quoque epistola, qua volebant ut illa fœmina videretur fuisse solicitata a me blanditiis, fuit fictitia, neque exarata mea manu, neque excogitata probabiliter. Quare igitur adularer, si fretus eram Magia? Quo pacto vero illa epistola, quam nimirum miseram ad Pudentillam per aliquem fidum ministrum, ut solet fieri in simili negotio, delata est ad illos? Quare insuper scriberem verbis adeo malis, oratione adeo impolita, ego, quem illi ipsi aiunt nullatenus ignarum esse

pag. extr. *Id.*—5 Vid. Not. Var.—6 Ms. D'Orv. *quod.* J. Bos.—7 Hoc prætuli cum Junt. post. et Mss. D'Orv. Pith. Vulgo: *omnibus.* In seqq. Ms. D'Orv. male *literis suis*, et dein, *mater blandiretur.* Id.—8 Bas. 1. Rom. *commendaticia.* Colvius. Ms. D'Orv. *manu mea ... quam videri.* J. Bos.—9 *Cur ego blandirer.* Florent. *cur ego blandirem.* Elmenhorstius. Alii: *cur ego.* Pro *magiæ conf.* D'Orv. *magia c.* Pith. *magiam c.* J. Bos.—1 Locum impediunt voces eæ *ad istos.* Sensus apertior erit si sic scripseris, *Qua autem via pervenit E. a. P. &c.* Pric. Locus apertissimus est. Probat Auctor, epistolam illam non a se scriptam, sed ab adversariis confictam esse. *Ad istos*, i. e. ad adversarios. *J. Bos.*—2 Flor. *accusari:* inepte. *Elmenhorstius.* Accedit tamen D'Orv. In Pith. *accari* (m). J. Bos.—3 Vulgo, *conscriberem.* Elmenhors-

NOTÆ

[t] *Vulpionem*] Veteratorem, subdolum. Hoc enim sonant 'vulpes,' 'vulpecula,' 'vulpio.' Vide Erasmum, in adagio, Vulpina lingua.

[u] *Fuit et illa commentitia epistola, &c.*] Alia epistola, quam ad Pudentillam ab Apuleio scriptam mentiebantur, quamque eo nomine huc illuc circumferebant.

guæ imperitum? Cur autem[4] tam absurdis tamque tabernariis blanditiis[w] subagitarem,[5] quem iidem aiunt versibus amatoriis[x] satis scite lascivire? Sic est profecto: cuivis palam est: hic, qui epistolam Pudentillæ Græcatiorem[6] [y] legere non poterat,[7] hanc ut suam facilius legit, et aptius commendavit.[8] [z] Sed jam de epistolis satis dictum habebo, si hoc unum addidero: Pudentillam, quæ scripserat dissimulamenti causa[a] et deridiculi, ἔλθετε ἕως ἔτι σωφρονῶ,[9] post hasce literas evocasse ad se filios[b] et nurum: cum his

linguæ Græcæ? Quare vero eam solicitarem blandimentis adeo ineptis, adeoque plebeiis, ego, quem ipsi dicunt ludere satis eleganter carminibus amatoriis? Ita est certe. Manifestum est cuilibet. Ille, qui nequibat legere epistolam Pudentillæ paulo magis Græcam, facilius legit hanc utpote a se scriptam, et exposuit clarius. Verum putabo me jam satis locutum de epistolis, si adjecero hoc solum: Pudentillam, quæ scripserat dissimulanter et per jocum: Venite dum adhuc sapio; *post illam epistolam accersivisse ad se suos liberos et nurum: habitasse fere per duos menses*

tius. *Scriberem* ex Florent. dedit Elmenh. et inde Scriv. et Flor. Sed diu
ante habebat id jam Ed. Junt. post. *J. Bos.*—4 Pith. *cur artam tam abs. tam*
tab. b. s. quam iid. Id.—5 Forte *sublaterarem*, aut simile aliud reponendum.
Colvius. Mihi non displicet hæc lectio. Plautus Cistell. 'Subagito blandis
et benedicis dictis.' *Brant.* Mss. Pith. D'Orv. *subigitarem*. *Subagitare* ne-
quitiæ verbum est, quod non solicitandum. *J. Bos.*—6 Forte *Græcaniorem*.
sed retineo *Græcatiorem*. Utitur eo Tertullian. *Brant.* Abest vox Ms. Pith.
in quo paulo ante *hoc* pro *hic*. J. Bos.—7 Ms. D'Orv. *potest, at:* non male. *Id.*
—8 Ad mentem Apuleii recte Lipsius, *apertius commentavit*. Colvius. Lip-
sius *apertius commentavit*, quod non improbo. *Pric.* Quo sensu Floridus
interpretatus est, 'exposuit clarius.' Mihi non adeo displicet *aptius com-*
mendavit: i. e. facilius persuadere aliis potuit, eam fide dignam esse. *J. Bos.*

NOTÆ

[w] *Tamque tabernariis blanditiis*] Tam rusticis, tam plebeiis, tam vulgaribus. Elegantissime Aristophanes, in Equit. ὑπογλυκαίνειν ῥηματίοις μαγειρικοῖς, subblandiri voculis culinariis.

[x] *Quem iidem aiunt versibus amatoriis, &c.*] Vide hujus Apologiæ initium.

[y] *Græcatiorem*] Μᾶλλον ἑλληνίζουσαν: duriuscule dictum.

[z] *Et aptius commendavit*] Legere malim cum Lipsio *et apertius commentavit*: quo sensu interpretatus sum.

[a] *Dissimulamenti causa*] Similiter Florid. I. 'Musæ cum Minerva dissimulamenti gratia judices astitere.'

[b] *Post hasce literas evocasse ad se filios*] Vel ex hoc loco patet legendum fuisse in superioribus omnibus locis: Ἔλθετε ἕως ἔτι σωφρονῶ, non autem Ἐλθέτω, ut est in plerisque editionibus. Hoc enim sibi vult, Pudentillam, quæ per epistolam filios suos dissimulamenti et ridiculi gratia ad se revocarat his verbis, Ἔλθετε νῦν πρὸς ἐμὲ, &c. post illam epistolam eos ad se evocasse serio.

ferme duobus mensibus conversatam. Dicat hic pius filius,[1] quid in eo tempore sequius[2] agentem[c] vel loquentem matrem suam propter insaniam viderit. Neget, eam rationibus villicorum, et opilionum,[3] et equisonum[4] [539] solertissime subscripsisse:[d] neget, fratrem suum Pontianum graviter ab ea monitum, ut sibi ab insidiis Rufini caveret: neget vere objurgatum, quod literas, quas ad eum miserat, vulgo circumtulisset, nec tamen bona fide legisset: neget post ista, quæ dixi, matrem suam mihi apud villam jampridem condicto loco nupsisse. Quippe ita placuerat, in suburbana villa potius ut conjungeremur, ne cives denuo ad sportulas convolarent:[e] cum haud pridem Pudentilla de suo quinquaginta millia nummum in populum expunxis-

cum eis. Hic probus natus eloquatur quid viderit parentem suam deterius facientem aut dicentem per illud tempus, ob dementiam. Dicat eam non subscripsisse prudentissime actis colonorum, et pastorum, et equariorum: dicat fratrem suum Pontianum non fuisse serio commonefactum ab ipsa, ut provideret sibi a dolis Rufini: dicat eum non fuisse revera increpitum, quod circumtulisset per populum epistolam, quam illa miserat ad eum, neque adeo legisset eam fideliter: dicat parentem suam non mihi junctam fuisse matrimonio jamdudum in villa ubi inter nos convenerat, post hæc quæ memoravi. Scilicet sic visum nobis fuerat, inire conjugium potius in prædio suburbano, ne urbani iterum accurrerent ad largitiones: cum Pudentilla non dudum exhausisset de sua pecunia quinquaginta millia nummorum in plebem illo

—9 Vid. Not. Var.—1 D'Orv. *his p. f.* Pith. addit *Pudentis* nomen. *J. Bos.*—2 Al. *secius*, et *secus*.—3 Flor. *villiconum et upilionum:* recte. *Elmenh.* Causam non video: licet in Edd. vett. sit quoque *villiconum*. Sed *villici*, ni fallor, ubique dicuntur, non *villicones*. J. Bos.—4 Al. *Equisionum*. V. Ind. Pro *subscripsisse* Pith. *scribtis*. Id. post *neget* addit *se*, et, pro *monitum*, *munitum* legit:

NOTÆ

[c] *Sequius* [*secus*] *agentem*] Supple, quam sanam deceat; aut aliquid simile.

[d] *Rationibus villicorum, &c. solertissime subscripsisse*] Tribus modis fit rationum approbatio: per subscriptionem, cum rata habentur omnia, quæ in eas relata sunt; per expunctionem, quæ est simplex cancellatio, cum scilicet ea, aut ex iis aliqua, omni ex parte improbantur: et per dispunctionem, quæ cancellatio est cum annotatione, quando nimirum quæ in rationes relata sunt, aut aliqua ex illis, ita improbantur, ut aliqua tamen ex parte habeantur rata.

[e] *Ne cives denuo ad sportulas convolarent*] In nuptiis, ut et in virili toga sumenda, Magistratibus ineundis, &c. largitiones, quæ sportulæ dicuntur, in plebem fieri solitas probet vel hic locus Plinii, lib. x. Epistolarum, Epist. 117. ad Trajanum: 'Qui virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt Magistratum, vel opus publicum dedicant, solent totam βουλὴν, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binosque denarios, vel singulos dare,' &c.

set[f] ea die, qua Pontianus uxorem duxit, et hic puerulus toga est involutus.[5] Præterea ut conviviis multis ac molestis[6] supersederemus, quæ ferme ex more novis maritis obeunda sunt. Habes, Æmiliane, causam totam, cur tabulæ nuptiales inter me ac Pudentillam non in oppido sint, sed in villa suburbana, consignatæ: ne quinquaginta millia nummum[7] denuo profundenda essent, nec tecum aut[8] apud te cœnandum. Estne causa idonea? Miror tamen, quod tu[9] a villa[1] tantopere abhorreas, qui plerumque rure[2] versere. Lex quidem Julia, de maritandis ordinibus,[g] [540] nunquam scilicet[3] ad hunc modum interdicit: 'uxorem in villa ne ducito.'[h] Immo si verum velis, uxor

die, quo Pontianus duxit uxorem, et hic adolescentulus sumsit togam virilem. Insuper ut exsolveremur plurimis conviviis, et incommodis, quæ vulgo subeunda sunt novis conjugibus ex consuetudine. Ecce tibi rationem omnem, o Æmiliane, quare instrumentum matrimonii inter me et Pudentillam non fuerit obsignatum in urbe, sed in prædio suburbano: ne scilicet quinquaginta millia nummorum iterum eroganda essent, neve nobis esset cœnandum tecum, vel apud te. Hæc ratio estne conveniens? Nihilominus miror te, qui plerumque degis ruri, adeo aversari prædium rusticum. Certe lex Julia de maritandis ordinibus nunquam videlicet vetat hoc modo: Ne ducas uxorem in villa. *Quin contra, si vis audire verum, uxor du-*

et infra *condito* pro *condicto*. Id.—5 Recte. Furius Bibaculus: 'Duplici toga involutus:' citante Charis. lib. I. *Colvius*. Floridus temere *indutus*, quod inde in Edd. Altenb. et Bipontinam propagatum est. *J. Bos*.—6 *Conviviis multis ac molestiis*. Jungerm. Ep. 31. inter Gudian. p. 364. *conv. m. ac molestis*, vel, *conv. ac multis molestiis*. Prius mihi verius visum, quod allevit etiam Salm. Ms. D'Orv. *convitiis*. Id.—7 Ms. Pith. *numi nummorum*. D'Orv. mox *perfundenda*. Id.—8 Salm. malebat *ne tecum aut*, quam ultimam voculam ignorat Pith. Post *cœnandum* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. addunt *esset*. Id.—9 Malim *miror t. quid tu, &c.* Nam inelegans 'miror quod tu abhorr.' *Acidal*. Sic tamen locutus est Noster supra p. 450. Ed. Flor. 'quasi non magis mirandum sit, quod tot annis non nupserit:' et de Deo Socr. p. 699. cum optimo quoque. Ms. Pith. caret τῷ *quod*. J. Bos.—1 Mss. D'Orv. Pith. *tuam villam*. D'Orv. *tanto tempore abh. quæ*. Id.—2 Sic Mss. et Edd. vett. Colv. cum seqq. *ruri*: quod meis auribus gratius est: Apuleianis forsan illud. Pro *versere* Pith. *ut fere*. Id.—3 Mss. Florent. Pith. *sui*.

NOTÆ

f *Expunxisset*] De suo.

g *Lex quidem Julia de maritandis ordinibus*] Quam tulit C. Octavius Augustus, in qua plurima, quæ ad nuptiarum jura, ritus, personasque spectant, decernuntur. Eam Scholiastes Horatii, ad ejus Carmen Sæculare, vocat 'maritam legem.' Ejus capita vide apud Rosin. lib. VIII. cap. 16. et leg. 1. ff. unde vir et uxor: et l. VI. Cod. de oper. libert. Fuit et ejusdem argumenti lex Papia Poppæa, paulo plura continens, quam lex Julia.

h *Uxorem in villa ne ducito*] Requisita tamen ad nuptiarum firmitatem

ad prolem multo auspicatius in villa, quam in oppido, ducitur: in solo uberi,[4] quam in loco sterili:[5] in agri cæspite, quam in fori silice.[i] Mater futura in ipso materno sinu nubat, in segete adulta,[k] super fœcundam glebam: vel enim sub ulmo marita[l] cubet,[6] in ipso gremio terræ matris, inter soboles herbarum et propagines vitium et arborum germina. Ibi et ille celeberrimus in Comœdiis versus de proximo congruit:[m]

παίδων ἐπ' ἀγρῶν γνησίων εἰσὶ σπόροι.

citur longe meliori omine ad liberos procreandos, in prædio rustico, quam in urbe: in terra fœcunda, quam in loco sterili: in gleba agri, quam in lapide fori: parens futura, in ipso gremio parentis, si nubat in frumento producto super cespitem fertilem, aut si decumbat sub ulmo maritata, in ipso sinu telluris parentis, inter proles herbarum, et propagines vitium, et surculos arborum. Huc valde facit ille versus frequentissimus in Comœdiis: Natorum in agro legitimorum satio est. *Nec con-*

D'Orv. *sius.* Id.—4 Quidam *ubere.*—5 Vulgo *urbe sterili.* Elmenh. Non vulgo, sed Vulc. sec. Ed. *J. Bos.*—6 Jungerm. in Ep. Gud. malebat *accubet.* Id.

NOTÆ

celebritas, quæ ruri non solet esse. Hinc lib. VI. Metam. Venus ad Psychen: 'Impares enim nuptiæ, et præterea in villa, sine testibus, et patre non consentiente factæ, legitimæ non possunt videri.'

[i] *Quam in fori silice*] Quam in foro urbano, quod silice constratum est.

[k] *Mater futura in ipso materno sinu, si nubat, in segete adulta, &c.*] Sic legit ex Florent. et Roman. Elmenhorstius; bene, mea quidem sententia, et aperto sensu. Observa hæc omnia, quæ hic ab Apuleio memorantur, utpote fertilitatis symbola, optime convenire nuptiis, quæ liberum quærendorum gratia institutæ sunt.

[l] *Sub ulmo marita*] Vitibus conjuncta.

[m] *Ibi et ille celeberrimus in Comœdiis versus de proximo congruit*] Ignoratur quis ille versus, et cujus poëtæ fuerit. Quosdam citat ex Menandro Casaubon. alium ex Philemone vetere comico Gentilis: sed illi in proferendis iis operam perdunt, cum sexcenti ejusmodi versus æque apposite ad hanc rem afferri possint. Versus ab Apuleio hic relati quædam vestigia, sed corruptissima affert Elmenhorstius ex Florentino codice Ms. Ea ejusmodi sunt: Πωαω NCπαρΟΓΟΗΙ ΗΙCΙΟΝe ΗΙCΝΟρeΙ. Quæ Pricæus in medium reliquit, quod nihil emendatum succurreret. In eo exemplari Elmenhorstii, quod, dum hæc scribo, habeo præ oculis, manu nescio cujus scriptum in linearum duarum intervallo reperio: Παίδων παρ' ἀγρῷ γνησίων εἰσὶ σπόροι; qui versus Iambicus, quales Comœdiarum esse solent, tam bene et corruptis Florent. codicis vestigiis, et loco huic quadrat, ut eum ipsum fuisse, quem Apuleius retulerit, affirmare non dubitem; nec aliud in eo desiderem, nisi ut nota sit manus, cujus beneficio restitutum habemus; quo suus ipsi habeatur honos.

[541] Romanorum[7] etiam majoribus, Quintiis[n] et Serranis,[o] et multis aliis similibus, non modo uxores, verum etiam consulatus et dictaturæ, in agris offerebantur. Cohibebo[8] me in tam prolixo loco, ne tibi gratum faciam,[p] si villam laudavero.[q] De ætate vero Pudentillæ, de qua post ista satis[9] confidenter mentitus es, ut etiam sexaginta annos natam diceres nupsisse, de ea paucis tibi respondebo: nam in re tam perspicua non est necesse pluribus disputare.[1] Pater ejus natam sibi filiam more ceterorum professus est.[r] Tabulæ ejus partim tabulario publico, partim domo asservantur: quæ tibi ob os objiciuntur. Porrige

juges tantum, verum et Consulatus, et Dictaturæ offerebantur quoque ruri antiquis Romanis, Quintiis, et Serranis, et plurimis aliis hujusmodi. Coërcebo me in loco tam amplo, ne faciam tibi volupe, si laudavero rus. Quantum autem ad ætatem Pudentillæ, de qua post hæc mentitus es valde audacter, adeo ut affirmares quoque eam habuisse sexaginta annos quando nupsit, respondebo tibi de ea breviter. Neque enim opus est fuse disserere in re adeo manifesta. Illius parens declaravit filiam sibi genitam esse, ut ceteri solent. Ejus tabulæ custodiuntur partim in tablino publico, partim domi: quæ tibi ponuntur ante oculos. Exhibe Æmiliano istas tabulas.

—7 Cod. D'Orvill. magno Apuleiani contextus malo, rursus nos deserit, et incipit rursus demum sub finem 'Quin igitur addis,' &c. Pro *Quintiis* Ms. Pith. *Quinti.* Id.—8 Ms. Pith. Edd. ante Colv. *cohibebam.* Id.—9 Id. Ms. *istas aut*, et mox *in* pro *etiam*. Id.—1 Ita leguntur hæc in Edd. Bas. sec. Colv. Vulc. Casaub. seqq. Alio ordine in Junt. post. sic: *nam necesse non est in re tam perspicua plur. disp.* Alio rursus Edd. vett. reliquæ, hoc modo: *nam in re tam perspicua non opus est plur. disp.* Quæ lectionis inconstantia corruptelæ suspicionem movet: ita quidem, ut *τὰ non est necesse* e glossa videantur nata. Quin immo in Mss. Pith. et Fux. hæc verba non comparent, sed locus legitur ita: *nam nec in re tam persp. plur. disputare;* quem levissima mutatione τοῦ

NOTÆ

Sensus versiculi est quem expressi in interpretatione. Excudendum in textu versum ipsum curavi.

n *Quintiis*] Vide Livium, lib. III. cap. 28.

o *Serranis*] Supra: 'Serranis et Curiis, et Fabriciis:' ubi vide notata.

p *Ne tibi gratum faciam*] O Æmiliane, qui rusticus es.

q *Si villam laudavero*] Quam toto vitæ tuæ tempore incoluisti.

r *Natam sibi filiam more ceterorum professus est*] Capitolinus, in Vita Antonini philosophi, hunc morem ab eo inductum ait. Verba ejus sunt: 'Inter hæc liberales causas ita munivit, ut primus juberet apud Præfectos ærarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri,' &c. Videtur tamen hic mos esse antiquior. Pricæus a Servio Tullio usque repetit, Halicarnassæo præeunte, lib. IV. Hæc natalis professio dicta est, atque etiam simpliciter professio. Noster Metamorph. lib. VIII. 'Mathematicus quidam, qui stellas ejus disposuit, quintum ei numeravit annum. Sed ipse scilicet melius istud de sua novit professione.'

Æmiliano tabulas istas. Linum consideret,[2] [s] signa, quæ impressa sunt, recognoscat,[t] [542] consules legat, annos computet. Quos sexaginta mulieri assignabat,[3] probet quinque et quinquaginta. Lustro[u] mentitus est. Parum hoc est: liberalius agam. Nam et ipse[4] Pudentillæ multos annos largitus est: redonabo igitur vicissim. Decem annos Mezentius cum Ulixe erravit:[w] quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. Quid multis? ut cum quadruplatore agam: bis duplum quinquennium faciam,[x] viginti annos

Contempletur linum, agnoscat sigilla, quæ sunt illis impressa, legat consules, numeret annos: ostendat esse quinquaginta quinque, quos attribuebat huic fœminæ numero sexaginta. Mentitus est quinquennio. Hoc parum est. Agam benignius. Ipse enim dedit multos annos Pudentillæ: ergo reddam illos ei vice versa. Error Mezentii fuit decem annorum, sicut et Ulyssis: probet saltem eam habere annos quinquaginta. Quid plura? agam veluti cum quadruplatore: bis duplicabo lus-

* * * * * * * * * * * *

disputare in *disputaro* corrigi volebat Salm. in marg. *Id.*—2 Al. *Lignum con.* —3 Ms. Pith. *multi assignant.* J. Bos.—4 Id. Ms. *et ille,* et statim, *redon. tibi*

NOTÆ

[s] *Linum consideret*] Ita Lipsius, non *lignum:* recte. Cicero, Catil. III. 'Tabulas proferri jussimus, ostendimus Cethego, signum cognovimus, linum incidimus.' Paulus Recept. Sentent. l. v. Tit. 25. ad Leg. Cornel. Testam. parag. 5. 'Amplissimus ordo decrevit eas tabulas, quæ publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus, ita signari, ut, in summa marginis ad mediam partem perforatæ, triplici lino constringantur, atque impositæ supra linum ceræ signa imprimantur, ut exteriores scripturæ fidem interiori servent; aliter tabulæ prolatæ nil momenti habent.' Cujus moris origo videtur Neronis temporibus ascribenda. Sueton. in Nerone: 'Adversus falsarios tum primum repertum, ne tabulæ nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur.'

[t] *Signa, quæ impressa sunt, recognoscat*] Antequam linum rumpatur, et aperiantur tabulæ: ne postea, apertis illis, clamet ficta. Sic Metamorph. x. 'Videat et suum sigillum recognoscat.'

[u] *Lustro*] Spatio quinque annorum. Livius, lib. II. 'Omnes Centuriæ et equites in Campum Martium convocati, sue, ove, tauro [unde Suovetaurilia dicta] cæsis immolarunt: quod lustrum dictum: sicque a sacrificio illo census obtinuit nomen lustri.' Et, quia census quinto quoque anno habebatur, et condebatur a censoribus lustrum, quinquennale spatium lustrum quoque dictum est.

[w] *Decem annos Mezentius cum Ulixe erravit*] Id est, Æmilianus (qui, ut supra dictum est, ob contemtum Deorum dictus est inter populares suos Mezentius) in ætate Pudentillæ numeranda falsus est, et erravit decem annis, sicut Ulysses erravit et vagatus est per decem annos. Lusus est in duplici significatione verbi 'errare,' rigidior paulo mea quidem sententia.

[x] *Ut cum quadruplatore agam: bis duplum quinquennium faciam*] Bis du-

semel[5] detraham. Jube, Maxime, consules computari: nisi fallor, invenies nunc Pudentillæ haud multo amplius quadragesimum[6] annum ætatis ire. O falsum, audax, et nimium[7] mendacium, viginti annorum exilio puniendum! dimidio tanto, Æmiliane, mentiri falsa audes, et sesquialtera?[8] Si triginta annos pro decem dixisses, posses videri pro computationis gestu[y] errasse: [543] quos circulare

trum, semel auferam viginti annos. Maxime, impera ut numerentur consules. Reperies, ni fallor, non multo magis, quam quadragesimum annum Pudentillæ nunc agi. O mendacium falsum, et nimis confidens, mulctandum exilio viginti annorum! o Æmiliane, non vereris proferre mendacia dimidia parte majora, ac sesquialtera? Si pronuntiasses triginta annos loco decem, posses videri deceptus esse gestu numerationis: et dilatasse illos digitos, quos debuisses curvare in orbem.

---

ric. Id.—5 Pro *semel* suspicor leg. esse *simul.* Id.—6 Elm. Scriv. Flor. *h. m. quadr. ampl.* Id.—7 F. *æstimium.* Festus 'æstimias,' 'æstimationes.' *Brant.* Quis credat? Edd. vett. habent *falsum, aud. et nimium, o mend.* quæ Scal. e conject. Vulc. ita emendavit *o fals. et aud. nimium, o mendac.* Verum, quia in Mss. Florent. deerat posterius *o*, ejecit Elm. cum Scriv. Flor. servata Vulcanii emendatione, qua tunc non indigemus. *Nimius* pro *quam maximus* centies Nostro usurpari, sæpius monitum ab Oudend. V. Ind. quare sine causa Gruter. Suspic. Ined. l. c. illud nimium putabat, proque eo malebat *mimicum.* Si quid emendandum, ante *audax* quoque insererem, *et*, ut amat Ap. πολυσύνδετον. Ceterum *falsum mendacium* suspectum ne sit; nam sic sequitur 'falsa mentiri.' *J. Bos.*—8 *Mentiri falsa audeas sesquialtera.* Sic Edd. vett. præterquam quod Junt. post. Colv. Vulc. *audes* habent, et *mentiris* editum jam in Junt. post. quod dein Elm. et ex eo Scriv. revocavit e Mss. Florent. quibus consentit Ms. Pith. Casauboni emendationem *audes et* pro *audeas* adoptarunt reliqui, et sane videtur τὸ *et* esse in Florent. si qua fides Elmenh. tacenti et Excerptis Lindenbrogii. Ceterum varie interpungitur locus. Nam Junt. post. ponit (?) post *mentiris*, alii (;). Alii denique *dimidio tanta A. mentiri falsa audes, et*

NOTÆ

plum est quadruplum. Alludit ad originem nominis 'quadruplator,' et simul infamiam quadruplatorum Æmiliano impingit. Qui quadruplatores, ut ait Ascon. in IV. Verrin. 'sunt accusatores criminum publicorum sub pœna quadrupli, sive quod ipsi ex damnatorum bonis, quos accusaverant, quartam partem consequebantur.' Paulus Festo conjunctus: 'Quadruplatores dicebantur, qui eo quæstu se tuebantur, ut eas res persequerentur, quarum, ex legibus quadrupli, erat actio.'

y *Pro computationis gestu*] Arithmeticos olim digitis computasse, ex multis locis Veterum observare est. Seneca Epist. LXXXVII. 'Numerare docet me Arithmetica, et avaritiæ commodare digitos.' Tertul. in Apolog. 'Sed interim longum multis instrumentis cum digitorum supputatoriis gesticulis assidendum.' Numerorum alii constrictis, implicatis alii, alii apertis et porrectis digitis aliis atque aliis denotabantur. Læva porro manu ab uno usque centum computabant: centenarium deinde numerum in dextram transferebant, et eodem modo, quo unum denotatur,

debueris, digitos aperuisse.[z] Cum vero quadraginta, quæ facilius ceteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potes digitorum gestu errasse; nisi forte triginta annorum Pudentillam ratus, binos cujusque anni Consules numerasti.[a] Missa hæc facio: venio nunc ad ipsum stirpem accusationis, ad ipsam causam maleficii. Respondeat Æmilianus et Rufinus, ob quod emolumentum, etsi[9] maxime Magus forem, Pudentillam carminibus et venenis ad matrimonium pellexissem. Atque[1] ego scio, plerosque reos alicujus facinoris postulatos, si fuisse quæpiam causæ probarentur, hoc uno se tamen abunde defendisse, vitam suam procul ab hujusmodi sceleribus abhorrere: nec id sibi obesse debere, quod videantur quædam fuisse ad malefaciundum[2 b] invitamenta. Non enim omnia, quæ

Quando vero tu amplificas media parte quadraginta, quæ indicantur facilius reliquis expansa manu, non potes deceptus fuisse positu digitorum: ni forsan, arbitratus Pudentillam esse triginta annorum, numeravisti ambos consules singulorum annorum. Omitto ista. Transeo jam ad ipsam radicem delationis, ad ipsam causam incantationis. Æmilianus et Rufinus dicant cujus utilitatis gratia Pudentillam ad nuptias prolectassem incantamentis, et venenis, etiamsi essem verissime Magus. Ego tamen novi quamplurimos accusatos alicujus criminis, si ostenderetur fuisse aliquas rationes cur illud facerent, se nihilominus satis superque tuitos esse hac sola ratione, vitam suam valde aversari talia crimina: nec illud debere sibi nocere, quod videantur extitisse quædam allectamenta ad committendum scelus. Neque

sesquialtera? Hos sequor. *Id.*—9 E vet. cod. notatum video *et ut.* Pith. simpliciter *et.* Id.—1 Sic rursus dedi cum Mss. Edd. Gent. Pric. et omnibus ante Scalig. qui e conject. Vulcanii cum seqq. rescripsit *atqui*: quemadmodum sæpius in nostro Auctore hoc pro illo reponere tentarunt VV. DD. sine causa. V. Ind. *Id.*—2 Recepi lectionem Junt. post. quam dein e Mss. Florent. dedit

NOTÆ

conformabant: postea, ad altera centum numeranda, ad sinistram redibant. Sic intelligendus Juvenalis, Sat. x. 'Felix nimirum qui per tot sæcula mortem Distulit, atque suos jam dextra computat annos.' De hac omni veterum supputandi ratione Beda scripsit ex professo; quem vide.

[z] *Quos circulare debueris, digitos aperuisse*] Denarius enim numerus, ut scribit idem Beda, effingebatur indice digito leviter attingente articulum pollicis; quod cum fieret, quidam veluti circulus indice digito formabatur. Tricenarius vero, summo indicis veluti exosculante summum pollicis. Quo gestu magis aperti erant digiti, quam cum denarius effingeretur. Quadragenarius, ut patet ex Nostro, porrecta palma, significabatur.

[a] *Binos cujusque anni Consules numerasti* [*nominasti*] Et pro singulis consulibus singulos annos, cum duo consules unum tantum annum designent.

[b] *Ad malefaciundum*] Sic Elmen-

fieri potuerint, pro factis habenda. Rerum vices varias evenire: certum indicem cujusque animum esse: qui semper [3] eodem ingenio ad [544] virtutem vel ad malitiam moratus, firmum argumentum est accipiendi [4] criminis, aut respuendi. Hæc ego [5] quanquam possim [6] merito dicere, tamen vobis condono: nec satis mihi duco, si me omnium, quæ insimulastis, abunde purgavi, sin nusquam [7] passus sum vel exiguam suspicionem Magiæ consistere. Reputate vobiscum, quanta fiducia innocentiæ meæ, quantoque despectu vestri agam: si una causa vel minima fuerit inventa, cur ego debuerim Pudentillæ nuptias ob aliquod meum commodum appetere. Si quamlibet modicum emolumentum probaveritis, ego ille sim Carinondas,[8] [c] vel Damige-

enim, quæcumque potuerint fieri, existimanda esse tanquam facta: contingere diversas mutationes rerum: indubitatum testimonium uniuscujusque esse mentem: quæ semper affecta eadem propensione ad virtutem, aut ad vitium, est certum indicium admittendi aut repudiandi sceleris. Quamvis ego jure queam hæc respondere, nihilominus indulgeo ea vobis: neque puto mihi sufficere, quod excusavi me affatim ab omnibus iis, quorum me accusavistis, quod nullatenus tuli vel minimam suspicionem Magiæ esse in me. Recogitate apud vos quanta confidentia meæ innocentiæ me geram, et quanto contemtu vestrum; si reperta fuerit una ratio vel minima, quare ego debuerim exoptare conjugium Pudentillæ propter aliquam utilitatem meam: si ostenderitis lucrum quantumvis parvum, ego sim ille Phrynondas, aut

Elm. cum Scriv. consentientibus Mss. Pith. Fux. In reliquis Edd. est *ad maleficium perpetrandum.* Ed. Florid. *ad malefaciendum.* Id.—3 Ms. Pith. *super.* Id.—4 Flor. *accipiendis:* male. *Elmenh.* Exc. Lindenbr. *accipiendi discriminis.* Pro seq. *respuendi* Edd. vett. aliquot male *respondendi.* J. Bos.—5 Ms. Pith. *hic ego.* Id.—6 Sic Ms. Pith. Edd. Vic. Casaub. (hinc suspicor etiam esse in Rom. Ed.) Gent. Pric. In reliquis *possum.* *Quanquam* subjunctivo jungit alibi sæpe Noster. V. Ind. *Id.*—7 *Si nusquam.* Leg. *nisi n.* Acidalius. Sensus sane id requirit, non *si.* Sed leviori mutatione corrigo: *sin nusq.* Sensus est: satis habebo, non si omnia, quæ in me blatterata sunt, refellam, sed si (*sin*) curavero, ne levissimam quidem suspicionem usquam superesse. cf. supra p. 404. Sic *si* et *sin* jungi solent. Pro *consistere* Ms. Pith. *desistere.* J. Bos.—8 Emendat B. Pius *Charondas:* quem non audio; etsi nihildum mihi de Carinonda compertum. *Colv.* Alii *Charondas:* male. *Elmenh.* Mendose, quod suboluit nemini tamen, excepto Pio. Male vero *Charondam* reposuit, Pythagoricum legislatorem. Scribe *Phrynondas.* Meminit etiam supra

NOTÆ

horst. ex Florent. cod. Pricæus *ad maleficium perpetrandum:* quod in interpretatione sum secutus.

[c] *Ego ille sim Carinondas*] Emenda *Phrynondas,* de quo supra. Carinondæ Magi nulla usquam mentio.

ron,[d] vel is Moses,[9] [e] vel Jannes,[f] vel Apollonius,[1] [g] vel ipse Dardanus,[h] vel quicumque alius post Zoroastren[2] et Hostanen[i] inter Magos celebratus est. Vide, quæso, Maxime, quem tumultum suscitarint, quoniam ego paucos Magorum nominatim percensui. Quid faciam tam rudibus, tam barbaris? Doceam rursum,[3] hæc et multo plura alia [545] nomina in bibliothecis publicis apud clarissimos scriptores me legisse? an disputem, longe aliud esse notitiam nominum, aliud artis ejusdem habere communionem:[4] nec de-

Damigeron, aut ille Moses, aut Jannes, aut Apollonius, aut Dardanus ipse, aut quisquis alius memoratus est inter Magos a temporibus Zoroastris et Hostanis. Considera, te oro, Maxime, quale murmur excitaverint, quia ego enumeravi aliquot ex Magis suo quemque nomine. Quid faciam tam imperitis hominibus, ac tam feris? An dicam Rufino me legisse hæc nomina, et alia longe plura in bibliothecis publicis apud auctores celeberrimos? an probem esse res multum diversas, cognoscere nomina Magorum, et esse participem artis ipsius Magicæ: et apparatum scientiæ,

ejus. *Pric.*—9 Vid. Not. Var.—1 Flor. *Apollo*, male. Apollonii enim præstigiæ satis notæ sunt, quem et Hierocles non dubitavit Salvatori nostro IESU CHRISTO præpostere comparare, cujus temeritatem incivilem Eusebius eleganti libello compescuit. *Elmenh.* Perperam quoque Ed. Junt. post. *Apollo.* Ms. Pith. *Apollo hic.* J. Bos.—2 Al. per *m.* Pro seq. *suscitarint* Pith. *suscitarunt.* Id.—3 *Doceam Rufinum.* Florent. *d. rursum.* Elmenhorstius. Optime, et ab editore recipiendum. Præivit sola Ed. Junt. post. In Ms. Pith. est *rufum.* Cur Rufinum solum nominaret, nulla erat causa. Sed *rursum* dixit, quia supra p. 463. docuerat quoque, in veterum philosophorum monumentis legere potuisse adversarios, non Apuleium primum, sed jam alios in piscium naturam inquisivisse. cf. et p. 472. Pro *multo plura* Ms. Pith. *multa pl.* J. Bos.—4 Pith. *communione* deleto *habere*, pro quo Vulc. Ed. tert. corrupte

NOTÆ

[d] *Vel Damigeron*] Hunc etiam inter Magos celebres refert Tertull. lib. de Anima, cap. 57. 'Hostanes, et Typhon, et Dardanus, et Damigeron, et Nectabis, et Berenice,' &c. Species et sectas Magorum vide apud Plin. lib. XXX. cap. 1.

[e] *Vel is Moses*] Moses est Hebræorum ille legislator, quem Ethnicis pro Mago habitum docent Strabo, Plinius, Tacitus.

[f] *Vel Jannes*] Ita legendum, non *Joannes.* Is est, quem cum Jambre Mosi restitisse scribit D. Paulus Ep. II. ad Timoth. Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσεῖ. Numenius Pythagoricus apud Euseb. de Præparat. Evangel. eos vocat Ægyptios ἱερογραμματεῖς. Palladius Ἀδελφοὺς δι' ὑπερβολῆς τῆς Μαγικῆς τέχνης τὰ πρῶτα ἔχοντας: Fratres in Magica arte partes longe primas obtinentes.

[g] *Apollonius*] Ille Tyaneus celeberrimus Magus, cujus Vitam a Philostrato, maximo ejus admiratore, scriptam habemus.

[h] *Vel ipse Dardanus*] A quo 'Dardaniæ artes' pro Magicis. Columel. lib. X. 'Dardaniæ veniunt artes.'

[i] *Post Zoroastren et Hostanen*] De his jam alias diximus.

bere doctrinæ instrumentum et eruditionis memoriam pro confessione criminis haberi? An quod multo præstabilius est, tua doctrina, Claudi Maxime, tuaque perfecta[5] eruditione fretus, contemnam stultis et impolitis ad hæc respondere? Ita potius faciam. Quid illi existiment, nauci non putabo.[6 k] Quod institui, pergam disputare: nullam mihi causam fuisse, Pudentillam veneficiis ad nuptias prolectandi.[7] Formam mulieris et ætatem ipsi ultro improbaverunt, idque mihi vitio dederunt, talem uxorem causa avaritiæ concupisse: atque adeo primo dotem in congressu grandem et uberem rapuisse. Ad hæc,[8] Maxime, longa oratione fatigare te non est consilium. Nihil verbis opus est, cum multo disertius ipsæ tabulæ[l] loquantur: in quibus omnia, contra quam isti ex sua rapacitate de me quoque conjectaverunt, facta impræsentiarum et provisa in posterum de-

ac monumentum doctrinæ, non existimandum esse confessionem sceleris? An vero, quod longe satius est, dedigner ad ista reponere hominibus stolidis et rudibus, confisus tua scientia, Claudi Maxime, et tua omnimoda doctrina? Sic faciam potius. Nihili faciam quid illi de me putent. Pergam probare quod incepi: nullam rationem mihi fuisse, cur pellicerem Pudentillam ad conjugium incantationibus. Ipsimet damnaverunt faciem et ætatem fœminæ, atque id mihi verterunt crimini, me expetivisse ejusmodi conjugem propter avaritiam: ideoque abstulisse primo magnam et copiosam dotem in conjunctione nostra. Non est mihi animus, o Maxime, te lassare sermone prolixo, quantum ad ista. Nullatenus necesse est loqui, quandoquidem ipsum instrumentum matrimonii loquitur apertius: in quo reperies cuncta peracta in præsens, et prospecta in futurum omnino aliter, quam hi conjecerunt de me

habent. Id.—5 Ms. Pith. *tua perfectaque.* Id.—6 Vett. Edd. *nacti non p.* Bas. 2. *nacci non p.* vel *nauci non p.* Turnebus vero, *Quid isti existiment naccæ, non putabo.* Colvius. Florent. *nacci non put.* Elmenhorstius. Theod. Marcil. Not. ad Pers. *Navæ, navi n. p.* quasi in voce Apuleius luderet. *Navæ* enim apud Festum *homines non nauci.* Pricæus. V. D. forte Tollius, ascripsit *nactæ, non curabo,* vel, *nactæ, nauci putabo.* *Nacci* est in Mss. Florent. Pith. Edd. Vic. Junt. post. *nacti* in Junt. pr. Ald. Bas. In his nihil latere præter *nauci,* mihi certissimum est. Alias de *nacca,* vel *nacta,* vel *natta.* v. Oud. ad Met. lib. IX. p. 636. Voss. Etym. in V. *J. Bos.*—7 Ms. Pith. *projectandi.* Id.—8 Id. Ms.

NOTÆ

[k] *Nauci non putabo*] Paulus Festo conjunctus: 'Naucus pro nugis ponitur: alias pro oleæ aut nucis nucleo. Alii omnium rerum putamen ita appellari volunt. Quidam ex Græco, quod fit ναὶ καὶ οὐχὶ, levem hominem significari volentes. Quidam volunt sic appellari membranulam, quæ in nucis juglandis est medio. Ennius: Illic est nugator nihili, non nauci homo.'

[l] *Ipsæ tabulæ*] Nuptiales.

prehendes.[9] Jam primum mulieris locupletissimæ modicam dotem, neque eam datam, sed tantummodo promissam.[1] [m] Præter hæc, ea conditione factam conjunctionem,[2] si[3] nullis ex me susceptis liberis vita demigrasset, [546] ut dos omnis apud filios ejus Pontianum et Pudentem maneret: sin vero uno unave superstite diem suum obisset, uti tum dividua[4] pars dotis[n] posteriori filio, reliqua prioribus cederet. Hæc, ut dico, tabulis ipsis docebo. Fors fuat an[5] ne sic quidem credat Æmilianus, sola trecenta millia nummum scripta, eorumque repetitionem filiis Pudentillæ pacto datam. Capiens ipse tu[o] manibus tuis tabulas istas, da impulsori tuo Rufino, legat. Pudeat illum tumidi animi[6] sui, et ambitiosæ mendicitatis:[p] quippe ipse

secundum suam aviditatem. Invenies enim primo dotem mediocrem pro fœmina opulentissima, et eam quidem non numeratam, sed solum promissam. Præterea connubium initum ea lege, ut, si ipsa excessisset e vivis nullis filiis procreatis ex me, tota dos restaret penes suos liberos Pontianum et Pudentem: sin autem mortua esset relicto uno filio, aut una filia, ut tunc dimidia pars dotis perveniret ad filium ultimum, altera vero pars ad priores. Ostendam ipso instrumento hæc se habere ut dico. Forsan Æmilianus ne sic quidem credet scripta esse duntaxat trecenta millia nummorum, et repetitionem illorum conventione concessam esse liberis Pudentillæ. Cape tu ipse tuis manibus has tabulas, et trade Rufino tuo instigatori; legat eas. Pudeat eum suæ superbiæ, et suæ egestatis fastosæ: cum ipse inops, nudus, in do-

············

ad hoc. Id.—9 Melius hoc, quam quod in Ed. Junt. post. et Ms. Pith. *deprehendis.* Infra: 'Hæc, ut dico, tabulis ipsis docebo.' *Id.*—1 Omissa vox in Ms. Pith. *Id.*—2 Al. *conjectionem.* Vid. Not. Var.—3 Abest Ms. Pith. ut et in seqq. *vero.* In eod. Cod. *obedisse* pro *obisset.* J. Bos.—4 Lat. Latin. cum aliis *dimidia.* Noster de Deo Socr. p. 117. 'Luna dividua.' *Idem.*—5 *Fors fuerit ut.* Bas. 2. ad marg. *sors ferat.* Verum erit, *sors fuat.* Diomedes Grammatic. lib. I. 'Sane aliud verbum est apud Antiquos quod dicebant, Fuo, fuas, fuat. Unde Terentius ait, Fors fuat.' Hoc etiam usus Ausonius, Sidonius Apollinaris non semel. Dicitur et, *Fors fuit.* Gellius lib. XII. cap. 8. quomodo etiam fortassis hic scribendum. *Colv.* *Fors fuerit ut* editum vulgo, quod loco non moverem, nisi in Ms. Pith. scriberetur *fors fuerat an,* et Ed. Junt. post. cum marg. Ed. Bas. sec. haberet *fors ferat ut.* Jam vero rescripsi *fors fuat an,* ut e Cod. Fux. margini allevit Salm. *Fors fuat an* nihil est aliud quam *forsitan,* seu, *fors sit an,* vel, quod aliquoties a Nostro adhibitum, *fortasse an.* J. Bos.—6 Schickerad. *timidi an.* ineptissime. *Elmenh.*—7 CCCC

NOTÆ

[m] *Neque eam datam, sed tantummodo promissam*] Huc pertinet tit XV. lib. V. cod. De dote cauta non numerata. Multa sunt privilegia traditæ et numeratæ dotis, quæ non sunt cautæ.

[n] *Dividua pars dotis*] Dimidia. Terent. Adelphis: 'Potius quam venias in periculum, Sannio, Servesne, an perdas totum, dividuum face.'

[o] *Capiens ipse tu, &c.*] Æmiliano hæc dicit.

[p] *Et ambitiosæ mendicitatis*] Juve-

egens, nudus, quadringentis millibus [7] nummum a creditore acceptis filiam dotavit. Pudentilla locuples fœmina trecentis millibus dotis fuit contenta: et maritum habet, et [8] multis sæpe et ingentibus dotibus spretis, inani nomine tantulæ dotis contentum: ceterum præter uxorem suam nihil computantem, [9] omnem supellectilem cunctasque divitias in concordia conjugis [1] [q] et multo [2] amore ponentem. Quanquam quis omnium vel exigue rerum peritus culpare auderet, si mulier vidua et mediocri forma, at non ætate mediocri, nubere volens, longa dote [3] [r] et [547] molli conditione [4] [s] invi-

tem dederit suæ filiæ trecenta millia nummorum sumta a creditore. Pudentilla mulier dives contenta fuit dote trecentorum millium nummorum: et habet virum contentum vano nomine dotis tam parvæ, contemtis jam sæpe dotibus et plurimis et magnis: ceterum nihil numerantem nisi suam conjugem: reponentem totam supellectilem et omnes opes in unanimitate uxoris, et amore reciproco. Quamvis quis ex omnibus, saltem mediocriter gnarus rerum, auderet vituperare, si fœmina vidua, et pulchritudine modica, sed non modica ætate, volens nubere, allexisset dote ampla

Millibus n. Sic Codex Rom. Alii CCC. *Casaub.* Rom. Editioni et Casaub. accedunt Vic. Ven. Gent. Pric. et Mss. quos novi. In reliquis Edd. *trecentis*, quia supra et infra de Pudentillæ dote numerus iste CCC adhibetur. Sed hic non sermo est de dote Pudentillæ, sed de dote quam Rufinus, homo egenus, filiæ suæ dederat, quam superasse etiam dotem Pudentillæ, locupletis fœminæ, ait Ap. Revocavi itaque lectionem Edit. Rom. et Mss. *J. Bos.*—8 Non male legamus *habet ea.* Colvius. Non opus tamen. *Et multis et ingentibus.* Minus etiam placet Lipsii emendatio *habet ex m. s. et ing.* Pro seq. *ceterum* Ms. Pith. *centum.* J. Bos.—9 Leg. *nihil omnium putantem.* *Putare* est *æstimare.* Scriptum erat compendiose *om̄*, cui postea *c* præposito agglutinarunt seq. dictionem. *Acidal.* Mihi vulgata scriptura magis placet. *Scip. Gent.*—1 Magis probem *conjugii.* Casaubonus. In contextum recepere seqq. præter Scal. et Wow. qui dederunt *c. conjugali.* Antiquam lectionem mutandam non putavi contra Mstorum auctoritatem. Vell. Pat. II. 65. 'si Cæsar ejus aspernaretur concordiam.' *J. Bos.*—2 Al. *mutuo.*—3 Vid. Not.

NOTÆ

nal. Sat. III. 'Hic vivimus ambitiosa Paupertate omnes.'

[q] *Omnem supellectilem cunctasque divitias in concordia conjugis*] In oratione Imperatoris Antonini: 'Majores nostri inter virum et uxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis æstimantes, famæ etiam conjunctorum consulentes, ne concordia pretio conciliari videretur:' ut refert Ulpianus, lege 3. ff. de Donat. inter virum et uxorem.

[r] *Longa dote*] *Largam dotem* sæpe legas, *longam*, nisi hic, vix puto. Proba tamen lectio est. Græcos sequitur Apuleius, qui μακρὸν ponunt ἀντὶ τοῦ μέγα, vel πολύ. Suidas, Μακρὰν οὐσίαν οὕτω λέγουσι τὴν πολλὴν, &c.

[s] *Molli conditione*] Gell. lib. IV. cap. 18. 'diceretque' (M. Nævius Tribun. pleb.) 'a rege Antiocho accepisse pecuniam' (Scip. Africanum) 'ut conditionibus gratiosis ac mollibus pax cum eo populi Romani nomine fieret.'

tasset juvenem, neque corpore, neque animo, neque fortuna pœnitendum? Virgo formosa, etsi sit oppido pauper, tamen abunde dotata est. Affert quippe ad maritum novum animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Ipsa virginitatis commendatio jure meritoque omnibus maritis acceptissima[6] est. Nam quodcumque aliud in dotem acceperis, potes, cum libuit,[7] ne sis beneficio obstrictus, omne, ut acceperas, retribuere; pecuniam[8] renumerare,[9] mancipia restituere, domo demigrare, prædiis cedere. Sola virginitas, cum semel[1] accepta est, reddi nequitur:[2] sola apud maritum ex rebus dotalibus[3] remanet. Vidua autem qualis nuptiis venit, talis divortio digreditur: nihil affert irreposcibile:[4] sed venit jam ab alio[5] præflorata: certe tibi, ad quæ velis, minime docilis: non minus suspectans novam domum, quam ipsa jam ob unum divortium suspectanda: sive illa morte amisit maritum, ut scævi ominis[6] mulier, et infausti[7] conjugii, minime appetenda; seu repudio digressa[8] est, utramvis habens culpam[9] mu-

et conditione commoda juvenem non spernendum neque corpore, neque ingenio, neque opibus? Pulchra virgo, tametsi sit valde inops, nihilominus habet satis amplam dotem. Nam affert ad virum novum ingenium animi, venustatem formæ, florem virginitatis. Ipsa gratia virginitatis jure et merito jucundissima est cunctis conjugibus. Quicquid enim aliud acceperis pro dote, potes illud reddere totum sicut acceperas, quando volueris, ne sis obligatus beneficio: potes renumerare argentum, reddere servos, excedere ex ædibus, agris abire. Sola virginitas non potest restitui, quando semel est delibata: ea unica ex rebus dotis manet penes virum. At vidua talis discedit in divortio, qualis accessit in nuptiis. Nihil affert quod non possit repetere: sed accedit jam devirginata ab alio: sane nullatenus morigera tibi ad ea, quæ cupias: perinde suspectas habens novas ædes, ac ipsa jam habenda est suspecta propter unam separationem: sive illa perdidit virum morte, quo in casu nullatenus concupiscenda est, utpote fœmina sinistri augurii, et connubii infortunati; sive discessit ab eo repudiatione, utrolibet modo fœmina deliquerit; quippe quæ vel fuit

Var.—4 Ms. Pith. *nulli c.* J. Bos.—5 Al. *a. m. novam.*—6 Inverso ordine Ms. Pith. in quo mox *acceperit.* J. Bos.—7 Scribe *cum libuerit.* Pricæus. Necessarium non est. Sic Flor. N. 2. 'quo libuit.' *J. Bos.*—8 *Retribuere; pecuniam.* Omissa hæc sunt in Ed. Flor. *Id.*—9 Al. *remunerare.*—1 *Cum semel.* Desunt Ms. Pith. *J. Bos.*—2 Ms. Pith. *nequit.* Passiva forma nota est ex Plauto et Grammaticis. Quare non audiendus d'Orleans ad Tacit. Ann. *I.* pag. 61. reponens *nequit vi.* Id.—3 Ignorat vocem Ed. Vulc. tert. *Id.*—4 Vid. Not. Var.—5 Præpositionem non agnoscit Pith. Pro *certe tibi* Ed. Junt. post. *certe ibi.* J. Bos.—6 Vulgo *sævi hominis.* Colvius. *Sævus* et *scævus* ubique confunduntur. V. Ind. *Ut scævi* desunt Ms. Pith. *J. Bos.*—7 Elm. tacite edidit *infandi.* Secutus eum est Scriv. *Id.*—8 Ms. Pith. *regressa.* Id. —9 *Utramvis habeat culpam.* Mira lectionis varietas in media voce, nam *habens*, et *habet*, et *habebit* vulgati præferunt. Ego haud anxie scripserim *habe-*

lier, quæ aut tam intolerabilis fuit, ut repudiaretur, aut tam insolens, ut repudiaret. Ob hæc et alia, viduæ dote aucta [1] procos solicitant.[t] [548] Quod Pudentilla quoque in alio marito fecisset, si philosophum spernentem dotis non reperisset. Age vero, si avaritiæ causa mulierem concupissem, quid mihi utilius ad possidendam domum ejus fuit, quam simultatem inter matrem et filios serere? alienare ab ejus animo [2] liberorum caritatem, quo liberius et arctius desolatam [u] mulierem solus possiderem? Fuitne hoc prædonis, quod esse vos fingitis? [3] Ego vero quietis, et concordiæ, et pietatis, auctor, conciliator, favitor,[4] [w] non modo nova odia non serui,[5] sed vetera quoque funditus

adeo intoleranda, ut repudiaretur a marito, vel adeo superba, ut repudiaret maritum. Propter hæc et alia, viduæ invitant amantes dote ampliore. Quod Pudentilla fecisset etiam erga alium virum, nisi nacta esset philosophum contemtorem dotis. Agedum, si appetissem ipsam ob avaritiam, quid mihi fuit conducibilius ad potiendum ejus domo, quam excitare odia inter matrem et natos? removere ab ejus pectore amorem filiorum, ut ego liberius, et strictius solus potirer muliere deserta? An hoc fuit officium latronis, ut vos mentimini me esse? At ego suasor, medius, et fautor pacis et unanimitatis atque charitatis, non solum non excitavi novas inimi-

bit. Pricæus. Immo verissima est lectio Ed. Junt. post. quæ inde etiam in marg. Bas. sec. conspicitur *utramvis habens culpam. Habens* respondet reliquis participiis, quæ præcesserunt, 'suspectans,' 'suspectanda,' 'appetenda.' Ms. Pith. *habes*, omissa lineola, qua litera *n* indicaretur: hinc omnis corruptela. Mss. Florent. *utrumvis habet c.* Edd. vett. Cas. Gent. Pric. Flor. *habeat;* Colv. Vulc. Elm. Scriv. *habebat;* Wow. *habebit.* Pro *culpam* Ed. Vic. *culpa.* J. Bos.—1 Colv. *uncta.* Ego nec hic muto. *Brant.*—2 Non est in Pith. *J. Bos.*—3 Aliquid corruptum est: nam non bene hæc cohærent cum præcedentibus. Sensus flagitat: *Nonne hoc fuisset prædonis, quem me esse fingitis?* seu *fuisset*, seu *fuerit hoc pr. &c.* Hinc Salm. quoque allevit *Fuit hoc prædonis quod me esse vos f.* Infra p. 558. 'me quem isti prædonem dicunt.' Interim e Mss. nulla discrepantia enotata est: quare, quid revera scripserit Auctor, non affirmo. *Id.*—4 Vid. Not. Var.—5 Al. *seri.*—6 *De quo supra dixeram.*

NOTÆ

[t] *Viduæ dote aucta procos solicitant*] Quæ ratio extorsit tandem illam constitutionem Imperatorum Leonis et Anthemii, qua viduarum libido coërcetur. l. Hac edictali 6. C. de secund. Nupt. Ea enim constitutione cavetur, ne mulier iterum nubens, in novum maritum plus conferre ullo titulo, vel inter vivos, vel mortis causa possit, quam filio, vel filiæ, si unus vel una extiterit, aut, si sint plures, quam ad unumquemque eorum perventurum sit.

[u] *Desolatam*] Derelictam a liberis suis.

[w] *Favitor* [*favissor*] Lips. cui accedo, *favitor* antique, pro *fautor*, ut sæpe apud Plaut. Pricæus tamen *favissor* ex Glossis Puteani, et Vindocin. asserere nititur.

extirpavi. Suasi uxori meæ, cujus, ut isti aiunt, jam universas opes transvoraram; [x] suasi, inquam, ac denique persuasi, ut filiis pecuniam suam [y] reposcentibus, de qua supra jam dixi,[6] ut eam pecuniam sine mora redderet in prædiis vili æstimatis,[7] et quanto ipsi volebant. Præterea ex re familiari sua fructuosissimos agros, et grandem domum opulente ornatam, magnamque vim tritici, et hordei, et vini, et olivi,[8] ceterorumque [9] fructuum; servos quoque haud minus quadringentos,[1] [z] pecora amplius, neque pauca, neque abjecti pretii, donaret; [a] ut eos et [2] ex [549] ea,

citias, verum eradicari etiam penitus veteres. Auctor fui meæ conjugi, cujus, ut illi dicunt, jam devoraveram omnes divitias; auctor fui, inquam, ac tandem perpuli, ut, cum liberi ejus repeterent suam pecuniam, de qua locutus sum supra, redderet illis absque dilatione illam pecuniam in agris æstimatis pretio parvo, et quanto ipsis libitum erat: insuper persuasi, ut daret eis ex suis bonis prædia feracissima, et amplas ædes magnifice instructas, et ingentem copiam frumenti, et hordei, et vini, et olei, ac reliquorum fructuum: mancipia etiam non pauciora quam quadringenta, præterea daret pecora, et multa et magni pretii; ut præstaret illos securos

Fortasse, *de qua supra dixi jam.* Respicit illa superiora: 'Mulier HS. quadragies possidebat ex quo sane aliquantam pecuniam nullis tabulis, sed, ut æquum erat, mera fide acceptam, filiis debebat.' *Casaub.* Κείμενον hoc irreptitium puto. Glossator *dixerat* scripsit: librario visum concinnius *dixeram.* Pric. A glossatore hæc non sunt, ut evidenter apparet ex repetitione illa 'ut eam pecuniam.' *De quo supra dixeram* est in Edd. vett. et Mss. præterquam quod in Florent. (nisi contrarium notare neglexerit Lindenbrog.) sit, *de quo supra jam dixi,* quemadmodum edidere Scal. in Vulc. sec. et seqq. præter Gent. qui antiquam lectionem servavit, et Pric. qui dedit *de qua supra dixeram.* Si scirem Florentinos Mss. cum reliquis consentire, nihil mutare auderem. Nunc lego *de qua supra jam dixi:* nempe pag. 517. extr. Ed. Flor. *J. Bos.*—7 Malim, *æstimatu.* Wowerius. Alii *v. æstimatum.* Elmenhorstius. Ineptum foret *æstimatum,* sed Wowerii conjecturam *æstimatu* videtur spectasse Elm. quam tamen nec ipsam probo. 'Vili æstimare' dicitur, ut 'vili pendere:' scil. pretio. Plaut. Epid. I. 1. 49. 'quanti eam emit? Vili.' *J. Bos.*—8 Vulg. *et olei.* —9 Ms. Pith. *ceterorum et.* J. Bos.—1 Rom. Ven. Bas. 2. *quadringentis.* Colvius, male. Intelligitur *quam,* ut solet. *J. Bos.*—2 *Et* ignorant Mss. Florent.

NOTÆ

[x] *Transvoraram*] Devoraram. Africanismus. Sic 'transglutire' dicit Optatus, lib. I. pro 'deglutire' et 'transnominare.' Tertull. contra Marcionem, pro 'denominare.'

[y] *Pecuniam suam*] Quam mera fide acceptam filiis Pudentillam debuisse supra dixit.

[z] *Servos quoque haud [non] minus quadringentos*] Vel ex hoc patet, quam opulenta fuerit Pudentilla: multo enim plures sibi retinuisse eam oportet.

[a] *Donaret*] Donatio inter matrem et liberos facta valebat jure Romano, quæ non valebat inter patrem et liberos. Ratio, quia jure patriæ potestatis quicquid filius acquirebat, patri acquirebat, præsertim ex re patris: unde si donatio valere patrem

quam tribuisset, parte securos haberet, et ad cetera hæreditatis bona spe invitaret.[3] Hæc ego, ab invita Pudentilla (patietur enim, me, uti res[4] fuit, ita dicere) ægre extudi, ingentibus precibus invitæ et iratæ extorsi: matrem filiis reconciliavi: privignos meos, primo hoc vitrici beneficio,[5] [b] grandi pecunia auxi. Cognitum hoc est tota civitate. Rufinum omnes execrati, me laudibus tulere.[6] Venerat ad nos, priusquam istam donationem mater[7] perficeret, cum dissimili[8] isto fratre suo [c] Pontianus; pedes nostros advolutus,[9] veniam et oblivionem præteritorum omnium postu-

ex illa parte, quam dedisset, et excitaret eos spe ad reliquas opes hæreditatis. Ego difficulter exauditus a Pudentilla nolente (sinet enim me rem exponere quemadmodum se habuit) summis precibus ista impetravi ab ea renuente, et irata; reduxi matrem in gratiam cum filiis, ditavi meos privignos magna pecuniæ summa, probans me esse eorum vitricum hoc primo benefacto. Hoc notum est in tota urbe. Cuncti abominati Rufinum, extulerunt me encomiis. Pontianus accesserat ad nos cum hoc fratre sibi haud simili, antequam mater eorum absolveret illam donationem. Prostratus ad pedes nostros petit ut sibi ignosceremus et oblivisceremur omnium

Ed. Bip. *Id.*—3 Græcismus est, ne forte eo *bona* referas. Itaque distinguendum censeo ad hunc modum, *Ad c. hæreditatis, bona spe inv.* 'Spes bona,' ut apud Sallust. Jugurth. 'Læti, ac spei bonæ pleni:' et Cæsarem B. Civ. II. 'Pleni bonæ spei atque animi.' *Pric.*—4 *Res* abest Pith. *J. Bosscha.*—5 Lego, *vitricus.* Casaubonus. Flor. *vitrici.* Elmenhorstius. Recte Casaub. *vitricus.* Pricæus. Casaubono, exceptis Gent. et Scriv. assensum præbuerunt seqq. Non ego, qui sequor Mss. et Edd. vett. *J. Bosscha.*—6 *Ruf. omnes execrari, me laudibus tollere.* Sic malim. Mox Fulvius legit: *Tyrocinio professionis suæ.* Sciopp. in Symb. A vulgata lectione stant Mss. *J. Bosscha.*—7 Caret hac voce Ed. Junt. post. *Id.*—8 Ms. Pith. *dum.* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *ut cum,* quia statim vitiose scriptum fuerat *postularet. Id.*—9 *Ante pedes nostros advolutus.* Τὸ *ante* recte delet Florentinus. Sic alicubi Tacitus dixit, 'advolvi genua.' *Elmenh.* Uncis inclusere *ante* Elm. et Scriv. Ejeci ego cum Ed. Junt. post. Solet Ap. verba cum præpp. *ad, in, &c.* composita jungere accusativo. Met. lib. VI. p. 384. 'Psyche pedes ejus advo-

NOTÆ

inter et liberos diceretur, sequeretur patrem eundem esse donatorem et donatarium, eademque opera et alienare rem et acquirere: quod absurdum. At in matre nihil tale, cum fœminæ jus illud patriæ potestatis non haberent.

[b] *Primo hoc vitrici* [*vitricus*] *beneficio*] Vel ex hoc loco patet vitricos melius in privignos affectos esse solere quam novercas, ipsumque 'vitrici' nomen in bonam partem sumi pro benevolo et benefico homine, cum contra 'novercæ' nomen invidiosum fere sit, et nota 'novercalia odia.' Scripsi *vitricus*, cum prius esset *vitrici*, qua in re Casaubonum sum secutus.

[c] *Cum dissimili isto fratre suo*] Sicinio Pudente.

larat,[1] flens et manus nostras osculabundus, ac dicens, pœnitere, quod Rufino et similibus auscultarit. Petit postea suppliciter, uti se Lolliano quoque Avito [d] C. V. purgem, cui haud pridem tirocinio professionis [2] suæ [e] fuerat a me commendatus: quippe compererat, ante paucos dies omnia me, ut acta erant, ad eum perscripsisse. Id quoque a me impetrat. Itaque acceptis literis Carthaginem pergit: ubi, jam prope exacto Consulatus sui munere,[f] Lollianus Avitus te, Maxime, opperiebatur. [550] Is, epistolis meis [3] lectis, pro sua eximia humanitate gratulatus [4] Pontiano, quod cito errorem suum correxisset, rescripsit mihi

ante actorum, plorans, et osculans nostras manus, discensque se pœnitere, quod obtemperaverit Rufino, et aliis ejusmodi. Deinde rogat me enixe, ut ipsum excusem etiam apud Lollianum Avitum clarissimum virum, cui non ita dudum commendaveram eum, cum ederet rudimentum suæ artis: cognoverat enim me scripsisse ad illum, paucis diebus ante, cuncta ut fuerant gesta. Obtinet id quoque a me. Ergo accepta mea epistola, proficiscitur Carthaginem, ubi Lollianus Avitus te expectabat, Maxime, officio sui consulatus jam fere peracto. Hic cum legisset meas literas, laudat Pontianum secundum suam egregiam comitatem, quod celeriter emendasset

luta:' ubi cf. Oud. *J. Bosscha.*—1 *Postulat.* Flor. *postularet.* Elmenhorstius. Immo *postularat* secundum Exc. Lindenbr. In Ms. Pith. et Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *postularet*, quod ut stare posset, intruserunt supra *ut*. In reliquis *postulat*, quod si Mss. addicerent, non improbandum, sed tum sic interpungendum *Venerat . . . Pontianus ; pedes nostros adv. . . . postulat ; flens . . . auscultarit ; petit postea, &c.* Sequor nunc Mss. Florent. quemadmodum margini allevit Salm. *J. Bosscha.*—2 *Profectionis.* Lipsius, *professionis.* Colvius. Causidicinæ nimirum; fuit enim Pontianus eloquentiæ studiis deditus et disertus, ut ex aliquot locis hujus Apologetici apparet. *Professionis* legi debere, non *profectionis*, etiam alii viderant. *Casaub.* Florent. *orationis.* Rom. et Ald. *professionis.* Elmenhorstius. In mea Ald. Edit. uti et in Vic. Junt. utr. et Bas. est *profectionis.* Ceterum illud *orationis* sicco pede non transeundum, nam et in Pith. est *orônis*, et in seqq. Lollianus Avitus, cui commendatus fuerat Pontianus, non a juris peritia, sed a singulari eloquentia laudatur. *J. Bosscha.*—3 Sic ex conj. Vulc. edidere Scal. et seqq. et ascripsit Salm. ac videtur extare in Mss. Florent. Sed Edd. vett. et Ms. Pith. *his.* Id.—4 Per-

NOTÆ

[d] *Lolliano quoque Avito*] Qui Proconsul erat Africæ ante Claudium Maximum.

[e] *Professionis suæ*] Forensis. Causis enim agendis dabat operam Pontianus.

[f] *Consulatus sui munere*] Consulatus hic late sumitur pro Proconsulatu, neque enim per Consules administrari solita erat provincia Africa, sed per Proconsules: quin et Municipales quoque Magistratus successu temporis prætores se atque etiam Consules nonnunquam ambitiose dixerunt, qui proprie Duumviri, aut Quinquennales dicebantur.

per eum, quas literas, Dii boni! qua doctrina! quo lepore! qua verborum amœnitate simul et jucunditate! prorsus, ut vir bonus dicendi peritus.[g] Scio, te, Maxime, libenter ejus literas auditurum. Et quidem si perlegam, mea voce pronuntiabo. Cedo tu[5] Aviti epistolas: ut quæ semper ornamento mihi fuerunt, sint nunc etiam saluti. At tu, licebit aquam sinas fluere.[h] Namque optimi viri literas ter et quater adeo[6] quantovis temporis dispendio lectitarem. (*Desunt Lolliani Aviti literæ.*) Non sum nescius, debuisse me post istas Aviti literas perorare. Quem enim laudatorem locupletiorem, quem testem vitæ meæ sanctiorem producam, quem denique advocatum facundiorem? Multos in vita mea Romani nominis disertos viros sedulo cognovi, sed sum æque[7] neminem admiratus. Nemo est hodie,

quod peccaverat, rescripsit ad me per eum, quam epistolam Dii boni! quanta eruditione! quanta venustate! quanta gratia, et simul suavitate sermonis! plane ut vir probus, et gnarus eloquentiæ. Certus sum, Maxime, te auscultaturum libenti animo ejus literas, et certe, si legam, recitabo illas mea voce. Da tu literas Aviti: ut ipsæ, quæ semper contulerunt ad meum decus, conferant etiam nunc ad meam salutem. Tu interim poteris permittere ut aqua labatur. Legerem enim libenter epistolas probissimi illius viri ter, atque etiam quater cum qualibet jactura temporis. Literæ Lolliani Aviti. *Non ignoro me debuisse finem facere dicendi post has epistolas Aviti. Nam quem exhibeam laudatorem ampliorem, quem integriorem testem meæ vitæ, postremo, quem patronum disertiorem? Novi diligenter in vita mea plurimos facundos viros Romani generis, at nullum ita admiratus sum. Nullus*

peram Edd. Vulc. sec. tert. Wow. *gratulatur.* Id.—5 Pith. non habet *tu,* uti nec paulo post *etiam,* sed *fuerint* pro *fuerunt,* et *ut* pro *at.* Id.—6 *Ter et quater ab eo.* Lipsius, *adeo.* Colvius. *Ter et quater adeo* conjecimus ego et Fulvius. Infra malim: *cujus animi dispositionem.* Sciopp. in Symb. *Adeo* receptum a Casaub. Scalig. et seqq. bono sensu. In vett. Edd. constanter *ab eo,* consentientibus Mss. Florent. Verum in Pith. est *abeo* (i. e. ut ascripsit Oudend. *aveo*) *q. t. d. lectitare.* Videtur *aveo* esse quoque in Ms. Fux. nam Salm. id allevit, relicto tamen τῷ *lectitarem.* Ms. Bemb. *habeo.* *Aveo* et *habeo* in Mss. solere confundi supra aliquoties monitum. *Aveo lectitare* in mentem venit jam Grutero Suspic. Ined. Nihilominus præfero adhuc vulgatam lectionem, quia sensum reddit aliquanto commodiorem, et *lectitarem* est tamen in Edd. cunctis et Mss. excepto Pith. *J. Bosscha.*—7 Ms. Pith. *summe q nem. ammi-*

NOTÆ

g *Prorsus, ut vir bonus dicendi peritus*] Id est, perfectus et verus orator, juxta veterem definitionem M. Catonis, apud Senecam, et alios. Vide Quintilian. lib. I. cap. 12.

h *Licebit aquam sinas fluere*] Curatorem clepsydrarum alloquitur. Vide, quæ diximus de clepsydris, supra, Metamorphos. III. pag. 189.

quantum mea opinio fert, alicujus in eloquentia laudis ac spei,[8] quin Avitus esse longe malit, si cum eo se, remota invidia, velit conferre. Quippe omnes fandi virtutes pæne diversæ in illo viro congruunt. Quamcumque orationem struxerit Avitus, ita illa erit undique sui perfecte absoluta,[9] ut in illa neque [551] Cato gravitatem requirat, neque Lælius lenitatem,[i] neque Gracchus impetum,[k] nec Cæsar calorem,[l] nec Hortensius distributionem,[m] nec Calvus argutias,[n] nec parsimoniam Sallustius,[o] nec opulentiam Cicero:[p] prorsus inquam,[1] ne omnia[q] persequar, si Avitum audias,

nunc est, ut arbitror, alicujus nominis et expectationis in eloquentia, qui non multo malit esse Avitus, si velit se comparare cum ipso absque invidia. Universæ enim dotes eloquentiæ fere invicem contrariæ conveniunt in illo homine. Quamlibet orationem Avitus scribat, illa sic erit absoluta omnibus suis numeris, ut neque Cato desideret in ea pondus, nec Lælius comitatem, neque Gracchus vehementiam, neque Cæsar fervorem, neque Hortensius partitionem, neque Calvus sales, neque Sallustius brevitatem, neque Cicero ubertatem: in qua plane, ut non recenseam universa,

ratus. Id.—8 Lege *laudis aut spei.* Pricæus. Recte, si libri addicerent. Mox pro *malit* Pith. *malis.* J. Bosscha.—9 In membranis, *perfecta, absoluta:* quod handquaquam spernendum. *Colv.* Nimirum Cod. Lips. qui hic rursus incipit. *J. Bosscha.*—1 *Prorsus in qua.* Ita Edd. O. eaque lectio ferri posset, nisi Mss. Florent. et Lips. cum Salm. in marg. darent *inquam,* quod verum est et probat Oudend. in marg. Hinc forsan sequens *omnia,* quod primus tacite dedit Elmenh. locum occupare non debuerat τοῦ *omnis* sive *omneis,* scil. fandi vir-

NOTÆ

[i] *Neque Cato gravitatem requirat, neque Lælius lenitatem*] Vide Ciceronem, in Bruto: ubi quæ cujusque oratoris in dicendo virtus, quæ vitia fuerint, optime et clarissime explicat.

[k] *Neque Gracchus impetum*] Auctor Dialogi de Oratore: 'Malim *C. Gracchi impetum,* aut *L. Crassi maturitatem.*'

[l] *Nec Cæsar calorem*] Quintil. vocat 'Cæsaris excitationem.' Plin. 'vigorem igneum.' Sueton. 'ardentem motum gestumque.'

[m] *Nec Hortensius distributionem*] Cicero, pro Quinctio: 'faciam quod te sæpe animadverti facere, Hortensi, totam causæ meæ dictionem certas in partes dividam.'

[n] *Nec Calvus argutias*] Senec. lib. VII. controv. cap. 4. non *argutias* ei, sed *impetum* tribuit, quem hic Apuleius Graccho. 'Calvus' (inquit) 'qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiæ habuit, usque eo violentus accusator, et concitatus fuit, ut in media actione ejus surgeret Vatinius reus, et exclamaret: Rogo vos, Judices, nunc si iste disertus est, ideo me damnari oportet?'

[o] *Nec parsimoniam Sallustius*] 'Cohibile dicendi genus' Gellius vocat.

[p] *Nec opulentiam Cicero*] Sidonius: 'Varicosi Arpinatis opulentiam.' Auson. 'opulentiam Tullianam.'

[q] *Omnia*] Omnes ejus dotes.

neque additum quicquam velis, neque detractum,[2] neque autem aliquid commutatum. Video, Maxime, quam benigne audias, quæ in amico tuo Avito recognoscis.[3] Tua me comitas, ut vel pauca dicerem de eo, invitavit. At non usque adeo tuæ benivolentiæ indulgebo, ut mihi permittam, jam propemodum fesso, in causa prorsus ad finem inclinata, de egregiis virtutibus ejus nunc demum incipere: quin potius eas integris viribus et tempori libero servem. Nunc enim[4] mihi, quod ægre fero, a commemoratione tanti viri ad pestes istas[r] oratio[5] revolvenda est. Audesne te ergo, Æmiliane, cum Avito conferre? Quemne ille bonum virum ait,[6] cujus Avitus disciplinæ rationem[7] tam plene suis literis collaudat, eum tu Magiæ et maleficii criminibus insectabere? [552] An invasisse me domum Pudentillæ, et

si audias Avitum, nec cupias aliquid adjectum fuisse, neque ablatum, nec denique quicquam mutatum. Animadverto, o Maxime, quam benevole auscultes ea, quæ agnoscis in tuo amico Avito. Tua humanitas impulit me, ut dicerem saltem pauca de ipso. Sed non tantum donabo tuæ humanitati, ut concedam mihi jam fere defatigato, nunc tandem incipere loqui de eximiis dotibus ejus in oratione omnino vergente ad finem: sed potius reservabo eas recentibus viribus, et liberiori otio. Nam nunc oportet ut deflectam sermonem a laudatione tanti viri ad hos sceleratos, quod mihi gravissimum est. An igitur audes te conferre cum Avito? An tu eum accusabis Magiæ, veneficii, et sceleris, quem ille dicit esse virum probum, cujus Avitus laudat adeo prolixe disceptationem, in suis epistolis? Tune deberes gravius ferre, quod

tutes, quod servant Mss. et Edd. ante Elmenh. Malim tamen, perspicuitatis causa, *omnia*, quemadmodum locus citatur ab Oudend. ad de Deo Socr. p. 169. ubi V. *Id.*—2 Ms. Pith. *retractum.* Statim *autem* non est in Ms. Lips. *Id.*—3 Ms. Pith. *recognoscas.* Id.—4 Bas. pr. *hunc e.* unde Lips. corrigebat in marg. *hinc e.* sed *nunc* est in reliquis. *Id.*—5 Ms. Pith. *ratio*, et statim, *audesne ne.* Id.—6 Ms. Pith. *illum bon. vir. te.* Id.—7 *Cujus animi disputationem.* Lego, *cujus Avitus disputationem.* Casaubonus. Mss. Florent. *Aī disput.* Reliqui nihil fluctuant. Casauboni emendationem amplexi sunt seqq. Quænam tamen est illa *disputatio*, quam laudaverit Avitus? An ea, cujus p. 495. mentio? Supra Ap. Avitum vocat 'laudatorem locupletem, testem vitæ suæ sanctissimum, advocatum facundissimum,' at de disputatione nihil; nec quicquam illa huc facit. Quasi enim non elegantem et facundissimam disputationem scribere potuisset, et tamen jure accusari. Divinavit Jungerm. Ep. Gud. p. 365. cum Fulvio *animi dispositionem*: quod tamen nec ipsi satis placebat, et nec Apuleianum, nec Latinum est. Mihi, quid scripserit Auctor, plane non liquet. Hoc video *disputationem* verum esse non posse, sed sensui egregie auxiliari conjecturam Clar. Lennepii, *cujus Avitus disciplinæ rationem*: quam, propterea admisi donec Mss. certiorem præbeant. *J. Bosscha.* Vid.

NOTÆ

r *Ad pestes istas*] Æmilianum et Rufinum.

compilare bona ejus, tu magis dolere debes,[8] quam doluisset Pontianus, qui mihi ob paucorum dierum, vestro scilicet instinctu, ortas simultates, etiam absenti,[9] apud Avitum satisfecit? qui mihi apud tantum virum gratias egit? Puta, me acta [1] apud Avitum,[s] non literas ipsius legisse. Quid posses, vel quisquis,[2] in isto negotio accusare? Pontianus ipse, quod a matre donatum acceperat, meo muneri acceptum ferebat: Pontianus me vitricum sibi contigisse intimis affectionibus lætabatur. Quod utinam incolumis Carthagine revertisset! vel, quoniam sic ei fuerat fato decretum,[t] utinam tu, Rufine, supremum ejus judicium [3] non impedisses! quas mihi aut coram,[u] aut denique in testamento,[w] gratias egisset? Literas tamen, quas ad me Carthagine,[4] vel jam adveniens ex itinere præmisit, quas adhuc validus, quas jam æger, plenas honoris, plenas amoris,

irrupissem in domum Pudentillæ, et diriperem ejus opes, quam Pontianus tulisset, qui satisfecit mihi etiam absenti apud Avitum, propter odia brevis temporis nata inter nos, vestro nempe impulsu? qui mihi rependit grates apud tantum virum? Finge me recitasse ea, quæ gesta sunt coram Avito, non autem epistolam ejus. Quid tu, aut quilibet alius posses reprehendere in hac re? Ipse Pontianus dicebat se habere ex meo dono, quod acceperat datum a sua matre: Pontianus gaudebat affectibus intimis, quod me nactus esset vitricum, atque utinam rediisset Carthaginem salvus! aut quia hoc modo statutum erat de ipso a Fato, utinam tu non obstitisses ultimæ voluntati ejus, o Rufine! quas grates mihi rependisset, vel præsens, vel tandem in suo testamento! Attamen, Maxime, oro te, ut permittas tantisper legi epistolas repletas laudibus, repletas amicitiæ testimoniis, quas misit ad me Carthagine, aut ex via, cum jam veniret, quas scripsit ad me, dum adhuc recte valeret, quas scripsit

Not. Var.—8 Ms. Pith. *debuisset*, deleto mox *τῷ doluisset.* Id.—9 Ed. Junt. post. *absente.* Id.—1 Delet hanc vocem Ms. Pith. *Id.*—2 *Quid posses vel quas quis.* Non me hic extrico. Expedire has tricas videbar posse hac ratione: *quid posses, vel quos quires in isto negotio accusare?* Stewechius. Leg. forte *quisquis.* Colvius. Quod amplector cum Casaub. et seqq. quia nihil melius suppetit. Si qua fides Excerptis, extat revera in Florent. *J. Bosscha.*—3 Vet. edit. *summum ei jud.* Colvius. *Supremum* tenent Mss. Florent. et Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. Sic 'supremum judicium' quoque testamentum vocatur in lib. xx. § 3. ff. de fam. erc. *J. Bosscha.*—4 Venet. *Carthagi-*

NOTÆ

[s] *Acta apud Avitum*] A Pontiano errorem suum fatente, et veniam rogante.

[t] *Sic ei fuerat fato decretum*] Ut moreretur, redeundo Carthagine.

[u] *Aut coram*] Si rediisset incolumis.

[w] *Aut denique in testamento*] Si supremum ejus judicium Rufinus non impedisset.

quæso, Maxime, paulisper recitari sinas, ut sciat frater ejus, accusator meus, quam in omnibus Minervæ curriculum [x] cum fratre optimæ memoriæ viro currat.[5] (*Pontiani literæ.*) Audistine vocabula, quæ mihi Pontianus frater tuus tribuerat, me parentem suum, me dominum, me magistrum, cum sæpe alias, tum [553] in extremo tempore vitæ vocans? Possem tuas quoque pares [6] epistolas promere, si vel exiguam moram tanti putarem. Potius testamentum illud recens tui fratris, quanquam imperfectum, tamen proferri cuperem, in quo mei officiosissime et honestissime meminit. Quod tamen testamentum Rufinus neque comparere,[7] [y] neque perfici passus est,[8] pudore perditæ

dum jam ægrotaret; ut ejus frater criminator meus cognoscat, quam insistat diversam viam in omnibus rebus a fratre suo viro optimæ memoriæ. Pontiani literæ. *An audisti nomina, quæ tuus frater Pontianus mihi dederat, me appellans suum patrem, suum dominum, suum præceptorem, et aliis sæpe temporibus, et maxime in ultimo termino suæ vitæ? Possem etiam proferre literas tuas similes, si crederem vel brevem moram iis impendendam. Optarem potius ut exhiberetur illud postremum testamentum tui fratris, quamvis imperfectum, in quo facit honestissimam et officiosissimam mentionem mei. Quod testamentum nihilominus Rufinus non permisit in lucem proferri, neque absolvi, ob pudorem amissæ hæreditatis: quam*

nem. Colv. Addicente Ms. Pith. male. *J. Bos.*—5 Bas. 2. marg. *vir occurrat.* Colv. In lapide: LOCVS AD STATVAM PONENDAM OPTIMAE MEMORIAE VIRO, &c. Fuit qui legendum suspicaretur, *Cum frater optimæ memoriæ vir occurrat.* O mirum acumen! O solertiam, quæ ostreas posset vel in tegulis proseminare. *Pric.* Ed. Junt. post. cum marg. Bas. sec. *vir occurrat.* Ms. Pith. *vir oc currat.* J. Bosscha.—6 Ms. Pith. *postquam t. q. patris.* Dein id. Ms. *q. imperfectum cum proferri cupere.* Id.—7 *Comperari.* Scripserim cum Lipsio, *comparere.* Colvius. Lego, *compleri.* Casaubonus. Quid est *comperari?* an ut literarum comparationes dicimus in jure nostro, cum scriptura incerta cum alia comparatur, ut manus agnosci possit, et convinci? minime. Sed *comparari* est, formari et concipi, præpararique. Sic 'comparationem' dixit Tertullianus, annotante B. Rhenano, libr. adv. Valentinianos. *Scip. Gent.* Legebam primo vel intuitu *comparere.* Post ita et Colvium scripsisse vidi, Lipsio præeunte. Casaub. *compleri,* quod non placet: sequitur enim *perfici.* Scipio, *comparari,* h. e. concipi, formari. *Pric.* *Comparari* non est emendatio Scipionis Gent. sed lectio Edd. vett. Vic. utique, Junt. utr. Bas. Ald. *Comperari,* quod extat in una alteraque Ed. vetustissima, itemque Colv. Vulc. pr. Gent. Pric. et Ms. Pith. nihili est. Lipsii emendationem adoptavit primus

NOTÆ

[x] *Quam in omnibus Minervæ* [*diversum*] *curriculum, &c.*] Sic recte Casaubonus. Erat sensu aut nullo, aut certe inepto, atque huic loco minime apposito, *quam in omnibus Minervæ curriculum, &c.*

[y] *Comparere*] Sic Colvius et Priceus, ex *comperari,* quod prius erat. Gentilis *comparari.*

hæreditatis: quam paucorum mensium, quibus socer Pontiani fuit, magno quidem pretio noctium computarat. Præterea nescio quos Chaldæos consuluerat, quo lucro filiam collocaret. Qui, ut audio, utinam illud non vere respondissent,[9] primum ejus maritum in paucis mensibus moriturum. Cetera enim de hæreditate, ut assolent, ad consulentis votum confinxerunt.[z] Verum, ut Dii voluere, quasi cæca bestia, incassum hiavit.[a] Pontianus enim filiam Rufini, male compertam,[1] [b] non modo hæredem non reliquit,[2] sed ne honesto quidem legato impertivit: quippe qui ei ad ignominiam lintea ascribi [c] [554] ducentorum fere dena-

æstimaverat pretio ingenti quidem noctium aliquot mensium, per quos fuit socer Pontiani. Præterea percontatus erat nescio quos Mathematicos, ut filiam nuptui daret cum quæstu. Qui, quemadmodum accipio, responderunt primo virum ejus obiturum intra paucos menses (quod utinam non fuisset verum). Nam commenti sunt reliqua de hæreditate, juxta desiderium interrogantis, ut est consuetudo eorum. Sed Deorum voluntate, frustra aperuit os, veluti bellua cæca. Nam Pontianus, cum cognovisset filiam Rufini male se gerere, non solum non scripsit eam sibi hæredem, verum ne donavit quidem eam honesto legato: utpote qui præcepit ut ei assignarentur linteamina ducentorum circiter denariorum ad contumeliam: ut cog-

Scal. et dein reliqui. Sensus sane requirit *comparere*, quod amplector, quia e Mss. Florent. nihil enotatum est, unde colligere debeo, in iis revera esse *comparere*. J. Bosscha.—8 *Neque perfici passus etiam pud.* Qui me audiet, voce distracta, interpunget: *neque perf. passus est, tam pud. &c.* Stewech. *Passus est* recte editum in Edd. Junt. pr. Bas. sec. seqq. *J. Bosscha.*—9 Legend. *responderunt*, et priora παρενθέτως concipienda. *Pric.* Bene, si e Mss. esset petitum. Nunc acquiescendum in vulgato. *Ut audio*, scil. eos respondisse. Possit etiam e seqq. ejici *enim*, ut continuetur periodus inde a *Qui, ut audio*, usque ad *confinxerunt*. J. Bos.—1 Al. *mali com.* Vid. Not. Var.—2 Ms. Pith. *relinquit*.

NOTÆ

[z] *Confinxerunt*] Nimirum eam bonorum omnium mariti hæredem fore, idque eum testamento canturum: quo Rufini vota omnia tendebant.

[a] *Incassum hiavit*] Deglutiendæ sui generi hæreditati.

[b] *Male compertam*] Melius scribas *mali compertam*. Sic Tacit. Annal. libb. I. et IV. 'flagitii compertum' dixit, Justinus lib. XI. cap. 11. *stupri compertam*, Noster Metamorphos. X. 'noxæ compertum.'

[c] *Quippe qui ei ad ignominiam lintea ascribi, &c.*] Pricæus latere hic putat aliquid reconditius, Pontianum nempe lintea legasse suæ uxori, quam mali comperisset, ad pallium lineum sibi faciendum, quo genere amiculi impudicæ matronæ tegebantur: idque refert unius Isidori non magni momenti quidem auctoritate nixus, qui Originum lib. XIX. cap. 25. sic habet: 'Amiculum est meretricium pallium lineum: his apud Veteres matronæ in adulterio deprehensæ induebantur.' Ideoque ad ignominiam ait legata illa lintea. At quicquid de illa Veterum consuetu-

riorum jusserit, ut intelligeretur iratus potius extraneasse [3] [d] eam, quam oblitus præterisse.[e] Scripsit autem hæredes tam hoc testamento, quam priore, quod lectum est, matrem cum fratre: cui, ut [4] vides, admodum puero eandem illam filiæ suæ machinam [f] Rufinus [5] admovet, ac mulierem aliquam [6] multo natu majorem, nuperrime uxorem fratris,

nosceretur ipsum potius removisse eam ex indignatione, quam omisisse ex oblivione. In hoc vero testamento, et in præcedenti quod recitatum est, reliquit hæredes matrem suam et fratrem: cui valde juveni, quemadmodum cernis, Rufinus demum admolitur illam machinam suæ natæ, et exponit, atque obtrudit infortunato adolescenti fœminam ceteroqui longe grandiorem ætate, quæque modo erat conjux ejus

J. Bos.—3 Al. *externasse.*—4 Ms. Pith. *cujus.* J. Bos.—5 Corruptissime in prioribus Edd. *tandem illam filiæ suæ mach. Rufino admovet.* Casaubonus. *Tandem ill. f. s. machinam Rufinus admovet* V. C. Mox Fulv. *tacitus hominum suspiciones.* Et proxime: *plane quidem, si verum velis.* Sciopp. in Symb. Leg. *eandem ill. f. s. m. Rufinus admovet.* Pontiano, Pudentillæ filio, filiam suam Rufinus uxorem dederat, spe magna maximæ hæreditatis. Eo mortuo eandem filiam Sicinio Pudenti, hujus ipsius fratri, eadem spe et voto cogitabat jungere, idque omnibus viribus et machinamentis operam dabat. Filiam autem ipsam hic *machinam* Apuleius vocat, quia ejus meretriciis blandimentis animum pueri ut antea et Pontiani Rufinus expugnaret. Ad finem, utrum *obsternit*, an *substernit* legas, cicum non interduim. Ne nimium sibi placeant, qui integris locis vitiosis eorum particulam aliquantulam sanant. *Acidal.* Firmant emendatam lectionem Mss. Florent. et *Rufinus* etiam Pith. *J. Bos.*—6 *Alioqui.* Flor. *aliquam.* Elmenhorstius. Membranis Florent. addicit Ms. Pith. et, ut videtur, Fux. nam margini allevit Salm. Itaque dedi *aliquam* pro vulgato *alioqui*, jubente Oudend. ad Met. l. I. p. 74. b. ubi v. *J. Bosscha.*—

NOTÆ

dine sit, nibil ad hunc locum pertinere puto. Frustra tam remote quæritur ratio, cur legatum hoc ignominiosum sit: subjungit eam Apuleius. Non quod lintea legasset, ignominiæ futurum erat, sed quod tam vilis pretii legato uxoris meminisset, quo fiebat ut eam potius ex odio exhæredasse videretur (quod ignominiosum) quam ex oblivione præterisse.

[d] *Extraneasse*] Exhæredasse velut extraneam et nihil ad se pertinentem. Hæc lectio est Florent. codicis. Alii habent minus bene *externasse.*

[e] *Quam oblitus præterisse*] Atque eam ob causam si pater liberos, quos in potestate habebat, exhæredare vellet, non satis erat eorum nullam in testamento mentionem fecisse, sed in eo nominatim erant exhæredandi: ne viderentur oblivione præteriri, et testamentum inutile redderetur. Quin et filia, si qua esset, cum sufficeret eam inter ceteros exhæredasse, tamen legatum ei aliquod relinqui oportebat, ne per oblivionem præterita esse videretur, inquit Imperator in Tit. Instit. de exhæredatione liberorum, paragr. 1.

[f] *Illam filiæ suæ machinam*] Similem metaphoram legas apud Ciceronem, pro Cluentio. ‘Oppianicus sperare cœpit, hoc se Avilio tanquam aliqua machina admota capere Asinii adolescentiam, et fortunas ejus patrias expugnare posse.’

misero puero objicit et obsternit.7 At ille puellæ meretricis blandimentis, et lenonis patris 8 illectamentis captus et possessus, exinde ut frater ejus animam edidit, relicta matre, ad patruum commigravit, quo facilius remotis nobis 9 cœpta perficerentur. Favet enim Rufino Æmilianus,[g] et proventum cupit. Ehem! recte vos admonetis:[h] etiam suam spem bonus patruus [555] temperat in isto, ac fovet, qui sciat, intestati pueri legitimum magis, quam justum hæredem futurum.[i] Nollem hercule hoc[k] a me profectum.

fratris. Ille vero irretitus et correptus illecebris impudicis filiæ, et obscœnis adulationibus patris, statim ex quo ejus frater mortuus est, deseruit matrem suam, et transiit ad suum patruum, ut facilius incepta absolverentur procul a nobis. Quia nempe Æmilianus amat Rufinum, et optat ipsi profectum? Ehem! vos bene monetis: probus ille patruus moderatur, atque alit suam spem in illo: quippe qui noverit se fore hæredem necessarium potius, quam justum, juvenis, si moriatur nullo facto testamento. Sane nollem hoc prodiisse a me. Non fuit conveniens meæ modera-

7 Vid. Not. Var.—8 *Puellæ meretriciis . . . lenoniis patris.* Flor. *lenonis.* Elmenhorstius. Ita, non *lenonis.* Pentadius vet. poëta: 'Se Narcissus amat captum lenonibus undis.' *Pric.* Casaubono, legenti *meretriciis . . . lenoniis,* item Salmas. et alii V. D. in marg. Junt. post. obsecuti sunt Pric. Scriv. Flor. Cur autem Scal. in Vulc. sec. tert. Wow. et Elm. dederint *meretricis . . . lenoniis,* causæ nihil video. Equidem præfero Editionum vett. et Mss. lectionem *meretricis . . . lenonis.* Id. V. D. in marg. Junt. post. insuper emendandum putabat *puellus,* me non assentiente. *J. Bos.*—9 Ms. Pith. *rem omni-*

NOTÆ

[g] *Favet enim Rufino Æmilianus, &c.*] An quia Æmilianus favet Rufino, et ipsi bene evenire cupit, ideo fratris filium Pudentem liberius patitur Rufini domum frequentare, atque ejus filiæ blanditiis sese dare, ut ipsius amore captus eam uxorem ducat, suaque bona in Rufini transferat familiam?

[h] *Ehem! recte vos admonetis*] Alloquitur auditores, quorum aliqui fortasse suggesserant Æmilianum ea in re non tam consulere Rufini commodis, quam suis, cum Pudentis animo in omnibus obsequens, falsa eum lenitate devincit, impeditque ne de testamento scribendo cogitet, sed sua bona, quæ in alios transferre testamento posset, Æmiliano ipsi, qui proximus sibi hæres est, relinquat, si intestatus mortem obeat.

[i] *Qui sciat, intestati pueri legitimum magis, quam justum hæredem futurum*] Hæres legitimus est, qui intestati hæres est proximitatis solum jure, ex lege XII. tabul. Justus vero, cui ex testamento et voluntate defuncti hæreditas obvenit. Hoc probare videntur hæc Quintiliani Declamat. 308. 'Proximum a testamentis locum habent propinqui, at ita, si intestatus quis, ac sine liberis decesserit; non quoniam utique justum sit ad hos pervenire bona defunctorum, sed quoniam relicta, et velut in medio posita, nulli propius videntur contingere.' Attamen legitima hæreditas an non justa est? Immo, ut patet ex

Non fuit meæ moderationis, tacitas omnium [1] suspiciones palam abrumpere:[l] male vos, qui suggessistis. Plane quidem, si verum velis,[2] multi mirantur, Æmiliane, tam repentinam circa puerum istum pietatem tuam,[3] postquam frater ejus Pontianus est mortuus: cum antea tam ignotus illi fueris, ut sæpe ne in occursu quidem filium fratris [4] tui de facie agnosceres. At nunc adeo patientem [5] te ei præbes, itaque eum indulgentia corrumpis, adeo ei nulla re adversaris, ut per hæc suspicionibus [6] fidem facias. Investem a nobis accepisti,[m] vesticipem illico reddidisti.[n] Cum

tioni patefacere evidenter secretas suspiciones cunctorum: vos male fecistis, qui hoc insusurrastis mihi. Certe quidem si vis audire verum, o Æmiliane, plurimi admirantur tuam adeo subitam charitatem erga hunc adolescentem, post obitum Pontiani fratris ejus: cum prius fueris illi adeo incognitus, ut sæpe ne cognosceres quidem ex vultu filium tui fratris, cum tibi fieret obvius. Sed nunc exhibes te illi tam tolerantem, adeoque depravas eum tua facilitate, sic nulla in re ei obsistis, ut confirmes suspiciones hoc pacto. Accepisti eum impuberem a nobis, reddidisti sta-

bus nobis. Id.—1 Al. *hominum.*—2 *Si puerum velis.* Potius, *si puero.* Colvius. *Si verum velis.* Legebatur, *si puerum velis.* Sustulimus exuberantem literam; certiore, opinor, conjectura, quam alii quibus visum, *si puero velis.* A nobis stat sententia quæ illam emendationem respuit: et similes loci, qui nostram confirmant: supra, 'Immo enim si audire verum velis Æmiliane, tu potuis caducus:' item, 'Immo si verum velis, uxor ad prolem multo auspicatius in villa, quam in oppido dicitur.' *Casaub.* Verissime emendavit Casaub. succinentibus Mss. Florent. *Puero* conjectura est Lipsii in marg. Bas. pr. *J. Bosscha.*—3 Ms. Pith. *circum p. i. tuam piet.* Id.—4 *Sæpe ne occ. q. fil. fr.* Flor. *sæpe ne in occ. q. f. f. tui.* bene. *Elmenhorstius.* Abest nimirum *in* Ed. Junt. post. *tui* Bas. pr. Cas. Gent. Pric. utraque vocula Bas. sec. Vulc. tert. Colv. Wow. Sed recte utramque agnoscunt reliquæ Edd. et Mss. Pro *occursu* Pith. *occursum.* J. Bosscha.—5 Est qui legat, *parentem.* Colvius. Quis ille sit, nescio. Certe nemo eum audiet. Pro *nunc* Bas. pr. *tunc.* Pro *eum indulg.* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *cum indulg.* J. Bosscha.—6 Ed. Junt. post. *suspicacioribus*, præclare, si vel unus Ms. addiceret. Supra tamen 'ta-

NOTÆ

lege 3. ff. pro socio, paragr. 2. ad quam Cujacius locum hunc Apuleii aliter explicat. 'Separavit tamen' (inquit) 'justum hæredem a legitimo Apuleius secunda Apologia, et argute: dum scilicet eo sensu accipit justum, quo dignum, atque merentem, quo sensu recte dicam multos esse legitimos hæredes defunctorum ab intestato, sed quia immerentes sunt, non esse justos.' Unde minus placet prior distinctio legitimi hæredis a justo.

[k] *Hoc*] Quod ab auditoribus suggestum est.

[l] *Palam abrumpere*] Rumpere, hoc est, proferre cum impetu.

[m] *Investem a nobis accepisti*] Festus: 'Investis, qui necdum pubertate vestitus est.' 'Vesticeps' contra, qui jam 'vestem,' hoc est, 'pubertatem' cepit.

[n] *Vesticipem illico reddidisti*] Quo (malum) id pacto? proculdubio usu

a nobis regeretur, ad magistros itabat: ab iis [7] nunc [556] magna fugela [8] [o] in ganeum fugit: amicos serios aspernatur; cum adolescentulis postremissimis [p] inter scorta et pocula puer hoc ævi convivium agitat.[9] Ipse domi tuæ rector, ipse familiæ dominus, ipse magister convivio.[1] [q] In ludo quoque gladiatorio frequens visitur,[2] [r] nomina gladiatorum et pugnas et vulnera, plane quidem ut puer,

tim puberem. Quamdiu nos moderabamur illi, frequentabat magistros: sed fugit nunc ingenti fuga ab illis in cauponam; contemnit amicos graves; ipse adolescens tantulæ ætatis versatur in comessatione cum vilissimis juvenibus, inter meretrices et calices. Ipse est moderator tuæ domus, ipse est dominus tuæ familiæ, ipse est rex convivii: videtur etiam sæpe in ludo gladiatorio, discit ab ipso lanista, prorsus tanquam nobilis adolescens, nomina gladiatorum, et certamina, et plagas.

citas omnium suspiciones' memoravit. *Id.*—7 *Ad magistros ibat: at ab iis.* Sic vulgo editum. Sed Salm. allevit *ad mag. itabat: ab iis, &c.* credo, e Ms. Fux. nam certe *itabat* est in Pith. Cod. in quo tamen *at* repetitum. *Itare*, verbum Plautinum, quod nec Cicero est aspernatus, restituendum putavi, deleto *at.* Id.—8 Non est in Ms. Pith. *Id.*—9 *In convivio agitat.* Dele *in convivio.* Superflua enim esse sequentia ostendunt. *Wower.* Flor. Rom. et Aldus *convivium agitat.* Elmenhorstius. Ejecerunt *in convivio* Scal. et Wow. quæ adsunt tamen in Edd. vett. Sed in Mss. Florent. et Pith. cum Ed. Rom. est *convivium*, uti edidere Elm. Scriv. Flor. quod unice verum. 'Agitare convivium' dixerunt Plaut. Mil. Gl. II. 2. 10. Sil. It. XV. vs. 273. Ovid. Met. VII. vs. 431. ubi vid. Burm. et 'agitare dies festos' Virg. Georg. II. vs. 527. Vulc. pro *in convivio* conjecit *inconcinne*, putans tamen esse glossema τῶν *inter pocula*. J. Bosscha.—1 Al. *m. in convivio.*—2 Edd. vett. Mss.

NOTÆ

τῶν ἀφροδισίων, quem ipsi permittebat: eo certe accelerari pubertatem tradunt Physici.

[o] *Magna fugela*] Fuga: nomen est ejusdem formæ, cujus tutela, cautela, &c.

[p] *Cum adolescentulis postremissimis*] Gracchus apud Gellium lib. XV. cap. 12. 'omnium nationum postremissimos.' Noster in De Deo Socratis: 'nullum animal in terris homine postremius.'

[q] *Ipse magister* [*in*] *convivio*] Varro de lingua Latina lib. IV. 'in publico convivio etiam nunc antiquitatis retinendæ causa, cum Magistri fiunt, potio circumfertur.' 'Rex' etiam dicebatur convivii, aut mensæ, item 'pater cœnæ,' et 'bibendi arbiter,' atque ejus imperium 'Regnum vini.' Horatius. Carminum lib. I. Ode 4. 'Nec regna vini sortiere talis.'

[r] *In ludo quoque gladiatorio frequens visitur*] Indecorum, nobilibusque pueris indignum apud Antiquos habitum est, non solum histrioniæ et saltatoriæ arti operam dare (ut patet ex his Scip. Africani Æmiliani verbis a Macrob. relatis lib. II. Saturn. cap. 10. 'Docentur præstigias inhonestas, cum cinædulis et sambuca psalterioque eunt in ludum histrionum. Discunt cantare, quæ majores nostri probro ducier voluerunt,' &c.), sed etiam gladiatoriæ arti, utpote quæ latronum et facinorosorum propria

honeste,[3] ab ipso lanista docetur.[s] Loquitur nunquam, nisi Punice, et si quid adhuc a matre[4] Græcissat.[t] Latine enim neque vult,[5] neque potest.[u] Audisti, Maxime, paulo ante, proh nefas! privignum meum, fratrem Pontiani, diserti juvenis, vix singulas syllabas [557] fringultientem,[w] cum ab eo quæreres, donassetne illis mater, quæ ego dicebam me annitente donata.[6] Testor igitur

Nunquam loquitur nisi Punice, ac si aliquid meminit Græci sermonis, quod didicit a matre. Nam nec vult loqui Latine, nec potest. O Maxime, audivisti paulo prius, meum privignum, fratrem Pontiani, facundi juvenis, proh facinus! ægre balbutientem singulas syllabas, cum interrogaretur, num mater ejus donavisset illis ea, quæ ego aiebam ipsis donata fuisse meo impulsu. Appello ego te testem, Claudi

Florent. Pith. *visitor*. J. Bosscha.—3 Num rectius, *moleste?* Certe majori cum molestia pueri, quam illi qui majores ætate, docentur. *Colvius.* Neque Colvium audiendum puto, neque Casaubonum, quo præeunte, seqq. O. dederunt *honestus*. Nam repugnant Mss. et Edd. vett. neque est necessarium. *J. Bosscha.*—4 Ms. Pith. *adhuc matre adhuc*. Id.—5 Nulla causa est, cur rescribamus cum Vulc. Ed. pr. Casaub. et Gent. *Latina*, aut addamus *loqui*, quod e glossa irrepsit in Ed. Junt. post. ubi editum *Enim Latine*, si Mss. addicerent, bene. *Id.*—6 *Me adjuvante donata.* Non æque bene posterior Bas. Ed. *me adnitente donata.* Infra: 'Qui ibi contumelias dixit, et, adjuvante patruo, fecit.' *Colvius.* *Adnitente* e Mss. Florent. dedit Elm. cum seqq. sed jam ante eum expressum hoc erat in optima Junt. post. et hinc in marg. Bas. sec. *Adjuvante* videtur potius glossa τοῦ *adnitente*, quam contra. Pro *donata*

NOTÆ

esset: unde tot apud Juvenalem et alios increpationes juvenum, qui insana libidine ducti gladiatoribus se dabant discipulos, gaudebantque gladiatorio ornatu in circo pugnare.

[s] *Ut puer, honeste,* [*honestus*] *ab ipso lanista docetur*] Huc spectant 'lanistarum dictata' apud Sueton. et ille Juvenalis versus Sat. XI. 'Scripturus leges, et regia verba lanistæ.' Quod autem ait, 'ut puer honestus ab ipso lanista docetur:' εἰρωνικῶς dictum est: quasi, ut in tonstrina nobiliores tantum 'a tonsore magistro' pectebantur, quemadmodum loquitur Juvenalis Sat. VI. ceteri ab ejus tyronibus, ita et nobiliores tantum pueri a magistro gladiatore docerentur.

[t] *Et si quid adhuc a matre Græcissat*] Hinc patet Pudentillam e Græcia oriundam fuisse, sed nupsisse in Africa.

[u] *Latine enim neque vult, neque potest*] Quod summo dedecori civi Romano, maxime honestiori, in provinciis erat: præsertim cum Rhetoricam, et literas Latinas publici Professores docerent.

[w] *Fringultientem*] Quasi interpositis singultibus balbutientem. Vox est huic Auctori peculiaris: ea etiam utitur alibi. Florid. III. 'Merulæ in remotis tesquis fringultiunt.' Videtur verbum hoc fictum a 'fringilla' seu 'frigilla' ave, de qua Avienus: 'Si matutino fringilla resultat ab ore:' ita ut 'fringultire' sit volucris illius cantum imitari.

te, Claudi Maxime, vosque, qui in consilio estis, vosque etiam, qui tribunal mecum assistitis, hæc damna et dedecora morum ejus patruo huic, et candidato illi [7] socero [x] assignanda: meque posthac boni consulturum,[8] quod talis privignus [9] curæ meæ jugum cervice excusserit; neque postea pro eo matri ejus supplicaturum. Nam, quod pænissime oblitus sum, nuperrime cum testamentum Pudentilla, post mortem Pontiani filii sui, in mala valetudine scripserit,[1] diu sum adversus illam renisus, ne hunc ob tot insignes contumelias, ob tot injurias exhæredaret. Elogium gravissimum,[y] jam totum medius fidius [2] perscriptum, ut aboleret, impensis precibus oravi. Postremo, ni impetrarem, diversurum [3] me ab ea comminatus sum: mihi hanc veniam tribueret: malum filium beneficio vinceret: [4] me

Maxime, et vos, qui sedetis in consilio, vos quoque, qui astatis mecum ante tribunal, has depravationes et probra ejus vitæ attribuenda esse huic patruo, et illi socero futuro: et me parum curaturum deinceps quod privignus hujusmodi decusserit ex collo suo jugum meæ tutelæ, nec me deprecaturum ejus matrem pro ipso deinceps. Etenim, quod fere prætermisi, his novissimis diebus cum Pudentilla fecerit testamentum per adversam valetudinem, post obitum filii sui Pontiani, diu reluctatus sum contra eam, ne hunc privaret hæreditate propter tot graves contumelias, propter tot injurias ab eo acceptas. Rogavi eam summis precibus, ut deleret acerbissimam de ipso testificationem, quæ profecto jam tota scripta erat. Denique minatus sum me divortium facturum ab ea, nisi id obtinerem: rogavi, ut concederet mihi hanc veniam: superaret pravum filium benefacto;

Ms. Pith. *donate*. J. Bos.—7 Ms. Pith. *illo*, ἀρχαϊκῶς. *Id.*—8 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *nil boni cons.* addicente Ms. Pith. Videtur illud *nil* originem habere a nota glossatoris, qui 'boni consulere' explicuerat, 'nil curare,' 'pro nihilo habere.' *Id.*—9 Flor. *privigni*. Elmenhorstius.—1 *Pudentilla ... scripserit*. Ms. Pith. *Pudentille*, et cum Ed. Vic. *scripsit*. J. Bosscha.—2 *Jam tum med. fid.* Flor. *jam totum*. Elmenhorstius. Bene: nam perperam Scal. et inde Elm. ac Scriv. dederunt *jam tum*. J. Bosscha.—3 Flor. *divisurum*. Elmenhorstius. Vulc. ascripsit *divorsurum*. J. Bosscha.—4 Liber vetus, *vinciret*. Nihil muto. Sallustius: 'Jugurtham beneficiis vincere aggressus.'

NOTÆ

[x] *Et candidato illi socero*] Rufino, qui, filiam suam Pudenti obtrudendo, socer ejus fieri ambiebat.

[y] *Elogium gravissimum*] Quo rationem reddebat exhæredationis. 'Elogium' enim testimonium est, sive bonum, sive malum. Utriusque exempla libet afferre: boni: apud Senecam: 'decessit negotiator: testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam uxorem hæredem, et adjecit elogium: quia pudicam comperi:' mali: Quintilianus: 'exhæredati filii elogium: quod meretricem amarit.'

invidia omni liberaret.[z] Nec prius destiti, quam ita fecit. Doleo, me huncce scrupulum [5] [a] Æmiliano [558] demsisse: tam inopinatam semitam [6] indicasse. Specta quæso, Maxime, ut hisce auditis, subito obstupuerit, ut oculos ad terras [7] demiserit: enim longe [8] sequius [9] ratus fuerat, nec immerito. Mulierem filii contumeliis infestam,[1] meis officiis devinctam sciebat. De me quoque fuit, quod timeret. Quivis vel æque, ut ego, spernens hæreditatis, tamen vindicari de tam inofficioso privigno non recusasset.[2] Hæc

exsolveret me ab omni odio. Neque cessavi, donec sic fecit. Doleo, quod liberaverim Æmilianum hac solicitudine, et monstraverim ei tramitem tam insperatum. Aspice, oro te, Maxime, quomodo attonitus fuerit repente, postquam audivit hæc, quomodo defixerit oculos humi. Nam crediderat multo aliter rem se habere, atque id jure: noverat Pudentillam iratam esse, ob injurias sui filii, obstrictam autem meis obsequiis. Habuit quoque, cur metueret sibi a me. Nam quis sprevisset ulcisci privignum adeo adversum, etiamsi tam fuisset contemtor hæreditatis, quam

Wower.—5 Ms. Pith. *meo huncse scr.* Ed. Junt. post. *me hunc sce scr.* Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *me hunc sic scr.* J. Bosscha.—6 Agnoscunt hanc lectionem Edd. vett. tantum non omnes, et Mss. Florent. quare eam nondum muto: ceterum de ejus veritate jam dubitarunt Lips. et V. D. in marg. Junt. post. quorum ille, nescio quomodo, hic, *inop. sententiam* vel *rem* legi volebat. Ed. Junt. post. cum Ms. Pith. consentit in *inopinatam semet*, unde equidem legendum puto: *inopinatam rem ei.* Id.—7 Mutare contra Mss. non debuerant Scriv. et Flor. in *ad terram.* Sæpius *terræ* plur. num. apud Nostrum, de toto elemento. cf. ad l. de Mundo p. 298. a. et add. ib. p. 322. de Deo Socr. p. 127. 143. et alibi. *Id.*—8 Ita Rom. Edit. *Enim* initio sententiæ, ut apud Terentium, et alios veteres non raro. *Casaub.* Sic Mss. et Edd. vett. Ordinem perperam mutarunt Colv. et seqq. ut sæpe. v. Ind. *J. Bosscha.*—9 Sic Ms. Pith. Ed. Junt. post. cum Scriv. Vide ad Met. l. IX. p. 619. b. *Id.*—1 *Contumeliis infectam.* Scrib. *infestam*, ut ex antithesi colligitur *devinctam.* Casaub. Ego eleganter dici puto *infectam*, pro affectam. Sic inspersam et aspersam, similiaque multa dicimus. Potest et *infectam* Lucius dixisse, quasi infectam odio atque imbutam. *Scip. Gent. in Append.* Scipio *infectam* exponit, 'odio imbutam,' aut potius positum putat pro *affectam*; ut *inspersum* pro *aspersum*, et alia ejusmodi. Multo concinnius Casaub. *infestam.* Ego *offensam* scribebam, quia opponit *devinctam.* Infra intervallo brevi hac eadem Antithesi: 'Filium potius cui offensa erat, quam me cui devincta.' Si hoc placuerit minus, lege *infestam* sensu passivo. V. Gellium 12. 9. *Pric. Infici contumeliis* mihi non omnino displicet, ut 'omni contumelia inquinare' Phædr. I. 2. 24. licet ibi dictum magis sit, pro, 'contumeliose inquinare.' Interim sequor Scaligerum et seqq. qui emendationem Lipsii, Casaub. et Salmasii adoptarunt. Ms. Pith. *devictam*, precibus nempe. Sed bene sibi opponuntur *infestam* et *devinctam.* J. Bosscha.—2 *Quis enim . . . privigno recusasset.*

NOTÆ

z *Me invidia omni liberaret*] Qua flagrare potuisset Apuleius apud populares suos, quasi inofficiosi illius testamenti, et exhæredationis privigni suasor, atque auctor.

a *Huncce scrupulum*] Opinionem, quam de exhæredatione Pudentis præconceperat.

præcipue solicitudo eos ad accusationem mei stimulavit. Hæreditatem omnem mihi relictam falso ex sua avaritia [b] conjectavere. Solvo vos [3] in præteritum isto metu. Namque [4] animum meum neque hæreditatis, neque ultionis occasio potuit loco dimovere. Pugnavi cum irata matre, pro privigno malo, vitricus, veluti pater pro optimo filio adversus novercam: nec satis fuit, ni bonæ uxoris prolixam liberalitatem circa me nimio plus æquo [5] coërcerem. Cedo tu testamentum, jam inimico filio a matre factum: me, quem isti prædonem dicunt,[6] verba singula cum precibus præeunte.[7] Rumpi tabulas istas jube, Maxime, invenies filium hæredem: mihi vero tenue nescio quid honoris gra-

ego sum? Hæc anxietas præsertim instigavit illos ad me insimulandum. Falso conjecerunt, juxta suam avaritiam, totam hæreditatem mihi permissam esse. Libero vos illo timore pro tempore præterito. Nam opportunitas, et hæreditatis, et vindictæ, non potuit depellere meam mentem ex sua sede. Ego, licet vitricus, contendi pro malo privigno, adversus matrem ei infensam, quasi pater pro optimo filio contra novercam: nec contentus fui, nisi cohiberem longe magis, quam par erat, effusam in me largitatem optimæ conjugis. Da tu testamentum scriptum a matre, cum filius jam esset ei invisus: me, quem hi vocant latronem, præmittente singula verba adjectis precibus. Impera, Maxime, ut dissolvantur hæ tabulæ. Reperies filium scriptum esse hæredem: at nescio quid exiguum mihi relictum

Marg. Bas. 2. *Quivis enim ... priv. non recusasset.* Colvius. Flor. *pr. non recusasset.* Elmenhorstius. *Quis enim, &c. . . . vindicari de tam inoff. priv. recusasset.* Sic vulgatum ante me, præterquam in Ed. Junt. post. cujus lectionem revocavi. *Quivis* (in Junt. post. est *quis vis*) est quoque in Ms. Pith. qui præbet etiam τὸ *non*, in quo assentientes habet Mss. Florent. *Non* absorptum fuerat ultima syllaba τοῦ *privigno*; jam autem *quivis* stare non poterat, quod mutatum propterea in *quis enim*. J. Bosscha.—3 *Solvo vos.* Scripserim *solvi vos.* Pricæus. Non ego. *Solvo*, ipso hoc tempore, profitendo, Pudentillam meis precibus exoratam, filium suum hæredem scripsisse. *In præteritum*, i. e. quod ad tempus præteritum attinet, nam infra testatur Ap. se 'deinceps incuriosius habiturum, quid Pudentilla testamento suo scribat.' *J. Bosscha.*—4 Ms. Pith. *nam.* Pro *dimov.* Ed. Vic. *dem.* Id.—5 Suspicatus sum aliquando τὰ *plus æquo* esse notam glossatoris, qui explicare voluisset *nimio*: sed qui tum male explicuisset. Nam si *plus æquo* non sunt ab Auctore profecta, *nimio* ille adhibuit pro *quam maxime*, ut sæpe 'nimis,' 'nimius,' 'nimio' et 'nimium' apud Apul. et ejus ætatis auctores. Putabat id quoque Scriv. qui uncis inclusit *plus æquo.* Nunc vero omnino placet mihi vulgata lectio. Non æquum sane fuit, marito non nisi tenue legatum tribui, atque adeo *nimio plus æquo* Apuleius uxoris suæ liberalitatem circa se coërcuit. *Id.*—6 Perperam Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *dicerent.* Id.—

NOTÆ

[b] *Ex sua avaritia*] Qua, si in Apuleii loco fuissent, hæreditatem illam Pudentillæ avidissime ad se traxissent, sibi relictam maxime gavisi essent.

tia legatum; ne, si quid ei humanitus attigisset,[8] nomen maritus in uxoris tabulis non haberem.[c] Cape istud matris tuæ testamentum,[9] vere [559] hoc quidem inofficiosum.[d] Quidni? in quo obsequentissimum maritum[e] exhæredavit, inimicissimum filium scripsit hæredem: immo enimvero non filium, sed Æmiliani spes, et Rufini nuptias: sed temulentum illud collegium,[f] parasitos tuos. Accipe, inquam, filiorum optime, et positis paulisper epistolis amatoriis matris, lege potius[1] testamentum si quid quasi insana scripsit,[g] hic reperies, et quidem mox a principio: 'Sicinius Pudens filius meus mihi hæres esto.' Fateor, qui hoc legerit, insanam putabit.[2] Hiccine filius hæres,

esse ad honorem; ne, si contigisset illam mori, ego ejus conjux prætermitterer in testamento uxoris. Sume hoc testamentum tuæ parentis, illud quidem revera inofficiosum. Quod quare non esset? siquidem in eo privavit hæreditate conjugem maxime morigerum, instituit vero hæredem filium infensissimum, aut potius non filium, sed spes Æmiliani, et matrimonium Rufini; sed ebriosum illud sodalitium, asseclas tuæ mensæ. Cape, inquam, probissime filiorum omnium, ac depositis tantisper literis amatoriis tuæ matris, lege potius ejus testamentum. Si scripsit aliquid veluti demens, invenies illud in eo, et certe statim ab initio: Filius meus Sicinius Pudens sit meus hæres. *Ego quidem confiteor: quisquis legerit hoc, existimabit eam esse dementem. An hic filius (inquiet) est tuus hæres, qui, ac-*

7 Ms. Pith. *præeuntem.* Id.—8 Alterutrum puto scripsisse Apuleium, *accidisset* vel *contigisset.* Casaubonus. Vid. Not. Var.—9 Vulg. lib. *cape ista ut m. t.* Casaubonus. Casauboni emendationem expresserunt seqq. Mss. Pith. Fulv. et Edd. vett. *cape ista ut m. t. t.* Pro *vere* Ms. Pith. *verum.* J. Bos.——1 Ms. Pith. *potius legis.* Pro *insana* Ed. Vulc. sec. *insania.* Id.—2 Male in vulgatis *insanum.* Simili errore paulo post in iisdem, *relictum* pro *relictam.* Ipsam Pudentillam compellat. *Casaub.* Lege, *insanam,* et deinceps *cohære-*

NOTÆ

[c] *Nomen maritus in uxoris tabulis non haberem*] Magno dedecori habitum amicorum supremis judiciis præteriri: quod et probro vertit Antonio Cicero, 'ut nec nomen ejus in tabulis ullius reperiri posset.'

[d] *Vere hoc quidem inofficiosum*] Argute magis, quam vere: alia enim inofficiosi testamenti acceptio apud Jurisconsultos est, nempe, quod non ex officio pietatis factum sit.

[e] *Obsequentissimum maritum*] Inscriptio vetus Casaubono notata:

ANTONIA. TORTONIA. MARITO
OBSEQVENTISSIMO
B. M. F.

Et alia Pricæo:

ALBANA. SABINA. MARITO
OBSEQVENTISSIMO.

[f] *Sed temulentum illud collegium*] Horat. Sermonum lib. I. 'Ambubaiarum collegia,' &c.

[g] *Si quid quasi insana scripsit*] Respicit ad literas Pudentillæ supra allatas, quibus eam suam insaniam, et Magicas Apuleii artes professam esse accusatores illi calumniati erant.

qui te[h] in ipso fratris sui funere, advocata perditissimorum juvenum manu, voluit excludere e domo, quam ipsa donaveras?[3] qui te sibi a fratre cohæredem relictam[4] graviter et acerbe tulit? qui confestim te cum tuo luctu et mœrore deseruit, et ad Rufinum et Æmilianum de sinu tuo aufugit? qui tibi plurimas[5] postea contumelias dixit coram, et adjuvante patruo fecit?[i] qui nomen tuum pro tribunalibus ventilavit?[6] [560] qui pudorem tuum tuismet literis conatus est publice dedecorare? qui maritum tuum, quem ele-

cita caterva corruptissimorum adolescentum, voluit per ipsam pompam funebrem sui fratris te eliminare ex ædibus, quas tu ipsa ei dederas? qui ægre et moleste passus est, quod tu instituta esses ipsi cohæres a fratre ejus? qui statim reliquit te cum tuo fletu et dolore, et avolavit ex tuo gremio ad Rufinum et Æmilianum? qui deinde tibi ipsi dixit permulta convicia, et fecit multas injurias auxilio patrui? qui jactavit nomen tuum ante tribunalia? qui nisus est palam labefactare famam tuæ pudicitiæ tuis propriis epistolis? qui reum egit criminis capitalis conjugem tuum,

dem relictam. De Pudentilla enim matre capies. *Acidal.* Cum Edd. ante Casaubon. et Vulcan. facit Ms. Pith. Sed *insanam* præbere videntur Florentini. *J. Bosscha.*—3 Ms. Pith. *donaverat.* Non intellexerunt librarii, ad ipsam Pudentillam quasi se vertere oratorem, licet ipsa in judicio non adesset. Hinc quædam hic corrupta sunt. *Id.*—4 Mss. Florent. Pith. Edd. vett. *relictum.* Id.—5 *Qui ibi plurimas.* Germana scriptura, *qui tibi,* ac non multo inferius: *hasce tabulas Maxime, hic ibidem pro pedib. tuis abjicio.* in aliis est, *adjicio:* proinde antehac non animadversum, quæstorem publicum diversimode eadem hac pagina nuncupari Corvinum Celerem, et Corvinum Clementem. Quod monere debuerant, qui paulo post in maleficio, pro *carminibus,* substitui volebant *cantaminibus.* immemores forte istius Virgiliani quarto Æneid. 'Hæc se carminibus promittunt solvere mentes.' Item aliorum ejusd. poëtæ Ecloga VIII. et alibi. *Stewech.* Certum scribi debere, *Qui tibi.* Colvius. *Qui ibi* dant Edd. vett. Colv. Vulc. Elm. Scriv. et favent ei lectioni Mss. Florent. Pith. In reliquis *qui tibi:* quod magis placet. 'Qui te voluit excludere;' 'qui te acerbe tulit;' 'qui te deseruit;' 'qui tibi contumelias dixit;' 'qui nomen tuum pro trib. vent.' 'qui pudorem tuum conatus est dedecorare;' qui maritum tuum capitis accusavit.' *J. Bosscha.*—6 V. D. in marg. Junt. post. *pro tribunali subvent.* vel *pro tribunali bis ventil.* Acquies-

NOTÆ

[h] *Qui te*] Per apostrophem Pudentillam alloquitur, absentem tamen, neque enim judiciis mulieres intererant.

[i] *Qui tibi plurimas postea contumelias dixit coram, et adjuvante patruo fecit*] Contumelia accipitur et pro dicto, et pro facto injurioso. Et 'contumeliam facere' non apud hunc tantum auctorem, sed et apud laudatissimos scriptores reperitur, Plautum, Terentium, Senecam, Quintilianum, &c. Ergo nimis superbum Ciceronis fastidium, qui hanc in Antonio locutionem reprehendit ac vellicat, Philippic. 3. 'porro' (inquit) 'quid est contumeliam facere? quis sic loquitur?'

geras,[7] quem, ut ipse objiciebat, efflictim amabas, capitis accusavit? Aperi, quæso, bone puer, aperi testamentum: facilius insaniam matris sic probabis.[k] Quid abnuis? quid recusas? postquam solicitudinem de hæreditate materna repulisti? At ego hasce tabulas, Maxime, hic ibidem pro pedibus tuis adjicio:[8] testorque, me deinceps incuriosius habiturum, quid[9] Pudentilla testamento suo scribat. Ipse jam, ut libet, matrem suam de cetero exòret: mihi, ut ultra pro eo deprecer,[1] locum non reliquit. Ipse jam, ut sui potens ac vir, acerbissimas literas matri dictet,[l] iram ejus

quem exoptaveras, quem perdite diligebas, quemadmodum ipse tibi exprobrabat? Reclude, oro te, egregie adolescens, reclude testamentum, hoc modo facilius monstrabis dementiam tuæ matris. Quare renuis? Quare non vis, postquam amota est tibi anxietas de hæreditate matris? Ego vero, Maxime, projicio has tabulas hoc ipso in loco ante tuos pedes, et profiteor me minus curaturum in posterum, quid Pudentilla statuat suo testamento. Ipse jam deinceps reget matrem suam ut voluerit. Nullum reliquit locum supplicandi amplius pro ipso. Ipse utpote jam sui juris, et qui dictet epistolas durissimas suæ matri, demulceat iram ejus: ille, qui

cendum in vulgato. *Id.*—7 *Quem elegeras.* Omissa hæc in Vulc. tert. Ms. Pith. *accusabat.* Id.—8 Al. *abjicio.*—9 Ms. Pith. *qui*, non male, pro, *quomodo.* J. Bosscha.—1 Abest *pro* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *Id.*—

NOTÆ

[k] *Facilius insaniam matris sic probabis*] Cum videlicet te, post tot illatas matri injurias, hæredem ab ea scriptum legis.

[l] *Ipse jam, ut sui potens, ac vir, acerbissimas literas matri dictet*] Casaub. legit, *ut sui potens, ac qui acerbissimas literas, &c.* quam lectionem retinui, et expressi in Interpretatione. At ne sic quidem satis placet; quas enim literas Pudentem matri dictasse legimus? nisi forte dicamus eum, cum pessimis suis in Apuleium Magiæ criminationibus compulerit matrem ad scribendam illam epistolam, cujus supra nonnulla relata vidimus, dictasse illam dici: sed parum placet hæc explicatio, neque illa Pudentillæ epistola acerbi quicquam in filios habuisse legitur, neque Pudens ipse causa ejus extitit, sed præsertim Pontianus. Aliquid corruptum suspicor in voce *dictet.* Quid si legatur *deleat*, restituaturque prior lectio? ut sit: *ipse jam ut sui potens, ac vir, acerbissimas literas matris deleat:* hoc est, gravissima elogia, si qua forte mater, ob inhonestam ejus vitam, testamento inserere adversus eum deinceps voluerit, ipse, ut jam sui potens, ac vir, nec quicquam meæ opis indigus, impetret ab ipsa ut illa deleat, et animum illius sibi ipse placet, ac reconciliet. Non tamen hoc, ut verum fatear, omni ex parte satisfacit: vix enim adducor, ut credam per literas testamentum designari posse. Si quis melius quid habeat, pergratum faciet, si contulerit in medium.

deliniat. qui potuit perorare,[m] poterit exorare.[2][n] Mihi jamdudum satis est, si non modo crimina objecta plenissime[3] dilui, verum etiam radicem [561] hujus judicii,[4][o] id est, hæreditatis quæsitæ invidiam, funditus sustuli. Illud etiam, ne quid omnium prætercam, priusquam peroro, falso objectum revincam. Dixistis, me magna pecunia[5] mulieris[p] pulcherrimum prædium meo nomine emisse.[6] Dico, exiguum hærediolum[q] sexaginta millibus nummum,[7] id quoque non me,[8] sed Pudentillam suo nomine emisse: Pu-

potuit habere orationem, poterit etiam impetrare quod rogaverit. Mihi abunde sufficit, si non solum penitus refutavi scelera, quorum accusabar, sed etiam penitus abstuli stirpem hujus litis, hoc est, invidiam ambitæ hæreditatis. Et ut nihil omittam ex omnibus rebus, antequam finem faciam orandi, probabo etiam hoc mihi esse exprobratum falso. Dixistis me comparavisse meo nomine amænissimum fundum ingenti pecunia Pudentillæ. Ego vero aio illud fuisse parvum prædiolum sexaginta millium nummorum, et non me, sed Pudentillam illud comparasse suo nomine: no-

2 *Potuit exorare.* Leg. *poterit.* Colvius. *Poterit,* Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Editum jam fuerat in Junt. post. Ms. Pith. cum reliquis Edd. antiquis *potuit.* J. Bos.—3 Miror Colvium ne verbo quidem hic meminisse emendationis suæ ad Met. l. VIII. p. 523. a. ubi h. l. monuit legendum esse *pænissime.* Est sane minime probanda. *Id.*—4 Scribe *R. h. mendacii.* Supra 'stirpem mendacii.' Iterum: 'Fontem et fundamentum mendacii.' En, quam aperte corrupta Criticorum acumen effugere. *Pric.* Immo, supra p. 543. non legitur *stirpem mendacii,* sed, *stirpem accusationis,* quo vulgata lectio h. l. satis defenditur. *J. Bos.*—5 *Dixistis me magna pecunia.* V. C. *Sciopp. in Symb. Dixistis me Magia, &c. non me sed Pud. suo nom.* Ejicio vocem *Magia,* quæ nihil huc facit, neque unde irrepserit conjicere queo. Deinde forte fuerit verum: *Non me meo sed Pud. suo nomine emisse.* Minuimus simul et auximus una voce locum. *Acidal.* Cassa et inanis lectio: vera ea est quam e veteri dudum Scioppius depromsit, *D. m. magna pecunia mulieris, &c.* ita legendum sane est et distinguendum. *Pric.* Requiritur vox *magna* propter sequentia: *Dico exiguum hæridiolum* 60,000 *nummum, &c.* et infra *Num ipsum heredioli pretium invidiosum est.* Præbent eam diserte Mss. Fulv. et Fux. In Pith. est *maḡ* sine τῷ *de,* quod nec in Fulv. extat. Bene itaque fecit Floridus, qui *magna pecunia* in contextum admisit. Reliquæ Edd. tenent *Magia de pec.* Sed in emtione de aliena pecunia nulla poterat argui *Magia.* J. Bos.—6 Vulc. tert. *emisisse,* ut et paulo infra. *Id.*—7 Flor. *nummis.* Elmenhorstius. Ms. Pith. plene, *nummorum.* J. Bos.—8 Al. *non meo.*—9 Flor. *tututor.* El-

NOTÆ

m *Qui potuit perorare*] Causam adversus me.

n *Poterit exorare*] Matrem, cum irata sibi fuerit.

o *Radicem hujus judicii*] Magis placeret ut Pricæus reponit: *radicem hujus mendacii.* Vulgata tamen scriptura ferri potest, si judicium pro lite sumas, et exponas quomodo in Interpretatione exposui.

p *Magna pecunia mulieris*] Recte sic emendavit e veteri codice Scioppius: prius erat *Magia de pecunia mulieris,* nullo plane sensu.

q *Exiguum hærediolum*] Festus, 'hæredium, prædium parvulum.' Ono-

dentillæ nomen in tabulis esse: Pudentillæ nomine pro eo agello tributum dependi.[r] Præsens est Quæstor publicus, cui depensum est, Corvinus Celer, vir ornatus. Adest etiam tutor, auctor mulieris,[9] [s] vir gravissimus et sanctissimus, omni cum honore mihi nominandus, Cassius Longinus. Quære, Maxime, cujus emtionis auctor fuerit, quantulo pretio mulier locuples agellum suum præstinarit. (*Testimonium Cassii Longini, tutoris, et Corvini Clementis,*[t] *Quæstoris.*) Estne ita, ut dixi? [562] Uspiam in hac emtione nomen meum ascriptum est? Num[1] ipsum hære-

men Pudentillæ esse in instrumento emtionis: vectigal solvi pro illo prædiolo nomine Pudentillæ. Ecce Corvinus Celer, vir spectabilis, præfectus ærarii publici, cui fuit persolutum: ecce quoque Cassius Longinus, quem debeo nominare cum omni reverentia, vir severissimus, et integerrimus, tutor et auctor Pudentillæ. Interroga eum, o Maxime, cujus emtionis fuerit auctor, quam parvo pretio fœmina dives emerit suum prædiolum. Testimonium Cassii Longini tutoris, et Corvini Clementis: quod recitatum est . . . *An res se habet ut dixi? An meum nomen appositum est in aliquo loco hujus emtionis? an ipsum pretium agelli dignum est invi-*

menhorstius. Jungerm. in Epist. Gud. p. 365. legendum suspicatur *auctor, tutor mulieris:* sed eodem redit. Nam mulieris auctor recte dicitur tutor, qui ejus rem causamque gerit: nisi totum illud *tutor* a mala manu est, et explicatio τοῦ *auctor.* Sic sane Cic. pro Cæcin. c. 25. 'Dos quam mulier, nullo auctore, dixisset.' i. e. ut explicat Ern. in Cl. non adhibito tutore, qui in rebus mulierum auctor est. cf. Brisson. de V. S. in v. *auctor.* et Scip. Gent. comm. in Nott. Var. *J. Bos.*—1 Ms. Pith. *non,* ut et seq. *Id.*—2 *Quod ex ea.* Ms. Pith. *quod ut ex ea,* elegantius. Favet Ed. Junt. post. cum Salm. in marg. quare id amplector. Pro *ex ea* Heins. ad Ovid. Fast. VI. vs.

NOTÆ

mast. vetus: hærediolum, κτημάτιον.

[r] *Pro eo agello tributum dependi*] Tributum ejusmodi vocat Sidonius Apollinaris 'debitum glebæ canonem:' persolvebatur Quæstori publico, id est, Populi Romani, aut Principis, non autem municipali: tributa enim illa agrorum Principis fisco inferebantur.

[s] *Adest etiam tutor, auctor mulieris*] Ex moribus Græciæ, ex qua oriunda erat Pudentilla, ipsa, etiamsi Apuleii jam uxor, alium tutorem habuit. Cicero pro L. Flacco: 'emtiones falsas cum mulierculis fecisti: tutor his, moribus Græcorum, ascribendus fuit.' At tutores illi mulierum, præsertim viduarum, consultores potius erant, et παραστάται, quam tutores. Jure Romano nuptæ in tutela maritorum erant, eæ utique, quæ in manum eorum convenissent, alias enim tutela solutas fuisse declarant Cicero, in Topicis, et Boëthius. Nonnisi tutorum illorum auctoritate mulieres vendere, emere, dicere diem, lites sequi, &c. poterant.

[t] *Et Corvini Clementis*] Hic est Quæstor publicus Corvinus Celer, de quo supra. Repone ergo hic *Corvini Celeris,* pro *Corvini Clementis,* aut puta *Clemens* tertium ejus fuisse nomen, ut appellaretur *Corvinus Celer Clemens.*

dioli pretium invidiosum est? num vel hoc saltem in me collatum? Quid etiam est, Æmiliane, quod non te judice refutaverim? Quod pretium Magiæ meæ reperisti? Cur ego Pudentillæ animum veneficiis flecterem? quod ut ex ea[2] commodum caperem? Uti dotem mihi modicam potius, quam amplam diceret?[u] O præclara carmina! An ut eam dotem filiis suis magis restipularetur,[w] quam penes me sineret? Quid addi ad hanc Magiam potest? An uti rem familiarem suam meo adhortatu pleramque filiis condonasset, quæ nihil illis ante me maritum fuerat largita; mihi nihil quicquam[x] impartiret?[3] O grave veneficium dicam, an ingratum beneficium? An ut testamento, quod irata filio[4] scribebat, filium potius, cui offensa erat, quam

dia? an illud saltem, qualecumque est, attributum est mihi? Quid est quoque, o Æmiliane, quod non refellerim etiam tuo judicio? quam invenisti mercedem meæ Magiæ? Quare ego demulcerem incantamentis animum Pudentillæ? quam utilitatem perciperem ex ipsa? An ut constitueret mihi parvam dotem, potius quam largum? O egregia incantamenta! Num ut reservaret potius illam dotem suis filiis, quam relinqueret apud me? Quid potest adjici huic Magiæ? Num ut donaret liberis suis maximam partem suorum bonorum, mea persuasione, ipsa, quæ nihil eis dederat priusquam fuissem ejus conjux: mihi vero nihil prorsus largiretur? O maleficium atrox, aut potius beneficium male remuneratum! Num ut institueret

594. malebat *ex eo.* Non muto. Pag. seq. 'Respondete, qui Ap. dicitis animum Pudentillæ Magicis illectamentis adortum, quid ex ea petierit.' *Id.* —3 Vid. Not. Var.—4 *Irato filio.* Scribo, *irata.* Brantius. Scribe *ingrato f.* aut (quod malim) *irata filio.* Pricæus. Interpretatur Floridus: 'testamentum, quod faciebat succensens adversus suum filium.' Sed tum legen-

NOTÆ

[u] *Uti dotem, &c. diceret*] Dotem dicere proprie pater dicitur, et mulier aut debitor ejus, et obligantur dictione: ceteri nonnisi promissione: ut docet Ulpianus Titul. VI. De dotibus, paragraph. 1. et 2. Est autem hæc solennis formula dotis dicendæ: 'Tot .... doti tibi erunt.'

[w] *Restipularetur*] 'Restipulari' est contra stipulari ab eo, qui ipse stipulatus antea est. Apuleius dotem a Pudentilla stipulatus erat, vel (quod idem est) dos ei dicta a Pudentilla fuerat. Pudentilla e contrario dotem, quam viro dixerat, ab eo ita est restipulata, ut, se mortua, ea dos non penes virum remaneret, sed filiis ex priori matrimonio susceptis restitueretur, pro quibus tanquam pro suis hæredibus stipulatam fuisse intelligendum est: alias nullam vim habuisset stipulatio, nec filiis alio nomine quam hæredum data fuisset actio ad repetendam a vitrico dotem. Vide restipulationem Pudentillæ supra. 'Præter hæc, ea conditione factam conjunctionem, si nullis,' &c.

[x] *Mihi quidquam*] Videtur legendum *nec mihi quicquam.*

me, cui devincta, hæredem relinqueret? Hoc quidem multis cantaminibus [y] difficile impetravi. Putate, vos causam non apud Claudium Maximum agere, virum æquum et justitiæ pertinacem, sed alium aliquem pravum [563] et sævum [5] judicem substituite, accusationum fautorem, cupidum condemnandi: date ei, quod sequatur: ministrate vel tantulam [6] verisimilem occasionem secundum vos pronuntiandi. Saltem fingite aliquid, reminiscimini, quod respondeatis,[7] qui vos ita rogarit.[8] Et quoniam omnem conatum necesse est quæpiam causa [9] præcedat, respondete, qui Apuleium dicitis animum Pudentillæ Magicis illectamentis adortum, quid ex ea petierit, cur fecerit. Formam ejus voluerat? negatis. Divitias saltem concupierat? negant

hæredem filium, cui erat infensa, potius quam me, cui erat obstricta, idque testamento, quod faciebat succensens adversus suum filium? Equidem ægre obtinui hoc plurimis incantamentis. Fingite vos non dicere causam coram Claudio Maximo, viro justo et servantissimo æquitatis. Verum supponite aliquem alium judicem improbum et crudelem, qui faveat delationibus, et sit avidus damnandi: exhibete ei aliquid, cui inhæreat: suppeditate vel levissimam ansam probabilem ferendæ sententiæ juxta vestram intentionem: saltem comminiscimini, excogitate aliquid, quod reponatis ei, qui sic vos interrogaverit. Et quia oportet ut aliqua ratio antecedat quemcumque nisum, vos qui dicitis Apuleium aggressum esse animum Pudentillæ illecebris Magicis, dicite quidnam postulaverit ab ea, quare id fecerit. An cupiebat ejus pulchritudinem? id negatis. Expetiveratne certe opes? instrumentum do-

dum *irata filio*, quo nihil verius est. Quare id restitui, auctoritate Ms. Pith. et Salm. in marg. Supra p. 558. 'Pugnavi cum irata matre.' *J. Bos.*—5 Forte *scævum.* Pro, *pravum*, etiam vulgo *parvum* legas. *Colv.* non tamen in Junt. post. Ceterum *scævum* edi placuit Scriverio: non mihi. De Justitiæ imagine, a Chrysippo picta, agens Gellius N. A. lib. XIV. c. 4. nonnullos ait dixisse, Sævitiæ imaginem istam esse, non Justitiæ. *J. Bos.*—6 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *tantulum.* Id.—7 *Reminiscimini, quod responderatis.* Aperte corruptus locus. Legendum fortasse: *Saltem fingite aliquid, comminiscimini quod responderetis ei qui vos ita rogaret. Quoniam omnem, &c.* Casaub. Flor. *eminiscimini.* Alii *reminiscimini.* Elmenhorstius. *Reminiscimini* non esse mutandum, monuit etiam Jungerm. loco sæpius cit. qui pro *responderatis*, quod est in Edd. ante Vulc. sec. malebat *responderetis*, idque ex emendat. Casauboni et Vulcanii in marg. editum a Scalig. et seqq. Lego e Ms. Pith. *respondeatis*, quemadmodum alleverunt Lips. et V. D. in marg. Ed. Junt. post. Supra: 'Date ei quod sequatur.' Lips. etiam emendavit *quid* pro *quod.* J. Bos.—8 An, *Q. v. ista rog.?* Pricæus. Sine necessitate. *J. Bos.*—9 Ms. Pith. *causam*, et statim, *quid fecerit*, dein, *elli*, pro, *libelli.* Id.—1 Ms.

NOTÆ

y *Multis cantaminibus* [*carminibus*] Id est, precibus, quas se adhibuisse Pudentillæ uxori sæpe dixit, ut ejus animum erga filium mitigaret.

tabulæ dotis, negant tabulæ donationis, negant tabulæ testamenti: in quibus non modo non cupide appetisse, verum etiam dure repulisse liberalitatem suæ uxoris ostenditur. Quæ igitur alia causa est? Quid obmutuistis? quid tacetis? Ubi illud libelli vestri atrox principium, nomine privigni mei formatum? 'Hunc ego, domine Maxime, reum apud te facere institui.' Quin igitur [1] addis, reum magistrum, reum vitricum, reum deprecatorem? sed quid deinde? [2] 'plurimorum maleficiorum et manifestissimorum.' Cedo unum de plurimis: cedo dubium, vel saltem obscurum de manifestissimis. Ceterum ad hæc, quæ objecistis,[z] numera an binis verbis [3] [a] respondeam. 'Dentes splendidas:' [4] ignosce mundiciis. 'Specula inspicis:' debet philosophus. 'Versus facis:' licet fieri. 'Pisces exploras:' Aristoteles docet. 'Lignum consecras:' Plato suadet. 'Uxorem ducis:' leges jubent. 'Prior natu est ea:' [5] so-

tis, instrumentum donationis, instrumentum testamenti id negant; in quo postremo probatur non tantum non exoptasse avide largitionem suæ conjugis, sed etiam rejecisse eam aspere. Quænam ergo est alia ratio? Quare facti estis muti? quare siletis? Ubinam est illud truculentum initium vestri libelli scriptum nomine mei privigni? Ego decrevi, o Domine Maxime, hunc accusare coram te. *Quare ergo non adjicis accusare præceptorem meum, accusare vitricum, accusare deprecatorem? At quid postea?* permultorum et evidentissimorum veneficiorum. *Profer unum ex illis multis, profer unum dubium aut certe obscurum ex illis evidentissimis. Porro possum respondere duobus verbis ad illa infinita, quæ mihi exprobrastis.* Expolis dentes: *parce mundiciis.* Intueris specula: *Philosophum decet.* Componis carmina: *fas est componere.* Scrutaris pisces: *Aristoteles id docet.* Deos facis e ligno: *Plato auctor est.* Ducis uxorem: *leges id præci-*

D'Orv. qui hic rursus incipit, *quid igitur*. Id.—2 Id. Ms. *de me*. Pith. *demum*. Id.—3 *Objecistis innumera, binis verbis*. Flor. *a. numera, an binis v*. Elmenhorstius. Accedunt Mss. Bemb. D'Orv. Pith. forte et Fux. nam ascripsit etiam Salm. neque videtur id esse de conjectura. Mstorum auctoritatem sequor cum Elm. Scriv. et Eryc. Puteano in Epist. 28. *J. Bos.*—4 Al. *splendidos.*—5 *Prior natu is est.* Immo, *ea est*. Colvius. Pudendo errore in omnibus Edd. *is est*. Quam multis supra de ætate Pudentillæ disputatum? *Casaub.* Roman. *natus est ea*. Florent. *natu est*. Elmenhorstius. Mirum, quod in Mss. non tantum, sed et Edd. vett. etiam Junt. post. corruptum legitur. In Mss. Pith. Florent. cum Edd. vett. *natu is est*. D'Orv. *prior natu*

NOTÆ

[z] *Ceterum ad hæc, quæ objecistis*] Brevis recapitulatio, quam in peroratione faciendam præcipiunt Rhetoricæ leges.

[a] *Quæ objecistis numera an* [*innumera*] *binis verbis, &c.*] Florent. membranæ *numera an binis, &c.*

let fieri. 'Lucrum sectatus es:'[6] [564] dotales accipe,[7] [b] donationem recordare, testamentum lege. Quæ si omnia affatim retudi,[8] si calumnias omnes refutavi, si me in omnibus non modo criminibus, verum etiam maledictis, procul a culpa tuitus sum; si philosophiæ honorem,[c] qui mihi salute mea antiquior est, nusquam minui; immo contra, ubique si conseptum penitus eum tenui;[d] si hæc, ut dico, ita

piunt. Illa est major ætate: *id vulgo fit.* Aucupatus es quæstum dotis: *cape instrumentum dotis, reminiscere donationis tibi factæ, lege testamentum. Quæ universa si abunde repuli, si refelli cunctas falsas accusationes; si defendi philosophiam longe a noxa in cunctis eorum non solum accusationibus, verum etiam conviciis, si nullatenus imminui gloriam philosophiæ, quæ mihi charior est mea vita, si contra conservavi eam omnibus in locis optime vallatam; si hæc se habent quemad-*

is enim. Scriptum fuisse videtur *natu est ea.* Potuit hinc *is* irrepere: nisi prorsus delendum sit *ea.* J. Bos.—6 *Lucrum sectatus es dotis. Dotis* delet Florentinus. *Elmenhorstius.* Item D'Orv. Pith. et Ed. Junt. post. quare ejiciatur. Supra, 'Divitias saltem concupierat? negant tabulæ dotis, negant tabulæ donationis, negant tabulæ testamenti.' Sic et h. l. *J. Bos.*—7 *Dotalem accipe.* Emendandum censui, *lucrum sectatus es? Dotis tabulam accipe.* In quo recte et ordine fecisse me convincunt ipsa hæc Apuleii, non ita multis abhinc versibus præmissa: 'Divitias saltem concupierat? negant tabulæ dotis,' &c. *Stewech. Dotales* forte scribendum, et ad tabulas referendum. *Colv. Dotale,* videlicet instrumentum. Sic Græci JCti τὸ προικῷον. Non recte vulgo *Dotalem acc.* Casaubonus. *Dotales* recte Flor. et Colv. Vulgo *dotale.* Vide Indicem. *Elmenh.* V. C. *dotales,* i. e. dotalia instrumenta. *Lindenbr.* Si per Mstos liceret, et ego præferrem *dotale.* Quia tamen in D'Orv. est *dotalem,* cum Edd. vett. plerisque, in Florentinis vero *dotalis,* plane ut in Ed. Junt. post. antique pro *dotales,* id sequor cum Elmenh. et Scriv. τὸ *tabulas,* quod in judicio, ubi ipsæ tabulæ ante oculos erant, facile subintelligi poterat, in primis cum *tabulæ dotis* jam supra memoratæ essent, addere non poterat Auctor, quia promiserat se binis verbis ad singula, quæ objecerant adversarii, responsurum. Quare pessime utique locum emendare tentabat Stewech. In Ms. Pith. legitur *dotalt.* Suspicor compendiose scriptum fuisse *dotal. t.* pro *dotales tabulas,* quæ ultima vox a glossatore addita. *J. Bos.*—8 Edd. Vic. Junt. utr. Ald. Bas. pr. *recudi.* Pro *si calumn.* Ms. D'Orv. *sed et cal.*

NOTÆ

[b] *Dotales* [*Dotale accipe*] Subaudi *instrumentum.* Græci Jurisconsulti προικῷον συμβόλαιον, et συμβόλαια γάμικὰ vocant.

[c] *Si philosophiæ honorem, &c.*] Jam ab initio hujus orationis professus est Apuleius sibi constitutum et se et philosophiam ab hominum calumniis vindicare.

[d] *Si conseptum penitus eum tenui*] Id est, honorem philosophiæ, ut recte, spretis omnibus aliis commentatorum commentis, Pricæus legit et exponit: 'Conseptum sonat hic protectum et custoditum ab omni parte inviolabile. Corruptus erat hic locus, et legebatur nullo sensu *si cum septem pœnis tenui.*' Subtiliora sunt quæ hic excogitant Casaubonus et Elmenhorstius, quam huic loco aptiora.

sunt, possum securius [9] tuam existimationem revereri, quam potestatem vereri; [e] quod minus grave et verendum mihi arbitror, a Proconsule [1] damnari, quam si a tam bono tamque emendato viro improber.[2]

DIXI.[3]

modum dico; possum jam tutius vereri tuam de me opinionem, quam timere tuam potentiam: quoniam existimo mihi minus acerbum ac minus timendum fore, si condemner a Proconsulibus, quam si vituperer a viro adeo probo, adeoque inculpato. Dixi.

Id.—9 Mss. D'Orv. Pith. *securus.* Ms. D'Orv. inverso ordine *exist. tuam.* Id. —1 *A Proconsulibus.* Ven. Rom. Ald. *Proconsule.* Colvius. Rectissime, ut diserte extat in vet. Cod. forte Fux. et D'Orv. sed in hoc compendiose *a procos.* Pith. *ac proceros.* Intelligit Ap. Claudium Maximum, cujus potestatem, ut Proconsulis, non timebat; existimationem, ut 'tam boni, tamque emendati viri,' verebatur. *J. Bosscha.*—2 Salm. allevit *improbarer,* addicente, ut videtur, Ms. Pith. sine necessitate. *Id.*—3 Debemus hanc quoque vocem editioni Rom. nam illam recentiores Edd. omisere. *Casaub.* Ms. Pith. *Apuleii Platonici Madaurensis pro se de Magia liber secundus explicit. Ego Salustius emendavi Rome folia (felix).* J. Bosscha.

NOTÆ

[e] *Tuam existimationem revereri, quam potestatem vereri*] Acute. Sic Florid. I. 'neminem Proconsulum, quod sciam, provincia Africa magis reverita est, minus verita.'

FRAGMENTA

APULEII.

Ex Libris Ludicrorum et Convivalibus Quæstionibus.

Non. Marc. v. *Abstemius.* Abstemius, qui vino abstinet. Apuleius: 'In te fuisti quondam Athenis parcus atque abstemius:' in lib. Ludicrorum. Abstemius est, immo scit quo rete [1] leporem tenebat, lupum non tenere. Lucil. Satir. lib. vi.

Ex Libris de Proverbiis.

Fl. Sosipater Charisius *lib.* ii. *extr.* Mut. 'Mut facere non audet,' ut apud Apuleium Platonicum de Proverbiis scriptum est Libro secundo.

Ex Hermagora.

Priscianus *lib.* iii. *circa init.* Supra, superior; infra, inferior; post, posterior; prope, propior; ante, anterior;

1 Posui hoc tanquam fragmentum Apuleii nostri ex ejus Libris Ludicrorum. Sed jam id num verum sit, ambigo. Nam in Nonio duntaxat sic legimus: *Abstemius, qui vino abstinet. Apul. in te fuisti quondam Athenis parcus atque abstemius. In lib. ludicrorum: Abstemius est, &c.* Ceterum malim locum hunc, cujuscujus est, ita legere: *Abstemius est homo, scit, quo rete lep. &c.* Colv. *Abstemius est, * immo scit, quo rete leporem tenebat, lupum non teneri. Apuleius: In se fuisti quondam Athenis paucius atque abstemius: in Libro Ludicrorum. Lucil. Satyr. lib.* vi. Ita ex libris scriptis Editio Merceriana posterior, Paris. an. 1614. Prior an. 1583. et Plantinianæ Junii: *Abstemius, &c.* Locus hic Nonii parum probæ fidei videtur: neque enim satis aperte Apuleio libros Ludicrorum vindicat. Consulantur, si qui erunt, meliores Codd. Critico ferro heic opus est, et ingenio. *Scriver.* Ut editum in Merceriana Ed. priori an. 1583. et Plantin. ita in hac Edit. quoque Nonii locum excudendum curavi. *In te fuisti.* Locus hic nobis de mendo semper suspectus fuit. Olim scribendum putavi, *Ante fuisti, &c.* Nunc etiam suspicatus sum, fortassis nomen libri qui etiam laudabatur, eruendum, scribendumque: *in Phe.* id est, *in Phædone: Fuisti quondam, &c.* Quod ad eum dialogum optime referri posse videatur. *Colv.*

penitus, penitior. Apuleius in I. Hermagoræ: 'Visus est ei adolescens honesta forma, quasi ad nuptias exornatus, trahere se in penitiorem partem domus.'

Idem lib. eod. sub finem. Neutra in *NUM* desinentia geminant in diminutione *L* ante *M;* et si *G* habeant ante *N,* in penultima syllaba diminutivi *I,* non *E* accipiunt; ut, 'tignum,' 'tigillum;' 'signum,' 'sigillum.' Alia vero *E* habent in penultima, nisi sit primitivi penultima naturaliter longa; ut *bonum, bellum; geminum, gemellum; scamnum, scammellum.* Apuleius tamen in I. Hermagoræ: 'Verum infirma scammellorum obice fultæ fores.'

Idem lib. IV. In *IUS* desinentia, sive a nominibus, sive a verbis derivata, servant ante *IUS* primitivorum suorum consonantes, ex quibus incipiunt ultimæ et penultimæ syllabæ derivatorum; sed tum penultimæ, cum et ipsa penultima in vocalem desinit, et ultima a vocali incipit: ut, *servus, servi, Servius; servilis, Servilius; agellus, agelli, Agellius; sylva, Sylvius; virgula, Virgilius; Mars, Martis, Martius; saucio, saucius; scio, scius.* Sic Apuleius in I. Hermagoræ, et Pacuvius in Teucro: 'Postquam defessus perrogitando advenas de natis, neque quenquam invenit scium.' Unde *nescio* quoque *nescius.*

Idem lib. VI. *extremo.* Excipiuntur ea quoque quæ nec *C* nec *G* habent ante *IS* in genitivo; *nix, nĭvis:* Antiqui tamen etiam *ninguis* dicebant. Unde Apuleius in I. Hermagoræ: 'Aspera hyems erat, omnia ningue canebant.'

Idem lib. X. Antiqui tamen et *posivi* protulisse inveniuntur. Plautus in Vidularia: 'Nunc ut apud sequestrum vidulum posivimus.' Apuleius in primo Hermagoræ: 'Et cibatum, quem jucundum esse nobis animadverterant, eum apposiverunt.'

FABIUS PLANCIADES FULGENTIUS *De sermone antiquo.* Pollinctores dicti sunt, qui funera morientium accurant.

Plautus in Pœnulo: 'Quin mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.' Dicti autem Pollinctores, quasi pollutorum unctores, id est, cadaverum curatores. Unde Apuleius in Hermagora ait: 'Pollinctores funere domuitionem paramus.'

Alia exemplaria habent: Pollinctor ejus funere dum unctionem parat. *Item:* Pollincto ejus funere domuitionem p.

Ex Phædone.

PRISCIANUS *lib.* X. *Compesco, compescui,* et *dispesco, dispescui,* et *posco, poposci,* et *disco, didici,* a præsenti tempore faciunt supinum mutatione *O* in *I* correptum, et additione *TUM, compesco compescitum, dispesco dispescitum, posco poscitum, disco discitum.* Unde Apuleius participium futuri protulit in Phædone: 'De anima sic auditurum, sic disciturum, qui melius scit hæc omnia et singula sic agere aut pati, ut patiuntur atque agunt.'

Idem lib. eod. *Tendo* et *tentum* et *tensum* facit. Virgilius in VII. Lucanus in I. et II. *Ostendo* quoque ab eo compositum similiter facit *ostentum* et *ostensum.* Lucanus in II. Apuleius in Phædone: 'Et causam gignendi ostenturum et immortalitatem animæ reperturum.' Varro Rerum Rusticarum I. 'Ostentus sol.' Idem Divinarum III. 'Salute ostenta.' Cato pro J. Cæsare ad Populum: 'Quod ego me spero ostenturum.'

Ex Epitome.

PRISCIANUS *lib.* VI. *Hæc pollis pollinis:* sic Charisius. Probus autem et Cæsar, *hoc pollen pollinis* declinaverunt. *Hæc cuspis cuspidis, semis semissis.* Apuleius in Epitoma: 'Sed tum sestertius dupondium semissem, quinarius quinquessis, denarius decussis valebat.'[2]

2 *Quinquessis... decussis.* Hotomannus restitui volebat *quinquessem... decussem,* repugnante Gronovio de Pec. Vet. lib. I. c. 8. qui intelligit *æs* vel *pondus.* J. Bos.

Ex Libro de Republica.

FULGENTIUS *de prisco sermone.* Celocem dicunt genus navicellæ modicissimum, quod lembum (al. *blannam* et *bamplum*) dicimus. Apuleius libro de Republ. 'Qui celocem regere nequit, onerariam petit.'

Ex Medicinalibus.

PRISCIANUS *lib.* VI. In *E* correptum Latina sunt neutra, quæ *E* in *IS* conversa faciunt genitivum, ut *hoc mare, hujus maris; hoc monile, hujus monilis; hoc mantile, hujus mantilis.* Ovid. in VI. Fastorum, &c. Excipitur unum indeclinabile in singulari numero, *hoc cepe, hujus cepe.* Apuleius in Medicinalibus: 'Cepe succum melle mixtum:' quod in plurali numero fœmininum est primæ declinationis, *hæ cepe, ceparum,* quamvis antiquissimi in *A* quoque singulare fœminino genere hoc recte protulisse inveniuntur. Nævius, Lucilius, &c.

De Re Rustica.

PALLADIUS *De re rustica lib.* I. *tit.* XXXV. Apuleius asserit semina bubulo felle maceranda, antequam spargas.

De Arboribus.

SERVIUS *in lib.* II. *Georg. Virgilii.* Apud Medos nascitur quædam arbor, ferens mala quæ Medica vocantur. Hanc plerique citrum vocant: quod negat Apuleius, in libris quos 'De arboribus' scripsit, et docet longe aliud genus arboris esse.

Ex Incertis Libris.

Fredericus II. IMP. *De arte venandi cum avibus, sive De re accipitraria.* Cinni, et illæ quæ dicuntur ab Aristotele in libris Animalium Pelicani, qui ab Apuleio dicuntur Cofani.

FL. SOSIPATER CHARISIUS *lib.* III. *Dirimo, dirimis, diremi,* et *dirempsi;* sed magis *diremi. Deleo, deles, delui,* et *delevi. Tero, teres, terii,* et *trivi* juxta Apuleium.

Isidorus *Originum lib.* viii. Apuleius autem ait eos κατ' ἀντίφρασιν dici Manes, hoc est, mites ac modestos; cum sint terribiles ac immanes; ut Parcas, ut Eumenidas.

Cod. Ms. Barthii *Advers.* xv. 7. Quemadmodum natura os unicum, aures vero duas cuilibet ministravit, ita nos et loqui pauca et audire plurima debemus.

Ibid. Apuleio tribuuntur hi versiculi:

Principium vitæ obitus meditatio est,—
Non vult emendari peccare nesciens.—
Immoderata ira fructus est insaniæ.—
Pecuniam amico credens,[3] est damnum duplex,
Argentum et sodalem perdidit simul.—

3 Barthius, minorem distinctionem ponens post *nesciens*, in seqq. pro *fructus* legi volebat *strictus*: dein tollens majorem distinctionem post *insaniæ*, *credere* pro *credens*. J. Bosscha.

APULEII

[ut vulgo putatur]

'ANEXOMENOΣ[a]

EX MENANDRO.

Amare liceat, si potiri non licet.
Fruantur alii: non moror, non sum invidus:[1]

1 Vitiose in ed. Scioppii, *non moror, sum invidus*: cujus notatis de locutione *non moror* adde Grang. ad Juven. Sat. iii. 38. Livius lib.

NOTÆ

a 'Ανεχόμενος] Latine vertas *tolerans* vel *abstinens*. Lepidissimum hoc Poëmatium primus in publicum dedit una cum aliis Veterum aliquot ejusdem fere argumenti Epigrammatis, vir eruditus Claudius Binetus. *Colvius.* Dixi hoc Poëmatium non esse Madaurensis nostri, sed hominis recen-

Nam sese excruciat, qui beatis invidet.
Quos Venus amavit, facit [2] amoris compotes.[b]
Nobis Cupido velle dat, posse abnegat.
Olli, purpurea delibantes oscula,
Clemente morsu rosea labella vellicent,[3]
Malas adorent ore [4] et ingenuas genas,
Et pupularum nitidas geminas gemmulas.
Quin et cum tenera membra molli lectulo
Cum pectora* adhærent [5] [c] Veneris glutino;
Libido cum lascivo instinctu suscitat
Sinuare ad Veneris usum [6] femina, fœminæ
Inter gannitus et subantis voculas,
Carpant papillas, atque amplexus intiment,
Arentque sulcos [7] molles arvo Venereo,

VIII. 35. 'nihil morari magistrum equitum.' vid. et Serv. ad Virg. v. Æn. 400. *Burm.*—2 *Fecit.* Nescio cur potius sit *facit.* Colvius. *Facit amores compotes.* Ita Pithœana editio, et nescio, inquit Colvius, cur potius sit. alii *fecit.* Scriverius. *Fecit* ed. Binet. sed in marg. *facit*, cum Edd. Wow. Elm. et Mss. Florent. recte. sequitur 'dat,' 'abnegat.' *J. Bosscha.* —3 Agnoscit, teste Savarone ad Sidonium, Cl. Bineti Ms. schedium hunc versiculum: *Candentes dentes effugient suävio.* Ego, ut, quod res est, semel dicam, non solum hunc versiculum, sed totum poëmatium supposititium aut saltem infimæ vetustatis censeo. Atque ita quidem, ut, qui aliter sentiat, nihil sentiat. *Scriver.* *Rosa* in marg. Binet. de morsu osculorum vide supra ad Ep. CCXXVIII. 5. et hic notas Scioppii. *delibantes oscula*, ut apud Virg. lib. I. Æn. 260. 'Oscula libavit natæ.' *Burm.* Vs. supposititius non comparet in Edd. Bas. Colv. Vulc. Wow. Elm. *J. Bosscha.*—4 Ita emendandum. vulgg. [Binet. Colv. Bas.] *odorent.* Scriverius. Firmari posset ex Petron. cap. 127. 'tu tamen dignare et meum osculum, cum libuerit, cognoscere. Immo, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere: invenies religiosum, si te adorari permiseris.' *Burm.* Retinuit tamen Burm. *odorent.* J. Bosscha.—5 Vid. Not. Var.—6 Sic Scriverius edidit. in Patiss. et Frellon. *cursum.* Colv. *artem.* Burmannus.—7 Assentior Bineto; legendum *Arentque.* Colvius. Ita legendum assentior Bineto et ed. Pith. pro *Hærentque sulcos.* Scriverius. Binetus in codice, unde edidit,

NOTÆ

tioris Itali, in qua sententia adhuc persisto. *Elmenhorstius.*

[b] *Fecit amoris compotes*] Pro *fecit* Scaliger et Colvius legunt *facit.* Idem.

[c] *Cum pectora adhærent*] Binetus, *cum pectora una adhærent.* Douza: *Cum pectora arte adhærent.* Schickeradus: *compectorata adhærent Veneris glutino.* Ego hæc ita legerim, *Cum pectora arte adhærent Veneris glutino, Libido cum lasciva instricta suscitat Sinuare ad Veneris artem femina; fœminæ, &c.* Cum pectora glutino Veneris arcte adhærent, et cum lasciva libido instricta femina, id est, colligata, compedita, ad Veneris artem suscitat sinuare. Apertius dicerem ni vetaret pudor. *Colvius.*

Thyrsumque pangant hortulo in Cupidinis;
Dent crebros ictus connivente[d] lumine;[8]
Trepidante cursu,[e] Venere et anima fessula,[9]
Ejaculent tepidum rorem niveis[1] laticibus.
Hæc illi faciant, quis Venus non invidet:
At nobis casso saltem delectamine
Amare liceat, si potiri non licet.

invenerat, *Herentque sulcos molles, &c.* sed in margine conjecit *Iterentque*, vel potius *Arentque*. Dousæ pro more injurius est Scioppius, qui eum ita substituisse pro *Iterentque* criminatur non sine verborum contumelia: nam Bineti conjecturam probavit tantum ac recepit Dousa, ut Scriverius, et sic Meursius Exerc. Crit. P. II. lib. III. cap. 21. in fine. *molli in arvo Venerio* edidit Scriver. *Burm.* *Arentque* edidere Wow. Elm. Scriv. Flor. Burm. Gruterus allevit *secentque*. Meursius pro *arvo* legit *urvo*. J. Bosscha.—8 Cum esset *Dum*, scripsit Binetus *Dent crebros ictus*. Pithœus retinuit *Dum*, aliique; *connivente lumine* a Bineto et Pithœo est, pro *cohibente*. Dousa mavult *combibente lumine*. Scriverius. Cl. Oudendorpius malebat *Dein crebro frictu, &c.* Cl. Canneg. ad Avien. Fab. XIII. 5. *creber ictus, &c.* *Ejaculet*. *Dent crebros ictus* edidit Scriverius. *Burm.* *Dum crebros ictus cohibente lumine* editum in Edd. Bas. Colv. Vulc. adversante metro. Pro *dum* Lips. allevit *dein*. Quod editum a Sciopp. Wow. Elm. Flor. Burm. *Dum crebros ictus connivente lumine*, id non intelligo, nisi *connivere ictus* capias pro, *connivere ad ictus*. *Dent* edidi ex emendat. Scaligeri. Pro *ictus* membr. Florent. *victus*. J. Bosscha.—9 Vid. Not. Var.—1 Lips. allevit *imis*, qui seq. vs. pro *casso*, ascripsit *casto: τὸ imis* respuit versus. *Id.*

NOTÆ

[d] *Dent* [*Dum*] *crebros ictus connivente, &c.*] Douza, *combibente lumine*. Scaliger, *dent crebros nictus connivente lumine*. Recte. *Elmenhorstius.*

[e] *Trepidante cursu*] Douza, *trepida in decursu:* quod placet. *Elmenhorstius.*

ÆQUO LECTORI

S. D.

JOANNES BOSSCHA.†

FATALE quodammodo fuisse videtur Apuleio, ut qui scripta ejus illustrare et expolire constituerant, eorum opera aut morte aliisve causis interciperetur, aut expectatione serius in hominum oculos educeretur, aut affecta, mortuis auctoribus, aliis perficienda relinqueretur. Nam, ut omittamus Elmenhorstium, Floridum, Jugeum, Marklandum,‡ is, de quo in primis hic dicendum est, Franciscus Oudendorpius, qui triginta circiter annos in Apuleio emendando versatus erat, quo minus eruditionis laude ex præstantissimo hoc opere frui potuerit, obstitit primo bibliopolarum tergiversantium mora, dein Doctissimi Viri insecuta mors. Hujus relicti operis tutelam cum suscepisset Celeberrimus Ruhnkenius, tum quoque prima hujus Editionis pars, Metamorphosin continens, per sedecim annos Chalcographorum manibus tractata est; alteram autem partem edere nec ipsi Ruhnkenio licuit, et jam hic septimus et tricesimus agitur annus, ex quo Metamorphoseon libri ex officina prodierunt. Quod vero nunc tertio jam anno, ex quo typis excudi cœpta est, altera hæc Apuleii Oudendorpiani pars evulgari potest, id inprimis tribuendum est curæ et industriæ Luchtmansiorum, qui, honestissimi typographi, cum a longo inde

† [Is nempe ad finem perduxit opus quod suscepit Ruhnkenius, cujus præf. vide supra p. 4.]

‡ De Elmenhorstio, Florido, et Jugeo, vid. Recens. Editionum inf. Jerem. Marklandus autem Apuleii quoque editionem inchoaverat. Sed cum primis paginis, quæ typis jam descriptæ et ad Bentleium missæ erant, aliquot versus excidissent, tam acriter hanc incuriam perstrinxit Bentleius, ut Marklandus, tædio affectus, absolvendæ editionis consilium prorsus abjecerit. Vid. vita Jeremiæ Marklandi in Analectis Literariis, a F. A. Wolfio editis P. IV.

tempore egregiis libris edendis officinam suam claram et conspicuam reddiderint, nunc quoque literas juvandi studio nullo modo deesse voluerunt. Causæ autem cur tam longo temporis intervallo nemo absolutionem susceperit operis, a Ruhnkenio inchoati, et omnibus æquis doctisque judicibus probati, ut multæ esse potuerunt, ita hæc certe non fuit, quod illa Oudendorpianæ doctrinæ monumenta, in Bibliotheca Leidensi, tanquam in religioso quodam et inaccesso fano a publica utilitate cohiberentur. Vix enim Amplissimi Academiæ Curatores consilium cognoverant de absolvenda Apuleii editione, cum non modo petenti veniam darent omnem Oudendorpii apparatum ad communem literarum fructum conferendi, sed etiam, quicquid in Bibliotheca ad Apuleii editionem augendam aut ornandam spectaret, futuro editori libere patere juberent. Cujus Amplissimorum virorum de literis bene merendi studii, et grati nostri animi, publicum hoc testimonium extare voluimus.

Novi editoris officium quatuor fere continebatur partibus, quarum una versabatur in digerenda materia, ab Oudendorpio relicta, adjectis priorum interpretum animadversionibus; altera, huic conjuncta, in constituendo textu; tertia, eademque difficillima, in castiganda nobilissima illa Apologia, quæ ab Oudendorpio intacta erat relicta, neque tamen in hac Editione desiderari debebat, ne quid Apuleianis scriptis deesse justa querendi causa esset; denique aliorum commentarii, qui commode contextui subjici non poterant, edendi erant, necessarii Indices conficiendi, et reliqua addenda, quæ in absoluta veteris auctoris editione requiri posse videbantur. De singulis breviter dicendum.

In digerendis Oudendorpii animadversionibus, ubi nimiæ earum prolixitati detrahi aliquid sine detrimento poterat, id factum est, quamvis raro fieri potuit: cavendum enim erat, ne quid omitteretur, quod aliquo modo cum scriptoris loco, vel Oudendorpii consilio, esset conjunctum. Primæ animadversiones concinnius fortasse componi poterant, sed initio operis, ut fit, minor rei usus, et nimia verecundia, longiores eas reliquerunt, quam necesse erat. Illud vero in primis cautum est, ne aliena pro Oudendorpianis darentur; qua in re novo Editori aliquanto religiosius versandum erat, quam Celeberrimo Ruhnkenio, qui non nunquam de suo penu, quamvis paucissima, adjecit, vel Oudendorpii notis suum judicium verbulo interposuit. Quod propterea te non ignorare vo-

lumus, Lector, ne stultitiæ atque arrogantiæ tribuas, quod pauca illa, quæ a nobis hic illic addita sunt, quamvis levissima, ab Oudendorpianis, quasi ambitiose, distincta sunt. Poterat egregium illud literarum decus, Ruhnkenius, cujusvis operi, suo jure, se interponere, sed nobis committendum non erat, ut Oudendorpianis nostra qualiacumque tacite immiscerentur.

In vera lectione constituenda eo minus doctis judicibus satisfactum putamus, quo minus nobis ipsi satisfecimus. Si quid in hac opera præstitum est, ejus laudis haud exigua pars debetur Lennepio, Viro Clarissimo, qui, de locis dubiis sententiam rogatus, nunquam defuit, sed vel judicii subtilitate vel novæ emendationis acumine de editione nostra egregie meruit.

Verum, ad Apologiam cum nihil scriptum reliquisset Oudendorpius, præter varias librorum lectiones, in marginibus editionum enotatas, hujus expoliendæ provincia multo plures habebat difficultates, tum propter variam doctrinam, in illa oratione ab Auctore expromtam, tum propter animadversionum conscribendarum rationem, ab Oudendorpio in reliquo opere adhibitam, quam et nos sequi oportebat. Cum enim variæ librorum lectiones omnino omnes, tam manuscriptorum quam editorum, notis comprehendi et recenseri deberent, farrago illa et indigesta moles ad perspicuitatem, certe ad aliquam legentium voluptatem, componi non poterat nisi ab eo, qui, præter haud vulgarem criticam facultatem, variæ doctrinæ copiam afferre posset. Accedebat, quod describendis continuo priorum interpretum commentariis, paulatim usus contrahebatur vocabulorum et formularum, quæ sæpe hominum etiam doctorum usu frequentantur, sed a veterum auctorum consuetudine abhorrent. Quapropter, Lector Benevole, si in notis nostris neque illam perspicuitatem, doctrinæ ubertatem et accuratam linguæ scientiam reperias, quam in Oudendorpii animadversionibus deprehenderis, neque Latini sermonis eam integritatem, quæ hodie in criticorum scriptis requiritur, neque fortasse eam modestiam, quæ non continuo de aliorum errore pronuntiat, si quid dixerunt, quod nobis non verisimile videatur, illa omnia, et quæ præterea vituperanda inveneris, aut pravis aliorum exemplis aut adolescentiæ imbecillitati, quæso, tribuas. Hanc unam laudem nobis petimus, quod ad tantam laboris perseverantiam nos obduravimus, quanta requirebatur ad opus perficiendum, quod quanta nobis constiterit patientia, nemo facile cogitando assequi poterit; hunc unum hujus operæ fructum nobis vindicamus, quod jam in omnibus quæ supersunt Apuleii

scriptis, cujusvis lectionis momentum ponderatum vel auctoritas constituta est.

Addita Apologia, nimis aucta erat voluminis moles, quam ut Beroaldi et Pricæi notas, et reliqua, quæ in Ruhnkenii Præfatione promissa erant, comprehendere posset, præsertim, cum ipsa Apologia novam commentariorum accessionem postularet. Itaque Tertium Volumen additum est, cujus adornandi operæ major pars ex eo genere erat, quod majorem molestiæ quam voluptati locum præberet. De ipso Apuleio, et subsidiis, quæ ad scripta ejus illustranda et emendanda adhibita sunt, dictum est in peculiari Disputatione. Sed illud omittendum hoc loco non est. Jam fere ad dimidium editionem hanc produxerant Chalcographorum operæ, cum certiores nos fecit Schneitherus, Vir Doctissimus, Gymnasii Groningani Rector, legisse se in libello Germanico,* Böttigerum in Bibliotheca Guelpherbitana vidisse apparatum Editionis Apuleii, a Jugeo (Theod. de Juges) ita adornatum, ut jam typis describi posset, cujus apparatus in Metamorphoseos Editione, a Ruhnkenio curata, nulla ratio habita esset. Accepto hoc nuntio, statim intelleximus, quanti nostra interesset scire, quo pretio apparatus ille habendus esset; et circumspicere cœpimus, a quo pleniorem hujus rei notitiam acquirere possemus. Itaque, quoniam arbitrabamur, Guelpherbitanæ Bibliothecæ copias adhuc Göttingæ asservari, quo, constituto regno Westphalico, deportatæ fuerant, Göttingam cogitantibus statim sese obtulit Heerenii nomen, in literata civitate celebratissimum, cujus etiam officiosæ humanitatis fama ad aures nostras pervenerat. Eventus docuit haud vanam fuisse eam existimationem. Non ita diu enim post datam a nobis epistolam, officiose rescripsit Vir Celeberrimus, Bibliothecam Guelpherbitanam quidem non amplius Göttingæ haberi, sed se epistolam scripsisse ad Leistium, Vir. Clar. Gymnasii Guelpherbitani Rectorem, qui a Schönemanno, docto adolescente, totius apparatus descriptionem conficiendam curaverat, quam Leistii epistolæ inclusam nobis transmittebat Heerenius. Scripserat Leistius, si quid ex Jugei animadversionibus aut subsidiis criticis excerptum ad usus nostros conferre vellemus, se libenter hanc rem procuraturum; sin universum apparatum huc deferri cuperemus, a summis Ducatus Brunsvicensis Magistratibus hujus rei veniam esse petendam. Verum cum ex accurata Schönemanni descrip-

* Beylage zum Literar. Wochenblad. August. 1820. Band VI. 38.

tione constaret, Jugeum nullam Mstorum copiam habuisse, et in commentario ejus neque ingenium criticum neque magnam doctrinam comparere, judicavimus, quod etiam suspicabatur Heerenius, Jugei copias non magnopere nobis esse profuturas. Itaque Apuleii editionem hac mora retardari noluimus, sed, de Jugei opera non amplius laborandum esse existimantes, Heerenio, Leistio, et Schönemanno gratæ nostræ voluntatis testem ac pignus publicam hanc commemorationem esse voluimus.

Vale, Benevole Lector, et sic putato, nihil nobis gratius futurum, quam si intellexerimus, operam nostram antiquarum literarum studiis profuisse.

Scrib. Hagæ Comitis, d. VII. Septemb. MDCCCXXIII.

NOTÆ VARIORUM

IN

APULEII OPERA.

EX EDITIONE OUDENDORPIANA,

LUGD. BAT. 1786-1823. 4to.

NOTÆ VARIORUM

IN

APULEII OPERA.

METAMORPH. LIB. I.

Apuleii] Manu exarati codices satis constanter Auctori nostro tribuunt prænomen *Lucii*, quo etiam varii Apuleii in historia occurrunt insigniti. Nisi quod Pithœi Codex modo habeat: *Incipit primus liber Metamorphoseos Apuleii.* At, nostro Madaurensi id prænomen fuisse, nusquam liquet. Nam scriptorum, qui magno satis numero Apuleium laudarunt, nemo istud præfigit, sicut abest quoque a nummo contorniato in Morelli Tab. III. et apud Haverkamp. in Numm. Contorn. p. 152. aliosque. (Vide Cuper. in Homeri Apoth. p. 19.) Immo abest itidem a Mss. operum Philosophicorum; nisi quod semel ante librum de Dogmate Platonis exaretur in codice Florentino divi Marci, *Lucii Apulei.* Hinc Elmenhorstius, uti hoc prænomen ante illos libros omisit, sic etiam hic tacitus delevit. Sed male, ut opinor. Mihi enim nullum est dubium, quin legi debeat *Lucius* vel *Lucis Apuleii.* Opus enim Lucii Patrensis, quod est dictum Λούκιος vel Λουκὶς ἢ Ὄνος, e Græco in Latinum sermonem vertit et auxit Apuleius, sicut contra Lucianus istud contraxit. Ad Lucium autem illum, non ad Apuleium pertinent patria et genus, quorum initio libri pr. et sec. meminit. At sui oblitus vel dedita opera se prodidit Auctor, Lucium 'Madaurensem,' i. e. se faciens lib. XI. in f. Plura de his vide apud summum Salmasium in Proleg. ad Solinum, Puteanum Epist. Cent. I. 38. et quos laudat J. Alb. Fabricius in Bibl. Latina, item Comment. ad Luciani Asinum. Quod adtinet ad Orthographiam *Apul.* vel *Appul.* ea mirifice variat in Msstis non solum, sed et ipsis lapidibus. Prætuli tamen geminationem litteræ *p.* Inspice, si lubet, Fabric. item Dukerum ad Flor. lib. III. c. 12. Drakenborch. ad Epitomen Livii V. Vossium de Art. Gramm. I. 43. Zeibichium de Athl. Paradoxo p. 179. Nugatur vero doctus vir, Marinus Becichemus Scodrensis, in Centur. Epist. LVII. e suis Mss. ut ait, addens *Ap. Herculis*, quasi a gloria et studio Magiæ auctor ita vocatus esset; ac trahit ridicule huc locum ex initio lib. II. p. 21. 'Est Hercules hic Lucius:' ubi quis non videt poni pro, certe, profecto? Potius hinc patet veritas meæ sententiæ, ex eo loco librarios credidisse, nostro Auctori fuisse Lucii prænomen, sicut

ex eodem Herculis ei adfinxerunt. Lucii nomen sine addito alio non infrequens erat Græcis. V. Hagenbuch. Epist. p. 96. *Oudendorpius.*

Madaurensis] Sic quidem se inscribere potuit Auctor. Sed, quod vulgo in Mss. et Edd. adnectitur, *Platonici philosophi*, rursus est librariorum additamentum, ab Auctoris studio, quod sæpe de sese jactat, conflatum. *Id.*

Metamorphoseon, sive de Asino Aureo] Tractarunt simile argumentum ante hunc Lucium nostrum Lucius Patrensis et Lucianus: de quibus ita Photius in Bibliotheca Fol. 165. Ἀνεγνώσθησαν Λουκίου κ. τ. λ. Atquin ex Luciano Noster bonam partem transcripsit, cujus Lucium, stilo et verbis Apuleianis translatum, huic nostro Lucio comitem dare initio constitueram; sed me deterruit postea abominanda et despuenda libri obscœnitas: ea propter nolui publicarum aurium reverentiam istis turpitudinibus incestare, secutus medici (Galenus de Purgant. Medicam. Facult. cap. 6.) principis (si unum Hippocratem excipias) in hoc sententiam, qui venenorum naturam explicare publice omnino prohibet. Scripserunt et nostra ætate viri eruditi *Asini laudes*, inter quos jure eminet labor præstantissimi Wowerii nostri, qui hactenus apud hominem indignum indigne delitescit. Nisi injustus iste dominus abs se eum manu miserit, periculum erit, ne aliquando liberam lucem nactus ex ergastulo isto vocem emittat, possessoremque iniquum pipulo differat. *Geverhartus Elmenhorstius.* Argumentum mutuatus est a Luciano; quamquam ipse alia quædam immiscuerit. Stylus ejus in eo argumento valde decorus et bonus, et mirum in modum æqualis: quæ magna virtus in scriptione. Libellus autem, qui de Herbis inscribitur, non recte illi adscribitur. *Joh. Brantius.* *Metamorphoseon*] Sic lego, quamquam in nonnullis Mss. extet *Metamorphoseos*, ut in Ed. Ven. 1492. *Metamorphoseos seu de asino aureo*, et in Ms. Pithœano: quod testatur, qui eo usus est, doctiss. Hieronymus Groslotius Lislæus, in marg. exemplaris Aldini 1521. quod est in Bibl. Regia; qui et notavit, exemplar istud Ms. olim fuisse Lucæ Fruterii, dein Victoris Giselini, a quo dono accepit Lipsius. Nam in plurali exhibent non tantum Mss. Becichemi Palat. Oxon. Florent. Regius, seu Fux. Guelferb. Coll. Voss. et alii cum Ed. Colvii, (non Aldi) Wouwerii, &c. sed et diserte Fulgentius lib. III. Myth. cap. 6. citat 'Apuleius in Libris Metamorphoseon,' et Expos. Serm. Ant. v. Choragium, 'sicut Apuleius in Metamorphoseon ait,' s. libro, vel libris. Adde Salmasium d. l. et N. Heinsium ad Ovidii Metamorphoses. Nec enim memorat solum sui mutationem in Asinum, sed et Asini in se; aliasque jam libro pr. In Ms. optimo celeb. J. P. D'Orvillii, nunc meo, ac Pithœi, item Fux. post librorum finem nunc *Metamorphoseos*, nunc *Metamorphoseon*, exaratur. Quod vero vulgo addunt *De Asino Aureo*, vel, ut vult Puteanus, *Asini lusus*, is mere asininus est lusus, ut recte ait Salmasius. A materia quidem et pulchritudine *Asini aurei* titulo hos libros citarunt quoque Fulgentius in Expos. Serm. Ant. v. Edulium, et Augustinus, uti alii *Milesiarum*, quod hinc supponere voluit Rutgersius, vel *Milesiæ*, ut Capitol. in Albino c. 12. Huc trahit quoque vir doctus, forsan Tollius in libri sui margine, locum lib. IV. p. 86. 'propter Milesiæ conditorem:' quod non capio. De Milesiis sermonibus jucundis ac lascivis, non veris aut verisimilibus, vide Erasmi Adagia p. 1194. Comm. ad Lucian. in Amor. init. Sed ita librum non inscripsit Auctor, licet *de Asino Aureo* occurrat in Mss. multis, quod male negat Salmasius, qui cetera recte sapit. Spurium esse titulum confirmat Ms. Dorvillii, ubi passim *Metam. liber*, *qui et de aureo asino*

dicitur. Ita 'aureolus libellus' Cicer. Acad. II. 44. Plin. lib. II. Ep. 20. 'aurea fabula.' Ξενοφῶν χρυσοῦς Ælian. lib. II. Anim. c. 11. Πυθαγόρου χρυσᾶ ἔπη sunt nota. V. Comm. ad Tib. I. 6. 50. 'aurea anus:' et similia occurrunt crebro. V. ad lib. V. p. 98. 'infantis aurei nutrimenta.' Verus ergo his libris titulus ab Auctoris manu proditus fuisse videtur: LUCIUS APPULEII MADAURENSIS SIVE METAMORPHOSEON LIBRI. vel, si vis, METAMORPHOSEON ASINI LIBRI. *Oud.*

Pag. 1. Ed. Pric.* *At ego tibi*] Miror, doctissimos viros, quibus adnumeres quoque Jos. Scaligerum, sibi in animum inducere potuisse, Appuleianam hanc Præfationem versibus senariis fuisse conceptam, et, ut hoc sibi aliisque persuadeant, eam, contra codicum auctoritatem, miris modis mutavisse, interpolasse, ac voces pro lubitu transposuisse, summam profecto per vim, sed et ridiculos per conatus. Ita agendo facile totum Appuleium in versus possemus redigere; cujus rei exempla vide apud Pricæum ad libri IV. pag. 81. Et, ut ait Quinctil. lib. IX. c. 4. 'nihil est prosa scriptum, quod non redigi possit in quædam versiculorum genera.' Auctor vero Satyrice et Comice numeros innumeros amavit; nisi paucissimis in locis: ubi ipse satis declarat, versus esse, quibus suam exprimat mentem, ut lib. II. in responso cadaveris, et lib. VIII. de sorte Gallorum sacerdotum. Recte igitur jam olim Becichemus Epist. LVIII. Bernardus Philomathes Pisanus in Præfatione Edit. Juntinæ 1522. Salmasius in Prolegom. ad Solinum cum Colvio, Pricæo, aliisque respuerunt. Quid quod Beroaldus exordium in versus non redegerit, adeoque nec errores in iis commiserit, quos in illum conferunt temere Groslotius Lislæus et Rutgersius; sed monuerit tantum, 'exordiri Apuleium ab Epigrammate.' Primus Morianus Tuccius, Clericus Florentinus, in Edit. Juntina 1512. illud in versus redegit, quem secutus est Franciscus Asulanus in Aldina Ed. 1521. Albanus Torinus in Basil. 1533. item Ed. Colinæi 1536. aliique. Sed tantum usque ad verbum 'exordior.' Dein Marcus Hopperus in Edit. Basil. 1560. et Lugdun. 1587. addidit: *Quis ille paucis accipe.* Hinc Scaliger forsan existimavit, fuisse iambicos trimetros et dimetros alternos, eosque sic reformavit, multo certe elegantius ceteris, sed et liberius:

At ego tibi sermone isto Milesio
Varias fabellas conseram,
Auresque tuas lepido susurro mulceam;
Modo si papyrum Ægyptiam
Inscriptam calami argutia Nilotici
Non. . . . spreveris.
Hominum figuras in alias imagines
In seque rursum mutuo
Refectas, ut mireris hinc exordiar.
Quis ille, paucis accipe.

Uti notarat in ora Editionis Colvianæ Claudius Christianus, Q. Sept. Florentis filius. Verum seqq. Edd. excepta Elmenhorstiana et Pricæana, invito Auctore, prosaicum tenorem bene revocarunt. Verba autem, 'desultoriæ vocis immutationem,' nihil minus significare, quam priora versibus fuisse expressa, quod putat Rutgersius, suo loco docebimus. *Id.* *At ego, &c.*] Aiunt Beroaldus aliique particulam *At* ornatus gratia præfigi; et male a quibusdam mutatam esse conqueritur summus vir J. F. Gronovius in Notis ad Præfationem A. Gellii. Pluribus quoque eam vindicare annititur Becichemus Epist. LVIII. Verum, in exemplis per ipsos allatis, non incipit oratio per 'At,' sed præcedunt alia, quibus connectitur. Nunquam exordiuntur Ve-

* Per libros Metamorphoseon paginarum editionis Pricæanæ numeros inter uncinas [ ] inclusimus.

teres sermonem per particulam 'At' cum Indicativo modo temporis seu præsentis seu futuri; nisi vel in Objectione vel Admiratione ac Reprehensione, ut lib. VI. p. 119. 'Incipit: At tu simplex, &c. sperasne?' vel Indignatione, ut pag. 9. 'At hic bonus consiliator impune se relaturum contumelias putat.' Adi N. Heinsium ad Ovidii Epist. XII. 1. 'At tibi Colchorum, memini, regina vacavi.' Immo ne hic quidem est Indicativus, sed Subjunctivus 'permulceam.' Is vero cum particula At non jungitur, nisi sit Imprecantis, ut apud Terentium et alios sæpe. Vide ad lib. III. p. 58. 'At mihi scelus depellant cœlites.' Unde etiam pro Imperativo sensu petendi et jubendi occurrit, ut Livius lib. I. c. 12. 'At tu, pater Deum hominumque, hinc saltem arce hostes.' Horat. lib. I. O. 28. 23. 'At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ,' &c. ubi male Cuningh. *Ac* reposuit. Atque ita corrigendi sunt Corn. Nepos in Epamin. c. 4. 'At tu, Micythe, argentum huic redde:' et Frontinus lib. I. c. 12. § 1. 'At audete.' Vulgo utrobique *Et* editur. Huic vero loco nullus eorum sensuum convenit. Præterea quænam hæc est connexio? 'At ego fabulas tibi conseram, auresque permulceam,' &c. 'et, figuras ut mireris, exordior.' Subjunctivum modum quidem Becichemus sentiens stare non posse, conjecit pro *auresque* non ineleganter *aures qui* vel *quo*, i. e. ut. Sed ea correctione, quam aversantur Mssti, non sustulit dictos scrupulos. Alii videntes *At permulceam, et, ut mireris, exordior* scabra esse, clauserunt periodum verbo 'inspicere,' et τελείῳ στίγματι, atque conjunctionem *et* deleverunt: quæ sane non comparet in Edit. Vicent. 1488. Beroald. Juntinis, Aldin. Colin. Basil. Colv. Vulcan. Wouwer. Sed contra Mss. O. qui dant *et fig.* At Becichemus cum N. Heinsio acute conjecit *en*, ut istud *At* tueatur. Certum igitur sit, corrupte legi *At*, pro quo Mss. aliquot a Becichemo visi, item Florent. dant *Et ego*, temere ab Elmenhorstio expressum. Est enim nihilo melius, si non pejus. Scilicet in vetustissimis exemplaribus, ex quibus recentiora sunt propagata, omissa erat prima littera, auro miniove dein adpingenda; et incipiebatur per litteram *t*. Hinc alii librarii fecerunt *Et*, plerique *At*: quum deberent scripsisse *Ut*, quomodo fere Longobardis etiam scribebatur *At*. Sed tamen τὸ *Ut* jam ante Becichemum quidam viderunt, et adtexuit margini Ed. Junt. 2. vir doctus quidam, ac servavit Ed. Bas. 1533. revocavitque optime P. Scriverius in minimæ formæ Ed. Lugd. Bat. 1623. Frequentissima autem est confusio litterarum *a* et *u*: ut innumeris locis docuerunt eruditi viri. Immo ab hac particula incepisse Appuleium, non obscure patet ex imitatione Fulgentiana in Præf. Mythol. 'Ut feriatas tuarum aurium sedes lepido quolibet susurro permulceam.' Nempe una est periodus, claro commodoque sensu procedens usque ad verbum eam claudens: *Ut tibi fabulas conseram, auresque permulceam, et ut mireris figuras, &c. exordior*. Deest *tibi* Ed. Junt. 2. In Cod. Anglicano Paræi, cujus varias lectiones a nescio quo descriptas ad me misit ὁ μακαρίτης Jos. Wasse, est: *At e. t. Milesio sermone isto.* Idem. *At* particula interdum inceptiva est, ad ornatum pertinens, ut docet Servius in nono Commentario. Ait Donatus, principium esse increpationi aptum: ut Virg. 'At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis.' Consimile illud Horatianum: 'At o Deorum quisquis in cœlo regis.' *Beroald.*

At ego, &c.] Noluimus hoc initium in versiculos tribui, nam etsi in Codice Florentino tali forma exaretur, in nullo alio (et citantur multi) id servatum apparet; quare cum unius auctoritatem contra plurimos obti-

nere oportere haud æquum putemus, nec efficax ulla ratio adducta sit cur in versus distingui debeat, ad Elmenhorstii editionem, quam ad voluntatem nostram id hic factum, in limine profitemur. *Pricæus.*

At ego tibi, &c. varias fabulas conseram] Infra lib. IV. 'At ego te narrationibus lepidis, anilibusque fabulis protinus avocabo.' Plinius lib. v. Epist. 8. 'Sunt enim homines natura curiosi, et quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur, ut qui sermunculis etiam fabellisque ducantur.' 'Fabulas conserere' dixit et Julius Capitolinus: 'Omnes' (inquit) 'qui libere fabulas conserebant, male Pertinaci loquebantur:' at vulgo, minus recte, *conferebant* editur. Idem in Firmico mendum, apud quem II. 33. *fabulas conferre.* Virgilius: 'Multa inter sese vario sermone serebant,' ubi Servius: 'Proprie sermo qui inter utrumque seritur.' Sic infra hic lib. VI. 'verba serere,' lib. VIII. 'Sermonem conserere:' quomodo et Arnobius v. et apud Gellium II. 23. Cæcilius locutus. *Id.*

Sermone Milesio] Fabuloso, lepido, jocoso, delicato, ludicro: hoc enim significat *sermo Milesius*, a Milesiorum Ioniæ populis dictus, qui deliciis luxuque notabiles fuere, quorum est illud memoratissimum: 'Nemo nostrum frugi esto, alioqui cum aliis ejiciatur.' Hinc *Milesias* prisci appellaverunt poëmata et fabulas lascivientes, sive, ut quidam putant, Milesiæ dicuntur fabulæ aniles et vanidicæ, in quibus nec pes nec caput appareat: nec instar apologorum epimythion ullum morale continentes. Julius Capitolinus in Clodio Albino sic ait: 'Agri colendi peritissimus, ita ut etiam Georgica conscripserit. Milesias nonnulli ejusdem esse dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, quamvis mediocriter scriptæ sint.' Extat epistola Severi imperatoris ad Senatum missa, in qua id quod ad hanc rem maxime pertinet scriptum legimus: sic enim ait: 'Major fuit dolor quod illum pro literato laudandum plerique duxistis, cum ille næniis quibusdam anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Apuleii sui, et ludicra literaria consenesceret.' Ex his Severi verbis apparet, Milesias Appuleii significari fabellas hujusce Asini aurei, quas ipsemet sermone Milesio contextas et conditas esse significat. Martianus quoque Capella in libro de nuptiis Philologiæ inquit: 'Diversitatis delicias Milesias Aristides poëta Græcus composuit.' Milesias: hoc est: poëma Milesiacon per quam impudicum: cujus rei Plutarchus et Appianus meminerunt: quod et Ovid. lib. Tristium II. aperte docet, sic scribens: 'Junxit Aristides Milesia carmina secum, Pulsus Aristides nec tamen urbe sua est.' Emaculandus est hoc loco maculosus divi Hieronymi codex, ubi de Milesiis hisce fit mentio, et in sinceram lectionem restituendus: namque in libris contra Ruffinum sic passim legitur: 'Quasi non curatorum turba Milesiorum in scholis figmenta decantent.' Ubi non *curatorum*, sed *Cirratorum* legendum est: hoc est, comatulorum puerorum. Juxta illud vulgatissimum: 'Ten' cirratorum centum dictata fuisse Pro nihilo pendas?' Præterea *Milesiarum* lego, non *Milesiorum:* quoniam, ut jam docuimus, fœminino genere *Milesias* dicere maluerunt, quam neutro *Milesia:* nisi quis tutari velit, *Milesia* neutraliter dici posse, ut 'Georgica,' 'Argonautica,' et alia consimiliter. *Beroald.*

Conseram] *Conferam* Ms. Regius, et Ed. Floridi. Sed male. Qui colloquuntur, et alternis agunt, et mutuo respondent, illi 'conferunt ora,' 'sermonem,' et similia: uti sæpe Noster et alii passim; de quo ad lib. v. p. 98. dicam plura. Cic. lib. II. de Inv. c. 4. 'Cum quo in via sermonem contulit.' Nec temere ea loca

in *conserere* sunt mutanda: ut videtur placuisse Cortio ad Plin. lib. IX. Ep. 10. 'Garrulitate, qua sermones in vehiculo seruntur.' At 'serere' et 'conserere verba,' 'sermonem,' 'blanditias' dicitur unus vel plures, qui sermonem jaciunt, de aliorum responso non solliciti: ut lib. II. p. 41. lib. V. p. 98. 'Sermonem conserentes:' ut legendum videbimus. Lib. VI. p. 114. 'Eique sollicite serit verba.' Et ubivis. Vide ad Liv. III. 17. VII. 39. Sil. VIII. 266. et illic Comment. item ad Virgil. Æn. VI. 160. Ac præcipue de re nova. Adi loco adposito Dukerum ad Livii lib. VII. 2. 'Ausus est primus argumento fabulam serere.' *Oud.*

Auresque tuas benivolas] *Bibulas* dant etiam Mss. Regius et Palat. ut quidem testatur Vulcanius in ora Ed. Colvianæ, quam possideo, et ipse post Scaligerum e Fuxensi seu Tholosano Codice sic legentem (V. Scaliger. p. 8.) edidit Ed. secunda Leid. 1600. Passim 'aure bibere.' V. Gronov. ad Stat. lib. II. Achill. 119. 'aure trahentem,' quod tamen illic non mutandum esse alibi docebo. Vulcanium secuti sunt Wouwerius et Floridus, aiens, 'non esse, cur captet benevolentiam Apuleius, Milesiæ enim satis per se omnibus placent.' Sed cur ergo subdit Auctor, 'modo si non spreveris inspicere?' Quot enim non reperiuntur viri graves, seriaque indole, quibus nugæ istæ displiceant? Quare, cum in ceteris Mss. meis aliorumque retineatur *benevolas* seu *benivolas*, non temere quidquam mutari velim; licet non alienus sim ab altera lectione, quam et præferebant J. Isaacius Pontan. Anal. I. 4. et Jos. Wasse, cum Pricæo, *bibulas*, vel potius, ut aliquando conjeci, *bene bibulas*, sive 'avidas adhibendi,' ut apud alios, et 'sitientes aures,' ut apud Cicer. II. ad Attic. 14. occurrit. Solet enim hoc adverbium passim adjectivis adjungi, ut intendat significationem, et hic præsertim foret adpositum laudi et benevolentiæ captandæ. Vide notata ad Sueton. in Vita Juvenalis p. 998. 'bene diu:' et Salmas. Plin. Exerc. p. 26. b. 'ac bene securis congressionibus:' male enim delevit contra Mss. τὸ *ac*. Idem.

Auresque tuas bibulas lepido susurro permulceam] Ex nostro Fulgentius: 'Ut feriatas affatim tuarum aurium sedes lepido quolibet susurro permulceam.' Pro *bibulas* Codd. Florent. et Oxon. *benevolas*: at altera (quam substituit Scaliger) præferenda lectio. Persius: 'Nequicquam populo bibulas donaveris aures.' Horatius: 'Densum humeris bibit aure vulgus.' Sidonius: 'Exposita legis bibat auribus ut medicinam.' Propertius: 'Suspensis auribus ista bibam.' *Pric.*

Lepido susurro permulceam] Infra: 'Cibo satio, poculo mitigo, fabulis permulceo.' De Deo Socratis: 'Oratione permulceat.' *Elmenh.* Ms. Pith. *et lep.* Gothofridus Sopingius, de quo Theologo doctissimo adeantur Prolegomena Celeb. viri et collegæ conjunctissimi J. Alberti ad Hesychium, conjecit *susurru* in ora Ed. Colvianæ, quæ etiam penes me est, citatque notas ad Jamblichum et Sidonium Apollinarem, sui scilicet in usum ad eorum exemplaria adlitas: ἀρχαϊκῶς. Et certe ita hanc vocem extulit Auctor in Floridis lib. III. N. 17. 'Voce hominis fistula susurru jucundior:' uti ibidem præbent Mss. Florentini et Vossii, ipso teste in Anal. lib. II. c. 20. *Oud.* *Lepido susurro*] Eleganti quadam sermocinatione, cujus sonus veluti susurrus blandus et suavis aures permulceat. Potest et ob hoc videri usus hac dictione *susurro*, ut ostendat, hæc non esse invulganda, neque prophanis palam nuncianda, sed clam apud aures religiosas promenda, instar mysteriorum, quæ in sanctuariis, et ut Græci dicunt ἀποῤῥήτοις habentur. *Lepidus* dicitur, qui politus est, auctore Donato, ut λεπίς: id est, lama. Plin. *lepidas* vocari tradit

squamas aëris minutissimas. Unde et *lepidotes* gemma dicta, quæ squamas piscium imitatur. *Berold.*

Papyrum Ægyptiam tu argutia Nilotici calami] Baptista Pius in Annotat. Posterioribus Fol. 128. 'papyrum Ægyptiam' ineptissime interpretatur genus dicendi molle et lascivum. *Elmenh.* Recte Junt. 2. Wouwer. Elmenh. et seqq. ejecerunt ineptum istud *tu*, quod intruserant contra Mss. omnes et Edd. vetustiores Junt. 1. Ald. aliique. Est vero *papyro Æg. argutiam* in Ms. Regio, *papyrarum* Bertin. vitiose non minus, quam *Ægyptia*, ut est in Lips. Guelferb. Palat. Bertin. et Florent. ex quo sic edidit Elmenhorst. quasi respiceret ad sales et festivos lepores Ægyptiis proprios, quo referunt Beroaldus et Pius. Sed ipse hoc repudiat Elmenhorst. et recte. Intelligit tantum Auctor acumen, et subtilitatem, artemque scribendi per Niloticum calamum in papyro Ægyptia, et elegantius tam papyro, quam calamo suum dat epitheton. V. ad Plin. lib. XVI. c. 36. Munck. ad Fulgent. Mythol. Præf. 'Niliacis exarare papyris.' G. J. Voss. de Art. Gramm. I. 36. Hanc papyrum 'Melonis seu Nili albam filiam seu paginam,' ut est in utroque Voss. Cod. vocat Auson. Epist. IV. vs. 73. De singulari numero 'argutia,' per A. Gellium quoque hoc sensu fere adhibito, adi Voss. lib. I. de Anal. c. 43. Aliter Glossæ: 'Argutia, σοφιστία.' 'Argutiæ, στωμυλίαι; singulare non habet.' Ed. Colin. *Nilotici argutia.* Ms. Pith. *arg. inlocutio.* De calamo scriptorio, ut ait Auctor infra lib. II. vide Rhodium in Lex. Scribonii, et Celsum lib. VII. cap. 11. 'Enodem [ex arundine scilicet enodi] scriptorum calamum.' *Oud.*

Papyrum Ægyptum] Chartam papyraceam: est enim Papyrum, sive papyrus (utroque enim modo dicitur), frutex nascens in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, unde 'Niliacas papyros' appellavit Epigrammatarius poëta: brachiali crassitudine, decem cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiatur. Ex libro papyri texunt vestem et stragula: hinc illud Satyrographi: 'Succinctus prima quondam Crispine papyro.' Ex hoc fiunt chartæ multiplices. Plin. in XIII. quomodo fiant papyraceæ chartæ luculenter, ut omnia solet, enarrat: a quo commendatur Augusta charta, cui principatus fuit in epistolis, ob tenuitatem: quæ antiquitus appellata est *Hieratica*, quasi sacrata, religiosis tantum voluminibus dicata. *Emporetica* dicitur charta quasi mercatoria, inutilis in scribendo, sed involucris usum præbet in mercibus. Inter principales chartas fuere *Fanniana*, *Liviana*, et prælata omnibus *Claudiana*. In chartis spectantur tenuitas, densitas, candor, lævor. Sacerdotes Ægyptii calceos papyraceos gestant, nec alia calciamenta eis induere fas est: auctor Herodotus. Chartis legatis, papyrum ad chartas paratum non continetur: ut docet Ulpianus volumine III. de legatis. *Ber*

Argutia] Lepore et festivitate, et salibus Ægyptiis: illi enim nequissimi mollissimique fuerunt: ex quo est illud: 'Niliacis primum puer hic nascatur in oris, Nequitias tellus scit dare nulla magis.' Idem alicubi 'sales Niliacos' memorat. Scribit Flavius Vopiscus, Ægyptios esse versificatores epigrammatarios, et ad cantilenas publicas propensos. Quintilianus delicias Alexandrinas, ut omnium mollissimas, nominatim taxat. *Id.*

Nilotici calami] Calamos Ægyptios ad scribendum idoneos maxime probant, qui, ut ait Plin. XVI. inserviunt chartis cognatione quadam papyri: probatiores tamen Gnidii existimantur. Sagittis autem nullus aptior calamus est, quam qui nascitur in Rheno Bononiensi amne, cui plurima est medulla. De calamis Niloticis ait

Epigrammatista: 'Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus. Texantur reliqua tecta palude tibi.' *Id.*

Inspicere] Deest verbum *inspicere* primum in Ed. Junt. 2. Colin. et Bas. Conjunctio *et* a quibus Edd. absit, supra monui. Sed ad connexionem esse necessariam simul docui; sicut etiam in Mss. duobus Becichemi, Palat. Pith. Oxon. Guelferbyt. Lips. aliisque conspicitur, et bene ab Elmenh. Scriv. Pricæo, aliisque est revocata. Dein testatur Becichemus quoque, in nonnullis Mss. exarari, quod placuit Mercero, *figuras formasque*, quæ scilicet clarius possunt dici in alias imagines esse conversæ, quam *fortunæ*; respectuque Ovidianæ imitationis initio Metam. 'In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora:' ubi vide P. Burmannum. 'Formas hominum' dixit Livius l. IV. c. 3. et Solin. p. 6. Ed. Salm. Immo has duas voces junxere Cic. l. I. de Offic. c. 35. 'Formam nostram reliquamque figuram.' Plin. in Paneg. c. 55. § 11. 'Formam principis, figuramque.' 'Η[illegible] Εἴδεα καὶ μορφὰς Apollon. IV. 1[illegible]. ubi V. Schol. Martian. Capella l. IV. p. 109. 'Formas figurasque intelligimus, ut rotundum pulchrum,' &c. Et ipse Auctor lib. I. de Dogm. Plat. 'Formas figurationesque.' Crebro etiam hæ voces permutantur, ut l. IV. p. 72. XI. p. 249. Adi Drakenb. ad Liv. l. III. c. 48. 'Puellæ infelicem formam,' i. e. pulchritudinem, quæ ei infelix fuit: Burm. ad Ovid. I. ex P. 10. 17. 'Is status est, ea rerum forma mearum:' et ad Quintil. Decl. XIII. c. 8. et 9. ubi *forma* omnino e Mss. restituenda. Nihilominus adsentior Becichemo, e plerisque Mss. *fortunasque*, pessime ejectas ab Edd. Junt. Ald. Bas. Colin. retinenti e Nostri locis, 'Ad exitiabiles hominum fortunas,' et l. III. p. 49. 'Quæ fortunarum mearum tum repentina mutatio.' Non solum enim forma, sed et sors ac conditio est mutata. *Fortunam* sic corruperunt aliqui in *formam* lib. II. inf. 'Tentare fortunam adgredior.' Ceterum cum Salmasio Lindenbrogius adleverat margini *hominis*, quo respexit Elmenhorst. Quia de se solo præcipue locutus est Auctor. Verum et aliorum Metamorphoses inserit infra hoc ipso libro. *Oud.*

In alias imagines conversas] An homines in alias imagines, ut luporum et asinorum, verti possint, magna inter eruditos et subtilis quæstio est. Vulgo enim in tantum infixa est fama hæc, ut in maledictis habeant versipelles. Ex quo est illud Plautinum: 'Versipellem sese facit, quando lubet.' Plin. Græcæ vanitatis hæc esse mendacia figmentaque asserit. Divus quoque August. autumat hæc esse fabulosa, et dæmonum ludificationes. Quidam nomine Præstantius olim denarravit patri suo contigisse, ut veneno magico in caseo sumpto fieret caballus, annonamque inter alia jumenta militibus bajularet. *Beroald.*

In se rursum... refectas] Hoc ideo dicit, quia ex homine asinus factus est, mox ex asino in pristinum hominem reformatus, refectusque. *Idem.*

Mutuo nexu] Sic nempe ediderat Vulcanius in Ed. Sec. 1600. et margini Ed. Colv. adscripserat, ἀλληλοτοκίᾳ. Sed *nexu* mere est Appuleianum. Adi Pricæum et Indices. De Mundo: 'Elementorum mutui nexus.' Idem Vulcanius conjecit quoque *refictas*. At frustra. Lib. IV. init. 'De jumento refectus in hominem,' ut est in Edd. nonnullis, et paullo post ibid. 'Equum currule refectum.' Plura vide apud Burmann. ad Val. Flacc. l. IV. 391. 'Refecta Jovi.' *Oud.* *Mutuo nexu*] Per quasdam quasi vicissitudines: ut scilicet vicissatim ex homine asinus, ex asino homo fieret, mutua quadam conversione, eadem subsistente materia. *Beroald.* *Et in se rursum mutuo nexu refectas*] Infra lib. III. 'Mihi Domi-

na singula monstravit, quæ possunt rursus in facies hominum tales figuras reformare.' In de Platonis dogm. 'Ad instar syllabarum mutuo nexu refectas.' Ibidem: 'Globorum inter se nexorum per vices mutuas.' In de mundo: 'Mutuis adhæsionibus nexa.' Eodem libro: 'Elementorum inter se mutui nexus.' Scholiastes vetus Horatii: 'Mutuis nexibus fiunt catenæ.' Infra hic libro III. 'Capillos in mutuos nexus obditos atque nodatos.' *Pric.*

Quis ille? paucis] Sic tacite edidit Elmenhorstius, cum antea legeretur: *Quis ille, paucis accipe:* vel *Quis ille? paucis accipe*, ut foret Iambicus dimeter. Conjeceratque vir doctus non inepte: *Quis ille ego, p. acc.* de quo vide ad Sil. IX. 128. et alibi. N. Heins. *Qui sim ille*, vel *Qui sim.* Sed unice probo Elmenhorstii lectionem. Ea enim nititur membranis Florentinis, Oxon. Paræi, Guelferb. et Palatinis, elegantemque interrogationem ac responsionem comicam in se continet. *Oud.* *Quis ille*] Extrinsecus subintelligendum sit, qui in alias imagines conversus, et in se rursum refectus fuerit. Significatur autem ipsemet Apuleius. *Beroald.*

Hymettos Attica] Mons est in Attica celebris melle et marmore. Tzetzes Histor. Chil. II. histor. 370. Galenus de Antidot. l. I. c. 11. Martialis l. III. Epigr. 104. *Elmenh.* *Hymettos Attica*] Post anteloquium epigrammatis, ingreditur narrationem prosa oratione, docens se magis Græco quam Latino sermone linguam excoluisse. Loca Græciæ famigerata percenset, perinde ac veterem prosapiam: tanquam natus sit in Africa, sed oriundus fuerit in Græcia. Hymettus mons est in Attica inclytus marmore et melle. L. Crassus orator columnas habuit Hymettias sex, duodenum pedum longitudine. Mel Hymettium, quod et Atticum appellatur, primatum obtinet bonitatis: unde Plinius et Galenus mel Atticum cum primis probant in medicamentis. Strabo quoque libro IX. mel Hymettium reliquis anteponens, id ait esse probatissimum quod acapnistum vocant, quasi nullo fumo infectum, quo et apes et mella inficiuntur. Ideoque ait Plin. noster, id mel servari, quod acapnon vocant, quasi dicas sine fumo. Solinus de Hymetto scribit hæc: 'Hymetto meritissimo tribuitur principatus, quod apprime florulentus, eximio mellis sapore et externos omnes et suos vincit.' *Beroald.*

Isthmos Ephyræa] Angustiæ Peloponnesi, inter duo maria Ægæum et Ionium coërcitæ, Isthmos appellantur. In medio Isthmo Corinthus est, quam Cicero 'totius Græciæ lumen' appellat, antea Ephyre dicta: ex quo Poëta *Æra* dixit *Ephyræa*, intelligi volens Corinthia. Isthmos ludis quinquennalibus et delubro Neptuni inclytus perhibetur: quos ludos, auctore Solino, ea propter institutos ferunt, quod maria quinque allatrant oram Peloponnensem. Pinea corona victores apud Isthmum coronabantur, ut refert Plin. in XV. Plutarchus tradit, Isthmia a Theseo primitus instituta fuisse in honorem Neptuni Herculis æmulatione, qui Jovi Olympia primus instituit. Alii Isthmia in honorem Palæmonis instituta fuisse dicunt, ut Archias poëta, cujus extat nobile epigramma Græcum, inclyta Græcorum certamina complexum. Athenienses, ad spectaculum Isthmiorum accedentes, sedendo cæteris spectatoribus præferebantur. De Isthmo quem perfodere tentaverunt dictator Cæsar, C. Caligula, Nero, et Demetrius, scripsimus affatim in Tranquilli commentariis. *Idem.*

Tænaros] Perperam Elmenhorst. *Thenedos* edidit, licet sic plane ostentet Cod. Oxoniensis. Nulla est *Thenedos*, sed *Tenedos*, ut in Cod. Fux. Atqui ea non est Laconicæ regio, sed

insula Sporadum. Quare Salmasius ob Florentini codicis auctoritatem conjecit *Tenedos Sporadica* in Proleg. ad Solinum. Sed *Tenedos* est sterilis et arida. Bene *Tænaros* (Guelferb. *Trenedos*. Palat. *Treneros*) defendit Thom. Gataker. ad M. Antonini lib. VI. § 36. satis confirmatum a ceteris Mss. et loco Auctoris l. VI. p. 120. Ed. Pric. 'Lacedæmon, &c. hujus conterminam quære Tænaron.' Sed, pro *Spartiaca*, in Oxon. et Fux. est *Spartica*. Neutrum vero videtur esse Latinum, uti nec *Sporadica*. Quare cum Salmasio ibidem et N. Heinsio in Epist. Syll. vol. IV. p. 250. malim *Spartiatica*. Memoriæ enim vitio citatur a G. J. Vossio in Add. ad Analog. p. 40. et p. 125. *Laconica*: cujus filius Isaacus conjecit *Tenos Spartiatica*, de qua vide ad Steph. Byzant. Non opus vero est cum Vossio patre et Beroaldo hic confugere ad Ellipsin vocis, urbis, regionis, quia Hymettos, Isthmos aliis sunt masculini generis. Nam substantivum ipse addidit Auctor, 'glebæ felices.' Sub singulis igitur gleba est subintelligenda. Unde patet, male a Beroaldo 'glebæ' sumi casu Genitivo, quia 'felix' ita sæpe construitur, et frustra a Rutgersio conjici *glebæ felicis*. Neutiquam. Hymettos est gleba Attica, Isthmos gleba Ephyræa, &c. ut l. XI. init. 'Eleusiniam glebam percolis.' L. IX. p. 202. 'Glebulis vicinum exterminare gestiebat.' *Oud.*

Tenaros Spartiaca] In Laconia promontorium est Tenaros, et oppidum: est et spiraculum eodem nomine, ex quo descensus ad Inferos patet: est in ipso Tenaro templum Neptuno dicatum: Pomponius Mela et Solinus auctores. Dicitur Spartiaca a Sparta civitate, quæ Laconiæ metropolis est, condita a Sparte filia Phoronei, ut docet Eusebius chronographus: unde Spartani sive Spartiatæ, qui alio nomine Lacedæmonii celebratissimi. Fuit autem Sparta priscis temporibus, ut Græci dicunt, πόλις ἀτείχιστος, id est, civitas sine muris, tanquam vera urbis sepimenta essent armati viri, non saxa constructa. Unde olim interrogatus Agesilaus, Quamobrem Sparta esset sine muris; ostendens cives armatos dixit: ταῦτ' ἔστι Λακεδαιμονίων τείχη. quod Latine dicitur, 'Hi sunt Lacedæmoniorum muri.' Lacones et loquendo et scribendo amatores fuerunt brevitatis prope peculiariter. Unde et *Laconismus* breviloquium significat, de quo Cicero in epistolis: 'Laconismo tuo non utar:' et a Symmacho itidem in epistolis dictum est, 'Memini brevitatem Spartanam quondam laudi fuisse.' Annotanda hoc loco est eloquutio Apuleiana, a quo genere fœminino *Isthmos Tenaros* et *Hymettos* enunciantur, cum cæteri fere masculino genere usurpaverint: sed videtur Lucius noster non tam locos quam urbes ibidem conditas signare voluisse. *Beroald.* *Tænarus Spartiaca*] Lib. VI. 'Lacedæmon Achaiæ nobilis civitas non longe sita est: hujus conterminam deviis abditam locis quære Tænarum.' *Pric.*

Glebæ felices] Gatak. e Glossa citat *fertiles*, et prave vir doctus, qui Modianam codicis Bertiniani collationem excerpsit, conjicit *feracis*. Eo sensu passim terram et agrum dici felicem et beatum, nemo nescit, et Lexica abunde docent. Adde Pricæum, et Drakenb. ad Liv. l. VII. c. 38. Solin. c. 21. 'Galliæ felices præpinguibus glebis, accommodæ proventibus fructuariis.' Verum, cum illic in quinque Mss. vetustioribus non compareat vox *felices*, forsan legendum: *Galliæ præ pinguibus glebis accommodæ pr. fruct.* Non vero hoc sensu Aristophanes in Nub. vs. 298. ait λιπαρὰν χθόνα Παλλάδος, ut putat cum Scholiaste Pricæus, sed ob olearum pinguium proventum: unde et λιπαρὰς Ἀθήνας ait in Equitibus vs. 1326. et alibi. Nam ad frumentum sterilis

erat Attica, ut docet Livius l. XLIII. c. 6. ubi v. sicut et Laconica. Vide Heins. d. l. p. 253. Quare et hic forsan non tam respexit Auctor ad fertilitatem, quam celebritatem et gloriam; uti certe sumsit seqq. 'libris felicioribus.' Ac forte eo sensu εὔμοιρος χθὼν dicitur apud Æschyl. Eum. vs. 893. Adi Spanhem. ad Callim. H. in Del. vs. 295. Doctiss. Ruhnken. Ep. II. p. 35. male negat εὐμοίρους dici eos, qui εὔφημοι sint. In Ms. Regio est *felices, æternum felices.* Oud. *Glebæ felices*] Sensus est, Hæc loca prædicta ubere glebæ et fœcunditate segetum felicia creduntur: quoniam ita libris scriptorum proditum est, qui haud dubie feliciores sunt, utpote ipsi æterni, et æternitatem donantes his de quibus sermocinantur. *Glebæ* autem patrius est casus, qui vulgo dicitur genitivus. sic enim loquimur Latine et eleganter, 'Felix ævi.' Silius: 'Felix heu nemorum, et vitæ laudandus opacæ.' *Beroald.* *Glebæ fœlices*] Georg. IV. 'Manu fœlices erue sylvas.' Ubi Servius, *Fertiles.* Recte autem inter terras fertiles terram Atticam ponit. De eadem Aristophanes, λιπαρὰν χθόνα. Scholiastes: Εὐθαλῆ, τὴν πᾶσι κομῶσαν. *Pric.*

Æternum] Coll. Voss. *etiamnum.* Salmasius d. l. memoriæ forsan vitio citat *in æternum*, ut l. II. p. 39. 'In æternum conditis oculis.' Sed hoc ipso libro e Mss. 'Æternum solitudinem deflebo.' Tibull. II. 5. 64. 'Æternum sit mihi virginitas.' Ac passim Virgilius, cujus locum fortassis ante oculos habuit Auctor e l. II. Georg. vs. 400. 'Glebaque versis Æternum frangenda bidentibus.' Et sic alibi utitur τοῖς 'perpetuum,' 'immensum,' 'absolutum,' 'solidum,' &c. adverbialiter. *Oud.*

Libris felicioribus conditæ] Becichemus Ep. 65. e Mss. nonnullis legit *felices liberis f. credite*, quod est et in Fux. ut intelligantur cives et alumni terrarum illarum, quibus sint felices. Putide profecto; licet *liberis* exstet quoque in Regio. Locum enim habere nequit τὸ *credite.* Nam unum alloquitur Auctor, 'Tibi, auresque tuas, Lector.' N. vero Heinsius d. l. defendit quasi e Mss. omnibus *creditæ* sive, commissæ: idque retinuit etiam Scriverius. Juvat Horat. l. IV. O. 9. 11. 'Vivuntque commissi calores Æoliæ fidibus puellæ:' et præsertim l. II. S. 1. 30. 'Ille velut fidis arcana sodalibus olim Credebat libris.' Verum, cum istud *creditæ* non sit nisi in aliquot Mss. Becichemi, Pith. et Bertin. in ceteris vero *conditæ*, hoc magis videtur genuinum, ut elegantius et remotioris sensus, atque hinc a librariis more suo mutatum. 'Conditæ libris' sunt, repositæ ac servatæ. Ut in exemplo per Pricæum allato lib. IV. 'Nomen meum cœlo conditum.' Inc. Auctor Panegyr. Constant. c. 24. 'Condita litteris monumenta.' Arnob. l. II. p. 45. 'Sapientiæ conditæ et intelligentiæ vi mera.' Vulgo ibi *conditi*, Crus. *consulti.* Veget. l. IV. Prol. 'Cum omnibus profutura condantur:' ubi in aliis *cred.* Aliquoties hoc verbum, ut et *conditor* in *creditor*, est corruptum: ut videbimus infra h. libro, in Floridis, et de Mundo; et sic apud alios. Consule Burmann. ad Eleg. Ped. Albinov. de Drusi morte vs. 343. 'Fœmina digna illis, quos aurea condidit ætas:' ubi tamen ex exemplis per illum citatis significat, litteris celebrare: qui sensus hic non videtur admittendus. Ceterum perperam omnino vir doctus margini adlevit *traditæ*, ut voluit Barth. ad Claud. Epigr. VIII. *Idem.* *Libris fœlicioribus conditæ*] Melius ita quam *creditæ.* lib. IV. 'Et nomen meum cœlo conditum,' &c. Pro *libris, liberis* legendum Becichemus contendit. *Liberos* exponit filios vel alumnos terræ illius. Qua verisimilitudine id faciat, ego nondum perspicio. *Pric.*

Prosapia] Generis origo, et familiæ, dicta a *proserpendo*. Alio nomine *prosapiens* nominatur: dictio est vetus, et ut ait Quintilianus, 'ab ultimis, et jam obliteratis repetita temporibus.' *Beroald.*

Inquam in Attide] Adde Codd. Regium, Palat. Oxon. Fux. Guelf. Petrarchæ, Pith. Par. *Linguam Attidem* vel *Atidem* vel *Atthidem* vel *Atheidem*, quod merito pro vulgato, ante *inquam in Attide*, receperunt viri docti, præterquam Scriverius, qui e binis lectionibus formavit *linguam in Attidem*. Sed male. *Merere linguam stipendiis* est, ediscere linguam, ejusque cognitionem accipere, tamquam mercedem operæ impensæ in militia studiorum ac Minervæ castris, sicuti milites suis stipendiis 'æra merent,' ut millies dicitur. Nisi forsan ex Bertiniani Codicis vestigiis quis malit *lingua sub Attide*, ut Ovidio lib. II. Am. 9. 23. 'Merui sub Amore, puella:' ubi v. Burm. Ut lingua quasi dux consideretur, cujus disciplinam, tamquam miles in castris, didicerit. *Attite* est in Ed. Bas. margine, 1594. *Attiadem* profert etiam Becichemus; ut alibi 'Attias Orithyia.' Pro *merui* in Palat. et Guelferb. *inveni*, in Pith. *merbii*: unde conjecit vir doctus *exercui*, vel potius *imbibi*, quod et Salmasius margini adlevit. Ceterum Isidori locum sublegit Elmenhorst. Lindenbrogio ad oram Ed. cui adleverat ille variantes Lectiones Codicum Florent. Quod sæpe ab illo turpiter patratum est, nulla Lindenbrogii facta mentione. *Oud.*

In Athide] Athenas significat. *Athis* enim est Attica regio, cui Cranai filia nomine Athis nomen dedit: quod et Justinus refert. De qua Strabo libro Geographiæ IX. sic refert: Ab Actæone Activam dicunt. Athidem vero et Athicam ab Athide Cranai filia, a qua et inquilini Cranai vocantur: ipsa autem civitas Athenarum nomen sortita est a Dea Minerva, quam Græci Ἀθήνην: hoc est, Athenam vocant. *Beroald.*

Ibi linguam Attidem, &c.] Firmatur et hæc lectio ab Oxoniensi Ms. *Pric.*

Primis puer. stipendiis merui] Libro IX. 'Prima stipendia Veneri militabant.' Vide Indicem. *Elmenh.*

Pueritiæ stipendiis] Signat se prima Græcarum litterarum elementa Athenis didicisse, quæ civitas domicilium fuit et veluti officina ingenuarum disciplinarum. *Beroald.*

Primis pueritiæ stipendiis] Sic 'prima Veneris stipendia' infra lib. IX. Et 'prima pueritiæ rudimenta' lib. VII. Justini. *Pric.*

Merui] Militavi. Militia autem puerorum militariaque stipendia sunt in gymnasio literatorio: *merere* enim significat militare. Varro: 'Equo publico merent:' et apud Suetonium in Julio Cæsare scriptum est: 'Meruit et sub Servilio Isaurico in Cilicia.' *Merere* interdum pro *mereri* usurpatur, ut apud Plautum: 'Etsi aliter meres,' pro mereris: est etiam *merere*, sordidissimum quæstum capere: hinc *mercenarii* et *meretrices* dicuntur. Aulus Gellius: 'Lais,' inquit, 'Corinthia ob elegantiam venustatemque formæ grandem pecuniam demerebat.' *Beroald.*

In urbe Latia] Romam significat, non solum Latii, sed et cunctarum terrarum caput, quæ communis patria, auctore Seneca, dici potest. *Beroald.*

Advena studiorum] Vide Andream Schottum Tullian. Quæst. lib. I. c. 16. *Elmenh.* *Studiorum Quiritium*] Studia Romanæ linguæ sese didicisse in ipsa urbe Roma significat. Quirites autem Romanos dici, nemo est qui nesciat. 'Indigenam sermonem' appellat vernaculum et peculiarem Romanorum, qui sermo Latinus est. 'Latinitas' enim (ut inquit Diomedes Grammaticus) 'est incorrupta loquendi observatio, secundum Romanam linguam.' Omnes antiquitus tam docti quam indocti, tam fœminæ

quam viri, tam pueri quam senes, apud Romanos Latine loquebantur, nec tamen grammatice. Aliud enim est Latine, aliud grammatice loqui, ut docet Quintilianus in primo; qui libro XII. prodidit, fuisse quosdam qui illam tantum esse naturalem putarent eloquentiam, quæ sit quotidiano sermoni simillima: qua cum amicis, conjugibus, servis loquamur, nihil accersiti elaboratique requirentes. Item M. Tullius ait in Bruto, populum eloquentiæ et oratoris judicem esse: qui in tertio de Oratore tradidit, vulgum in versu videre si peccatum est, et si quid in oratione claudicat sentire. Quod profecto facere non posset inscius Latinitatis. Item, 'Nemo,' inquit, 'unquam est oratorem, quod Latine loqueretur, admiratus: si est aliter, irrident, neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant.' Hoc haud dubie non diceret, si Latine loqui fuisset in paucis, sicut in præsentia est. Idem refert, mulieres conservare facilius incorruptam antiquitatem, quod, multorum sermonis expertes, ea tenent per quæ prima didicerunt. Ex quo L. Crassus orator socrum suam Læliam sic audire se solitum testatur, ut Plautum sibi aut Nævium audire videretur: quæ res evidentissime omnem dubitationem eliminat, ne dubitemus priscos omneis Latine loqui solitos indiscriminatim. Quod eo copiosius retuli, quia super hac re altercatio non modica fuit temporibus nostris inter viros eruditos. *Indigena* autem, ut ad propositum revertamur, opponitur advenæ, et significat inde genitum, non alienigenam, non adventitium, sed vernaculum, proprium, et quasi peculiarem. *Beroald.*

Indigenum Sermonem] *Indigenum* præter Lips. et Flor. habent quoque Reg. Oxon. Fux. Guelf. Palat. Par. et Edd. Vulc. 1. Pric. Utrumque recte dicitur. Sic mox 'equo indigena.' Adi Duker. ad Flor. lib. II. c. 18. 'Vocant indigenam ex frumento potionem:' uti est quoque in uno Vossiano. Gell. lib. II. c. 24. 'Vino alienigena.' *Oud.*

Ærumnabili l. &c. excolui] Recte Colvius et seqq. *ærumnabili* exhibuerunt. Sic enim Mss. hoc loco constanter: uti et lib. IX. p. 18. 'ærumnabilis deformitatis.' Sed lib. VIII. p. 159. Palat. Guelferb. et Bertin. dant *ærumnali:* unde ita illic male legebat in Susp. Lection. Scioppius lib. IV. Ep. 4. et in Symb. Critic. Frequens ea confusio hujus terminationis, ut 'æqualis' et 'æquabilis,' de quibus ad Suetonium, 'exitialis' et 'exitiabilis,' 'flexilis' et 'flexibilis,' lib. IV. V. et VI. de quibus suo loco. *Exolui* etiam in Regio. *Idem.*

Ærumnali labore] Difficili, molesto. *Ærumnæ* enim labores onerosos significant. 'Majores nostri,' ut auctor est M. Tullius II. de Finib. 'labores non fugiendos ærumnas nominaverunt:' unde labores Herculis *ærumnæ* dicuntur. Plaut. in Persa: 'Superavit ærumnis suis ærumnas Herculis.' Ausonius: 'Prima Cleonei tolerata ærumna laboris.' Idem M. Tullius in IV. Tusculana: 'Ærumna,' inquit, 'est ægritudo laboriosa.' Ærumnulas ὑποκοριστικῶς furculas appellaverunt, quibus religatas sarcinas viatores gerebant, quarum usum quia C. Marius retulit, 'muli Mariani' postea appellabantur. Operæ pretium est hoc in loco obiter annotare super mulis Marianis quædam digna cognitu nec indigna relatu, quæ apud Frontinum legimus, qui lib. IV. Strategematicon scribit hæc: 'C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vasa et cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus et habile onus et facilis requies esset: unde et in proverbium tractum est, Muli Mariani.' Aliam hujusce proverbii causam refert Plutarchus in Mario, qui id quoque me-

morat, quod scilicet Marius imperator eadem ferebat, obibatque onera in re militari, quæcunque militibus imperabat: quare post hæc cum labores et jussa imperatoris milites libenter subirent, muli Mariani vocabantur. Vulgus hodieque hinc, ut opinor, ducta origine, 'caballos Marianos' appellat homines, qui pedibus suis ambulantes se in equo sedere et vehi mentiuntur in ludicro spectaculo. *Beroald*. *Nullo magistro præeunte*] Sine doctore. Insinuat se didicisse perinde ac si fuerit αὐτοδίδακτος. sic enim Græco vocabulo dicitur, qui seipsum magistrum habet. Talis fuit antiquitus Manilius Senator Romanus, quem Plinius maximis nobilem doctrinis doctore nullo fuisse prodidit. Divus quoque Augustinus libro Confessionum IV. gloriatur, per semetipsum solum, citra doctorem, legisse libros artium liberalium, et intellexisse. 'Aristotelica quoque prædicamenta,' inquit, 'quas appellant Categorias, solus legi, et intellexi.' Fuit et Syllanion statuarius nullo doctore nobilis. *Idem*. *Indigenam sermonem ærumnabili labore, &c.*] Ita Hieronymus ait: 'Hebræam linguam se multo labore ac sudore, nec tamen nisi ex parte didicisse:' et ibidem (in Epistolis inquam) 'Quid laboris insumpserim, quid sustinuerim, quoties desperaverim, quotiesque cessaverim, testis est conscientia, tam mea qui passus sum, quam eorum qui mecum duxerunt vitam.' *Pric.*

Et ecce] Monere debuerat Elmenhorstius, se vulgarem lectionem, quæ erat *En*, mutasse Ms. Florentini auctoritate. 'Et' autem sæpissime occurrit cum alibi, tum apud Appuleium: ut pluribus docebo ad lib. IV. p. 78. Ed. Pric. 'Et ecce plurimi:' ut ibi est scribendum. Sed tamen *En ecce*, quod servant Mss. Florent. alter, Pith. Fux. Reg. Lips. Oxon. Palat. hic nequaquam erat mutandum. Amat enim Auctor hæc 'En ecce' præfigere verbis primæ personæ: ut lib. VIII. p. 171. 'En ecce mercatus perduxi.' Lib. X. p. 216. 'En ecce prolatam coram exhibeo:' et alibi. Quare restitui, sicuti nec Scriverius Elmenhorstio obtemperavit. *Oud.*

Præfamur] Credo conjecturam Gruteri acceptam pro Var. Lect. Cod. Palatini: nam ipse ex eo nihil adnotavit. Frustra vero illi displicet numeri sing. et pluralis variatio. Ea enim nostro auctori est frequens. P. 18. Ed. Pric. 'Abnuebam, quippe qui prospexeramus,' &c. Lib. II. p. 40. 'Quid me reducitis? Desine jam.' Lib. III. p. 57. 'Patere me perfrui, et impartire nobis:' p. 62. 'Præsentem casum tolerans, frena rodebamus:' ubi vide tamen. Et sæpius alibi, præsertim apud poëtas. Vide Burm. ad Virg. Æn. II. 32. In Oxon. est *precamur*. Male. 'Præfari honorem' ita a Nostro in Apologia, et ab ipso Cicerone adhibetur. *Idem.*

Exotici ac forensis sermonis rudis locutor] Nihil certius est, quam per *exoticum et forensem sermonem* intelligi linguam Latinam, qualem in foro loquebantur Romani, sui sermonis bene gnari, ac caussidici, non plebeii viles, ut quidam capiunt. Fingit enim se esse Græcum Lucium, qui, a pueritia Atticam linguam edoctus, dein Romæ ærumnabili labore Latinam didicit, nullo magistro præeunte. Hinc merito præfatur veniam, si quid erraverit. Errant igitur vehementer illi, et in his Salmasius, postquam prius recte 'exoticum' explicuerat, intelligentes Græcum, qui erat Lucio indigena sermo. Perperam etiam quidam 'forense' deducunt a 'foris,' seu extraneam, et exoticam. Sed ita bis idem dixerit Appuleius: nec 'forensis' unquam, quod sciam, derivatur a 'foris,' sed a 'foro:' atque intelligitur omne illud, quicquid in foro fit, et ad illud pertinet; ut 'forense studium' lib. IV. p. 72. 'Forensis habitus, forensia vestimen-

ta' Suet. Aug. c. 72. Auson. Ephem. Epigr. IV. 'Forensis turba,' 'factio,' sæpius. Plura super iis vide apud Beroald. Becichem. Salmas. in Prolog. ad Solin. et Barth. Advers. lib. XXXII. c. 15. Hæc si bene perpendisset N. Heinsius, non audacissime conjecisset ad Ovidii Met. lib. v. vs. 450. *forinsecus:* ubi infeliciter *locutor* quoque tentat in *accitor*. Quis sit *rudis accitor sermonis*, non capio. Sed *rudis locutor* optime dicitur de homine linguæ non bene gnaro, nec satis adhuc exercitato; ut 'rudis militiæ tiro.' Vellei. lib. II. c. 9. 'Verbis rudis et rudis poëta:' ubi consule Heinsium. Liv. lib. II. 56. 'Rudis in militari homine lingua.' Aviano in Prol. 'Rudis Latinitas.' Vide et Pacatum in Pricæi Notis. *Idem.* *Exotici sermonis*] 'Exoticum sermonem' appellat Romanam linguam, veluti alienigenam ac insititiam, sibique merito peregrinam, cum ipse natione Afer atticissare didicisset, et in patria stridulam Barbariam puerilibus labris degustasset. *Exoticus* enim significat peregrinum et externum, vocabulo quidem Græco, sed apud Latinos usitatissimo. hinc apud Plin. et Plautum 'unguenta exotica,' apud Gellium 'vinum exoticum,' pro alienigena et peregrino. *Beroald.* *Forensis*] Vel Romani, quo oratores utuntur in foro: unde et 'forensis eloquentia,' et 'forenses' apud Sidonium 'tabulæ:' et 'forenses' apud Ciceronem 'literæ,' quibus utimur in foro: vel externi: ab hoc adverbio *foris* derivatur: omnino Romanus sermo significatur. Apud Livium 'forensis factio et turba' accipitur pro humili, sordida, insincera, quam Fabius excretam ab integro populo in quatuor tribus convertit, urbanasque eas appellavit. *Idem.*

Offendero] Ex dictis hisce patet simul, errare viros doctos, qui e nonnullis Mss. ut aiunt (nam nostri nihil variant), reponere conantur *offudero*, jungentes *offudero quid exotici et forensis s.* sive quasi tenebras lectori, voces Græcas nonnunquam et exteras, uti et plebeias ac vulgares objecero. Id enim placuit quoque Barthio lib. XIV. Advers. c. 1. Grut. lib. III. Susp. 2. Immo sic citavit Voss. de Constr. c. 63. Sed perperam omnino. *Si quid offendero* est, si quid impegero, erravero. Cic. lib. II. ad Fam. Ep. 18. 'Sin quid offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit.' IX. 2. 'Qui in tantis tenebris nihil offendat.' Et sæpe. Crebro vero *offendere* et *offundere* in Mss. confunduntur. Ceterum pro *ac* e Ms. Florent. Elmenh. Pric. Florid. edidere *atque*. Oud. *Præfamur ven. si quid exotici, &c. offendero*] Solennis alienigenarum Scriptorum deprecatio. Macrobius lib. I. 1. de Lectoribus suis: 'Petitum impetratumque volumus, ut æqui bonique consulant, si in nostro sermone nativa oris Romani elegantia desideretur.' Pacatus Panegyrici initio. 'Huc' (timori meo) 'accedit auditor Senatus, cui cum difficile sit, &c. de Te' (Imperatorem alloquitur) 'satis fieri, tum difficilius pro ingenita ei hereditaria orandi facultate non esse fastidio rudem hunc et incultum Transalpini sermonis horrorem.' Confer quæ facete Cato apud Gellium II. 8. de Albino, et apud Plutarchum in Apophthegm. Ms. Oxon. heic *precamur*, non *præfamur* habet. *Pric.*

PAG. 2 *Hæc quidem*] Idem lib. Ms. *Hæc eq.* Colv. Adde Florent. Oxon. Fux. Edd. Junt. 2. Elmenh. et Pricæi. Verissime. Amat hanc voculam cum secunda et tertia persona jungere Auctor, licet aliquoties sit corrupta. Vide Indicem, et lib. II. p. 29. Ed. Pric. IV. p. 64. V. p. 89. VII. 138. VIII. 159. X. init. Nec secus agunt optimi scriptores. Vide ad Virg. Æn. II. 77. et Sueton. Aug. c. 11. Eaque vox ex Mss. restituenda est Ausonio Epigr. XCIII. ubi vulgo sine sensu *quidem*. Vide eundem

in Profess. c. 1. 5. in Technop. de Cibis p. 481. Ed. Toll. Epist. 19. p. 659. et sæpius. Græci ita adhibent *καί γε*. *Hoc* est in Pith. *Idem.*

Vocis immutatio] Hoc Rutgersii maximum est argumentum, quo evincere conatur, præcedentia versibus consistere: quasi hic voluerit dicere Appuleius, se jam vocem immutare, et oratorio vel prosaico stilo incipere; quum primo versus cantillaverit. Verum eam sententiam, descriptis ipsis Rutgersii verbis, ineptam esse pronunciat Salmasius d. l. ac bene interpretatur cum Beichemo, nativum sermonem ab illo in Latinum transmutatum; hisque innui fabulam e Græca Lucii Latinam esse factam. Nam ideo subjungit: 'Fabulam Græcanicam incipimus.' Mansit ergo fabula sub Lucii nomine Græca, sed Latine versa aut expressa. In Palat. *desolutoriæ*, et *respondit*, quod et dat Fux. *Idem. Ipsa immutatio*] Tanquam nunc primum Latine cœperit scriptitare, cum prius eloquio Græco uteretur. Hinc in Deo Socratis ait: 'Satis oratio nostra atticissaverit.' *Beroald.*

Desultoriæ scientiæ] Decenti quadam translatione 'desultoriam scientiam' appellat ludicram, voluptariamque, veluti desilientem a studio pristino severiore: sicuti 'desultorii equi' vocantur, ex quibus homines agilitate corporis præditi repente desiliebant. De quibus lege quæ annotavimus in primo Suetonii commentario, illud enarrantes: 'Equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes.' Relege illa quoque, quæ scripsimus in quarto Propertii commentario, super eo versu: 'Trajicit alterno qui leve pondus equo:' ubi docuimus, *desultorem* designari, qui equos desultorios alit, et exercet illa transili pernicique saltatione. Martianus quoque eadem pene translatione usus, qua et Appuleius: 'Decenter,' inquit, 'levitate pernix desultoria gestiebat.' Illud adde, quod a Cassiodoro traditur, equos desultorios repertos esse, per quos Circensium ministri missos denunciant exituros. Erit ergo hic sensus: Ut desultores ex equo in equum, sic ego ex Græca lingua et scientia in Romanam desilio. Potest et dici conducenter 'scientia desultoria,' historia de asino, in qua ex homine in asinum desilit, et vertitur, videlicet in mores belluinos propensior: mox ab asino in hominem reformatur, cum relictis voluptatum pedicis, duce ratione emergit in viam virtutis, et hominem sese verum præstat. Verus autem homo est animus. Apud scriptores qui transfigurantur in belluas, ad hunc intellectum referri possunt. Proverbium illud ab asino cadere, quod quidam huic loco agglutinare contendunt, mihi haudquaquam convenire videtur, cujus meminit Aristophanes in Nubibus, et retulit Plato in Gryllo, qui et in tertio de Legibus sic tradit: 'Cur hæc nobis dicta sunt, repetendum videtur, ut oratio quasi equus retrahatur, ne si os effrenatum habeat, dicendi concita impetu, ab asino (ut proverbio ferunt) excutiatur.' *Idem.*

Stilo, quem accessimus] Ed. Vicent. *accensimus.* Prave Pricæus præfert id, quod nunc nemo nescit e perversa librariorum orthographia ubique olim in Editiones irrepsisse, *accersimus.* Mihi non dubium est, quin cum Scalig. Pontano Anal. I. 4. Wouw. Lipsio, Scriverio, &c. sit legendum *arcessimus*, frustraque Ill. Heinsium ad Ovidii lib. XV. Metam. vs. 625. multis contendere, ut sua probetur conjectura, *quam adsciscimus.* De stylo scientiæ, non de scientia loquitur. Amavit autem Auctor verbum 'arcessere' pro, sibi contrahere, comparare, acquirere, adfectare, ut l. V. p. 105. De quo plura dicemus ad lib. IV. p. 86. 'Tedæ lumen atræ fuliginis cinerem arcessit:'

et lib. VII. p. 146. 'Me ignem ultroneum arcessisse.' Nam et illa perperam viri docti lacessunt. Cic. lib. III. de Orat. c. 28. 'Orationi aliquid splendoris arcessere.' Vide quæ notavit Burmannus ad Petronii c. 37. 'Arcessere fabulas cœpi.' Quo minus ille tentare debuerat ad Suetonii Calig. c. 22. locum Curtii lib. X. c. 5. 33. 'Diis æquare se et cœlestes honores arcessere.' Idem enim lib. VIII. c. 13. § 25. 'Ut ex periculo gloriam arcesserent:' uti legendum videtur e Mss. Vulgo *et arcessentes*. Auson. Profess. c. 5. 25. 'Spem remotam sibi arcessere.' Sil. VI. 95. 'Parca vires arcessere mensa:' et lib. XIII. 161. Vide Cort. ad Plin. V. Ep. 6. *Oud.* *Stilo quem accessimus, &c.*] Scaliger et Is. Pontanus *arcessimus:* ego *accersimus* prætulerim. Infra lib. V. 'Nec ullo in genere mortis accersito perimas.' *Pric.*

Fabulam Græcanicam] Quod temere nimis arripuerunt viri docti; cum natum sit ex contractione, ut liquet e Palatino, in quo est *Graicam*. Par. Cod. *Græcaricam*. Nihil erat mutandum. L. X. in f. 'Græcanica pyrricha.' In Flor. N. 15. 'Græcanico cingulo:' et sic alii. Si quid innovandum, mallem *Graiam;* ut in l. IX. p. 185. 'Auctor apud Graios:' ubi similis glossa. Flor. N. 18. 'Penes Graios.' In Deo Socratis p. 693. Ed. Flor. 'Sapientiæ Graiæ:' qua voce potuisset simul adludere ad aniles fabulas. Sed non opus est. *Oud.*

Incipimus] Nobil. Heins. ad Val. Flacc. VII. 114. citat *accipimus*, typothetarum, credo, vitio pro *occipimus;* de quo plura ad p. 4. 'Qui occeperas fabulam, remetire.' Ibidem pro *lætaberis* mavult *delectaberis*, ut absorpta fuerit iteratio syllabæ *de;* nimia emendandi prurigine. Certe, ut nunc exhibetur, jam olim legit Petrarcha Præf. Operum ad Socratem fratrem, uti ad sui libri marginem notavit Cl. Drakenb. A Fux. absunt omnia hæc, *Fab. Gr. inc. &c. lætaberis.* dein. *Fundamentum Plut.* Reg. et Fux. *Idem.*

Fabulam Græcanicam] Ideo *Græcanicam* appellat, quia ad exemplar Luciani Græci scriptoris condita est, ex quo asinum aureum pene transcribit: vel quia in Thessalia, regione Græca, hæc res gesta est. Differt autem *Græcanicus* a *Græco:* nam ut docet M. Varro libro VI. de analogia: *Græcanica* adventitia sunt, de Græcis velnti notha: ut Hectores, Nestores, et ita hæc fabula ex Græco Luciano deducta derivataque est. *Beroald.* *Fabulam Græcam incipimus*] Lib. IX. 'Fabulam bonam, &c. ad aures vestras afferre decrevi: et en occipio.' *Pric.*

Thessaliam] Fabulam asini aurei auspicatur ab eo principio, a quo exorsus est Lucianus, cujus initium est hoc: ἀπῄειν ποτὲ ἐς Θετταλίαν: id est, Olim in Thessaliam proficiscebar. *Thessalia* autem prisco seculo Pyrrhea, a Pyrrha Deucalionis uxore denominabatur, mox Hæmonia ab Hæmone, a cujus filio Thessalo Thessalia vocata est. Homerus Argos Pelasgicon appellat. *Beroald.*

Nam et illic] Hoc per interpositionem, quæ Græco vocabulo parenthesis, dictum est. *Idem.*

Originis maternæ] Annotavimus in vita Appuleii, matrem ejus fuisse Salviam, a Plutarchi familia prognatam. Fuit autem Plutarchus Chæronensis, quæ civitas est Bœotiæ: quod et ipse testatur in Sylla, scribens patriam suam Chæroneam, ab Archelai impetu incolumem evasisse, providentia Syllæ, qui eo in loco victoriam ex hostibus victis adeptus est. Idem in Lucullo ait, Chæronenses municipes suos Luculli testimonio evasisse periculum: quod Orchomenii per calumnias intentabant, ex quo statuam lapideam in foro Chæroneæ publica impensa Lucullo dicaverunt: et ob id beneficium non solum confitetur, sed etiam palam profitetur, se plurimam gratiam debere Romano Lucullo. Idem in Demosthene re-

fert, quemadmodum apud Chæroneam patriam suam Philippus Macedoniæ rex prælio magno Athenienses vicit, finisque libertati Græcorum impositus est: ex quo prælio Demosthenes, qui alios ad pugnam animare solebat, salutem fuga quæsivit. Cumque id ei, quod fugerat, probrose objiceretur, versu illo notissimo elusit: ἀνὴρ, inquit, ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται: id est, Vir fugiens et denuo pugnabit. Floruit autem Plutarchus sub Trajano et Adriano imperatoribus. Trajano libros Apophthegmaton dedicavit, vir haud dubie primæ notæ inter eruditos, et multijuga eruditione mirabilis, fœcundus sane scriptor, et qui jure polygraphotatos nominari possit, a copia voluminum. Unde nunc non immerito gloriatur Appuleius, maternam originem a Plutarcho derivatam sibi gloriam parere. *Idem.*

A Plutarcho illo inclyto, et mox Sexto Philosopho, nepote ejus] Non Appuleium, sed Lucium audis, Lector, cujus collactanea Thessala Byrrhæna erat quoque e Plutarchi familia, lib. II. Nec intelligas quæso, Chæronensem Plutarchum. Is enim Bœotus. Hic Thessalus. Nepos que Chæronensis Plutarchi Sextus, M. Antonini præceptor, in nummis et gemmis quoque conspicuus, ut putant (Vide Midleton. Mon. Antiq. Tab. 215. 5.) Lucio Patrensi et Appuleio serior fuit, adeo ut inde genus ducere non potuerint. Frustra desudant viri docti, qui hic de Plutarcho Chæronensi cogitant, aut de materno Appuleii genere somniant, mireque sese implicant. Vide Salmas. in Prolog. ad Solin. Casaub. ad J. Capitol. in Vita Marci c. 3. Sam. Petit. Obs. l. II. c. 10. Maussac. Diss. Crit. ad Harpocrat. p. 326. Timide pronuncio; sed inducor fere eo, ut credam, illa omnia *et mox Sexto philosopho nepote, ejus* (Palat. *Sesto p. necte ej.*) a sciolo quodam esse adsuta, qui de Plutarcho Chæronensi, ejusque nepote Sexto quædam sciebat, sed Chronologiæ ignarus, et Thessalum Lucium cum Chæronensi confundens, *Sextum* hic fabricavit et intrusit. Byrrhæna l. II. modo ait se et illum e Plutarchi familia prognatos, uniusque nutricis lac bibisse. Similis certe fraudis exemplum illustre occurrit in libro de Mundo p. 64. Ed. Elmenh. 'Ut Liparis, ut Ætna, ut Vesuvius etiam noster solet.' Quid? Aristoteli Stagiritæ aut Madaurensi Appuleio *Vesuvius* vocatur *noster*? Scilicet marginalis est Glossa, ab Italo quodam attexta, et hinc in contextum stulte recepta. Legendum ibi simpliciter, ut e Mss. vestigiis liquet: *Ut Liparæ cunctæ, ut Ætna.* Græce ὥσπερ Λιπαρά τε καὶ Αἴτνη καὶ τὰ ἐν Αἰόλου νήσοις. Vide ad Virgil. l. VIII. 417. et me ad Frontin. IV. 1. 35. et Geographos. Vere tamen matrem Appuleii *Salviam* dictam esse, ut est l. II. init. posset quis suspicari, quia in Inscriptionibus occurrunt 'Appuleii Salvii,' sed libertini. Vide Reines. Cl. XVIII. 3. Murat. p. 1572. 1. Nec enim puto, cum Reinesio Cl. XVI. 32. pro *Appuleio Salito* legendum, *A. Salvio*. Ceterum *ipso* exaratur etiam in Reg. Fux. (in quo etiam *materiæ*) Pal. Oxon. Cave, audias: p. 7. 'Ut illa Medea:' p. 17. 'Thesei illius:' l. III. p. 47. 'Illum bonum Milonem;' et sexcenta, tam Nostro, quam aliis, ὅσα τε κόνις. Vide ad l. IV. p. 72. 78. VIII. p. 162. XI. p. 246. 262. Heins. et Burm. ad Ovid. Ep. XIV. 93. *Oud.* *Sexto Philosopho*] Ejus liber de Medicina Animalium hodie adhuc exstat, scholiis doctis a Gabriele Humelbergio illustratus. *Elmenhorst.*

Sexto Philosopho] Hic Sextus Philosophus doctor fuit Marci Antonini Imperatoris, de quo Julius Capitolinus: 'Audivit et Sextum Philosophum Chæronensem, Plutarchi nepotem:' et ab Eusebio in Chronicis scriptum est: 'Plutarchus Chæroneus et Sextus Philosophi insignes haben-

tur Adriani principatu.' *Beroald.* *A Plutarcho illo inclyto*] 'Antiqui ILLE vel magnitudini vel nobilitati assignabant.' Servius ad Æneid. X. Idem ad III. Æneid. 'Hoc pronomine et in venerativa, et in vituperativa significatione Veteres utebantur.' *Pric.*

Prodita] Cel. Burm. ad Ov. Met. V. 517. 'Edita partu,' ubi in Mss. nonnullis est *prodita*, scribit eamdem varietatem hic quoque reperiri. Verum nec scriptum nec editum Codicem offendi, in quo sit *edita*. Adi ad l. IV. p. 74. Ed. Pric. 'Genere Thracio proditus.' *Oud.*

Eam Thessaliam ex negotio petebam] Lucianus: Ἀπῄειν ποτὲ εἰς Θετταλίαν· ἦν δέ μοι πατρικόν τι συμβόλαιον ἐκεῖ πρὸς ἄνθρωπον ἐπιχώριον· ἵππος δέ με κατῆγε καὶ τὰ σκεύη, καὶ θεράπων ἠκολούθει εἷς. *Elmenhorst.* Vid. ad Flor. N. 7. 'Alexandro, &c. Ejus igitur Alexandri.' *Cum Th.* vitiose Reg. Fux. item *ex negotii.* Dein *puero unico sequente*, quod Becichemus Epist. LXXII. e Mss. eruit, non *p. u. me s.* jam addidit auctor Ed. Junt. poster. 1522. et Scriverius, nempe post verbum 'petebam.' Nec de veritate ejus lectionis est dubitandum. Hic enim ejus mentionem facere debuerat, qui demum in fine lib. II. p. 42. meminit 'famuli sui,' et l. III. p. 48. 'Qui eum comitabatur, puer:' ac fine lib. III. docet, 'servulum' se habuisse, 'cui semper equi cura fuerat mandata;' qui ad latronum incursum, jam asino facto Lucio, aufugit territus. Sed et lib. I. in f. Milonis ancilla ait, 'Hic ibidem ad fores opperiminor,' tu sc. et servus: ubi male *opperitor* intrusit Beroaldus. Ceteros famulos in patria reliquerat, ut ait l. XI. p. 253. *Oud.* *Ex negotio petebam*] Imitatus est Lucianum, qui ait se Thessaliam petiisse, ob negotium quoddam paternum, cum homine Thessalico. *Beroald.* *Ex negotio petebam*] Ammianus lib. XXII. 'Ex negotio proprio forte apud Constantinopolim repertus:' et 29. 'Constantinopoli, quam ex negotio familiari petebat.' Minucius in Octavio: 'Negotii et visendi mei gratia Romam contendebat.' At heic in Nostro 'negotium promercale' intellige. Festus verbo *Vici*: 'Et tamen ibi nundinæ aguntur negotii gerendi causa.' *Pric.*

Postquam ardua] Quomodo J. Gruterus, cujus scrinia nulli usui ab Elmenhorstio sunt compilata, conjiciens *emensi*, ut subintelligatur, sumus; ille, cui supra displicuerat mutatio illa numeri, *præfamur veniam, si quid offendero*; ita legere potuerit, nescio. Ejus autem conjecturam rursus, ut lectionem Ms. Palat. venditavit Wowerius: cum in eo Cod. et Guelferb. sit *Post ardua enisi*, i. e. *emersi*, ut in Regio aliisque: sed in Oxon. est *emensi*. Sed *Postquam ardua emersi* non videtur Latinum, quamquam vulgo edatur in Manilio l. I. 116. 'Tantas emergere moles:' ut sit locutio elliptica, sicut, scandere montem. Audacter nimis Bentleius ibi dedit *evincere*. Adi Drak. ad Sil. VII. 41. Emergere per ardua, vel ex arduis, rectum foret, quorum ultimum sæpissime occurrit. Adi Freinshem. et Duker. ad Florum l. III. 10. 22. 'Per intactas vias et nives emersus.' Nihil verius est, quam Hetrusca lectio, recepta ab Elmenhorstio, Scriverio, Pricæo, Flor. et confirmata a Ms. Paræi, *post ardua m. emensa*. Id participium passive sæpissime occurrit, nec tantum apud poëtas, sed et alios. Vide Drakenb. ad Sil. I. 636. III. 648. Markland. ad Statii Silv. III. 5. 7. Justin. l. XLII. 1. 'Tantum itineris frustra emensum.' Immo apud Nostrum l. IX. in f. 'Emensis scalis.' l. XI. 'Emensis periculis:' et inprimis l. VI. init. 'Gnaviter emensis celsioribus jugis:' ubi etiam in Codd. aliquot *emersis*. Voces enim hæ confunduntur passim. Vide ad Flori d. l. Bentl. ad Manil. I. 178. me ad

Frontin. I. 43. III. 1. 2. Participium hoc forsan etiam reponendum est in Catal. Pithœi p. 153. 'Candidus emenso qua redit orbe dies.' Vulgo *accenso*. Is versus revocat mihi in memoriam Solini emendationem p. 19. 'Emensus omnia, qua Liber et Hercules accesserant.' Sic enim Mss. Vulgo *ad quæ*. Salm. non habet *qua*. Item c. 54. p. 61. 'Ab insula emensa, ut,' &c. Ineptiunt Camers. Delr. Salm. Pro *roscida* in Cod. Petrarchæ *rosida*. Oud. *Postquam ardua montium*] Exornatio Rhetorica est, quæ compar appellatur: et altera similiter cadens: in his autem figuris felicissime audax est noster Appuleius: et quamvis affectatione nihil odiosius sit, tamen talis affectatio in hoc pene peculiariter est amabilis, imitabilisque. *Ardua* autem *montium* dixit, arduos montes intelligi volens: sicuti per *lubrica vallium* lubricas valles, et *roscida cespitum*, roscidos cespites, et *glebosa camporum*, glebosos campos. Sic Virg. 'urbem Patavi' circumlocutione usus pro Patavio, 'fontem Timavi' pro ipso Timavo dixit. *Berould*. *Ardua montium*] Ovid. 'Et in ardua montis Ite simul.' Metamorph. VIII. Sic 'clivi ardua' Symmachus VII. 69. et 'ardua Alpium' Tacitus in Historiis dixere. Virgilius: 'ardua terrarum:' ubi Servius: 'Periphrasis montium.' Infra hic lib. III. 'Montis ardui vertice.' Lib. IV. 'Montis ardui scopulo.' Ibidem: 'Ad constitutum scopulum montis ardui.' Lib. VII. 'Excelsi montis arduum jugum.' Item in de Mundo: 'Olympi acra, et Ossæ ardua.' Ibidem: 'Ardui montis latus.' Varro II. 10. de re rust. 'Collium difficultatem, ac montium arduitatem.' Theodoretus de Terra loquens II. περὶ Προνοίας. Εἰς ὄρη καὶ νάπας καὶ πεδία διῄρηται. Florid. II. Noster: 'Alibi montium arduos vertices, alibi camporum supinam planiciem.' Hieronymus XXII. Epist. 'Concava vallium, aspera montium, rupium prærupta.' Justinus: 'Ut non immensa tantum jam ac profunda camporum, verum etiam prærupta collium montiumque ardua occuparint.' Ubi legendum forsan *porrecta camporum*. Minucius in Octavio. 'Recta montium, collium flexa, porrecta camporum.' Sic 'porrectam planiciem' Ammianus lib. XIV. dixit. et XXVI. in fine, 'terræ spatia porrecta.' *Pric.*

Lubrica vallium] Ad hunc locum respexisse Glossatorem putat Sopingius, 'Lubrica vallium sine fossa,' et scribendum conjicit: *vallium in imo cænosa*. At Rutgers. Var. LL. IV. 13. cum Cerda scribit, *ludicrum, vallum sine fossa*. Oud. *Lubrica vallium*] *Lubricus* locus dicitur, in quo facile labimur: lubrica res, quæ labilis est, et e manu elabitur, vixque contineri potest ob lævorem. A Virgilio 'lubricus anguis,' et 'loca lubrica' dicuntur. *Beroald.*

Roscida cespitum] *Roscidus* significat rorulentum, et rore conspersum. A Virg. 'Luna roscida' eleganter scienterque dicta est, veluti roris humorisque parens fœcundissima: ex quo sidus Lunæ fœmineum ac molle nominatur ab eruditis, quæ nocturnum solvit humorem, et (ut ait Plin.) 'cuncta humifico spiritu laxat.' Rores existunt neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nec nisi serena nocte: in confesso est, roscidas æstate Aphricæ noctes esse. Scribit Aristot. in primo Meteororum, rorem fieri ex vaporatione modica, cum pluvia ex largo vapore progeneretur. Appuleius in lib. de mundo: 'Ros,' inquit, 'nocturnus humor est, quem serenitatis tenuitas spargit.' Græce δρόσος dicitur 'ros,' et δροσερὸς 'roscidus.' *Cespes* autem terra est, cum herbarum radicibus circumcisa ferramentis. ex cespitibus castra circundantur, et aggeres castrenses fiunt, ut docet Vegetius in tertio de Re militari. Hinc illud Plinianum ex lib.

xxxv. 'Cespitum natura castrorum vallis accommodata contra fluminum impetus aggeribus.' Ex cespite fiunt aræ, dictæ ob id cespiticiæ. Julius Capitolinus: 'Centum aræ uno in loco cespiticiæ extruuntur, ad eas centum sues, centum oves mactantur.' *Idem.*

Glebosa] Glebis grandibus plena et extantia. Columella id genus glebas appellat *scamna*, de quibus Plin. in xviii. 'Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent.' Græce βώλαξ καὶ βῶλος nominatur. Inde ab Homero, Phthia ἐριβώλαξ dicta ab ubere glebæ. *Idem.*

Emensa] Difficulter se superasse aspredines locorum significat. *Idem.*

Indigena] Thessalico, quasi inde genito, nec aliunde ascito. Vel *indigenam* appellat, equum patrium, veluti vernaculum et domesticum. *Idem.*

Me equo i. p. vehens] Illud *me*, quod præter unum Palatinum et Edd. Vulcan. sec. Wouw. Elmenh. Pric. Flor. agnoscunt Mss. omnes et Edd. Vett. Giphanius in Observ. Ling. Lat. jungebat præcedentibus hoc modo, *Post ardua m. emersi me, equo vehens.* Et sane 'emergere se' Latinis haud rara est locutio. Cicer. de Har. Resp. c. 25. 'Tunc se emergit atque effert.' Manil. l. v. 198. 'Ex undis pars sese emergit in astra.' Plura vide ad Nepot. Vit. Attici c. 11. Sic Edd. primæ Vegetii l. ii. c. 11. 'Inprovisi se emergerent.' At hoc loco probari nequit, quia deest copula, per quam tunc his connecterentur sequentia, 'in pedes desilio.' Barthius ad Claud. ii. in Ruf. 133. et l. xxiv. Advers. c. 1. censet, *me* inscitissime esse ejectum, et Latinissime dici 'me veho' autumat. Nullum tamen exemplum producit. Contra Philippus Rubenius in Elect. c. 4. multa adfert testimonia τοῦ 'vehere' absolute positi, in quibus hoc nostrum, ac Berneccer. ad Justin. l. xi. c. 7. 'Plaustrum, quo vehenti regnum delatum erat.' Gell. l. v. c. 6. 'Equo vehentem.' L. x. c. 15. 'Equo vehi.' Lactant. in Carm. de Phœn. vs. 123. 'Mirandam sese præstat, præbetque. Vehenti Tantus avi decor est.' Sic enim e Mss. est scribendum. Vulgo frigide *Videnti.* Hinc passim 'vector' dicitur is, qui vehitur. Nihilominus, cum Mss. ut dixi, ostentent *me*, nullus dubito, quin Tolosanus Cod. unice veram lectionem servarit *in*, bene probatam a Roaldo, (si quidem ita vere in Cod. invenerit, de quo dubito) et Brantio; sive *equo invehens*, ut alii aiunt. Consule Gronov. et Drakenb. ad Liv. l. ii. c. 19. Et sic plane Cic. ii. Div. c. 68. 'Equus, in quo ego vehebar.' Sed frequens est 'in curru,' 'equo,' 'navi vehi.' Vide Indic. Bosii ad Nepotem. Infra l. ii. p. 30. 'Navis, in qua vehebamur.' Scriverius qua auctoritate ediderit, *me equo vehente*, nescio. Non sane est Appuleianum. In Oxon. est *eq. peralto.* Pessime. 'Candidus' enim appellabatur a domino, ut docet l. xi. in f. *Oud.*

Jam eo quoque admodum fesso] Lib. ix. 'Ad hortulum nostrum jam fesso equo diverterat.' Suidas: Ὑπερπνιγεῖς· ἵπποι ὑπερπνιγεῖς γινόμενοι· οἱ δὲ ὑπέρπονοι διὰ τῆς ἄγαν ἱππηλασίας. *Pric.*

Ut etiam fatigationem] Prave τὸ *ipse* exciderat Edd. Vicent. Beroald. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Colin. &c. quam vocem bene cum Mss. et Edd. pp. servarat Junt. post. et tacite restituit Colv. ac seqq. In ultima vero Juliani Floridi Editione in Delphini usum procurata habetur *lassitudinem* contra O. Mss. et Edd. En istorum hominum accurationem. *Disacuterem* Ed. Bas. pr. *Oud.*

Fatigationem sedentariam] Eleganter 'sedentaria fatigatio' dicitur illa, qua sedentes in equo ex diutina equitatione vexamur. Columella in 13. scribit, operam villici non esse sedentariam: intelligi volens, non esse desidiosam et ignavam, ut sedens

operetur. A Plinio quoque Panegyrista decenter dicitur 'sedentaria senatus assentiendi necessitas,' qui sedens assentiri cogebatur principi truculento. Quinetiam 'sedentarias artes,' et 'sellularias' eruditi appellant, quæ a sedentibus per otiositatem exercentur, quas Numæ lex a peregrinis et servis tantum exerceri sanxit, civibus interdictas, tanquam his animi vigor et corporis pariter elanguescat. Plautus in Aulularia 'sedentarios' nominat, qua dictione signare illos videtur, qui sedes fabricant, et sellas. *Beroald.*

Sudorem fronte c. exfrico] Bertinus et Ro. *s. et frontem c. extrico.* Elmenh. Atque ita habet Pithœanus. *Sudorem frontem* erat in Lips. et Coll. Voss. quasi varia esset lectio. Conjecit vir doctus, *sudoram frontem.* N. Heins. *sudore frontem:* sed *fronte* in plerisque Mss. æque vitiosum est ac *frontem.* Equus non solum æstuat in fronte, sed vel maxime sudant ejus cum pedibus armi et pectora, unde illa a poëtis passim spumare dicuntur. Adi Achill. Tat. lib. I. p. 43. 49. Sed et nullus timor est periculi de refrigeratione, quod sola frons sudet. Quare unice admittenda erat conjectura Becichemi Ep. LXIV. Bernartii ad Stat. lib. III. Theb. vs. 567. et Fr. Modii ad marg. confirmata dein Oxon. libro. Viridi herba, foliis, gramine sudorem equis detergere etiam nunc solent equisones, equitesque. *Fronde* sic abiit quoque in *fronte* vel *frontem* in Varrone apud Nonium v. 'Toral:' 'Quod frontem lecticæ struebant:' ubi jam Scaliger emendavit, *fronde lecticas.* Sed in antiquissimo Cod. Voss. inveni *struerant.* Forsan *lecticæ structæ erant,* vel *struebantur.* Item in Priapeiis c. 36. 'Frontem cruentos Arcadas vides Faunos.' Sic Scal. dum in Mss. est *Fronte crinitos* contra metrum. Al. *Frontem comatos:* al. *At fronte crinita.* Sed in vetusto Cod. Heinsii *fronde:* unde legit ille, *Fronde impeditos.* Forsan, *Frondem comatos.* Sed præfero Heinsianam hactenus conjecturam. Becichemus bene quoque, et Ed. Junt. post. jam ante Colvium dedere *exfrico* vel *effrico,* uti ipsa ratio legendum docet. Pag. 5. 'Sordium eluviem operose exfrico.' Lib. IV. p. 68. 'Calcibus exfricatis.' Male Gulielm. *exstrigo.* In Palat. *curiosa.* Dein *Auris* Ed. Vic. De 'remulceo' vide ad l. VII. p. 144. Mox *et gradum* Pith. *Oud.*

Frontem extrico] Numerosa oratione, et similiter desinente indicat, se omnia illa factitasse, quæ fieri solent ab equitariis sive equisonibus erga equos labore exhaustos, et sudore diffluentes, ut scilicet frontem extricaret, aures remulceret, frenos detraheret. Fronte autem maxime sudant animalia, et potissimum homines, propterea quod caput humidum laxumque est, cerebro autem humectissimo frons prima subdita est, Aristot. auctor in secundo problematum. Frontem a foratu oculorum nominatam Varro existimavit, et credidit Lactantius in lib. de Opificio. A fronte dicti *Frontones,* quod cognomentum est nobilium Romanorum. Hinc ait Cicero in primo de Natura Deorum: 'Silos et Flaccos, Frontones, Capitones, quæ sunt in nobis.' Sili, ut hoc quoque in transcursu declaremus, dicti sunt, quorum nasus sursum versus est repandus: unde galeæ quoque a similitudine *silæ* appellantur. Flacci vero nominati, quorum aures demissæ erant, pendulæ et languidæ ac flaccescentes. Ab his enim, ut ait Plin. sunt Flaccorum cognomina. *Beroald.* *Equi sudorem curiose fronte effrico*] Achilles Tatius lib. I. Τὸν ἵππον ἱδροῦντα κατέψα. et post de Domino ejusdem: Ὁ μὲν κατέψα σου τοὺς ἱδρῶτας. Apud Arrianum ille I. 19. in Epictetum: Τὸν ὄνον οὐ θεραπεύω; οὐ νίπτω; οὐ περικαθαίρω; Oxoniensis hic *fronde* legit. *Pric.*

Aures remulceo] Ὦτα ἢ τὴν χαίτην καταψῆσαι, boni equitis esse ait 2. 5. Philostratus. *Idem.*

Sensim proveho] Mendose ita legi arbitratur Ill. N. Heinsius ad Ovidii lib. v. Met. vs. 450. scribitque *promoveo;* quia non jam equo, sed pedibus incedebat. Quod si in Mss. exstaret, amplecterer. Sæpe ita Terentio. Infra lib. III. p. 56. VII. p. 150. 'Nihil promovebat.' Flor. N. 3. 'Paullo largius in arte promovisse.' Et sic emendandus Boëthius de Cons. Phil. pr. 1. lib. II. 'Quo flatus inpelleret, promoveres;' ut est in vetustissimo Cod. Leid. Vulgo *promovereris.* Ibid. pros. 4. 'Promovimus aliquantum.' Septim. de B. Troj. lib. I. c. 11. 'Aliquid ex oratione promoturus:' quomodo dat a manu prima Perizonii Cod. quod nondum scivit, cum in Diss. § 39. malebat *profecturus* cum aliis, quia in Ed. Merc. et Obr. est *profuturus.* Adi Wopkens. Misc. Obs. Nov. VI. t. II. p. 8. Sed etiam neutraliter 'prævehere' et 'prætervehi.' occurrit aliquoties. Adi viros doctos ad Suetonii Cæs. c. 37. 'Velabrum prævehens.' Nep. Timoth. c. 2. 'Circum vehens Peloponnesum.' Quidsi *proveho* dixit, intelligens equum, quem freno detracto laxe ducebat? *Oud.* *Sensim proveho*] Non potuit significantius exprimere, id quod quotidie usurpari videmus in equis ex cursura dissudantibus, et lassitudine defectis, qui scilicet gradu lentissimo, dorsualibus operti sensim provehuntur, ne ex refrigeratione periclitentur. *Beroald.*

Alvi s. e. naturale præsidium] Gruterus margini adlevit *profluvium.* Vide Elmenh. ad Arnobii l. II. p. 70. Sed frustra *præsidium* tentant eruditi. Recte Lucio spes erat lassitudinis equo minuendæ in *præsidio alvi,* eam cum sordibus eliquantis; ut bene Beroaldus cepit. *Eliquari* in Fux. *Oud.* *Alvi præsidium*] Excrementa signat, et urinam, quo naturæ præsidio maxime equi fatigati recreantur. *Beroald.*

Eliquaret] Emitteret, redderet, et veluti liquidiora stercora fistulatim excuteret, quæ ab Antiquis *foria* dicebantur. Unde *foriolus* dictus, qui foria facile emittat, solutioris scilicet ventris. *Idem.* *Quoad, &c. præsidium eliquaret*] Artemidorus II. 26. Τὸ σῶμα μετὰ τὸν ἀπόπατον κουφότατον γίνεται. *Eliquaret* est *exstillaret.* Augustinus Confess. 9. 6. 'Voces illæ influebant auribus meis, et eliquabatur veritas tua in cor meum.' Infra hic lib. x. 'Fluviales aquas eliquans.' *Pric.*

Jentaculum ambulatorium prataque præterit, ore in latus detorto, pronus adfectat] Miror tam licentiose grassatos esse viros doctos in hoc loco, duarum litterarum correctione per Becichemum egregie, ut videbimus, restituto. Msstorum constans est lectio: *dum is jentaculum* (seu *jantaculum,* ut et infra, ubi vide) *ambulatorium* (Ed. Junt. pr. *ambulatorum*) *prataque præterit.* Quam eleganter dixerit Auctor *j. ambulatorium,* satis jam docuerunt docti: unde nescio, qui in mentem elegantissimo P. Scriverio potuerit venire *adulatorie:* quod ei adscribitur ab ineptissimo Anecdotorum ejus philologorum editore, Westerhovio: cum illa Anecdota sint tumultuariæ Scriverii schedæ vel adversaria, quibus adnotavit etiam aliorum virorum notas et emendationes, quales pleræque sunt, dudum suis ab auctoribus editæ, at nunc ab ignorantissimo homine sub Scriverii nomine collectæ. Sed torsit plurimum viros doctos *prataque præterit,* sequente verbo *adfectat* vel *allectat.* Ac Barthius lib. XXIV. Advers. c. 1. hæc verba censet glossema et interpretationem 'jentaculi ambulatorii.' Ferrar. in Elect. lib. I. c. 19. legit, *in jentaculum a. prata, quæ præterit, affectat.* Marklandus Epist. Crit. p. 15. 18. mirifice

immutat: *jent. amb. parat, quod per iter ore, &c. affectat.* Hoc urere et secare, non corrigere. est. Et quomodo quæso *equus jentaculum parat, quod adfectat?* nisi unum idemque sit. H. Putschius aliusque margini adlevere, *prataque præterita.* At illa amplius adfectare nequit. Vulcanius in Ed. sec. item Elmenhorst. et Pricæus tacite edidere *prataque præteriens.* Scriverius vero et Floridus, *ad prata, quæ præterit.* Omnes nimium recessere a Mss. in quibus, ut dixi, *prataque præterit* vel *præteriit*, ut dant Palat. Lips. Par. Guelferb. Verissime igitur Becichemus Ep. LXIV. legit *prata qua præterit*, sive ubi; nec enim ubique, dum hoc iter pergebant, occurrebant pratis. Ubi vero equus præter prata ibat ad viæ latus, pronus os detorquebat et adfectabat pabulum ambulatorium. Sæpe autem Noster illud 'qua' sic adhibet. Consule Pricæum ad lib. VIII. p. 167. 'In foveam, qua fruticibus subpatet.' Sæpe hæc vox in Nostro est corrupta. Vide ad lib. VI. p. 110. X. p. 228. 'Quia minime par erat.' Alioquin posset quis refingere *per prata, quæ præterit*: quo facit Palat. *parta.* In Guelf. dein *protinus.* Post alios *affectat*, ut Becichemus e Mss. pro *allectat* correxit, exemplis e Nostro aliisque prolatis, Markland. et dudum edidit auctor Ed. Junt. post. Contra *adlectare* abiit in *adfectare* lib. VI. p. 121. ubi vide. Mirum est tamen in Mss. plerisque legi *adjector*, vel *adjecto*; ut est quoque in Anglic. Cod. vel in Reg. Fux. *atque dejecto.* Exciditne vox *cito*, vel *ocius*, sequentibus jungenda? *Oud.* *Jentaculum ambulatorium*] *Jentaculum*, auctore Fulgentio Placiade, dicitur gustatio, et est quasi prægustativa comestio. Est enim cibus matutinus, quasi jejuna anima sumptus: et *jentare* vetus verbum est, quod significat jentaculum capere. Afranius: 'Hæc jejuna jentavit.' Vitellius Imperator epulas quadrifariam dispartiebat, auctore Tranquillo, in jentacula, prandia, cœnas, et comessationes. Græci *jentaculum* ἀκρατισμὸν vocant, καὶ ἀκράτισμα. Hinc Aristot. lib. de animalibus IX. scribit, aquilam non operari, sed quiescere, μέχρι ἀκρατίσματος; hoc est, usque ad horam jentaculi. In quibusdam codicibus Aristot. legitur, μέχρι ἀγορᾶς, quod Plin. Aristotelis interpres emunctus ita transtulit: 'Donec impleantur hominum conventu fora, ignavæ sedent.' Antiqui prandium sive prandiolum vocavere jentaculum, quasi parvum prandium, quod M. Tul. eleganti vocabulo *pranduculum* dixit, et ita legas in sincerioribus codicibus Epistolarum ad Atticum. Nunc oppido quam eleganter ab Appuleio dicitur 'jentaculum ambulatorium,' quod sensim ambulando carpit equus in prato. 'Ambulatoria' hominis 'voluntas' usque ad mortem est, ut tradunt jurisconsulti: hoc est, mobilis, varia, mutabilis. 'Porticus' quoque 'ambulatoria' dicitur, quæ ambulationis causa extructa est. *Beroald.* *Pronus allectat*] Solent equi os in latus detorquentes delectare, et quasi demulcere. *Allectat* enim significat illicit, et delectat. *Idem.* *Jentaculum ambulatorium pronus affectat*] Ambulatorium, quia ambulans gramen carpebat. De Arabum camelis Pædag. 3. 3. Clemens Alexandrinus: Νέμονται ἅμα καὶ θέουσι. *Affectat* vera lectio. Infra hic, 'Appronat se, &c. avidus affectans poculum:' et III. 'Labiis undantibus affecto.' Solinus cap. 35. de Trochilo: 'Dum reduvias escarum affectat.' Servius ad Æneid. III. 'Affectare quidam dicunt, pronum animum habere ad faciendum quid, occupandumve.' Glossarium: Affectantes, ὀρεγόμενοι. *Pric.*

Duobus comitibus, qui f. p. processerant] *Comitum* est in Pithœano et O. edd. ante Colvium. Sed 'duo comi-

tum' sunt duo ex pluribus comitibus, ut lib. IV. p. 78. 'Tribus comitum desideratis.' Virg. Æn. x. 48. 'Viginti lecti equitum.' At sumtum pro 'duo comites' vereor, ut Latinum sit, licet sciam 'cunctos hominum' et similia dici pro cunctis hominibus, &c. Vide ad Sil. I. 564. 'Clarisque senum.' Probavit etiam N. Heins. Nam, quod p. 14. in nonnullis est 'de duobus comitum alterum,' potest ibi construi cum 'alterum,' ut hic posset legi *duorum comitum tertium*, vel, ut alii dedere, *comitem*. Tutius hic cum Mss. longe plurimis retinere nunc *comitibus*. A Regio et Fux. abest *qui*. Edd. Junt. pr. Ald. *paulum*. Tum *præcesserant*, quomodo se primum corrigere putat Markland. Ep. Crit. p. 18. firmant Palat. Paræan. et Ed. Scriverii, ut recepi. *Oud.*

Tertium me facio] Id est, copulo, adjungo me tertium comitem, duobus comitibus progredientibus. *Beroald.* *Duobus comitibus, tertium me facio*] Vide Luc. XXIV. 15. Infra lib. x. 'Adsciscor itaque in duos illos fratres tertius contubernalis.' *Pric.*

Alter exerto cachinno, &c.] 'Terrores magicos, miracula, sagas, Nocturnos lemures, portentaque Thessala ridens.' 'Exerto cachinno,' ut solent fidem non adhibentes. Vide ad Matth. IX. 24. notata. *Idem.* *Alter*] Ex duobus scilicet comitibus. *Beroald.* *Cachinno*] Risu soluto, qui reprehensibilis est. Hinc ait Seneca: 'Sit risus sine cachinno.' Præterea *cachinnus* non risum tantum, sed sonum quoque vehementiorem significat, sicut apud Catullum ita scribentem: 'Procedunt leviterque sonant plangore cachinni.' *Cachinnare* etiam non de risu tantum, sed de sonitu strepituque majore vetustas dici voluit. Hinc illud Accianum: 'Sæva sonando crepitu clangentes cachinnant.' Est autem *cachinnus* verbum secundum ὀνοματοποιΐαν fictum, a sono risus. *Idem.* *Et*] Ms. *At.* Colv. Item Oxon. *Ac dum*, ut supra, Palat. Ed. Junt. post. Sed Reg. Fux. *jam dum*. Celeritatem aviditatemque audiendi indicat illud *jam*. Oud.

Parce, inquit, in verba, &c.] Reg. Paræan. Guelferb. *inquit, Parce*. Pro *in* in Regio, Fux. est *tu*. Sed 'Parce in verba' dictum videtur pro, Parce verbis. Sic pag. 6. 'Parce, inquit, in feminam divinam, ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas:' subintellecta voce, linguam, ut 'Parcito linguam' apud Festum: ut ex tribus Mss. Leid. legendum cum Salmasio ad Plin. p. 73. non *Pascito*. Neque enim, ut vulgo fit, jungenda: Parce in verba et mentiendo. Sed ante 'tam abs.' ponenda est distinctio. *Oud.*

Ista hanc] Τὸ *hæc* non est in Flor. et Palat. *Elmenh.* Nec etiam Guelf. Lips. Reg. Fux. Oxon. nec opus est. Primus Scriverius pro *ista hæc* edidit *isthæc*: quomodo cum Comicis aliisque sæpe loquitur Appuleius. Sed hic illic corruptum est. P. 15. 'Nihil hac fabula fabulosius, nihil isthoc mendacio absurdius:' in Flor. N. 23. 'Isthoc saltem:' lib. II. p. 28. forsan, 'Isthunc igniculum:' ubi vide. *Oud.* *In verba ista*] Subintelligendum est, alterum ex duobus comitibus denarravisse inter eundum multa de divina potentia magices incredibilia, ita ut alter surdis auribus diceret, supersedendum esse talibus verbis, quæ mera mendacia et immania portenta resonarent. *Beroald.* *Parce in verba tam, &c. immania mentiendo*] His verbis unice illustrantur Hesychiana ista: Θετταλὰ, θαυμαστὰ, ψεύδεσιν ὅμοια. Unde et obiter patet errare eos qui *inania* scribunt: quamquam et eam lectionem Oxoniensis præferat. Infra lib. x. 'Nec tam immanibus contenta mendaciis.' Tacitus Annal. II. 'Feruntque militem, quia vallum (gladio) non accinctus, atque alium, quia pugione tantum accinctus foderet,

morte punitos: quæ nimia, et incertum an falso aucta, originem e severitate Ducis traxere.' Illud *nimia* a Rhenano est. in Ms. enim *munia* erat: quæ etsi non vera, tamen vero proxima scriptura: legendum, *quæ immania, &c.* Sic idem iv. Annali, 'fabulosa et immania' dixit. *Pric.*

Tam absurda, tamque immania] 'Immane' sæpe pro admirando, θαυμαστῷ, etiam in bonam partem sumitur. Adi Burm. ad Ovid. Trist. ii. 339. Ac pro nimio in malam partem et inepto poni certum est. Hinc Ovidio lib. v. Met. in f. 'Studiumque immane loquendi:' et 'Immania barbarorum ausa' Plinio in Paneg. c. 17. quod non mutandum in *Inania*. Sed hic 'absurda' dicit Auctor, quæ lib. x. p. 212. 'immania mendacia.' At *inania* sunt fabulosa et nihili, quæque tanti non sunt, ut tam immane vel absurde mentiaris, ut patet ex loco nota præcedente citato. Vide Serv. ad Virg. Æn. x. 758. Quare, cum etiam Reg. Oxon. Par. Fux. dent *inania*, ego malim accedere tot codicibus, et Scioppio ac Scriverio, qui sic exhibuit. Sic lib. ix. p. 203. 'Finiumque inani commota quæstione:' quod etiam male mutant; estque frequens hujus vocis corruptela. Adi Burm. ad Virg. Æn. iv. 210. *Oud.*

Isto accepto] Cum hoc audivissem. *Beroald.*

Sititor alioquin novitatis] In Cod. Par. sive Wassei, ut et Oxon. ac Fux. Guelf. etiam est *sciscitor*, sive *sciscitator*: quo facit Ammian. Marcell. lib. xxii. 16. 'Artium minutissimus sciscitator.' Auson. in Grat. Act. p. 708. Ed. Toll. 'Quid me oneras, sciscitator?' Nihilominus præfero aliorum *sititor*. Sic Juvenali dicitur 'sitis famæ' Sat. x. 140. et Sil. lib. iii. 578. 'famæ sitiens.' Immo Martiano Capellæ, cui 'sititor sanguinis' ex correctione Colvii, confirmata a quinque membranis antiquissimis, est Pluto lib. i. p. 21. dicitur lib. ix. p. 304. 'ardens sitis aurium,' quæ hinc passim 'bibulæ' vocantur, ut supra visum est. *Alioquin* etiam scripsi pro *alioqui* cum Mss. et Edd. Vett. ut sæpius infra. Vide ad Suet. Tib. c. 71. Pro *immo* in Fux. *primo*. Oud. *Sititor novitatis*] Cupitor rerum novarum. Nam, ut inquit Ovidius: 'Est quoque cunctarum novitas gratissima rerum.' Et, ut auctor est Seneca in Declamationibus: 'Ad nova homines concurrunt, ad nova conveniunt.' Idem scribit libro Quæstionum naturalium novissimo: 'Quod naturale est, magis nova quam magna mirari. Qui sidere Capræ oriente nascentur, erunt curiosi omnium rerum, ut semper nova quæque curiosa desiderii cupiditate sectentur:' auctor Julius Firmicus in 7. matheseos. *Beroald.* *Sititor alioqui novitatis*] Codd. Palat. et Oxon. *sciscitor:* fortasse *sciscitator* legendum. De more illo, ejusmodique ingeniis, vide ad Act. 17. 21. notata. *Pric.*

Impartite Sermone non quidem curiosum] Pro *impartite* vel *impertite* edidit Scriverius *impartito*. Vidit scilicet recte vir acutus, sermonem petitionemque Lucii non fuisse ad ambos directam, sed ad unum eorum, qui mira narrabat, cuique alter dicebat, 'Parce in verba isthæc:' ac Lucius noster: 'Immo vero impartire.' Sic enim lego cum Mss. Regio et Oxoniensi. Auctor utraque verbi terminatione 'impertio' et 'impartior' promiscue est usus, et hac ipsa imperativi persona lib. iii. p. 57. 'Impartire nobis unctulum.' In Florid. N. 17. 'Veniam impartire rarenter adeunti.' Ad reliqua autem verba vehementer impingunt viri docti, et inprimis illi, qui cum Becichemo Ep. lxviii. *curiosum* dividunt in *curio sum:* quia in Nonio 'curio' exponitur, *curiosus;* vel quia se expedire eo nequiverunt, quod in Mss. omnibus viderunt Accusativum esse *sermonem* vel *sermones;* ut est in Mediceis, Palat.

Pith. Guelf. Lips. et Oxon. *Sermonem* habet quoque Regius, Fux. et Wass. cum Edd. Vett. Observandum autem est, Appuleium numquam verbum 'impertio' vel 'impartior' construere cum Accusativo personæ, et Ablativo rei; sed semper cum Accusativo rei et Dativo personæ, si eam addat; licet hoc verbo frequentissime utatur. Utramque autem constructionem apud optimos quosque inveniri nemo nescit. Notandum insuper, non *curiosum*, sed *curiosus* in plurimis codicibus scribi, uti et in Petr. Fux. Oxon. ac Regio, *curiosos* in Palatino, Guelferb. Quare legendum arbitror vel: *Immo vero inpartire sermonem* aut *sermones. Non quidem curiosus sum; sed qui v.* vel: *Immo vero inpartire*, sc. 'verba:' quæ præcedunt. *Sermonis non quidem curiosus sum, &c.* Et sic dein vidi N. Heinsium quoque conjecisse: nisi quod *impertito* retineat, addens explicationis gratia, 'non quidem curiosum sermonis vestri aut eorum quæ inter vos loquimini, sed qui discendi sim cupidus.' Nec *curiosus* hic sumi debet pro πολυμαθεῖ ac πολυΐστορι, ut apud Gellium lib. XIX. c. 13. 'Sermones eorum curiosius captabam.' Vopisc. in Vit. Prob. c. 3. 'Sum enim unus ex curiosis, quod infinita scire non possum:' ubi vide Casaub. et Salmas. Potius capias in malam partem de eo qui scire aliena, et quæ ad se non pertinent, conatur, alienique negotii est perscrutator, ut p. 24. 'Iste curiosus dum importune irrumpit.' Lib. V. p. 93. 'Scrupulose curioseque percontari.' Cic. I. de Off. 34. 'Minime in aliena Rep. esse curiosum.' Terent. Eun. A. III. S. 5. 5. 'Neminemne curiosum intervenire nunc mihi.' Phædr. lib. IV. F. 21. 'Quidam curiosior,' &c. ubi vide præter alios Schefferum. Inprimis tamen malim intelligere hic hominem, qui speculatur et excipit verba, actaque alterius inquirit, ut ea criminose deferat Imperatori vel magistratibus, sitque ὠτακουστὴς et index. Atque ideo excusat se Auctor, quod cuncta quidem scire velit, sed tamen non sit *curiosus.* Adi omnino Torrent. et Casaub. ad Suetonii Aug. c. 27. 'Curiosum ac speculatorem ratus coram confodi imperavit.' Adde Salmas. ad Spartiani Hadrian. c. 11. Infra lib. v. p. 107. 'Verbosa et satis curiosa avis.' *Oud.* *Non quidem curiosum*] In libro Annotationum nostrarum hic locus copiose satis opinor explicatus est: ex quo poteris, si quid amplius desideraveris, mutuari: ubi docuimus, *curionem* pro ministro atque præcone usurpari, in quo significatu Plinius, Julius Capitolinus, Martialis, Eusebius, itidemque Appuleius usurpant. Apud Plautum, 'agnus curio' significatur macilentus, quasi nimia cura gracilis et emaceratus, sicuti e contrario 'incuriosum agnum' dixit Appuleius in Floridis, intelligi volens opimum et succulentum. Videtur autem *curio* hoc in loco a cura festiviter deduci, quasi *curiosus*, qui curat et satagit nosse curiose res novas. Est itaque sensus: Non sum ego quidem curiosus, cum curiositas sit signum loquacitatis: et nemo curiosus sit, qui non sit malevolus. *Beroald.* *Non quidem curiosum, sed qui velim, &c.*] Augustinus Confess. XXVI. 'Curiositas affectare videtur studium scientiæ.' Firmicus Mathes. III. 11. 'Absconsarum artium doctrina pollentes, et qui omnia, quæ in rebus humanis sunt, velint scire.' Herodianus de Marco Antonino, Περιεργότερος ὢν, πάντα εἰδέναι ἤθελεν. Horatius: 'Scribetur tibi forma loquaciter,' &c. Scholiastes: 'Loquaciter, quasi curiose audituro, ac scire cupienti.' *Pric.*

Verumtamen cupio nosse plurima] Atqui ipse tamen toto opere testatur, se genuina curiositate præditum fuisse: et 'natura,' ut inquit Seneca, 'nobis curiosum dedit ingenium.'

Curiositatem ut noxiam taxat Fulgentius Mythologus his verbis: 'Curiositas semper periculorum germana, detrimenta suis amatoribus novit parturire potius quam gaudia.' *Beroald.*

Jugi quod insurgimus] Pro, in quod surgimus. Libro tertio: 'Forum ejusque tribunal adstituor.' Libro quinto: 'Conferta vox aures ejus adfertur.' Et: 'Clemens quidam sonus aures ejus accidit.' *Elmenh. Jugi*] Collis, et loci editioris. *Insurgimus*, i. e. ascendimus. *Beroald.*

Asperitudinem] Elmenhorstius sic recte edidit. Florentinis enim et Lipsianis ac Brantii membranis accedunt Oxon. Guelf. Palat. per syncopen, et ita 'aspri' et 'aspreta.' Consule Rhodii Lexicon Scribonianum, et Burm. ad Gratii Cyneg. vs. 241. Apoll. Sidon. Carm. II. 419. 'Hic domus Auroræ, &c. Baccarum profert leves asprata lapillos.' In Oxon. *jucunditatis te l.* Wass. *jucunditate l.* Oud.

Lævigabit] Hæc duo opponuntur veluti per antitheton, *asperitudo* et *lævigatio*. Est enim *lævigare*, lævore quodam expolire quod asperum est. In itinere autem comes facundus, ut dicere solebat Publius mimographus, pro vehiculo est. Unde fit, ut asperitas viæ sermocinatione comitis jucunda lævigetur. *Beroald. Levigabit*] Libro quarto: 'Omni sarcina levigatos.' Ruffinus apud Josephum Antiquit. Judaic. libro secundo cap. 3. 'Cum in nullo eos mitiores videret, suadebat, ut malum sceleris aliquantenus levigarent.' *Elmenhorstius.* Bene opponit 'aspritudinem' et 'levigationem,' ab adjectivo 'levi,' priore longa, quidquid tactu non est asperum. Latius dicam ad lib. IV. locum initio. *Oud.*

Fabularum lepida jucunditas levigabit] Apollonius 8. 5. apud Philostratum: 'Ἡδίους οἱ καθ' ὁδὸν λόγοι παραπέμψαι βαδίζοντας. ἴωμεν οὖν διαλαλοῦντες. Virgilius: 'Varioque viam sermone levabant.' Minucius in Octavio: 'Oram curvi molliter litoris, iter fabulis fallentibus legebamus.' Heliodorus 3. Τὸν πόνον τῆς ὁδοιπορίας ἐπικουφίζων, καὶ τῷ διηγήματι παραπέμπων. *Pric.*

Pag. 3 *Næ*] Certe. Græcum est adverbium, Latinis quoque usitatissimum, quo Plautus, Terent. M. Tul. cæteri frequenter utuntur. *Beroald.*

Istud mendacium] Quod scilicet dixisse videbatur ille assertor magicæ factionis, qui quædam incredenda ad comitem narraverat. Inter *mentiri* autem, et *mendacium dicere*, distat. Qui enim mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur: auctor Pub. Nigidius, qui hoc quoque addit: 'Vir bonus,' inquit, 'præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat.' Divus August. in libro de mendacio, colligit octo genera esse mendaciorum, quibus abstinendum esse in totum præcipit: ubi indiscriminatim *mentiri* et *mendacium dicere* usurpantur. Quod et in decretis Canonicis 22. quæstione 2. repetitum est. Nati sub sidere geniculi, erunt mendaces, frugaces, callidi. *Beroald.*

Si qui velit] Sic restitui ex Mss. et Edd. Vett. usque ad Elmenhorst. qui cum seqq. male e Flor. edidit *quis:* quod et habent Fux. Guelf. Infra: 'Si qui agitarit:' et ibi Colv. l. II. p. 35. 'Si qui mortuum servare velit.' L. VIII. p. 255. 'Si qui tamen non gravatur.' Phil. Mor. e Mss. 'Si qui corporis sanitatem spernat.' Et sic passim apud optimos. Vide Drakenb. ad Liv. l. III. c. 17. et Comm. ad Suet. Cæs. c. 56. 'Si qui investigare vellet.' Restituendum quoque Solino p. 12. 'Si qui Græcus est, propius accedunt:' ubi in aliis *Qui*, in aliis *Si* solum legas. Sed ita sequitur: 'Si quis erit gentis alterius, involant.' Mox *agiles* perperam excidit Ed. Floridi. *Oud.*

Susurramine] Incantamento: quod clam, et voce summissa, ne prophani percipiant, fieri solet. 'Magia' enim, ut idem Appuleius asserit in Apologia, 'occulta res est, plerumque noctibus vigilata, et tenebris abstrusa, et arbitris solitaria, et carminibus murmurata: cui paucissimi adhibeantur.' Libro quarto Institutionum, 'susurros magicos' dici legimus incantamenta magicorum, et quæ a Lucio nostro *susurramina* nominantur. *Beroald.*

Amnes reverti] Persuasum est, vi magici cantaminis cuncta, quæ naturaliter impossibilia sunt, fieri posse: flumina ad fontes revocari, mare glaciari, ventos tranquillari, denique omnia quæ hic memorat Appuleius posse confici. Cui sententiæ astipulatur polypharmaca, hoc est, trivenefica illa Medea, quæ sic ait apud Ovidium: 'cum volui, ripis mirantibus, amnes In fontes rediere suos, concussaque sisto, Stantia concutio cantu freta, nubila pello, Nubilaque induco, ventos abigoque vocoque, Te quoque luna traho.' Illud quoque Maronianum ex Æneidos quarto huc pertinet: 'Sistere aquam fluviis, et vertere flumina retro.' *Idem.* *Amnes agiles reverti*] Lucanus, ubi de venefica: 'De rupe pependit Abscissa fixus torrens, amnisque cucurrit Non qua pronus erat.' Ovidius simili argumento: 'Inque caput liquidas arte recurvat aquas.' *Pric.*

Mare pigrum colligari] Oxon. *congelari*, ut passim *aggelare* et *alligare* solent confundi: de quo adi ad Lucan. citata l. I. 246. 'Gelidos pavor alligat artus.' Nihil vero muta. Idem l. v. 434. 'Æquora lenta jacent: alto torpore ligatæ Pigrius immotis hæsere paludibus undæ.' At Ger. Vossius margini adlevit *concitari*: ut, quando pigrum jaceat mare, per magicum susurrum concitetur. Verum ea mens non est Appuleio. Adjectiva hic 'agiles,' 'pigrum,' 'inanimes' pro adverbiis, ut millies, ponuntur, et cum verbis sunt construenda. *Oud.* *Mare colligari*] Id est, congelascere, contra naturam suam. Mare enim omne incongelabile est, sicut Philosophi autumant: et memorat Gellius in XVI. Noctium Atticarum. Tametsi Herodotus, Græcæ historiæ scriptor, scribit in IV. historiarum, mare Scythicum congelascere. Unde a Juvenale dictus 'Oceanus glacialis.' Auctor est Plinius, septentrionalem Oceanum 'Marimarusam' a Cymbris vocari: hoc est, mortuum mare. Hecatæus 'Amalchium' appellat, quod nomen lingua Scythica significat congelatum. *Beroald.* *Mare pigrum, &c.*] Tacitus in Agricolæ vita: 'Mare pigrum et grave navigantibus.' Idem in de Germania: 'Mare pigrum, et prope immotum.' Avienus Periegesi: 'Hic devincta sali stant marmora, pigraque Ponti Se natura tenet.' Et in Ora maritima: 'Sic segnis humor æquoris pigri stupet.' Apud Isidorum Orig. XIV. 6. 'Pigrum et concretum mare.' Infra hic lib. VI. 'Fluentum pigrum.' 'Pigros latices' dixit et Lucretius. *Pric.*

Ventos inanimes] Vide Notata ad Arnobii lib. I. *Elmenh.* ac Barth. ad Stat. l. VII. Theb. 88. 'Exanimis hiems.' *Inanimos* placet Wasseo. Sic certe 'inanimi cibi,' 'inanima castimonia' l. XI. sub finem. Infra h. libro 'inanimis, nudus,' in Bertin. quoque *inanimus*. Alibi variatur apud Nostrum 'hilaris' et 'hilarus,' 'illunis' et 'illunus,' 'sublimis' et 'sublimus,' et plura. Videtur tamen prætulisse Auctor terminationem τοῦ *us*, corruptam pro librariorum captu in *is*. Sic mox pro 'enervam et exossam saltationem' in recentioribus Edd. est *e*. Nisi hic suavior auditu esset variatio *os* et *es*. Consule omnino Heins. ad Æn. IV. 8. 'Unanimam sororem,' non *Unanimem*. Oud. *Ventos inanimes expirare*] Id est, ven-

tos esse sine spiritu: quod impossibile est. Ventus enim nomen venti perderet, cum esset inanimis: id est, sine anima, et spiritus agitatione. A Græcis dicitur ἄνεμος, unde animus et anima deducuntur, ex quo animæ interdum pro ventis usurpantur. Horatius: 'Impellunt animæ linthea Thraciæ.' Virgilius: 'Quantum ignes animæque valent.' Est autem ventus, fluens aër et agitatus: ut Hippocrates in libro de flatibus, Aristoteles, Seneca, et cæteri Quæstionum physicarum conditores prodiderunt. Nihil autem est in rerum natura potentius spiritu. Ignem spiritus concitat. Aquis ventum detrahas, inertes sunt. Potest spiritus dissipare spatia terrarum, et novos montes extollere, qui est causa tremoris terræ. Unde Epicuro nullus motus placet, præter spiritum, qui possit tanta conari. *Beroald.* *Expirare*] Spiritum exhalare et mori: sicut animantia expirant, spiritu emisso deficientia, sine quo nihil vitale est. *Idem.* *Ventos inanimos expirare*] Servius ad VI. Eclog. 'Animæ, i. e. aëris, unde etiam venti sunt.' *Pric.*

Solem inhiberi] Sol, qui est 'mundi oculus,' et 'cor cœli,' et 'jucunditas diei,' et 'cœli pulchritudo, naturæ gratia,' ut inquit Ambrosius in IV. Hexaëmeri: qui, ut asserit Plinius, 'naturæ regimen ac numen est, syderum ipsorum cœlique rector,' creditur potentia magici carminis posse inhiberi, quo minus cursum suum statum et nunquam erraticum circumagat. Hinc Lucanus cecinit in VI. Pharsaliæ: 'Cessavere vices rerum, dilataque mundi Hæsit nocte dies.' Prisca illa rudis et indocta mortalitas, in deliquio Solis ac Lunæ, stellarumque defectibus, scelera aut mortem aliquam siderum pavebant. *Beroald.*

Lunam despumari] Credebant antiqui, Magorum præstigiis lunam cœlo deduci posse. Vide Beroaldum ad hunc locum, Valerium Flaccum lib. VI. vs. 447. Notata ad Arnobii libr. I. *Elmenh.* Ill. N. Heinsio forte rectius videbatur *despumare*, quia Lucano l. VI. 505. ipsa Luna dicitur 'despumare,' seu spumas evomere magico carmine. Adi ad Ovidii Metam. l. VII. 268. Sic Claudian. in Prob. et Olybr. Cons. vs. 54. 'Despumat rutilas dives Pactolus arenas.' At contra Mss. nihil muto. Despumare undam, mel, &c. dicitur is, qui spumam melli, undæ, &c. detrahit: unde et 'mel despumatum' medicis. Vide Virgil. l. I. Georg. 296. Celsum, et Beroald. Ita et hic despumatur Luna per magam, sive spuma ei detrahitur. Atque simul hinc liquet, vitiosum esse *di* in Ms. Brantii et nota Beroaldi, et in Variis LL. Virgilii. Qualis frequens confusio est in *destillare* et *distillare*, de quo ad Lucanum, aliisque. *Oud.* *Lunam despumari*] Carminibus præstigiisque magorum Lunam cœlo deduci posse creditum est: ex qua credulitate est illud notissimum: 'Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam.' Credebant quoque Lunam cantu magico depressam cogi, ut despumaret in herbas suppositas, et lunare virus infunderet, quibus mox ad magicen utebantur. Quod et idem Lucanus insinuat, cum sic ait in VI. de Luna loquens: 'Et patitur tantos cantu depressa labores Donec suppositas propior despumet in herbas.' Item alibi: 'et virus large lunare ministrat.' Mortalitas, ignara causarum naturalium, in Lunæ defectu veneficia arguebat: et ob id crepitu dissono auxiliabatur. Auctor Plinius in II. et Livius in XXVI. 'Disposita,' inquit, 'in muris Campanorum imbellis multitudo, tantum cum aëris crepitu, qualis in defectu Lunæ silenti nocte fieri solet, edidit clamorem.' Hinc illud Satyrici poëtæ: 'Una laboranti poterit succurrere Lunæ.' Igitur Luna despumatur quando spuma depurgatur, quam co-

gitur infundere in herbas subjectas magis. Itidem mel despumatum dicitur, quando spuma detracta purum, liquidum, defecatum relinquitur: et ut ait Plin. in XXII. 'usus despumati mellis semper aptior est.' *Beroald.*

Stellas evelli] Marcianus Capella in libro de Astrologia, stellas a stando, sidera a considendo dicta fuisse commemorat. Cum itaque stellæ cœlo affixæ sint, cantamine magico revelli posse putantur. Interdum stellas ex cœlo labi, et volitare conspicimus: ex quo illud Maronianum: 'stellas vento impendente videbis Præcipites cœlo labi.' Plin. in XVIII. 'Discurrere,' inquit, 'stellæ videntur interdum, ventique protinus sequuntur, in quarum parte ita præsagivere.' Inibi ex intervallo, 'si volitare,' inquit, 'plures stellæ videbuntur, quo feruntur albescentes, ventos ex his partibus nunciant.' Vulgus existimat aliquem extingui, cum stella decidua: verum, ut inquit verissime idem Plinius, 'non tanta cœlo societas nobiscum est, ut nostro fato mortalis sit ille quoque siderum fulgor.' Verum cum decidere videntur, id fit nimio alimento tracti humoris: sicuti luminibus accensis, id ex liquore olei notamus accidere. Græci ἀποῤῥοίας vocant defluxus quosdam aërios, qui ad terram labentes stellarum casus imitantur. *Idem.*

Diem tolli] Tanquam arte magica possit dies mutato canonico cursu interpellari, et nox congeminari, juxta illud Lucani: 'Cessavere vices rerum, dilataque longa Hæsit nocte dies, legi non paruit æther.' *Idem.*

Sermonem jeceras] Palat. Guelf. *iteras*. Vir doctus *severas*. Sed 'jacere sermonem,' 'verba,' ut Græcis βάλλειν et καταβάλλειν, obviam esse locutionem, vel tirones sciunt. *Te* abest Cod. Oxon. *Oud.*

Ne te pigeat vel tædeat] Sallust. Jugurth. 'Dum me civitatis morum piget tædetque.' Seneca cap. 2. de Tranquill. 'Et pœnæ incumbens suæ, dum piget sui tædetque.' *Pric.*

Et ad alium] Conversus scilicet ad illum qui exorto cachinno dixerat, supersedendum esse talibus verbis, tanquam absurdis et incredibilibus. *Ber.*

Crassis auribus respuis] Oxoniensis heic non male *a crassis, &c.* Pric. 'Respuere ab se' Lucretio l. VI. 1052. Vitruv. l. VII. c. 4. Sed reliqui omnes præpositione carent. *Oud.* *Crassis auribus respuis, &c.*] Simillima Matth. XIII. 15. ubi dicta vide. 'Crassis auribus,' ut apud Scriptorem ad Hebræos νωθροὶ ταῖς ἀκοαῖς. Vide Suidam in λασιόκωφος. Calpurnius 4. Ecloga 'aures obesas' dixit. 'Respuis,' est γελοῖα ποιεῖς ἀπιστῶν, ut apud Lucianum in Philopseude. Oxoniensis heic non male, *a crassis, &c.* Pric.

Minus hercule calles] Sensus est: Profecto nescis, multa, quæ vera sunt, ideo existimari mendacia, ob depravatam hominum opinionem, quia sunt nova, et supra vires nostras sublimata. In hanc sententiam ait Sallustius in Catilina: 'Quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit: supra ea, veluti ficta pro falsis ducit.' *Beroald.*

Pravissimis opinionibus ea putari mendacia] Sallust. Bell. Catilin. 'Quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit, supra veluti ficta pro falsis.' Oppianus de Piscibus lib. I. vs. 219. Θαῦμα δ', &c. Plinius Naturalis Histor. l. VII. cap. 1. 'Quis enim Æthiopas, antequam cerneret, credidit? aut quid non miraculo est, cum primum in notitiam venit? quam multa fieri non posse, priusquam sint facta, judicantur?' Vide Plutarchum de Facie in Ore Lunæ Fol. 938. *Elmenh.* *Parvissimis* Ms. Pith. *Oud.*

Ea putari mendacia quæ vel auditu nova, &c.] Lucretius: 'Sed neque tam facilis res ulla est quin ea primum Difficilis magis ad credendum constet, itemque Nil adeo magnum,

nec tam mirabile quidquam Principio, quod non minu' fiat mirabile cunctis Paulatim.' Socrates apud Lucianum in Alcyone : Ἐοίκαμεν ἡμεῖς τῶν δυνατῶν τε καὶ ἀδυνάτων ἀμβλυωποί τινες εἶναι κριταὶ παντελῶς· δοκιμάζομεν γὰρ δὴ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην, ἄγνωστον οὖσαν καὶ ἄπιστον, καὶ ἀόρατον. πολλὰ οὖν φαίνεται ἡμῖν καὶ τῶν εὐπόρων ἄπορα, καὶ τῶν ἐφικτῶν ἀνέφικτα, συχνὰ μὲν καὶ δι' ἀπειρίαν, συχνὰ δὲ καὶ διὰ νηπιότητα φρενῶν. Infra hoc lib. 'Hominibus multa usu venire mira et pene infecta, quæ tamen ignaro relata fidem perdant.' Ubi vide Arriani locum. Confer et quæ de Plinio IX. 4. Aulus Gellius. *Pric.*

Supra captum cogitationis] Cum in Ms. Pithœano scribatur, *captū supra cogitationis*, conjecit Salmasius, *captu supra cogitationis.* Sed tum rectius *supra cog.* exsularent ; ut *captu ardua* dixerit, sicut 'auditu nova,' 'visu rudia.' Ego nihil muto. Sensus est: Supra quam humana cogitatio capere potest. *Oud.* *Supra captum cogitationis*] Florid. II. 'Supra captum hominis.' *Pric.*

Vesperna] Ante omnes commentatores jam olim Becichemus Ep. LXIX. contendit, *vesperna* non esse Latinum, et *vespera* esse in Mss. O. licet Pius t. I. Th. Crit. p. 449. testetur sic esse in priscis exemplaribus ; uti ad Ed. Colv. hic varietatis nihil adnotavit excerptor lectionum Ms. Regii. Sed in ceteris, ut debet, *vespera:* ut sæpissime pro, heri vesperi, apud Appuleium occurrere docet Pricæus. De multis en l. v. p. 99. 'Eum vespera redeuntem.' L. X. p. 219. 'Vespera post opiparas cœnas.' Plura vide ad l. II. p. 28. 'Cum ecce jam vespera:' et ad Suetonii Aug. c. 53. 'Nisi vespera, aut noctu.' *Oud.* *Vespera*] Hora vespertina, et (ut ait Sidonius) crepusculascente. Dies civilis, qui a media nocte incipit, ita dividitur. Primum tempus dicitur 'mediæ noctis inclinatio:' deinde 'gallicinium:' inde 'conticinium,' cum et galli conticescunt, et homines etiam tunc quiescunt : cujus meminit Plautus in Asinaria, cum ait : 'Videbitur, factum volo, redito conticinio.' Deinde est 'diluculum,' id autem est, cum incipit dignosci dies. Inde 'mane,' dum dies clarus. Legibus duodecim tabularum ortus tantum et occasus nominabatur, post aliquot annos adjectus est et meridies. Novissimum diei tempus 'suprema tempestas' nominatur. Hinc illud 12. Tab. 'Solis occasus suprema tempestas esto.' Quamvis plurimi ex his verbis supremam tempestatem post occasum Solis esse existimaverint. Post supremam dicitur vespera, a stella quam Græci 'hesperam,' Plautus 'vesperuginem,' Ennius 'vesperum,' Martianus 'phosphorum,' Virgil. 'hesperon' appellant. Inde 'crepusculum,' a crepero, quod dubium significat, dictum ; tanquam lux dubia id horæ sit, incertumque existat id temporis noctisne sit an diei. Inde 'crepusci' nominati a Sabinis, qui eo tempore erant nati : et a Lucretio dictum est 'creperum bellum ;' cujus anceps et dubius est eventus. 'Oracula' quoque 'crepera' vocitarunt, quasi ancipitia, ambagiosa, dubiosa. Hinc senes 'decrepitos' dici quidam autumant, quasi dubiæ sint vitæ. Post crepusculum id sequitur tempus, quod a luminibus accensis 'prima fax' dicitur. Deinde 'concubia,' sive 'concubium,' quod fere omnes tunc cubarent. Alii, ab eo quod sileretur, id tempus 'silentium noctis' appellaverunt: sicut Livius. Novissimo loco 'intempesta nox,' dicta ex eo, quod non habet idoneum tempus rebus gerendis, et eo tempore nil agi tempestivum est. Cassius : 'Nocte intempesta nostram devenit domum.' Hæc est diei civilis a Romanis observata divisio, quam pluribus verbis explicavi, propterea quod hæc enarratio est futura conducibilis

studiosis antiquarum lectionum. Auctores, Marcus Varro, Macrobius, Plin. Censorinus, cæteri. *Berould.* *Ego denique vespera dum polentæ caseatæ, &c.*] Falluntur docti Viri (Pius et Colvius) qui *vesperna* legebant: vera est quam posuimus lectio, cum ab aliis, tum et Oxoniensi Cod. firmata. Sic infra lib. II. 'Vespera quoque cum somno concederes.' lib. III. 'Et abigor procul ab eo hordeo, quod apposueram vespera, &c. illi gratissimo famulo.' Eodem libro: 'Atque utinam de more vespera corollas parassem mihi.' Infra hic: 'Quod vespera poculis minus temperavi mihi.' Ita Græci, quos fortasse Apuleius imitatur. Xenophon, Ἑλλην. 4. Ἑσπέρας συνεδείπνουν αὐτῷ, id est, 'heri vesperi.' Sequentia miris modis agitant, nec tamen sensum commodum efficiunt. Legendum puto, *in convivas æmulus*, id est, avidus, timens ne quis celeritate edendi præteriret me. Et recte hinc additum, *minimo minus interii.* Petronius: 'Cibus avidum strangulavit.' De filio Clodii Pulchri Valer. Maximus: 'Abdomine avide devorato, fœda ac sordidæ intemperantiæ spiritum reddidit.' Plinius VII. 53. ubi de repentinis mortibus, 'Jam L. Manlius Torquatus Consularis, eum in cœna placentam appeteret,' supplendum, *mortuus est.* De 'placenta caseata' Epigrammatista vetus apud Suidam: Καὶ τὸν πλακόεντα Πίον τυροφόρον. Et Aristophanes Acharnens. Κἀμοὶ πλακοῦντος τυρονώτου δὸς κύκλον. Hesychius: Τυρόεντα, πλακοῦντα. *Pric.*

Polentæ caseatæ] Photius ex Procli Chrestomathia Fol. 526. Εἵπετο δὲ τοῖς νεανίαις ὁ χόρος, καὶ ᾖδε τὰ μέλη. ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἔφηβοι διημιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους δρόμῳ. καὶ τούτων ὁ πρότερος ἐγεύετο ἐκ τῆς πενταπλῆς λεγομένης φιάλης· ἣ συνεκιρνᾶτο ἐλαίῳ, καὶ οἴνῳ, καὶ μέλιτι, καὶ τυρῷ, καὶ ἀλφίτοις. Vide Casauboni Animadversiones ad Athenæum lib. XIV. cap. 16. *Elmenh.* Colvio adsentitur Vulcanius in conjectura *placentæ*, nec ab ea abhorrere videtur Pricæus, quia Græci vocant τυρόεντα πλακοῦντα. At non opus est contra Mss. quid innovari. Alioquin malim credere N. Heinsio ad Ovidii l. v. Met. 450. dubitanti, an non rectius esset *pulmenti caseati.* Sed per *polentam caseatam* seu hordeum, aqua et lacte mixtum, et caseo imbutum intelligit placentam; quod illustratione non videtur egere: et notæ sequentes *polentam* satis defendunt. *Oud.* *Polentæ caseatæ*] *Polenta*, cujus meminit Plautus in Asinaria, cibus fuit antiquitus Græciæ peculiaris, et ut ait Plin. in XVIII. videtur polenta tam ignota Italiæ fuisse, quam puls Græciæ. Pluribus fit hæc modis. Græci perfusum aqua hordeum siccant nocte una, ac postero die frigunt: deinde molis frangunt, nec aliunde laudatior quam ex hordeo conficitur. Vicenis autem libris ternas seminis lini, et coriandri selibras miscent. Ovidius neutro genere *polenta* dixit, illo versu: 'Dulce dedit testa quod coxerat ante polenta.' *Placentam* Appuleius *caseatam* vocat, veluti caseo indito subactam: sicut libum et placentam fieri docet Cato in libro de Re rustica. Ad eundem modum et scriblita fit adhibito caseo, coquiturque: de qua Epigrammatista: 'Circumlata diu mensis scriblita secundis.' Plautus quoque in Pœnulo: 'Nunc dum scriblitæ æstuant occurrite.' Videtur autem Appuleius nomine caseatæ polentæ significare obsonium consimile epityro. Est autem *epityrum* vocabulum cibi, quo frequentius Sicilia quam Italia usa est, ut auctor est M. Varro. De quo Plautus in Milite: 'Si unum epityrum edam apud illum esuriens insane.' In Plautinis codicibus conjunctim et intercisim implicata est lectio. Sic enim impressi codices habent, *Epityredam*, pro epityrum edam. Dictum autem est *epityrum*,

ut ego opinor, a caseo, ex quo fit id cibi genus, perinde ac caseatum sit, τυρὸς enim Græce, caseus Latine significatur: et τυρόκνηστις dicitur id instrumentum coquinatorium, quo foraminato caseus minutatim disteritur. Hinc illud Callippi salse simul et dolenter dictum celebratur apud Græcos, qui dum Catinam Siciliæ civitatem capere adortus, Syracusas amisisset, dixisse fertur: 'Tyrocnestin habeo pro civitate.' Non me præterit, apud Columellam libro Rei rusticæ XIII. epityrum vocari genus conditurae ex olivis fractis concinnatum, quod in civitatibus Græcis plerunque usurpabatur, quod quidam pityrum dicere malunt. Cato quoque docet, epityrum album, nigrum fieri ex olivis, addito coriandro, fœniculo, ruta, menta, citra casei mentionem. Non invitus in hæc interdum veluti diverticula transilio, ut ita varietate rerum fastidium abstergatur, quod nulla res magis quam uniformis narratio parit. Apud Jurisconsultos 'taberna casearia' decenter est dicta, ubi fit caseus. Sed antequam digrediamur ab epityro et caseo, conducibile videtur explicare, quid sit apud M. Tullium *Tyrotarichus:* de quo multi multa, perpauci bene. In epistolis ad Papyrium Pætum, in epistolis ad Atticum, 'tyrotarichus,' et 'patina tyrotarichi' persæpe memoratur: qua dictione significari puto genus obsonii ex caseo salsamentisque confecti: unde ex utroque compositum nomen. Τυρὸς enim, ut jam diximus, Græce dicitur caseus: τάριχος, salsamentum. Proinde *tyrotarichos* legendum, ut sit nomen pentasyllabon. Qui *tyrotarichum* accipiunt pro nomine coqui, sive villæ, a vero devii hallucinantur. *Beroald.*

Mordico] *Mordicare* est, morsu capere. Quidam legunt *Modico securius*, tanquam adverbium sit, significetque paulo licentius frustum, sive buccellam ex illa caseata polenta contruncasse. Ego legere malim *mordicus*, vel (si ita placeat) *mordico*, ut adverbium sit, quod significat cum morsu et dentibus, et ut Veteres dixerunt *morsicatim*. Sensus autem sic ordinatur: Cum morsu contruncare voluissem buccellam ex polenta caseata grandiorem, propterea quod convivæ voratores raptim tuburcinantes vorant, paulum abfuit quin interirem, dum faucibus inhæret, ac spiritum strangulat cibus ille glutinosus, ex casei mollitie et lentore. *Idem.*

Offulam] *Offula* hic accipitur pro buccea, sive buccella, et frustulo polentæ. *Offa* enim, cujus diminutivum est *offula*, et tertio gradu *offella*, significat frusta esculenta, in quæ potissimum caro conciditur. Columella, de salsura suillæ carnis scribens, ait: 'Caro in libralia frusta conciditur, deinde offulæ carnis spissæ componuntur, et alternis sal ingeritur.' Claudius Imperator, cum de laniis ageretur, exclamavit in curia: 'Rogo vos, quis potest sine offula vivere?' Ubi *offula* accipi videtur pro esca scitissimi saporis, quæ fit ex jecinore porcino in frustula conciso: vulgo jecuscula dicuntur. Per translationem dixit decenter Satyrographus: '. . . et patruo similes effunderet offas:' intelligi volens imperfectos fœtus, et frusta carnis, qualia sunt in abortivis. Dicitur *offa* quoque de iis quæ non manduntur, ut apud Plinium: 'Offæ bubuli fimi.' Vulgatissimum est vetus proverbium, 'Inter os et offam:' quod pro buccella et frustulo cibi capitur. Cujus meminit Cato, idem ferme significans quod Græcus ille παροιμιώδης versus: πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Et quoniam incidimus in hoc proverbium, non ab re est notasse causam, unde proverbialis versus factus est, quem nostri in transcursu attingunt, nec satis enarrant. Apud Græcos talis narratur historia: Ancæus, Neptuni filius, cum vineam

plantasset, famulorumque vestigiis interdixisset, unus ex illis dixit, non esse fas domino fructum vineæ carpere neque vinum novum gustare. Mox maturis uvis, Ancæus gaudibundus cum poculum esset labris admoturus, jussit servum meminisse verbi quod dixerat. Interea venit nuncius, domino referens, vineam ab apro immenso vastari: tunc Ancæus abjecto poculo, dum concitatus currit ad aprum perimendum, ab eo percussus occubuit: et ita, ut servus prædixerat, gustare non potuit vinum, quod jam habebat paratum, labrisque propinquum. Alii tradunt hanc parœmiam ab Antinoi casu ortam esse, unius ex procis Penelopes: qui cum poculum labris admoveret bibiturus, corruit moribundus, ab Ulysse sagitta confixus. Quidam referunt ad Calchantem, quem, vites serentem, quidam augur vicinus præteriens dixit errare: non enim ei fas esse novum vinum gustare. Consimile est illud apud nostros minus notum, 'Inter manum et mentum.' *Idem.*

Offulam grandiorem] *Mordico securius off.* dant Edd. Rom. Ven. Vicent. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Colin. &c. unde illud Pontani *immordico* ad Macrob. Saturn. l. VII. c. 15. frequentative ab, immordeo, de quo vide N. Heins. ad Vellei. l. II. c. 87. Broukh. ad Prop. III. 6. 21. ac juvat non nihil Palat. mox habens *et.* In Coll. Wass. et Edd. Beroaldi ac Junt. postr. est *modico securius*, quod placuit Becichemo Ep. LXIX. et Oct. Ferrario Elect. I. c. 12. pro, paullo securius ac licentius. Ac favet Pithœanus, qui dat *modico securus.* Nec ego refragor, quia hæ voces in Mss. omnibus ponuntur ante τὸ 'offulam,' non vero post, ubi *modico* simpliciter Wower. Elmenh. Pricæus, &c. collocaverunt, construentes cum 'grandiorem;' sicut et fecerunt Scriverius, et N. Heinsius ad Ovid. l. V. Met. 450. cum aliis præferentes *modico secus* ex altero Nostri loco. Et sane ita exaratur quoque in Codd. Zabarellæ, Palat. Fux. Guelf. ac Regio, sed, ut dixi, ante 'offulam.' In Oxon. *modico secusesnollam.* Sed *modico securius* plus innuit. Hoc enim jungendum cum 'contruncare gestio' paullo securius offulam grandiorem. Sic enim p. 6. Ed. Pricæi, et alibi l. II. 'modico prius.' Martian. Cap. VIII. p. 299. 'modico minus.' *Mordicus* vel *mordico* adverbialiter, ut conjecit Beroaldus, vel *mordicitus* hic locum non habet, ut aliquando visum est Scioppio in Suspect. Lect. I. 4. Tum præferenda foret ipsa scriptura Bertin. Cod. *mordicibus securus*, sive dentibus, a Nomin. 'mordices,' de quo videbimus ad l. III. p. 59. 'Mordicibus appetens.' Male vero idem construit *grandiorem polentæ*, pro, quam est polenta. Placentæ istæ non ejusdem semper fuere magnitudinis. Fecerunt eas sine dubio, ut hodie, variæ formæ et quantitatis. 'Offula polentæ' est frustum placentæ: nam, quamvis proprie de carne dicatur, transfertur et ad alia. Colum. 'Offa panis,' &c. Immo clare Noster ait l. VI. p. 121. Ed. Pric. 'Offas polentæ mulso concretas:' ubi vide Comment. *Oud.*

In convivas æmulos] Insolens locutio 'æmulus in aliquem:' at usitata tamen Lucio nostro etiam alias hoc libro: 'Haud ita longe radices platani lenis fluvius in speciem placidæ paludis ignavus ibat argento vel vitro æmulus in colorem.' Iterum lib. V. 'et in sororis sceleratas nuptias æmula.' Hoc idem sic extulit libr. X. 'insequitur puella vultu honesta, in Deæ Junonis speciem similis.' Quare frustra sunt, qui *similis* ibidem, tanquam sit a mala manu, exturbant. *Contruncare* autem sumi pro dentibus terere, vel verius vorare, similia loca probant. Infra: 'verum ille, ut satis detruncaverat cibum, sitire impatienter cœperat.' *Gruter. Suspic. l.* I. *c.* 11. Regius et Fux. *in convictos æmulos.* Si sana esset

vulgaris lectio, explicandus foret locus: Dum avide esito certatim contra convivas, qui æmuli erant in edendo; ut fere sumsit Beroaldus. Sed non puto, eum sensum ex hisce verbis elici, salva Latinitate, posse; multo minus capi posse pro, inter conv. ut explicat Becichemus, dum alii *inter* legi tum volebant. Barth. l. XXIV. Advers. c. 1. 'convivas æmulos' exponit canes, quibus projecisset offas istas, quas dum proscindere dentibus nimis festinanter vellet, cibus glutinosus faucibus adhæsisset. Argute sane, sed et ridicule. Ill. vero Heinsius emendat: *in gingivas eminulas*, pro *gingivis*, ἀρχαϊκῶς: quia sæpe hoc fere modo istam præpositionem adhibet Appuleius. Verum nec hoc commentum, credo, alicui quibit placere. Unice probo *in convivas æmulus* cum Pricæo, quod jam olim vir doctus margini adlevit; i. e. timens, ne aliquis convivarum plus ederet. Atque ita excusum jam est in Ed. Junt. post. nec non Wowerii, atque Elmenhorst. Sic l. v. p. 106. 'In sororis sceleratas nuptias æmula.' Valer. Flacc. l. I. 663. 'Contraque ruentem Æmulus:' ubi tamen vide Burmannum. Nam, quod Gruterus locum citet ex lib. I. 'Argento vel vitro æmulus in colorem,' ille huc non facit. Tunc enim ibi debuit dici: In argentum vel vitrum æmulus. Nec huic lectioni obstat argumentum Barthii fingentis, non liberalis et ingenui esse hominis, tam voraciter edere et præsertim cibum vilem, ut fuerit polenta. Nam animadvertendum est, risus gratia hæc narrari, et ab viatore, in deversoriis cibum quemcumque cum ignotis sibi hominibus edenti ac convivanti. Immo hospites videntur libenter excepti fuisse polenta. Hinc Baucis apud Ovidium l. v. Met. 450. excipiens Cererem, 'Dulce dedit, tosta quod coxerat ante polenta.' Senec. Ep. XXI. 'Inscriptum hortulis: Hospes, hic bene manebis; hic summum bonum voluptas est. Paratus erit istius domicilii custos hospitalis, humanus, et te polenta excipiet, et aquam quoque large ministrabit.' Philosophis enim Græcis epulæ μάζα καὶ ὕδωρ. Præterea quæcumque polenta non est vilis, ut quæ aliquando vino et aliis delicatis pastibus fuerit contrita. Patet hoc ex Casauboni ad Athenæum nota per Elmenh. citata, et animadversionibus Burmanni d. Ovidii loco, ac Salmasii ad Solin. p. 231. *Oud.* *In convivas æmulos*] Solemus in convivio hoc sæpe factitare, ut avide cibos transvoremus in frusta enormia concisos, vixque commanducatos, dum timemus ne convivæ gulones cuncta voraciter in barathrum conjiciant. Et ob hoc, in æmulos convivas dixit Appuleius se contruncasse mordicus offulam grandiorem. Alii exponunt, dum cibum vellet frustatim secare, ut singulis convivis suæ partes distribuerentur. *Beroald.*

Contruncare gestio] Bert. *obtruncare*. Infra: 'Ut satis detruncaverit cibum.' Plautus Sticho Act. Scen. 1. 'Meum ne contruncent cibum.' *Elmenh.* Adde Heinsium ad Ovid. Sic l. VI. p. 130. 'Avida voracitate cuncta contruncant.' In Palatino *et truncare*. Oud. *Gestio*] Cupio. Alias *gestire* significat, lætum esse, et gestu corporis lætitiam significare, ut Nonius Serviusque notificant, enarrantes illud Virgilianum: 'Et studio incassum videas gestire lavandi.' 'Gestit ille, qui' (ut ait Festus Pompeius) 'subita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter consuetudinem exultat.' *Beroald.*

Mollitie cibi gl. fauc. inhærentis et detinentis] Minus accurate Pricæus edidit contra Mss. et Edd. O. *inhærente et detinente*. Non inhæret mollities sed cibus, &c. Pag. 14. Ed. Pric. 'Frustulum panis admodum modicum mediis faucibus inhæreret.' *Oud.* *Glutinosi*] Vulgo talis ci-

bus *viscosus* appellatur. *Beroald. Mollicie cibi glutinosi, &c.*] Ammianus (frequens Appulei imitator) lib. xx. 'Glutinosa luti mollicies.' Et xxii. 'Arenarum glutinosa mollicies.' Solinus de bitumine: 'Adeo lentum mollicie glutinosa, ut a se nequeat separari.' Isidorus Orig. xx. 2. de pulpa: 'Hanc viscum plerique putant quod glutinosa sit.' *Pric.*

Ima gula sp. detinentis] In Notis Beroaldi, *ima gulæ.* Oxon. et Pith. *mea gula.* Fux. *in mea g.* Quapropter egregie ab Ill. N. Heinsio ibidem correctum judico, *meatu gulæ,* per quam spiritus, i. e. respirationes meant: ut dicto loco post 'inhæreret' sequitur: 'Neque deorsum demeare, neque sursum remeare posset.' Sic 'meatus faucium,' 'animæ' Hegesippo et Plinio, quos laudat Heinsius. Adde Lucan. l. v. 191. 'Anhelo clara meatu Murmura.' Prudent. Περὶ Στεφ. x. 18. 'Vox veritatis testis exstingui nequit, Nec si recisis palpitet meatibus.' Gell. l. xvii. c. 11. 'Perque eamdem viam vocis quoque fieri meatum: ac, ne potus cibusque aridior, quem oporteret in stomachum ire, procideret ex ore labereturque in eam fistulam, per quam spiritus reciprocatur, eaque offensione intercluderetur animæ via,' &c. 'Vitæ vocisque viæ' Sil. xvii. 441. In Coll. Voss. seu Cod. Lips. et Wass. atque Ed. Pricæi est *spiritum,* sed amat hoc sensu pluralem Appul. l. viii. p. 162. 'Hæc ille longos trahens spiritus.' De Mundo p. 735. Ed. Flor. 'Animantia vitales spiritus ducunt.' Dein in Palat. et Fux. est *destinentis,* Pith. *distinentis.* In Regio et Fux. *Cum A. pr.* Pith. *Et in A. pr.* Oud. *Ima gulæ*] Summum gulæ fauces vocantur, postremum stomachus. *Beroald. Spiritum detinentis*] Significat interclusum fuisse a cibo deërrante spiritum, meantem per fistulam spiritalem. Duæ enim sunt fistulæ, et quasi canaliculæ a faucibus deorsum proficiscentes, per quarum alteram delabuntur in stomachum esculenta omnia, et poculenta, ex quo cibalis dicta: per alteram spiritus a summo ore in pulmonem, atque inde rursum in os et in nares commeat, perque eandem viam vocis quoque fit meatus: a spiritu *spiritalis* hæc *fistula* nominatur, quam Græci vocant τραχεῖαν ἀρτηρίαν: hoc est, asperam arteriam. M. Varro capite de capris et hœdis. Lactantius in lib. de Opificio, *gurgulionem* appellat. Aliquando cibus potusque labitur in hanc fistulam, per quam spiritus reciprocatur, eaque offensione intercluditur animæ meatus. Quod sibi accidisse significat Appuleius, dum ait cibum glutinosum retentasse spiritum meantem, et deërrasse in alienum tramitem. Ob hoc arte quadam et ope naturæ duabus fistulis, cibali scilicet et spiritali, interposita est lingula, quæ dicitur epiglottis, quæ inter edendum bibendumque operit canaliculam spiritalem, ne, si cibus potusve in alienum deërraverit tramitem, hominem torqueat. Auctores Aristoteles, Plinius, Gellius, et Erasistratus. *Idem. Ima gula spiritum detinente*] Scriptor de Excidio Hierosolymit. qui vulgo Hegesippus: 'Si quid sorbuissent mollioris alimoniæ, interclusis jam faucium meatibus strangulabantur.' In fragmentis Petronianis: 'Faucibus obsessis vitalis semita cessit.' In Cod. Oxon. est *mea gula:* quomodo et in aliis Mss. legi Elmenhorstius monet. *Pric.*

Minimo minus] Vix minimum abfuit quin interirem. *Beroald. Minimo minus*] Florid. ii. 'Instar illi minimo minus quam columbarum.' In Glossis Isidori: 'Semivecors, minimus a vecorde.' Scripserim: *minimo minus a vecorde.* Pric.

Proxime ante Pœcilen] Excepto Fulviano Mssti, quod sciam, omnes, et Edd. Vett. ante Wowerium, habent *proximo.* Quod, perperam verbaliter pro, adpropinquo, sumtum a Beroal-

do, mutari non oportuit. Idem est enim, quod, *proxime*, seu nuper. Cicero ad Attic. l. IV. Ep. 7. 'Proximo a. d. VI. Kal. Octobr.' ubi vide Manut. Liv. l. IV. c. 13. 'Quam proximo:' ubi tamen Gronovius, sed contra Mss. malebat *Proxime*, ob adjunctos ablativos, ut opinor. Oxon. *inprimo*. Ex istis *Et ante* [Vid. VV. LL.] Piccartus quoque in Peric. Crit. c. 16. probante Sopingio, conjecit *Exante*: uti 'exhinc' l. XI. Verum de hisce barbariem olentibus 'exante' et 'inante,' &c. vide Cl. Drakenb. ad Silium l. VI. vs. 580. Omnino putem cum Wowerio et Vulcanii Ed. Sec. delendum hic τὸ *Et*. Sane Fulviano Codici accedunt Regius et Fux. Utrumque *Et ante* delet N. Heinsius. In Edd. Wow. Elmenh. Pricæi, Flor. *porticum* includitur parentheseos signis, ut vox supervacua et glossa. Certe videtur abesse Fulviano. *Oud. Proximo*] Appropinquo. Verbum est. *Beroald. Ante Pœcilen porticum*] Pœcile porticus fuit Athenis, in qua Stoici philosophabantur. Latine dici potest varia, sive variegata, a pictura scilicet multiplici, quæ illic visebatur. Polygnotus pinxit gratuito porticum hanc Pœcilen, cum partem ejus Mycon mercede pingeret: unde major fuit Polygnoto auctoritas. Siquidem Amphictyones, quod est publicum Græciæ concilium, hospitia ei gratuita statuere. De hac porticu intellexit Persius, cum ait: 'Brachatis illita Medis Porticus.' De eadem sic scribit Æmylius Probus: In hac porticu Pœcile cum pugna depingeretur Marathonia, tributus est hic honos Miltiadi, ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur. In VI. Suetonii commentario scripsimus copiosissime de Pœcile porticu, emaculantes maculosum Spartiani locum: illinc poteris mutuari, si quid ex curiositate uberius fusiusque desideraveris: ποικίλον Græci varium vocant, ποικιλίαν varietatem: unde Pœcile porticus dicta, a varietate picturarum. Hinc et *pyropœcilon* vocarunt lapidem punctis ignei coloris variegatum. Et gemmam *sideropœcilon*, quæ, ferro similis, est guttis variantibus. Fuit et in Helide porticus Pœcile, ut Pausanias tradit, quæ a Plinio *Heptaphonos* appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur. *Idem. Athenis proxime ante Pœcilen porticum*] Cornel. Nepos in Miltiade: 'In porticu quæ Pœcile vocatur.' Facete hic Beroaldus: *Athenas proximo*, id est, *appropinquo*. Legendum *proxime*, ut edidimus: hoc est, *paucis diebus*. Glossarium: *Proxime*. ἔγγιστα, *&c.* πρὸ ὀλίγου. *Pric.*

Circulatorem aspexi equestrem Spatham] In Edd. Vicent. Beroald. Junt. Ald. &c. distinguitur *circ. a. equestrem, spatham*. Videntur editores non ausi fuisse jungere *equestrem spatham præacutam* ob duo adjectiva uni substantivo juncta. Sed 'equestris spatha,' brevior latiorque pedestri, ut putant, hic est subjectum, ejusque prædicatum 'præacuta.' Vide ad Sueton. Ner. c. 37. Mox *eumdem* deest Fux. Regio. *Intima in visc.* Oxon. a. m. pr. et *quæ* Ed. Bas. pr. *quam* Palat. *Circlatorem* Guelferb. *Oud. Gemino obtutu aspexi*] Ambobus oculis. Figura est, quam grammatici pleonasmon vocant: quæ fit, ut auctor est Quint. in VIII. cum supervacuis verbis oratio oneratur: ut, 'Ego oculis meis vidi:' sat enim est, *vidi*. Et, 'Sic ore loquuta est:' cum utique sufficeret, *sic loquuta est*. *Obtutus* alias significat aspectum: ut illud: 'Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno.' Dicitur autem *obtutus*, quasi obtuitus, a verbo *tuor*, quod significat video. 'Hoc gemino obtutu,' asseverantis est: sic Terentius: 'Hisce oculis.' *Beroald. Circulatorem*] *Circulatores* sunt circumforanei, qui præstigiis quibusdam magicis videntur devorare gladios

acutos, irritare serpentes venenatos, et alia id genus incredunda efficere, maxima spectatorum admiratione, pecuniarum maximi æruscatores. Ex hoc genere sunt pharmacopolæ, et Marsi, qui anguium virulentorum domitores sunt: quos Julius Firmicus, in 7. Matheseos, nasci ait oriente sidere Ophiucho. Qui sint circulatores, docet Paulus Jurisconsultus, titulo De extraordinariis criminibus, sic scribens: 'In circulatores, qui serpentes circumferunt et proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur.' A circulo et circumferendo nomen circulatoris deductum est, cujus fœmininum est *circulatrix*. Ovid. in Priapeis: 'Hic quando Teletusa circulatrix.' Videturque fœmina circulatrix ea dici, quæ lucri gratia urbem circuit, et saltando, alioque ludicri genere mercedulam aucupatur. *Circitores* vero in re militari dicuntur, qui vigilias circumeunt, ut renuncient si quæ emerserit culpa: quos olim *circuitores* appellabant, ut auctor est Vegetius. De circitore in Priapeis: 'Quid mecum tibi circitor moleste?' Ulpianus Jurisconsultus, titulo de institutoria actione, circitores quoque eos dici vulgo ostendit, quibus vestiarii dant vestem circumferendam, et distrahendam. Plin. in epistolis, circulatorem eum intelligit, qui in foro, in corona popularium, legendo, canendoque oblectat: quales hodieque non parum multi in foro nostro audiuntur. *Idem.* *Spatham*] Multa sunt Græca vel Græcanica vocabula Latinis notiora, usitatioraque quam nostratia: quod oppido quam mirum videri debet. Et ut, exempli causa, pauca quædam breviloqua oratione succingam, nonne multa inter morborum nomina Græcanica sunt notissima, usitatissimaque, perinde atque vernacula Medicis nostri temporis, quorum aures Latinas eorundem morborum dictiones penitus aspernantur? Quid sit *dysenteria*, qui sint *dysenterici*, norunt omnes, quæ Græca sunt. At si *tormina* et *torminosos* dixeris (sic enim Latine dicuntur) verbi novitate perculsi obstupescent. Item, quid sit apud Hippocratem et Galenum *synanche*, norunt, quam tamen perperam *squinantiam* dicere consueverunt: quid vero sit *angina* nesciunt, quæ Latina dictio est, synanchenque significat. *Lienteriam*, quæ intestinorum lævitas est et solutio, probe callent, *aluinos* nesciunt: ita enim Latine lienterici vocantur. *Hepaticos* sciunt dici, qui morbo laborant hepatario, quæ Græca dictio est: *jecorosos* dici nesciunt, quæ Latina vox est. Consimiliter, ut ad propositum revertar, *Spatham* tam viri quam fœminæ vulgo nominant, cum dictio Græca sit, quæ Latino sermone dicitur gladius, ensis, mucro: sed illud Græcum, quam hæc Latina, cognobilius, vulgatiusque. Vegetius gladios majores *spathas* vocari docet, minores vero *semispathas*. Præterea *spatha* significat ramusculum palmæ cum balanis: hoc est, ipsis dactylis: ut tradit Julius Pollux. Hinc apud Martial. Lemma est, 'Spathalion cariotarum.' Qua dictione significatur ramulus cum cariotis, id est, dactylis palmarum dependentibus. Item in Levitico scriptum legimus: 'Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spathulasque palmarum.' Pro eo est, ramusculos palmarum cum fructibus. Sed, quod cum pace bonaque venia eruditissimorum virorum dictum sit, *spathalion* apud Plin. et Plautum, ut ego opinor, non a spatha, id est, palma deducitur, sed a verbo Græco *σπαθάω*, sive *σπαθαλάω*, quod significat delicias ago, et lascivio, inclinatur. Quo verbo usus est Aristophanes, cum ait *ἐν νεφέλαις, ὦ γύναι λίαν σπαθᾷς*. Est enim spathalion ornamentum muliebre, inter delicias fœmineas annumeratum. Ne forte quæ-

ras ubi Plin. meminerit spathalii, sic ait in XIII. 'Spathalia eo facere, et monilia fœminas.' Et Plautus in Menæchmis: 'Amabo Menæchme, inaureis da mihi faciendas, pondo duum nummum spathalia, ut te libenter videam cum ad nos veneris.' Præterea Plinio spatha est instrumentum et rudicula, qua utimur in versandis rebus quæ coquuntur. *Idem.* *Isto gemino obtutu, &c. aspexi, &c.*] Οὐκ ἄλλων πάρα Κλύουσ' ἔκλαυσα, τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν. inquit Hecuba apud Euripidem. Vide 1 Joh. Epist. I. 1. *Pric.*

Infesto mucrone] Plutarchus in Apophthegm. Τὰ Λακωνικὰ ξίφη διὰ σμικρότητα καταπίνουσιν οἱ θαυματοποιοί. Chrysostomus contra Gentiles: Οἱ μὲν ἥλους ὀξεῖς καὶ ἠκονημένους ἔφαγον, οἱ δὲ ὑποδήματα διεμασσήσοντο, καὶ κατέπιον. Vide quæ in hoc genere mirifica apud Nicephorum Gregoram libro VIII. leguntur. 'Infesto mucrone,' ut lib. VIII. 'infestis prædonum mucronibus:' et Quintilian. IX. Declam. 'Quoties ad infestum mucronem, &c. me summisi!' Seneca Epist. LXXXII. 'Quis post hanc vocem dubitet se infestis mucronibus ingerere?' Petronius: 'Gyton ad virilia admovit novaculam infestam.' Virgilius: 'Infesta subit obvius hasta.' Ubi Servius: 'In vulnus parata, vel protenta.' *Idem.* *Mucrone*] Glossarium: *Mucro.* ἄκρον σιδήρου. Ibidem: *Mucrone.* ἄκρῳ ξιφιδίῳ. *Idem.* *Mucrone infesto*] Cuspide noxia, ac letifera. *Mucronatus* dicitur a mucrone, mucronis effigiem gerens. Plin. lib. XXIII. Xiphiam piscem, id est, gladium, rostro *mucronato* esse ait. Interdum *mucro* significat ipsum gladium, et, ut docet Quint. 'Prosa oratio mucronem pro gladio recipiet.' Priscianus, 'Synonyma sunt,' inquit, 'quæ diversis nominibus idem significant, ut ensis, mucro, gladius.' *Beroald.*

Devorasse] Casaubonus in Animadvers. Athenæi Libro Sexto Fol. 249. *Elmenh.* Adi Pricæum. *Oud.*

Exiguæ stipis] Minimi pretii incitamento. *Stipem* pecuniam dicebant, a stipando, ut interpretatur M. Varro: quia qui asses, hoc est, nummos librales habebant majori numero, non in arca ponebant, sed in aliqua cella *stipabant*, id est, componebant. A stipe *stipendium* dictum: et *stipendiarii*, qui stipem pendebant. Hinc *dispensator*, ab stipe pendenda nominatus. Hinc pecunia *stipulari* dicitur, et *restipulari*, in obligationibus. *Beroald.* *Invitamento exiguæ stipis*] Simplicius in cap. 13. Epicteti: Τὴν πρὸς τὰ φοβερώτατα ἄγνοιαν παίγνιον ὁ συνεθισμὸς ποιεῖ, ὡς ὀλίγου κερματίου χάριν αἱρεῖσθαί τινας αὐτήν. Musonius: Οἱ δὲ ἐπὶ τῶν κάλων μετέωροι βαδίζοντες, οἱ δὲ ὥσπερ ὄρνεα πετόμενοι διὰ τοῦ ἀέρος, &c. καὶ πάντα ταῦτα μικροῦ χάριν μισθοῦ. Origenes contra Celsum: Καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ τῶν μαθόντων ὑπὸ Αἰγυπτίων ἐπιτελούμενα ἐν μέσαις ἀγοραῖς, ὀλίγων ὀβολῶν ἀποδιδομένων. Clemens Stromat. 7. Εἰς τὰς μαχαίρας κυβιστῶντας ἐξ ἐμπειρίας, &c. ἐπὶ λυπρῷ μισθῷ. *Pric.* *Exiguæ stipis*] Ovidius: 'Exiguæ quis stipis æra neget?' *Idem.*

Lanceam] Hispanicum vocabulum est, ut ait Varro, et repetit Gellius. A lancea *lanceatus*, id est, lancea percussus. Qui habuerit horoscopum in 17. parte Aquarii, auctore Firmico Materno, lanceatus morietur. *Lancearios* nostri vocant, quos Græci λογχητοὺς καὶ λογχοφόρους appellant, a λογχὴ, id est, lancea, sive lanceam gestando. *Beroald.*

Qua parte] Id est, cuspide. *Idem.*

Pone ferrum] Post ferrum. Virg. 'Pone subit conjunx.' Et alibi: 'Pone sequens.' Et ut ait Priscian. in 17. adverbium est, quod soli accusativo adjungitur: ut, 'pone tribunal,' vel 'pone domum.' *Idem.*

Bacillum] Diminutivum a baculo. Juven. 'nullo dextram subeunte bacillo.' Livius: 'Lectores cum bacillis.' *Idem.*

Inversi teli] Sensus est, circulatorem illum, præstigiis præpotentem, per partes inguinum infernas, perque viscera immisisse ferrum lanceæ, quæ adacta usque ad occipitium emersit, ostentans in mucrone puerum saltatorium, quæ res inter mira miracula referri potest, qualia ex portentosa vanitatis magicæ officina depromuntur. *Idem.*

Per inguen] Mangani Cod. lectio *immissi* posset videri esse glossa participii *immersi;* quod exprimitur in Vulcanii Ed. Sec. uti etiam conjecit Heins. legitque Florid. ac frequens est de ferro in viscera condito. Veget. I. 12. 'Necesse est, ut vitalia penetret, quidquid immergitur.' Plura vide ad Lucan. l. III. 426. 'Hanc jubet immisso silvam procumbere ferro:' ubi alii *immerso.* Quæ lectio adprime stabiliri possit loco Sedulii l. IV. C. Pasch. 125. 'Quum jam demersa securis arboris infandæ radicibus.' Adi illic Cellarium. Sic et 'manum in os immergere' Justin. l. XV. c. ult. 'ungues' Sil. XI. 247. Verum hoc loco *inversi* retinendum esse patebit mox. Fateor autem, me non intelligere hunc locum, ut vulgo exhibent. Ait Appuleius, a circulatore in viscera conditam lanceam a parte cuspidis. Ferrum ergo in viscera est conditum, et quidem, ut vulgo legunt, *per inguen.* Mirifica sane res, ut circulator per inguina foramine facto telum immiserit, ita ut ferrum altero foramine ad occipitium emissum tantopere emineret, ut pone illud ferrum puer insurgeret et saltaret. In prodigiis narratur quidem ignem per virginis locos inferiores insertum ad os emicuisse, ita ut linguam ore exereret, de quo vide ad J. Obseq. c. 97. At hoc multo majus foret miraculum, nec sane concipiendum; unde etiam tota hæc periodus abest ab Oxon. et Wass. Quare videbimus, an alia lectione locus explicari queat. Et primo bacillum illud non lanceæ ipsius est, sed post lanceæ ferrum ei transverse adnexum, quod ad occipitium, ut videbatur, subibat non *per inguen,* ut primus legit Beroaldus, et dein Junt. ac seqq. pro *inguinem,* ut est in Mss. et Edd. multis, vel *inguimen,* sed *per ingluviem* seu gulam, qua etiam lancea in viscera erat condita. Ac sic inverso huic telo, lanceæ adnexo, insurrexit, et inerravit saltans puer. Atque sic dudum edidit Scriverius, et conjecerunt quoque legendum Salmasius, N. Heinsius (qui scribit se *per ingluviem* ex Florent. legendum dixisse ad Ovid. Fast. I. 591. sed ibi in editis nihil) et Floridus e Cod. Florentino. Nostro 'ingluvies,' quæ avibus propria, sæpe usurpatur pro ipsa hominis gula: ut infra hoc libro p. 12. 'Vestis ad INGLUVIEM adstricta.' E glossa enim ibi irrepsit *gula.* L. v. p. 99. 'Hiantem ingluvie profunda:' ubi omnino consulendus Pricæus, et Gell. l. VII. c. 16. Paullo post 'ingluvie voraci.' Gloss. 'Inglubies, τράχηλος.' L. *Ingluvies.* Adde Phylarg. ad Virg. G. III. 431. Ruhnken. Ep. Crit. II. p. 7. Circulator lanceam condidit in ima viscera per gulam usque ad eam lanceæ partem, qua pone ferrum subit bacillum teli, per gulam ad occipitium inversi. Non autem de nihilo videtur duorum Mss. lectio *coli,* sive instrumenti mulieris lanam trahentis. 'Colus' enim sec. declinationis in masculino genere videtur quoque positus. Adi Passer. et Broukhus. ad Propert. l. IV. 9. 48. 'Lyda pensa diurna colu.' Ibi enim *colo,* non *colu* habent Mss. O. et multi, in quibus et duo vetustissimi Leidd. *Lydæ.* In quarta declinatione, quæ e Mss. restituenda est Plinio l. VIII. c. 48. et Ausonio in Parent. c. 12. prætulerunt femininum. Pithœan. *inguviem.* Abest *subit* a Fux. et Coll. Voss. *Oud.* *Per inguinem*] Lego *per inguen. Inguina* autem tam viri quam fœminæ verenda significantur. Mar-

tial. 'Accedo quoties ad opus, mixtisque movemur Inguinibus.' Inguina sunt sub scorpione. Manilius: 'at scorpius inguine gaudet.' Hinc *inguinaria* dicta herba, quæ sedat inguinis dolores, quam quidam *argemonem* vocant, cujus meminit Plin. in XXVI. *Beroald.*

Ad occipitium] *Occiput* et *occipitium* vocamus partem capitis posteriorem. Occipitium, ut docent philosophi, et tradit Macrob. in ultimo Saturnalium, nunquam calvum visitur, ob siccitatem. Sub arietis dominio caput collocatur. Manil. in secundo Astronomicon: 'Aries caput est ante omnia princeps Sortitus.' *Idem.*

In mollitiem decorus] Pricæus ex Oxon. Codice præfert, *in mollitie decorus*, cui succinit Fuxensis. Sæpe Appuleius sic præpositionem 'in' jungit Ablativo; ita ut vel plane vel fere abundet. Sed quando notat rei caussam vel instrumentum, et explicari potest alia præpositione, per, aut simili, ut statim, 'In flexibus saltationem explicat.' Vide ad p. 27. hujus libri: 'Vini in ætate pretiosi.' L. II. p. 20. 'Gravis in annis,' et 'Temulento similis in luxu nepotali.' L. XI. p. 239. 'In udis ignibus nutriens semina.' Solin. p. 23. 'Quæ opinio in eo fidem concepit.' Sic enim habent Mss. O. numero novem. Vulgo *eo* pro, ideo. Sed, quando significat modum vel quantitatem rei, addit Auctor ei accusativum; ut hic, 'puer in mollitiem decorus' est, molliter, seu ad mollitiem usque femineam decorus; ut alibi 'vitro æmulus in colorem,' 'jacens in mortuum,' 'in sarcinam prægnans,' 'in speciem similis,' 'in faciem asini mordebam frena,' 'in morem Sirenum,' 'in amentiam adtonitus,' et similia, de quibus suo loco, et ad lib. II. init. item Sciopp. Susp. Lect. l. v. Ep. 12. Heins. ad Ovid. Met. l. v. 450. Salmas. ad Solin. p. 65. 'Surculis in versum superpositis.' *Oud.* *In molliciem decorus*] In quibus decor est corporis, junctus fortitudini: et talis pulchritudo ornat, ut ait Donatus, virum fortem. In quibusdam forma est cum mollicie copulata: et tales magis inter fœminas, quam inter viros sunt numerandi. Qui nascentur orientibus Pleiadibus, corpus in fœminam transferent, effœminati, molliter ambulantes, vestigia suspendent: pœnitebit nos, quod viri nati sint: auctor Maternus in 8. Matheseos. *Beroald.* *Puer in molliciem decorus*] Idem: 'Artifices lateris, scenæ spectacula amantur, Tantum mobilitas illa decoris habet.' Oxoniensis: *in mollicie decorus*, commodius quam vulgati. Sic 2. 'gravis in annis, in ætate pretiosus:' et, 'in rubore suffusus.' *Pric.*

Enervam et exossam saltationem] Oratione de Magia: 'Mox in juventute saltandis fabulis exossis plane et enervis.' Firmicus Astronomic. libro VI. capit. 31. 'Cum effæminati corporis mollitie cinædos efficiet, et qui veterum fabularum exitus in scenis sæpe saltantes imitentur.' Lucretius: 'Atque exossato ciet omni pectore fluctus.' *Elmenh.* *Enervem*, quod est quoque in Wass. uti et *exossem*, tacite edidere Pricæus et Floridus. Sic in loco Apolog. p. 90. Ed. Cas. per Elmenhorst. citato. Item in Philos. Morali p. 614. 'Enervem et fluxam cutem.' Sed tamen Mss. reliqui habent *enervam*, et omnes omnino *exossam*. Vide supra ad 'ventos inanimos.' In Mss. Festi, ac Vet. Ed. est 'Elumbum.' In Petronii versu de Bello civili malit quoque Ill. Bouhier. p. 107. 'Fractique enervo corpore gressus.' *Oud.* *Enervam saltationem*] Decentibus vocabulis saltationem molliculam infractamque depinxit. *Enerva* enim et *exossis* quasi sine nervis et ossibus significantur: quales non parum jam multos vidimus, qui sinuosis flexibus et corpore plicatili oblectant specta-

tores cum admiratione. Nati sub sidere leporis, levitate corporis aves superare videbuntur. *Beroald. Exossem et enervem saltationem explicat*] Claudianus: 'Quis Medicus vibrata puer vertigine molli Membra rotet, verrat quis marmora crine supino, Quis magis enodes laterum detorqueat artus.' Laberius apud Macrobium: 'Cur cum vigebam membris præ viridantibus, Satisfacere populo et tali cum poteram viro, Non flexibilem me concurvasti ut carperes?' *Pric. Flexibus tortuosis*] Isidorus XII. 7. de hirundine: 'Per tortuosos orbes et flexuosos circuitus pervolans.' Idem XII. 4. de colubro: 'In lubricos tractus flexibus sinuosis labitur.' Ammianus lib. XXIV. 'Per flumen, &c. assiduis flexibus tortuosum.' *Idem.*

Cum omnium, &c. admiratione] Hinc θαυματοποιοὶ et θαύματα. *Idem.*

Baculo, quod] Ms. Oxon. *b. quem*, ut l. VII. p. 139. 'baculo, quem gerebat.' In Apolog. 'pera et baculus:' ac Gloss. Sed supra in neutro gen. 'bacillum:' et consule N. Heins. ad Ovidii Metam. l. II. 681. 'Onusque fuit baculum silvestre sinistræ:' et hic Beroald. In vetustissimo Cod. Isidori l. XVIII. c. 2. 'Scipionem' (sic Mss. non *Scorpionem*) 'cum sceptro in manu gerebant, &c. licet et scipio BACULUM sit, quo homines innituntur.' *Oud. Dei medici baculo*] Æsculapius significatur, cujus gestamen est baculus serpente involutus, Apollinis filius, vetustissimus medicinæ repertor: cum tantum medicina cæteris præstaret, ut non satis ei videretur hominum dolores levare, nisi etiam mortuos ad vitam revocaret, fertur Hippolytum discerptum ad vitam revocasse. Nonnulli Glaucum Minois filium ejus opera revixisse dixerunt, pro qua re fulmine Joviali incensus periit: qui deinde inter sidera constitutus fuisse proditur, anguem tenens. Hac de causa anguem tenere dictus, quod cum Glaucum sanaret, manuque bacillum, cum quid ageret, agitaret, dicitur anguis ad bacillum ejus arrepsisse: quem Æsculapius mente commotus interfecit, bacillo sæpius feriens fugientem. Postea fertur alter anguis eodem venisse, ore ferens herbam, et in caput ejus serpentis imposuisse: quo facto, utrosque illinc fugisse. Quare Æsculapius eadem herba usus, Glaucum revocavit ad vitam. Itaque in astris dicitur collocatus esse, anguem tenens, qui Græce *ophiuchus*: Latine *anguitenens* nominatur. In tutela quoque Æsculapii dracones constituti sunt: et ex hac consuetudine posteritas instituit, ut Medici anguibus uterentur: auctor Hyginus, in lib. de signis. Plin. vero lib. XXIX. ideo anguem Æsculapio dicatum esse refert, quia ei inesse remedia multa credantur. Macrob. in I. Saturnalium auctor est, simulacris Æsculapii ideo subjungi draconem, quia sit acie acutissima, et pervigili, unde ἀπὸ τοῦ δέρκειν, id est, videre nuncupetur. Medicum autem talem esse debere præscribit, qui acie mentis vel commoda vel incommoda in corpore mortalium prænoscat. Ut enim ait verissime Hippocrates in prognosticis: Oportet Medicum dicere de ægroto præterita, præsentia, et futura. Cornel. Celsus scribit, Æsculapium in Deorum numerum receptum esse, cum medicinam adhuc rudem paulo subtilius excoluisset, illustrassetque. Fabulantur Græci Æsculapium collegisse sanguinem fluentem ex venis cæsæ Gorgonis, ita ut qui fluxerat ex sinistris venis, eo sanguine ad hominum perniciem, qui vero ex dextris, πρὸς σωτηρίαν, id est, ad salutem, uteretur. Chirurgiæ quoque inventum Æsculapio assignat Diodor. in VI. Sensus Appuleii est, puerum repentinum ex magicis præstigiis insurrexisse in lanceæ cuspide, tam flexuosum, tam lubricum, ut credere

posses serpentem esse illum, qui in baculo Dei Æsculapii sinuosus figuratur. Sidonius mentionem facit baculi, tanquam id peculiare insigne sit Æsculapii : sic enim ait in II. Epistolarum : 'Tenere non abnuit cum Orpheo plectrum, cum Æsculapio baculum, cum Archimede radium, cum Vitruvio perpendiculum.' Augustinus in tertio Æsculapium appellat *Archiatrum*, quasi principem præsidemque Medicorum. Græce enim ἰατρὸς Medicus, et ἀρχίατρος primus Medicorum. Græci *Asclepium* vocant Æsculapium. Unde ait Martianus: 'Ascribit Asclepio Græcia medicinam.' De hoc Æsculapii gestamine sic scribit Ovidius : 'Hic modo serpentem, baculum qui nexibus ambit, Perspice.' *Beroald.* *Quod gerit*] Neutro genere *baculum* usurpat, sicut et Veteres factitaverunt. Silius : 'Pastorale Deo baculum.' Ovidius : 'baculumque tenens agreste sinistra.' *Idem.* *Dei medici baculo quod nodosum gerit, &c.*] Infra lib. VII. 'Nec baculi nodosi sævis ictibus temperat.' Festus in verbo : 'In insula,' &c. de Æsculapio isto : 'Bacillum nodosum habet, quod artis difficultatem significat.' 'Bacillum ramulis semi amputatis nodosum,' ut apud Theocritum : σκύταλον κεχαραγμένον ὄζοις. Eidyll. 17. *Pric.*

Serpentem generosum] Ill. N. Heinsius ad Ovidii Fastos l. I. vs. 591. conjecit *gyrosum* : ut pro eo fuerit scriptum *gerosum* vel *gærosum*. Quomodo plus semel in veterrimo Ms. Ausonii Vossiano exaratum offendi. Vide Scalig. et Toll. ad Eclogar. *gæris* p. m. 560. Salm. ad Solin. p. 790. ubi et corrigit in Charisio *gyrosa margarita*. Gyri æque ac spiræ proprie serpentibus adtribuuntur. Virg. l. v. Æn. 84. 'Adytis cum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit.' Martian. Cap. lib. IV. init. 'Serpens gyris immanibus involutus.' Val. Flacc. IV. 393. 'Cum facibus spirisque et Tartareo ululatu Tisiphonen videt.' Sic Pius e Msto, sed reliqui dant *pyrisque*. Quare lego *gyrisque*. Cl. Burmannus male conjecit *pinnisque*. Inde enim non externata fuisset Io. Cuncta ideo exaggerat visu horrida : quod et clarius patet e versu 413. 'Abruptis excussi crinibus hydri.' Hoc tamen loco non temere *generosum* ac divinum serpentem damnare ausim. Adi me omnino ad l. IV. p. 72. 'Generosa illa capitum damnatorum funera.' Ceterum 'lubricus draco' est quoque apud Arnobium ex emendatione Heinsiana in Epist. ad Græv. t. IV. Syll. p. 329. *Oud.*

Diceres dei medici baculo] Vide notata ad Arnobium. *Elmenh.* Adi G. Cuperum de Harpocr. p. 57. Regius et Fux. carent *Diceres*, et habent vitiose *De.* Tum Fux. *semiamputat nodosus.* Oud. *Baculo serpentem l. amplexibus inhærere*] Reg. Fux. *inhærentem.* Oxon. *inhibere.* Elegantissima vero est lectio *inerrare*, quæ sæpissime corrupta est in τὸ *inhærere*. Ut apud Tibull. l. IV. 1. 203. 'Summo versus vel inerret in ore.' Mss. multi *inhæreat ore.* Infra l. x. 'Ambitus inerrabant.' Ms. *inhærebant.* Manil. l. II. 71. 'Hæreretque vagus mundus, standoque rigeret :' ubi, nisi versus sit spurius, legendum : *Erraretque, standove.* Id enim postulat sensus. Vide Cortium ad Plin. l. VII. Ep. 27. 'Memoria imaginis oculis inerrabat.' De serpentibus furialibus Ovid. l. IV. Met. 496. 'Inoosque sinus Athamanteosque pererrant.' Infra l. v. p. 102. 'Genas pererrant crinium globi.' De serpentibus haud dissimiliter dixit Lucanus circumfluere l. III. vs. 421. 'Roboraque amplexos circumfluxisse dracones :' al. *circumfulsisse.* Idem.

PAG. 4 *Cedo*] Idem significat *cedo*, ac dic mihi, ut ait Donatus, et da. Verbum est comicum. Plaut. 'Cedo manum.' M. T. in Oratore : 'Liben-

ter,' inquit, 'etiam copulando verba jungebant: ut sodes, pro si audes: sis, pro si vis: et capsis, in quo tria verba sunt, quod significat, cape si vis.' Est autem *Sodes* vox exhortantis, ut ait Donatus in Andria. Diomedes dixit esse adverbium precationis. *Beroald.*

Qui cœperas] Colvium secutus est Vulcanius Ed. sec. legendo *occeperas* ab, occipio: nam prave Edd. Elm. et Pric. *occœperas.* Uti ab 'incipio' est 'incepi,' non 'incæpi' vel 'incœpi,' sic ab 'occipio,' quod cum Plauto, Terentio, aliis frequentissime adhibuit Auctor (adi Ind. Floridi) est 'occepi.' Adi Comment. Gebh. et Drakenb. ad Liv. l. I. c. 7. 'Agere armentum occepit.' L. III. 55. 'Magistratum occeperunt.' Solin. p. 19. 'Occepit principatum,' ut in aliquot Salmasii et duobus Vossii optimis Mss. Verum in reliquis Mss. omnibus est *cœperas*, ut pag. præced. 'At ille, qui cœperat;' et innumeris locis. *Oud.* *Tu sodes qui occœperas, fabulam remetire*] In Varronis Menippæis: 'Quod cœperas modo in via narrare, ut ad exodium perducas.' *Pric.*

Solus hic credam] Flor. et Bert. *hæc.* Elmenh. Accedunt Regius, Pith. et Ed. Junt. posterior. *Hoc* in Fux. Nihil tamen mutari placet. Eadem confusio est l. v. p. 99. x. p. 212. (ubi male de hac locutione 'hic' pro 'hac in re,' 'quod ad hæc pertinet,' dubitat Pricæus) 'Hic quidem non adeo mentiebatur:' ubi vide. Præcessit autem hic 'fabulam;' quæ vox tamen me non retineret a lectione *hæc;* nisi alterum judicarem elegantius. Creberrima autem harum vocularum est confusio in Mss. Appuleii, adeo ut Beroaldus putet, familiare esse ei, 'hic' pro, hæc, uti. *Pro illo* Fux. *Oud.*

Ingressu] Passive *ingressum*, ut habent quoque Reg. Fux. Guelf. Oxon. et Zabarellæ Codices, prætulit Ferrarius l. I. Elect. c. 14. Quod tamen sic librarii aliam lectionem non capientes potius corrupisse videntur: sicut et aliter Bembinus depravavit: 'Ingressui fuerit scilicet aptum, et conveniens nobis.' Quis nescit illa 'quæ restinguendo igni forent,' et similia? Ac sic sæpe Appuleius: dum prave locis nonnullis *opus* vel *necessaria* intrudere conantur viri docti, ut l. h. p. 5. 'Quod unctui, quod tersui:' p. 17. 'Oleum unctui, lintea tersui:' p. 18. 'Aliquid nobis cibatui prospiceret.' Immo præfero Florent. Cod. lectionem, quam jam expressere Colv. et Vulcan. utraque Ed. *ingressu.* Amat enim antique hanc terminationem in dativo casu, licet sæpe hic illic corruperint librarii et editores. Infra p. 15. 'Quod primum ingressu stabulum.' L. IV. p. 71. *manu* abiit in *manui.* L. v. p. 75. 'Lacu conterminum.' P. 201. 'Æstu pelagi simile.' P. 129. 'Cœtu cælestium defuisset.' L. VIII. p. 154. 'Prospectu obseptis campis.' P. 156. 'Similia prosectu.' Vide Beroaldum ibi. P. 159. 'Luctu necessarium,' ut l. IV. p. 86. 'Luctu congruens.' Rursus libro VIII. 'Ubi placuit ductoribus, refectu conquiescere.' Ita enim Florent. L. XI. 'Habitu congruentem vultum.' Et sæpius. De hac orthographia egi quoque ad Cæsar. l. I. B. G. c. 16. Et sic passim in Mss. apud alios, ut in Cod. Voss. Hygini l. II. Myth. c. 14. 'A litore longius veniunt classe' (ita lege e Ms. non *classes*): prius sacrificant Phorbantis adventu, ut talis eventus.' Ceterum de 'stabulo' seu deversorio, unde p. 13. 'stabularius' pro caupone, adi Comm. ad Petron. c. 6. 'Nec quo loco stabulum esset, sciebam.' Plin. l. VI. Ep. 19. 'Italiam non pro patria, sed pro hospitio, aut stabulo habere quasi peregrinantes.' *Oud.*

Stabulum] Hospitium significat; et *stabularium* vocant ipsum cauponem, qui vulgo hospes appellatur. Ulpianus Jurisconsultus: 'Caupones,' ait,

'et stabularios eos accipimus, qui cauponam vel stabulum exercent.' Et Caius ait, 'stabularium accipere mercedem, ut permittat jumenta apud eum stabulari: custodiæque nomine tenetur.' Augustinus lib. de civitate Dei, VIII. *Stabularias* vocat *mulieres*, quæ exercent stabulum, et viatores mercede pascunt. *Stabularii* sunt Catoni, famuli villatici, qui stabulario præsunt. 'Sic enim,' inquit, 'oportet habeat villicus stabularios 4.' Obiter annotandum, Græco vocabulo stabularium dici πανδοχέα, ut intelligas illud Josephi ex libro III. Antiquitatum: 'Neque ancillam, neque captivam eis nubere voluit, et eas quæ de cauponibus et pandochibus vitam agunt.' *Beroald.*

Participabo] *Participato* etiam male Palat. Guelferb. *præparato* Oxon. Sed et in Palat. '*prandium*, al. *palatium*.' In Regio quoque et Fux. *prandium.* Sed male. 'Participare prandium' non est, participem facere, sed particeps fieri, ut lib. IX. p. 292. Ed. Flor. 'Mensam secura nobiscum participat:' quod prave in Fabri Lexico exponitur, participem facit. Corrigit ita Th. Bentleius Cæsarem l. I. B. Civ. c. 4. 'Quos se participaturum cum Pompeio arbitratur:' pro *partiturum.* Dubito an vere. Contrarium enim sensum habet. Sed ut hic cum dativo ibid. p. 301. 'Meum dominum comis hospes opipari prandio participat:' et sic 'particeps' nonnumquam cum dativo construitur. Adi Burm. ad Ovid. l. II. ex P. 5. 42. Dein *Hæc* est in Mss. omnibus; ut bene Scriverius et seqq. reposuerunt loco τοῦ *Hic.* Sed et *merces exposita* dant Reg. Guelf. Oxon. Wass. Sed male. *Exposita merces* est, oculis proposita ad contemplandum. Vide ad Suet. Cæs. c. 10. 'Pars adparatus exponeretur.' Hic significat promissam sub conditione mercedem. Quomodo passim 'poni' et 'proponi' dicitur præmium. Vide ad Phædr. F. 14. 'Hoc bibere jussit ipsum, posito præmio.' Si fingere liceret, potuisse hic e longinquo videri diversorium seu stabulum, in promptu esset conjectura: *Hæc tibi merces, en* vel *ecce posita est.* Sed ἐπέχω. *Ecce* margini additum a Burmanno, dein comperi. Pith. solum habet: *Hoc tibi merces est. At ille.* Mox Fux. *Illud.* Oud. *Prandio participabo*] Id est, mecum prandebis asymbolos, et immunis. Ego enim pro te resolvam, et stabulario satisfaciam. M. Varro tradit, locarium dici pretium, quod datur in stabulo et taberna, pro loco ubi consistant. *Beroald.* *Prandio participabo*] Infra lib. IX. 'Opipari prandio participat.' Gloss. Μεταδιδῶ μέρους, 'participo.' Plautus: 'Communicabo te semper mensa mea.' Achilles Tatius II. Τὸ ἄριστον ἐκοινωνοῦμεν ἤδη καὶ λόγον. *Pric.*

Hæc tibi merces posita est] Virgil. 'Nec partem posuere suis.' Idem v. 'Et præmia ponit.' *Idem.* *Hic*] Pro *hæc.* Loquutio est frequens, et prope peculiaris Appuleii: interdum significat tunc, ut docet Priscianus. *Beroald.*

Æqui bonique facio] Proverbialiter locutus, quod significat, in bonam partem accipio. Ita enim loqui consuevimus, quando benignitate verborum prosequimur pollicitatores invitatoresque. Potest accipi et eo intellectu, ut exponas non magni pendo. Cui consimile est illud, 'Susque deque facio.' Terentius: 'Cæterum equidem istuc, Chreme, æqui bonique facio.' Titus Livius: 'Ne serpat latius contagio ejus mali, nos æqui bonique facimus.' M. Tul. in Epistolis ad Atticum, sine particula conjunctiva, quod decentius est, dixit, 'Æqui boni facit.' *Idem.* *Æqui bonique facio*] Lib. III. 'Tibi, &c. bonorum talium parem gratiam memini, verum statuas et imagines dignioribus, &c. reservare suadeo.' Scholi-

astes ad Ranas Aristophanis: Παραιτούμενοι οἱ παλαιοὶ ἔλεγον, κάλλιστ' ἐπαινῶ. Daniel v. 17. ad Baldassarem Regem: Τὰ δώματά σου σοὶ ἔστω, &c. ἐγὼ δὲ τὴν γραφὴν τῷ βασιλεῖ ἀναγνώσομαι. 'Æqui boni facere,' tantum est ac si dicat quis, 'Tam teneor dono quam si dimittar onustus,' id est, gratias agat, at oblatum respuat. Sic infra XI. 'Quorum' (amicorum) 'oblationes honestas æqui bonique facio: quippe cum mihi familiares, quod ad victum cultumque succederet, deferre prospicue curassent.' Onomast. vetus: 'Æqui boni facio: εὐγνωμονῶ τινι.' *Pric.*

Solem istum dejerabo videntem Deum] Solem cuncta videre, cuncta audire, cuncta mortalium negotia cognoscere, arbitrati sunt antiqui. Unde et in fœderibus et rebus magnis semper illum testem invocabant. Hom. Il. γ. Æschylus in Prometheo, Plinius Naturalis Hist. libr. II. cap. 6. Heliodorus Æthiop. libr. VIII. pag. 385. libr. X. p. 472. Ovidius Metam. libr. I. vs. 768. libr. IV. vs. 227. *Elmenh.* Mss. plerique et Edd. ante Scriverium 'dejerabo' præponunt τοῖς 'Solem istum.' Palat. Gulielm. et Wass. postponunt τῷ 'Deum.' Rectius. Nihil enim caussæ est, cur Scriver. et seqq. 'Solem istum videntem Deum' separarint. *Oud.* *Porro*] In futurum, deinceps: futuri temporis adverbium est: alias conjunctio est expletiva, ut docet Donatus, qui alibi ait adverbium esse modo temporis, modo ordinis. *Berould.* *Dejerabo*] Valde jurabo. *De* enim interdum significat intentionem, ut *demiror*. Apud Terent. 'Deamo te Syre,' pro, valde amo. Tertul. in Apologetico: 'Sacra faciebant pro salute Imperatoris, et genium ejus dejerabant.' Hinc *dejurium* dictum jusjurandum. A. Gel. 'Dejurio vincti forent.' *Dejerare* autem, sive jurare Deum, ornatior elocutio est, ut ait Ser. in 12. commentario, quam si velis addere præpositionem. Sic Virg. 'terram, mare, sidera juro.' Hoc enim elegantius est, quam si dicas, per terram juro, per mare, per sidera. Plaut. tamen elegantissimus scriptorum dixit, 'Per omneis Deos et Deas dejeravit, occisurum eum hac nocte, quicum cubaret.' *Idem.* *Videntem Deum*] Plin. de Sole scribens ait: 'Præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens.' Ab Ovid. dictum est: 'videt hic Deus omnia primus.' Græce dicitur πάνθ' ὁρῶν, καὶ πάντ' ἀκούων: hoc est, cuncta videns, cuncta audiens. Est enim Sol oculus mundi. Tolle Solem de mundo, cuncta noctescent. Hinc illud Heracliti: εἰ μὴ ἥλιος (φησὶ) ἦν, εὐφρόνη ἂν ἦν: id est, si Sol non esset, nox esset. *Idem.* *Dejerabo Solem istum videntem Deum*] Apud Lucianum Toxari: Πρότερον ὀμοῦμαί σοι τὸν ἡμέτερον ὅρκον, &c. οὐδὲν πρός σε ψεῦδος ἐρῶ. De Sole teste advocato Ovidius III. Metam. 'Per tibi nunc ipsum (neque enim præsentior illo Est Deus) adjuro tam me tibi vera referre, Quam veri majora fide.' Æschylus: Καὶ τὸν πανόπτην κύκλον Ἥλιον καλῶ. et Julianus Misopog. Καὶ τούτου μάρτυρα καλῶ τὸν μέγαν ἥλιον πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας. Philostratus VI. 4. Καὶ εἰς τὸν ἥλιον καταβλέψας, ὄμνυ αὐτόν. Oxon. hic *compertu:* at probum alterum illud. Gellius V 18. 'Ut veræ rationes post compertæ monebant.' Noster lib. IX. 'Fabulam, &c. suavem compertam,' &c. Errabat ergo qui *vero* reponebat. *Pric.*

Vera comperta] Barthius l. XXIV. Advers. c. 1. e Msto, ut ait, legit etiam *vero*. Pricæus ad Apolog. p. 205. *veri*. Rectius sane, quam *vera comperta;* quod male probat idem ex l. IX. p. 281. 'Fabulam, &c. suavem compertam.' Alia enim ibi est ratio. Unice præfero Oxon. libri lectionem, quam Scriverius jam e conjectura, quæ et Sopingio incidit, reposuerat, *compertu;* sive quæ indagatione re-

perta sunt esse vera. Pag. præc. 'Compertu evidentia.' L. xi. p. 246. ait 'sollerti repertu.' Sæpissime in talibus inepti librarii credidere, genere et casu convenire debere, cum differrent. Ut *optimum factum* crebro pro *factu, &c.* Adi Drakenb. ad Liv. l. vi. 3. 8. xxxviii. 22. *Oud. Me vera comperta memorare*] Seneca Nat. Quæst. lib. iv. Præfat. 'Incredibile est quod dicturus sum, sed tamen verum.' Chrysostomus Homil. 13. in Epist. ad Ephes. Ἴσως μὲν ἄπιστα δόξω ἐρεῖν, πλὴν ἀλλ' ἀληθῆ. Senec. Epist. 50. 'Incredibilem tibi narro rem, sed veram.' *Pric.*

Nec vos ulterius dubitatis] Manuscriptam lectionem, si Bertinianum Cod. excipias, expressit jam ante Colvium Ed. Junt. post. In ceteris, *Ne et v. u. dubitetis.* Nisi quod Pithœanus det: *Ne tua ulterius dubietatis,* et mox *perveneris:* unde facilis oritur lectio: *Nec tu ult. dubitabis;* quam margini adlevit Salmasius. *Oud.*

Thessaliam pr. civitatem perveneritis] Nequaquam est hic intelligenda Thessaliæ urbs proprie sic dicta, et in Macedoniæ finibus sita, quam non petebant, sed Hypaton, ut patet c. 15. Fuxensi accedit Regius *Thessaliæ:* quæ lectio ex explicatione nata est, non minus, quam *Thessalicam,* quod cum Aldo ediderunt Juntæ in Ed. utraque. Nihil est mutandum. Poëtice *Thessalia* adjective sumitur pro, Thessala, seu Thessalica. Vide N. Heins. ad Prudentii Symm. i. 40. 'Thessalia magia.' Burm. ad Ovid. l. i. ex P. 3. 74. 'Thessaliamque adiit hospes Achillis humum.' Item ad Lucan. l. vi. 402. 'Thessaliæ telluris.' Ibid. vs. 409. 'Thessaliæ laurus' in Ed. pr. Immo hoc ipsum in fine hujus libri, ubi frustra nonnulli quoque tentant: *florem Thessaliæ regionis:* ubi vide Colvium, et Voss. ad Cæs. i. B. G. 12. 'Civitas Helvetia.' Innumera occurrunt similia, de quibus egere multa N. Heinsius ad Ovidium, Claudianum, aliosque, A. Cuninghamus ad Horat. Animadvers. c. 15. qui tamen nimis generaliter cum nonnullis viris doctis ubique præfert *ius* pro *icus.* Adi etiam l. ii. p. 34. 'Spectaculum Olympium.' L. v. p. 99. 'Sortis Pythiæ.' Dein 'pervenire civitatem,' pro, ad civitatem, Appuleio non infrequens est. L. viii. p. 169. 'Civitatem quamdam populosam pervenimus.' L. vi. p. 130. 'Domus loricam perveneramus.' Vide Salmas. ad Solin. p. 153. Ut l. ix. p. 207. 'Civitatem adventat' e Mss. Alibi 'revenire civitatem,' 'pervenire aures,' 'scopulum pervolare,' et similia, quæ suis locis illustrabimus. Virg. l. iv. Æn. 125. 'Speluncam devenient:' et vs. 166. Sicut passim Virgilius 'venire' cum compositis usurpat sine præpositione. Vide Burm. ad init. Æn. 'Lavinia venit Litora.' Heins. ad Æn. ii. 743. 781. Solin. p. 23. 'Italiam advectus est.' Nec secus e Mss. et Edd. Vett. restituendum Vitruvio l. vi. in Præf. 'Speluncam deveniunt.' Sic et l. i. in f. 'Cubiculum reversus:' ubi vide. Apud Septimium quoque de B. Troj. l. i. c. 10. Mss. habent: 'Neque se invitam navigasse, neque se patriam regredi velle.' Vulgo omittuntur priora, et *in patr.* editur. *Idem. Thessaliam*] Hic Thessalia non pro regione accipitur, sed pro oppido. Quod si legas *Thessalicam* nomine adjectivo, significatur Hypata civitas Thessaliæ. *Beroald. Si Thessaliam proximam civitatem,&c.*] Sic Vicentina anni 1488. editio, et Ms. Oxoniensis. Quidam *Thessalicam* ediderunt, alii *Thessaliæ* maluerunt: et locum bene se habentem infirmum effecerunt. Solinus, cap. 14. de Thessaliæ oppidis: 'Egregia sunt Phthia, Larissa, Thessalia et Thebæ.' *Pric.*

Sermo jactetur, quæ p. gesta s.] Scilicet *eorum,* cum Beroaldo: creberrima Ellipsi pronominis demonstrativi.

Barthius tamen e Msto probat, *jactet, ut quæ p. &c.* in Advers. l. XXIV. c. 1. Non ego credulus illi. *Oud.* *Q. ibidem passim per ora populi sermo jactetur quæ palam gesta sunt*] Lib. VI. 'Per omnium ora populorum discurrens,' &c. Minucius Octavio: 'Et de convivio notum est: passim omnes loquuntur.' *Palam gesta sunt*, est quod Act. XXVI. 26. οὐκ ἐν γωνίᾳ, quo loco notata vide. *Ibidem*, i. e. in civitate Thessaliæ: et hinc erudite *populi*, non *populorum* dixit. Servius ad Æn. I. 'Cum populos numero plurali dicimus, urbes significamus: cum vero populum, unius multitudinem civitatis intelligimus.' *Pric.* *Quæ palam gesta sunt*] Subintelligendum est, de his, vel horum, vel aliquid consimile: ut sit sensus: Sermonem jactari per ora populi Thessalici super his rebus quæ illic palam gestæ fuerant. *Beroald.*

Qui sim et cujatis] Turbant hic Mss. O. Florent. Guelferb. *cujatis sim, qui sim, Æginensis, audite quo, &c.* Pith. *cuj. sim quod sim Argiensis, audite, et quo, &c.* Reg. Fux. *curiatis sim, quod sim Argiensis* (*Egiensis* Fux.) *audite, et quo, &c.* Wass. *cujatis sim, quidem sim Æginensis, audite, et quo, &c.* Unde forsan quis suspicetur ab Appuleii manu hic non esse *qui*, eumque scripsisse modo: *Sed ut prius noritis, cujatis sim:* præsertim cum non subjungatur nisi patria et quæstus genus, omisso nomine. Verum tamen in interrogatione et descriptione hominis passim solent jungi 'qui' et 'unde.' Vide Pricæum, et Comm. ad Flor. l. I. c. 18. 'Qui enim aut unde Romani?' Liv. l. I. c. 1. 'Qui mortales essent; unde, aut quo c.' &c. Sine copula igitur lege: *cujatis sim, qui sim, et q. q.* e Plauto Pœn. V. 2. 33. 'Qui sit, cujatis, unde sit.' Adde Prol. vs. 109. Men. II. 2. 66. 'Rogant cujatis sit, quid ei nomen siet.' Non opus vero est cum Florido 'cujatis' sumere nominativo casu, qualia dicit exempla exstare sexcenta: vellem produxisset aliqua præter illud Accii apud Nonium p. 426. Ed. Merceri, unde tamen non liquet, an sit Nominat. an Genitivus, subaudito, gentis: 'Qui neque cujatis esset, umquam potuimus Multa erogitantes sciscere.' H. l. inf. 'Dic oro, cujatis sit, et quibus diversetur ædibus.' L. V. p. 100. 'Nec omnino cujatis sit, novi.' L. VIII. p. 170. 'Præconem rogat, cujatis essem. At ille Cappadocem me et satis forticulum denunciat.' *Oud.* *Sed ut prius noritis qui sim, et cujatis*] Lib. X. 'Sed prius est ut vobis referam quis iste, &c. vel unde fuerit.' Ennius: 'Quisquis erit, cujatis erit.' Accius Telepho: 'Qui neque cujatis esset unquam potuimus Multa rogantes scire.' Horatius: 'Abi, quære, et refer, unde domo, quis, Cujus fortunæ, quo sit patre, quove patrono.' Virgilius: 'Qui sit fari, quo sanguine cretus, Hortamur.' Ubi Servius: 'Qui sit: h. e. quis Græcorum sit: id est, cujus filius.' Nautæ ad Jonam I. 8. Τίς σου ἡ ἐργασία ἐστὶ, &c. ἐκ ποίας χώρας καὶ ἐκ ποίου λαοῦ σύ; Plautus: 'Qui sit, cujatis, unde sit, ne parseris.' Apud Valer. Maximum Servilius Isauricus: 'Hunc ego Judices, &c. cujas sit, aut quam vitam egerit, &c. ignoro.' Arnobius II. 'Det responsum interrogatus, quisnam sit ipse, aut a quo patre: quibus sit in regionibus editus, quo pacto, et quanam ratione nutritus: quid operis aut negotii celebrans.' Symeon Metaphrastes de Joanne Evangelista: Ἐπεὶ κατ' ὄψιν τῷ κρατοῦντι (Domitiano) ἐγένετο, καὶ ὅστις ποτὲ, καὶ πόθεν εἴη, καὶ τὴν θρησκείαν ὁποῖος, &c. ἐρωτᾶτο. Apud Lucianum in Cataplo ille: Οἷος εἰμὶ, καὶ οἷόν τινα ἐβίωσα τρόπον. Chrysostomus in de Luciano Martyre: Καὶ τίς εἴη, καὶ πόθεν, καὶ τί πράττων διατελοίη, μετ' ἀκριβείας ἐδίδαξεν. Illa *qui sim* illustrant quæ Asconius ad verba *qui sis* (Divin. in Verr.) adnotavit. 'Non'

(inquit) 'in nomine tantum, et in genere est, sed et in omnibus personæ attributis. Ergo, qui sis, et quod Siculus continet, et quod indoctus, et quod non intelligeret,' &c. 'Vitam tenere' et infra Noster lib. IX. dixit: quare non puto rejiciendam lectionem illam. *Pric.* *Cujatis*] Nomen est gentile, et significat cujus gentis. Antiqui enim, ut ait Prisc. nominativum proferebant *cujus* et *cujatis* communi genere. Plaut. 'Rogitant cujatis sit.' *Beroald.*

Quo quæstu teneam] Primum copula *et* male desideratur in Edd. Junt. pr. et Ald. Dein, ut in Lips. et Palat. est, *quo quæstu teneam, melle*, sic etiam legitur in Florentino, ac Wass. et, ut in Fuxensi *quæstum teneam, melle*, ita quoque in Regio. Quare, cum non Latina sint satis *quo quæstum teneam*, ut edidit Vulcan. Ed. sec. aut *quæstu*, ut in Vulcan. Ed. pr. sine Accusandi casu, ut vel patet exemplis per viros doctos allatis, lego: *quo quæstu teneam me*: vel, *quo quæstu me teneam*; uti dudum ediderunt Scriverius (sed vide aliter in Anecd. Spuriis p. 39.) ac Floridus. Satis patet ratio, qua excidit vocula *me*, acfavet Coll. Modiana Bertin. Cod. *quo quæstu inita eam*. Immo clare sic præbet Cod. Pith. *quo quæstu me teneam*. Val. Max. l. II. c. 6. § 4. 'Quonam quæstu sustentaretur.' Sed et adi Salm. ad Solin. p. 111. *Oud.* *Quæstum*] Ad quærendum lucrum ritu mercatorio. *Beroald.* *Eam*] Vadam: verbum est. *Id.*

Æginensis quidem sum] Sic vulgo vel *Ægiensis* editur. Sed ex vestigiis Mstorum, qui hic admodum sunt perturbati, olim fuisse scriptum colligo: *Quid sum Æg.* unde verissime a Wowerio emendatum puto: *quidam*. Elegantissime. Mox *Æginensis* cum Mss. Lips. Pal. Bert. Flor. Wass. jam ediderunt Vicent. Beroald. Junt. Ald. Sed, cum Beroaldus et Becichemus Epist. LXVII. testentur in aliis Mss. et Edd. Vett. esse *Ægiensis*, *Ægeensis*, *Ægensis*, Pricæus in Oxoniensi, *Argiensis*, omnino censeo verum hic esse *Ægiensis*, quod expressere Basil. Lugd. Colv. ab Ægio, Achaiæ ad Sinum Corinthiacum celebri oppido: cujus frequens mentio in Nummis, Inscriptionibus, Geographis, et Historicis. Talis vir hic melius convenit, quam civis quidam ex sterili et metallifera insula Ægina. Alibi quoque *Æginenses* male intrusos legas. Vide ad Front. l. IV. 5. 22. In Vulc. Ed. sec. prave est *Rhegiensis*. *Oud.* *Æginensis quidem sum*] Ægina, cujus hic se municipem esse ait, insula est, ab Ægina Æaci matre dicta, cum prius Œnopia nominaretur. Ovid. 'Œnopiam veteres appellavere: sed ipse Æacus Æginam genitricis nomine dixit.' Æs Ægineticum, teste Plin. fuit in laude: ex quo candelabrorum superficiem elaborabant. Quidam codices habent *Ægiensis*, tanquam ab Ægio deducto nomine. Est enim Ægium oppidum Peloponnesi, quo in loco Jovem a capra caprino lacte nutritum fabulantur, sicut Aratus prodidit. Unde et loco nomen: αἶγα enim capram vocant. Sunt et Ægæ Euboicæ, a quibus Ægæum mare dici autumat Strabo. Sunt et Ægæ Achaicæ, penes quas Cratis amnis labitur. *Beroald.*

Hypathæo melle] *Ætneo* capit Cluverius simpliciter pro, Siculo, in Sicilia Ant. p. 113. Pessime Vulcan. Ed. sec. seu Scaliger exhibuit *Hypatæo* contra Mss. O. et Edd. Vett. in quibus est *Æthneo*, testantibus Beroaldo et Becichemo, esse in nonnullis *Ennæo*; quod e Bertin. producitur, et in Ms. Petrarchæ atque Ed. Junt. poster. excusum legitur. *Hymetteo* conjecere alii, et in his Vulcanius. At Mss. reliqui carent et hac et alia voce, jungentes, ut dixi supra, *quæstu teneam, melle vel caseo*. Qua ex scriptura, si quidem necessarium sit addi loci nomen τῷ melli, magis quam τῷ caseo, quod non putem, unice conji-

ceres excidisse *Ennæo* seu *Hennæo;* sive *Hyblæo:* proximæ enim sunt Henna et Hybla florum feraces, et idcirco apibus frequentes. Vid. Pervig. Veneris vs. 51. cum Comment. Ill. Bouhierii, et Heinsium ad Lactant. Phœn. vs. 120. eumdemque ad Claudian. R. Pros. l. I. vs. 72. item Comm. ad Sil. XIV. 26. Leg. igitur foret: *q. q. me teneam. Audite. Quidam sum Ægiensis, Ennæo melle vel caseo.* At facile gentili voce carebimus, nisi ex ea cum Pricæo fingere velis aliud edulii nomen. Lepide Floridus conjiciebat, *Athenæo* (pro, Attico) *melle vel Hypatæo caseo.* Sic vara vibiam sequitur. *Gypatæo* typothetarum, ut puto, error est in Ed. Elmenh. In Palat. *vel huj.* In Fux. *hujusmodi.* Oud. *Æthnæo melle*] Id est, Siculo, quod bonitatis nota censetur. Prima nobilitas est Attico, quod Hymettium vocant: proxima Siculo, quod Hyblæum ab oppido nuncupatur: mox Calymnæ insulæ. Hinc ait Ovid. 'fœcundaque melle Calymne.' Appuleius *Æthnæum mel* appellat, intelligi volens Hyblæum, sive Siculum, ab Æthna monte, quæ ardet noctibus semper. Quidam legunt *Ennæo*, ab Ænna civitate Siciliæ in colle sita, in qua sacra Cereris ædes est, ut docet Strab. in VI. Hinc illud in Carmine obscœno: 'Ænnææ Cererem nurus frequentant.' *Beroald. Hypatæo melle, vel caseo, &c.*] Magna in primæ vocis scriptura varietas: fortasse tamen edulii nomen, non loci vel regionis latet. *Pric.*

Cauponarum mercibus] Sive, cauponariis, quales in cauponis et tabernis venduntur. In Palat. est *caupunorum*, in Voss. coll. seu Lips. Cod. et Zabarellæ Cod. teste Ferrario l. I. Elect. 19. *cauponorum.* Mallem, si per membranas liceret, *cauponum.* Oud. *Cauponarum mercibus*] Esculentas merces significat, quæ pertinent ad edulia cauponarum. Est autem *caupona* et mulier, et taberna. Potest referri et ad cauponationem, quam ut illiberalem improbat Plato, l. II. de Legibus: de quo suo loco mox plura. *Beroald.*

Per Thessaliam, Ætoliam, Bœotiam ultro citro discurrens] Tacitus Annal. IV. de C. Graccho: 'Per Africam et Siciliam mutando sordidas merces sustentabatur.' Exprimitur heic Græcorum περιέρχεσθαι et δολιχεύειν. Infra l. X. de duobus fratribus qui panes, mellita edulia, et id genus scitamenta concinnabant. 'Meque ad vasa illa compluria gestanda præstinarant, quæ Dominis regiones plusculas pererrantibus, &c. necessaria erant.' Hesychius: Ἐμπολᾷ, περιέρχεται, πραγματεύεται. Ælianus apud Suidam: Ἔμπορος τὸ ἐπιτήδευμα, πολλοὺς πολλάκις πλοῦς δολιχεύσας. Firmicus VIII. 22. 'Negotiatores negotiosos, nunquam in uno loco consistentes.' Fulgentius Mytholog. II. de Mercurio: 'Pennata vero' (habet) 'talaria, quod negotiantium pedes ubique pergendo, quasi pennati sint.' 'Ultro citro discurrere' (ex Nostro) lib. XXV. Ammianus. *Pric. Ætolium*] Ætolia regio est proxima Epiro, quam ab Acarnania dirimit amnis Achelous. Hinc Ovidius Acheloum appellat Acarnanum fluvium, illo versu: 'Amnis Acarnanus lætissimus hospite tanto.' In Ætolia oppidum est nomine Naupactum, a quo idem Achelous Naupacteus ab eodem poëta est dictus. Ætoliæ oppidum est Calydon: unde Calydonius ille aper famigeratus. *Beroald. Bœotiam*] Cum Latini Græcos in omnibus pene sequantur, ut ait Priscianus, Barbarismus fit Boëtiam Boëtiosque scriptitando pronunciandoque: sicut obtinuit inveteravitque falsa et pertinax consuetudo neotericorum. Bœotiam enim et Bœotios scribere ac proferre debemus, ex Græcorum ratione, apud quos Βοιωτία, Βοιωτοὶ, nec unquam aliter scribuntur. Et ita illud Flacci legendum est: *Bœotum in crasso jurares aëre natum.* Homer. in Catalogo:

Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον. Auctoritatem tamen, et rationem, et regulam consuetudo superavit, quæ (ut ait Gellius) domina rerum est, maximeque verborum. In ore enim omnium est Boëtia, cum Bœotia insolens, inauditum, aspernabile verbum esse videatur. Cæterum ego ipse sequar Fabium Quint. qui vocat consuetudinem sermonis, consensum eruditorum, non usum trivialium Grammatistarum. *Idem.* *Ultro citro discurrens*] Oxon. quoque Fux. Guelferb. et Palat. cum Coll. Wass. sive Paræi Etonensi Cod. et Ed. Scriveriana addunt copulam *que*. Eaque varietas fere perpetua est. Vide me ad Sueton. Calig. c. 19. 'Ultro citro commeavit.' Nec aliter dant Mss. optimi Pliniani l. II. c. 38. 'Sic ultro citro commeante natura.' Infra l. VIII. p. 168. Ed. Pric. 'Ultro citroque commeabant.' Adde Glossas. *Oud.*

Comperto hypatæ esse caseum recentem] Sic cum Aldo et Junt. post. edidere Colvius et seqq. cum in aliis ederetur: *C. i. quod H. esset caseus recens:* quod perperam defendit Roaldus. Mss. omnes carent *quod* cum Ed. Beroaldi, in qua *Hypaten*. Sed et verbum *esse* deest Mss. Lips. Palat. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. Oxon. Wass. et Edd. Pric. Flor. In iisdem *caseum recentem*, sed in Bertin. et Pithœano *caseus recens*. Ms. Barth. *caseum recente*, quod ridicule ἀρχαϊκῶς pro *recens* positum suspicatur Floridus. Mihi vix dubium est, quin legi debeat: *C. i. Hypatæ (q. c. c. Th. a.) caseum recens et sciti saporis, &c. distrahi.* De participio 'comperto' et similibus adi Drak. ad Sil. XIV. 97. et quos laudat. Neutro genere adhibuit vocem 'caseum,' quod jam vidit Barthius lib. XXIV. Advers. c. 1. Sequitur enim 'id omne.' Eodem genere usi sunt Plautus et Novius apud Nonium de Indiscretis Gener. hac voce p. 200. Ed. Merc. Sic supra 'baculum quod.' Lib. XI. p. 245. 'Caduceum Mercuriale.' Alibi variant 'lorus' et 'lorum,' 'gladius' et 'gladium,' 'clypeus,' 'clypeum,' &c. Monendum tamen est in Mss. Lips. Guelf. Palat. Reg. Fux. Oxon. scribi: *Hypatæ civitatis cunctæ* (Palat. *cunctam*) *Th. antepollere caseum.* Ita ut forsan illa omnia *q. c. c. Th. antep.* e glossa marginali sint nata. Certe illa hujus urbis laus parum facit ad casei commendationem. At recte lib. III. p. 50. 'Tibi quidem splendidissima et unica Thessaliæ civitas.' Ejus tamen Metropolis deinceps non fuit. Adi P. Wesseling. ad Hieroclis Synecdemon p. 642. *Oud.* *Comperto*] Cum comperissem. Absoluta elocutio est apud Veteres usitatissima. Cor. Tacitus: 'Igitur Zosines diu pensitato, Mithridatisne rebus externis, an patrio regno consuleret.' Silius: 'Auditoque furens socias non defore vires.' *Beroald.* *Hypatæ*] Itidem Lucianus se Hypatam accessisse commemorat, Thessaliæ civitatem, quam Appuleius signat fuisse metropolim, et quasi principalem totius regionis. Livius meminit Hypatæ in XXXVI. scribitque Consulem Romanum esse depopulatum agrum Hypatensem. *Idem.* *Comperto itaque, &c.*] Glossarium: 'Comperto, γνωσθέντος.' *Pric.* *Hypatæ, quæ civitas cunctæ Thessaliæ antepollet*] Lib. III. de eadem: 'Splendidissima et unica Thessaliæ civitas.' *Idem.*

Caseus sciti saporis] Caseo Nemausensi, quæ civitas Galliarum est, laus fuit apud Antiquos præcipua, et musteo tantum, hoc est, recenti commendatio. Caseus Lunensis magnitudine conspicuus celebratur, quippe qui ad singula millia pondo premebatur, ut docet Plin. in XI. Hinc illud Epigrammatarii poëtæ: 'Caseus Ethruscæ signatus imagine Lunæ Præstabit pueris prandia mille tuis.' Caseus a coacto lacte dictus, ut interpretatur M. Varro: sive a coëundo, ut ait Festus. Casei recentes et molles sunt

alibiles magis, quam veteres et aridi. Inter cibos castrenses, caseus quoque numeratur. Spartianus: 'Ne Adriano hæc, cibis etiam castrensibus in propatulo libenter utens: hoc est, larido, caseo, et posca, exemplo Scipionis Æmiliani et Metelli, et auctoris sui Trajani.' Galenus lib. de Alimentis III. recentem caseum, veluti omnium probatissimum saluberrimumque, quem vocari ait a Pergamenis municipibus suis oxygalacticum, miro præconio extollit. Ut autem intelligas quid sit caseus oxygalacticus apud Galenum, scito *oxygalam* dici quasi acetosum lac: nam Græci ὄξος acetum vocant, γάλα lac. Unde Galactopotæ dicti populi, quibus lac victum commodat, quorum meminit et Columella in VIII. Oxygala autem, ut docet Plin. libro XXVIII. cap. 9. fit e lacte quod in summo fluit, addito sale. Oxygala alio modo fit, acido lacte addito in recens: quod, dum accessit, utilissimum est stomacho. *Hippacem* vocat antiquitas caseum equinum, cui eosdem affectus quos bubulo caseo Sestius assignat. Genus est casei quod *saprum* vocant, quasi dicas marcidum: qui cum sale et sorbis siccis e vino tritus, potusque medetur cœliacis. In universum hæc de caseis traduntur: stomacho utiles sunt, qui non sunt salsi, id est, recentes: veteres alvum sistunt, corpusque minuunt. *Beroald.*

Sciti saporis] Probi jucundique gustatus. *Scitus* interdum dicitur elegans. Terent. 'scitum puerum' appellat pulchrum et elegantem. Fiscellus dicebatur a priscis, casei mollis appetitor. *Idem.*

Pretio distrahi] Vendibilem fuisse caseum significat, qui levi pretio coëmi posset. *Distrahere* enim est vendere, Oratoribus et Jurisconsultis. Inde 'merces distractæ:' et 'distractio,' venditio. Ulpian. titulo de transactionibus: 'Si uni pluribusque fundus ad alimenta fuerit relictus, velitque eum distrahere, necesse est emptorem de ejus distractione et transactione arbitrari.' Alias significat disseparare atque divellere. *Idem.*

Id omne præstin.] Miror Scriverium quoque recepisse librarii Lipsiani codicis errorem *ad*. Quæ Brantius profert, huc non pertinent, et Auctor sæpissime 'præstinare' cum Accusandi casu pro, emere, cum Plauto effert; ut in f. lib. I. item lib. VIII. X. &c. Adi Indicem. Neque opus est, ut conjiciamus cum Viro docto *prædestinaturus*, sive, ante emturus. *Præstinatur* Pith. *Oud.* *Præstinaturus*] Empturus. *Præstinare* verbum vetus est, quod significat emere. Plaut. in Epidico: 'Ut præstines argento priusquam venit filius,' et apud eundem sæpissime. A quo *destinare* quoque, quod usitatius est, usurpatur in eodem significatu, cum ait in Persa: 'Dii Deæque te agitent irati, scelus, qui hanc non properes destinare.' *Berould.*

Sinistro pede] Improspero omine et inauspicato. Si enim (ut Donatus, Virgilianus interpres, scite inquit) dexter pes bonus est, procul dubio sinister malus accipiendus est. A contrario dixit Virg. in VIII. 'Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo:' hoc est, ut Ser. interpretatur, propitius, et prospero omine. Divus Aug. quod mehercule scitu memoratuque est dignum refert in epistolis, Phanionem dici boni pedis hominem, cujus adventus afferat aliquid fœlicitatis. 'Sic,' inquit, 'solemus dicere secundo pede introisse, cujus introitum prosperitas aliqua consecuta sit.' Illud obiter annotandum, in auguriis sinistrum accipi pro prospero et salutari, et sinistras aves, quæ portendunt fœlicitatem. Autumat Festus Pomp. et Servius, 'auspicium sinistrum a sinendo' dici, quod nos agere aliquid sinat. M. Varro in lib. Epistolicarum Quæstionum ait, ad sinistram partem

esse mundi exorientes, ad dextram occidentes. Unde factum arbitrantur, ut sinistra meliora auspicia, quam dextra esse existimentur. Idem fere sentiunt Capito et Cincius, vetustissimi scriptores. Plin. quoque fulmina læva, hoc est, sinistra refert prospera existimari, quoniam læva parte mundi ortus est. Idem Don. refert, in sacris signis idcirco prospera accipi, quæ sunt læva, quia sacrificantis vel precantis latus lævum, dextrum est ejus qui postulata largitur. Ex hac augurii consuetudine dixit Ennius: 'Contonuit lævum bene tempestate serena.' Et Ennium æmulatus Virg. cecinit in serio opere: 'subitoque fragore Intonuit lævum:' significare volens sinistrum: hoc est, prosperum factum esse augurium. E contrario Græcis et barbaris dextra meliora videntur, quam sinistra. Unde Homericus Ajax: 'Nescio quid hoc modo nunciet: prospera Jupiter his dextris fulgoribus edit.' 'Quanquam haud ignoramus,' ut inquit M. Tul. in II. de Divin. 'quæ bona sint sinistra dici, etiamsi dextra sint.' *Idem.*

Profectum] De cætero, 'sinistra' Apuleio, ut Græco, pro infaustis sunt itidem de Metamorphosi sua lib. XI. 'Curiositatis, inquit, improsperæ sinistrum præmium retulisti.' *Stewech.* Stewechii conjecturam [sc. *provectum*] firmat Bertinian. Sed frustra. Significat enim domo egressum. Liv. lib. I. c. 1. 'Quo casu profecti domo.' Pejor multo est conjectura J. Gruteri *profecto* in Suspic. lib. III. c. 12. *Oud.*

Spes comp. frustrata est] Herodotus lib. I. ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος. Lib. II. ψευσθέντας Ἕλληνας ἐλπίδος μεγάλης. *Elmenh.* *Spes compendii*] Lucri: contra *dispendium* significat detrimentum. *Beroald.*

Negotiator magnarius] *Negotiatores magnarios* putem esse, quos nos *Grossiers* vocamus. Inscriptio vetus Romæ (Grut. p. CCLXXXIII. 1.)

MAGNO. ET. INVICTO
IMP. CAES. C. VAL. AVREL.
CONSTANTINO. PIO. FEL.
INVICTO. AVG. PONTIF. MAX.
TRIB. POTEST. COS. III. P. P. PROC.
D. N. CORPVS. CORIARIORVM
MAGNARIORVM. SALIARIORVM
DEVOTI. NVMINI. MAIESTATIQ. EIVS.

Colv. *Magnanimus* Fux. Recte *magnarius* defenditur a viris doctis, cui in Inscript. quoque opponitur *tenuiarius.* In Glossis, 'Μεγαλέμπορος, Magnarius.' Sic enim leg. non Μεγαλέμφορος; ut margini bene adlevit Cl. Wasse. Adi et Turneb. lib. XVII. Advers. c. 21. Vir doctus in marg. Ed. Vicentinæ: Hoc vocabulum legitur in marmoreo monumento apud S. Chrysogonum in Transtiberina urbis regione. *Oud.* *Omne enim pridie Lupus negotiator magnarius coëmerat*] Infra lib. V. 'Magnis pecuniis negotiantem.' In vet. Onomast. 'Præmercor, προονοῦμαι.' *Pric.* *Lupus*] Nomen proprium negotiatoris. Alias dicitur instrumentum uncinatum, quod vulgus lingua vernacula *graphium* vocat. Palladius *lupos* serrulas manubriatas interpretatur, numeratque inter rustica ferramenta. Alias *lupos* dicimus frenos, et lupata, juxta illud: 'Accipit ore lupos.' De lupo pisce, et animali quadrupede, nemo est qui nesciat. *Beroald.* *Magnarius*] Non a regione, quæ Magnesia dicitur, inclinatum est hoc nomen, sed a magno, magnitudineque negotiationis: veluti famigeratus, clarus in obeundis magnis mercaturis. *Idem.*

Ergo igitur] Bas. 1. et Col. *Ego igitur.* Colvius. Item Edd. Vicent. Junt. post. Perperam. Vid. Indicem Elmenh. et lib. IV. p. 63. Jungit has particulas Auctor innumeris locis, ut alii 'itaque ergo.' Vid. Barth. lib. XXXII. Advers. c. 15. Drakenb. ad Liv. lib. I. c. 25. 'Ergo idcirco' Cicero pro Rosc. Amer. c. 39. De duabus unius sensus adverbiis vel conjunctionibus simul positis egi sæpius. Vid. et Cort. ac Longol. ad

Plin. lib. v. Ep. 16. x. Ep. 97. § 7. lib. II. p. 30. et IV. p. 79. 'Tandem denique:' ubi consule Pric. Plura vide ad p. 56. 'Curiose sedulo.' *Oud.*

Inefficaci celeritate fatigatus] Apud Quintilianum IX. Declam. 'Et tamen ille qui tanto opere festinabat sero pervenit.' Pacuvius (restituente Viro summo Jo. Gerardo Vossio): 'Dolet pigetque magis magisque me Conatum hoc nequicquam itiner.' Ita fieri amat. 'Quid tam dextro pede concipis, ut te Conatus non pœniteat?' ut recte Juvenalis. *Pric.*

Commodum vespera oriente] Scriverius junxit in sua Editione *fatigatus admodum;* rectius, si quid foret mutandum. At reliqui Mss. omnes dant *commodum:* quod significat, *tunc jam.* Vid. Beroaldum et Elmenh. Indic. Innumeris enim locis Noster præter Terentium, Ciceronem, aliosque, ita usurpat. Plane ut hic lib. II. p. 24. Ed. Colv. 'Commodum vespera oriente:' p. 27. 'Commodum meridies accesserat:' p. 37. 'Commodum noctis induciis,' &c. De τῷ 'admodum' pro, circiter, adi ad Justin. lib. XVII. c. 3. summum Græviam. *Oud.* *Commodum*] Non parum multæ particulæ sunt in Latina lingua usitatissimæ quidem, sed paucis bene cognitæ intellectæque; sicut est adverbium hoc, *Commodum:* quod significat tunc, id temporis, eo momento. Qua dictione non solum Appuleius noster sæpicule, sed et Plaut. et M. Tul. Gel. et omnis classicorum scriptorum ordo usus est. Donatus enarrans illud Terentianum ex Phormione: 'Id cum hoc agebam commodum:' dixit adverbium esse temporis, et tantum significare. Idem alibi apertius et planius exponit, 'Commodum huc adverterat, ipso eodemque tempore.' *Beroald.*

Ad balneas] Proprie et significanter fœminino genere *balneas* publicas appellamus, cum privata neutro genere *balnea* appellitentur. Quod docet M. Varro. Et ita fere semper apud idoneos auctores invenies dici pro publicis thermis. Attamen M. Tul. *balneas* vocat, balnea Marci Bruti privata. Sic enim ait in II. de Oratore: 'Quam multa de balneis, quas nuper ille vendiderat.' Idem in oratione pro Cluentio: 'Eas,' inquit, 'balneas non ex libris patris, sed ex tabulis, et ex censu quærere.' Græci βάλανον appellant, ab eo quod anxietatem pellat ex animo: quod et divus Aug. testatur lib. IX. Confessionum, et nos fusius scripsimus in commentariis Suet. unde nostri *balineum* dicunt, et per syncopam *balneum.* Idem.

Ecce] Proprium Ciceroni et Virg. hoc est, in rebus improvisis et repentinis: ut, 'Ecce autem gemini a Tenedo:' et 'Ecce trahebatur passis Priameia virgo.' *Idem.*

Humi sedebat] Inserunt *qui* Mss. Palat. Reg. Wass. sed perperam, et obvio librariis vel interpolatoribus errore, de quo late agam ad f. h. libri: 'D. seniculum. In angulo sedebat:' et ad lib. XI. p. 244. Ed. Pric. 'Vidi ursam mansuem. Cultu matronali sella vehebatur.' *Oud.* *Pæne alius, lurore ac misera macie deformatus*] Lipsii conjecturam, quam temere expressit Vulcan. Ed. sec. probatam quoque a Sopingio, aut Heinsianam *lemurali* vel *larvali os lurore,* recte cum Pricæo Ferrarius lib. I. Elect. cap. 19. refellit sequentibus: 'Hunc talem, quamquam necessarium et summe cognitum, tamen dubia mente accessi.' 'Pæne alius' bene explicuit Pricæus. Belg. *het geleek dezelve man niet.* Non vero jungenda *alius lurore* (Edd. Bas. pr. Elmenh. prave *lut.*) sed *lurore ad miseram maciem d.* Sic enim præter aliorum codices dant quoque Palat. Guelf. Reg. Zabar. Wass. et Edd. Junt. post. Scriv. &c. Luror oritur præ defectu cibi et inedia, ut lib. VIII. p. 169. Ovid. lib. IV. Met. vs. 260. 261. Vul-

gata videtur ficta ad lib. IX. p. 197. 'Lurore buxeo ac macie fœdata.' 'Ad maciem:' Græca locutione, πρός. Vid. Salm. ad Solin. p. 62. 'Lapidi ad succinum color est:' p. 97. 'Reddit succum album ad lactis saporem:' i. e. sapore similem lacti. Male tentat Salmasius, quem vide etiam, p. 165. 'Ad prope casura:' p. 58. 'Dulcis ad melleam suavitatem.' Neque inepte *miram* conjecit hic et lib. VIII. p. 469. Pricæus. Crebro enim *miserum* et *mirum* confundi solent; de quo latius infra. Sed tamen, a Mss. cur hic recedamus, caussæ nihil video. Mox *miserum ærumnæ spectaculum;* cum quo confer Sall. Jug. c. 14. Septim. de B. Troj. III. 21. Dein *distematus* Pith. Voluit sine dubio librarius *distenuatus*. Idem. *Sedebat humi scissili palliastro semiamictus: pœnali lurore ac misera macie deformatus*] Eugraphius ad II. 2. Eun. 'Miserorum expressio his modis impletur: vultu, habitu corporis, atque vestitu.' Humi sedere solent qui miserias fovent, et ærumnis incubant suis. Statius: 'Tu modo fusus humi lucem aversaris iniquam.' Vide 2 Samuel. XII. 17. Ezræ IX. 3. Esaiæ III. 26. Scriptor Historiæ Jobi II. 7. 'Testa saniem radens sedebat in sterquilinio.' De Hecuba Euripides: Ἐπὶ χθονὶ κεῖται Κόνει φύρουσα δυστηνὸν κάρα. Pric. *Scissili palliastro semiamictus*] 'Squallidus, illota facie, barbaque, comaque Horridus impexa, scisso pannosus amictu.' Infra lib. IX. 'Scissili centunculo, &c. inumbrati.' Lucianus in de Merc. cond. πολυσχιδὲς ῥάκος vocat: et in Dial. Mort. τριβώνιον πολύθυρον. Petronius 'sordidam ac scissam tunicam.' Plutarchus in περὶ Δεισιδαιμ. Ἔξω κάθηται σακκίον ἔχων, ἢ περιεζωσμένος ῥάκεσι ῥυπαροῖς. *Semiamictus* heic, ut infra VII. 'centunculis disparibus et male consarcinatis semiamictum.' et IX. 'Flebili centunculo semiamicta.' Marcianus Capella: 'Sordenti pallio, &c. semitectos.' Donatus in de Tragœd. et Comœd. 'Læto vestitus candidus, ærumnoso obsoletus.' Nicetas Choniates: Ῥακίοις ἐσπειρασμένοι, ἀπαστίᾳ ἐκτετηγμένοι, τὸν χρῶτα τραπέντες, νεκρώδεις τὰς ὄψεις. Pric. *Pœnali lurore ac misera macie deformatus*] Infra lib. IX. 'Lurore buxeo, macieque fœdata.' Sic 'hominem macie torridum' apud Ciceronem in pro lege Agrar. contra Rull. ubi malim *retorridum* scribi. Onomasticon vetus: 'Retorrescere, ἀναξηραίνεσθαι.' Apud Quintilianum V. Declam. 'Riget squallidi capitis concreta canicies, vigor pristini vultus vacuis luminibus intabuit, et per obstantium crinium illuviem tenuis arentium jactus oculorum.' In veteri Tragœdia apud Ciceronem Tuscul. III. 'Corpus macie extabuit, Lacrymæ peredere humore exangues genas, Situ nitoris barba et pedore horrida Atque intonsa infuscat pectus illuvie scabrum.' Illud *Pœnali lurore* a Lipsio est, et quadantenus probari potest. Sic infra lib. VII. 'pœnale exitium.' et VIII. 'caligo pœnalis.' At Oxon. Cod. et editiones principes habent, *pene alius lurore*. Et hanc præ altera lectionem sequendam putem: *Pene alius*, est *in alium pene virum mutatus*. Ammonius: περὶ ὁμοί. &c. Ἑτεροίωσις, ὅταν ἀφ' ἑτέρου σώματος εἰς ἕτερον μεταβάλῃ, οἷον Νιόβη εἰς λίθον. Hesychius: Ἀλλοίωσις, ἄλλος ἐξ ἄλλου γενόμενος μετασχηματίζεται. Philostratus in Epistolis: Ἐχθές σε ὀργιζομένην κατέλαβον, καὶ ἔδοξα ἄλλην βλέπειν. Terentius II. 1. Eunuchi: 'Adeo homines immutarier Ex amore, ut non cognoscas eundem esse?' Samuel ad Saulum I. 10. 6. 'Et mutaberis in alium virum.' Salvianus 2. de Davide: 'Judicio Dei a se alter effectus.' Et (quod propius ad rem præsentem) in Historia Jobi: 'Cumque elevassent' (amici ejus) 'oculos suos, non cognoverunt eum.' Gregorius Nyssenus Homil. 2. de paup. amand. 'Eo calamitate redactus, ut quidnam sit

ambigatur: nam neque hominis plane, neque aliorum animantium cujuspiam indicia præ se fert. Si cum homine conferas, effigies humana respuit deformitatem eam: si cum rationis expertibus animalibus, ea quoque similitudinem ejusmodi non admittunt.' Et post: 'Juxta vias celebres, et a prætereuntibus frequentatas jacent homines mortui, imo ne homines quidem, sed infælices hominum reliquiæ, signis et indiciis aliquibus indigentes, ut se homines esse fidem faciant: neque enim ex naturæ notis quidquam est reliquum quo possint agnosci.' Oxon. et Florent. Cod. *Ad miseram maciem d.* Pro *miseram* tamen *mirum* scriberem. Vide infra lib. VIII. notata, ad ea, 'mira præsumptione munitus.' Et bene heic *deformatus*. Eustathius ad Odyss. Αὐχμοῦ πιναρότης, &c. τὸ λαμπρὸν εἶδος ἀφανίζει. Bene et *macie deformatus*. Quintilianus Declam. XIV. 'Deformis macies inde veniebat.' Idem XII. Declam. famem 'malorum deformissimam' vocat, quod nempe cæteris malis deformiores reddat. *Idem.* *Macie deformatus*] 'Cava lumina, pallor in ore, Labra incana situ, scabri rubigine dentes. Dura cutis, per quam spectari viscera possent. Ossa sub incurvis extabant arida lumbis: Ventris erat pro ventre locus, pendere putares Pectus, et a spinæ tantummodo crate teneri.' Deformatus hic καταισχυνθεὶς, ut bene in Glossario redditur. *Idem.* *Palliastro*] A *pallio*, quæ Græcorum vestis est, ut toga Romanorum, inclinatur *palliastrum*: cujuscemodi nomina autumant Grammatici significare diminutionem. et profecto quædam sunt in *aster*, vel in *astrum* desinentia, quæ diminutionis regulam servant: ut *surdaster*, quasi obsurdus: et *recalvaster*, modice calvus. Cic. in v. Tuscul. 'Erat,' inquit, 'surdaster M. Crassus.' In Levitico ait Moses: 'Et si a fronte ceciderint pili, recalvaster et mundus est.' Unde et 'recalvatio dicta,' non plenum calvicium, sed pusilla capillorum deglabratio. Itidem *palliastrum* accipi videtur, pro pallio mutilo et breviculo. Compluscula tamen sunt ex hoc inclinatu derivata, quæ imitationem potius significant quam diminutionem. ut *Pinaster:* quo non parva pinus significatur, sed ut ait Plin. in XVI. nihil aliud est quam pinus sylvestris mira altitudine. Ita *apiastrum*, quod herbæ genus melissophyllon Hyginus vocat. Ita *mentastrum*, quæ menta sylvestris est. Consimiliter a Cic. dicitur *Fulviaster* et *Antoniaster*, contra Priscian. sententiam, quasi Fulviæ Antoniique imitator. Et a Terent. in Adelphis, 'parasitaster' dictus non tam parvus parasitus, quam æmulus imitatorque parasitorum. De palliastro in Floridis: 'Niceno procinctu palliastri magistratum in secreto defendisset.' *Beroald.* *Scissili*] Lacero et divulso. Alias *scissile* dicitur, ne *fissile*, quod facile scindi potest. *Idem.* *Semiamictus*] Ex hoc aperte liquet, palliastrum pusillum et breve pallium significare, quo Socrates non totus vestiebatur, sed semivestitus conspiciebatur. *Id.* *Lurore*] Squallore, et pallore buxanti. Est enim *luridus*, supra modum pallidus. unde 'rana lurida' Varroni, et 'venena lurida' poëtis dicuntur. *Id.* *Deformatus*] Sentus, incultus, et dehonestamento formæ demutatus. Alias *deformare*, est figurare, fabricare, et nova forma insignire. Vitruvius in v. 'Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, et regalibus rebus.' *Idem.*

Fortunæ deterrima] Lipsii conjecturam adprobarunt Barth. lib. XXIV. Advers. c. 1. edideruntque Vulcan. Ed. sec. Elmenh. Florid. ac Pricæus. Mss. Barth. et Bert. lectionem *determina* exhibuit Scriverius. At Ferrario lib. I. El. c. 19. placebat: *quales solent fortuna deterrima, &c.* in Ablativo. Certe nolebat mutari vocem *deterrima*, Nostro sæpissime adhibi-

tam, exponens: homines vilissimi, ac naturæ ludibria sive negotia. Quid si a nominativo sing. 'detrimen' scribamus *detrimina* seu περικαθάρματα καὶ περίψημα, ut ait Divus Paullus ad Corinth. I. 4. 13. ubi vide Wolfium. Ut enim 'flamen' et 'flamentum,' 'fundamen' 'fundamentum,' 'hortamen' 'hortamentum,' 'munimen' 'munimentum,' 'tentamen' 'tentamentum,' et plura alia occurrunt, quidni sic 'detrimen' et 'detrimentum?' In Palat. a m. pr. est *deterrime*. Prave vero Ed. Flor. *in viis*. 'Erogare' dictum, ut lib. v. p. 97. 'Erogatus germani amplexus.' *Oud.*

Stipes erogare] Significat, contubernalem ad incitas, hoc est, egestatem fortunæ fulminantis sævitia redactum esse, adeo ut mendicare cogeretur. Quod genus homines Plaut. eleganter appellat *mendicabula*: et Laberius mendicitatem dixit *mendicimonium*. In triviis autem potissimum mendici stabulantur, utpote locis frequentioribus, per quæ ultro citroque commeant homines negotia obeuntes. *Beroald.* *Stipes in triviis erogare*] Horatius: 'In triviis fixum cum se demittit ob assem.' Lucianus Necyomantia: Πολλούς τε καὶ ἄλλους ἦν ἰδεῖν ἐν ταῖς τριόδοις μεταιτοῦντας. Marc. x. 46. Ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν. *Erogare* mutandum non est. Infra lib. VII. 'Nec manum validam erogandæ stipi porrigeret.' Glossarium: 'Stipem: ἐλεημοσύνην.' *Pric.*

Hunc talem, quanquam necessarium, &c.] Gellius XIII. 3. 'Qui ob jus affinitatis familiaritatisve conjuncti sunt, necessarii dicuntur.' Glossæ: 'Necessarius, οἰκεῖος.' Glossæ aliæ: 'Οἰκεῖος, ὁ συγγενής, necessarius.' Infra lib. VII. 'Per cæteros familiares ac necessarios.' Vide ad Act. XXX. 24. notata. *Hunc talem* heic, ut bis in de Philosophia libro, et Miles. IX. Locutio Sallustiana est. Micipsa de Jugurtha: 'Colite, observate talem hunc virum.' *Idem.* *Quamquam necessarium*] Quamvis mihi necessitudine contubernalitateque conjunctum, et consequenter cognitissimum. Necessarii enim dicuntur, qui jure affinitatis familiaritatisque conjuncti sunt, ut docet Gel. lib. XII. Noctium Atticarum. *Beroald.*

Agnitum] Accedit Guelferb. Palatinus et Oxon. Omnino melius, ut in Florid. *hominem bene cognitum*. Summe tum cognoscebat, ut necessarium, sed, quia jam pæne alius erat factus, nondum eum agnovit, et dubia mente propius accessit. Frequentissima vero in his compositis ob adfinitatem ductuum in litteris *co* et *a* est confusio. Vid. Drakenb. ad Liv. lib. XXXIV. 56. Davis. ad Hirt. B. Afric. c. 16. Eadem confusio lib. VI. p. 315. 'Indicia quibus possit agnosci:' quod ibi malim, et lib. IX. p. 203. 'Ululatum agnovere fratres.' Ceterum cuncta *Hunc talem* usque ad *accessi* desunt Ms. Fux. *Oud.* *Et summe agnitum*] Melius Oxon. *cognitum*. In Floridis: 'Hominem bene consultum, &c. bene cognitum.' *Pric.*

Dubia mente propius accessi] 'Dubius quidnam insolita facies ostenderet,' ut Sallustius apud Donatum loquitur. Florid. IV. 'Propius accessit, &c. ut etiam incognosceret quisnam esset.' Vide Luc. x. 33. *Idem.*

Quid istud? quæ facies? quod flagitium] 'Quis tam crudeles optavit sumere pœnas? Cui tantum de te licuit?' Seneca Œdipo: 'Quæ dira novi facies lethi Gravior letho?' Apud Aristophanem ille in Thesmophor. Τίς ἡ στολή, Τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου; In Eunucho Terentii: 'Video sentum, squalidum, ægrum, pannis annisque obsitum: Quid istuc, inquam, ornati est?' Ex quibus hæc sua Apuleius adumbravit. *Idem.* *Domi tuæ*] Oxon. *domui tuæ*. Idem. *Quæ facies*] Admiratur in Socrate contubernali tantam deformitatem, tantamque vultus ac totius corporis illuviem. Est enim *facies*, forma omnis, et modus et fac-

tura quædam corporis totius, a *faciendo* dicta: auctor Gel. in XII. Plaut. quoque, in Pœnulo, *faciem* pro totius corporis colorisque habitu dixit, his versibus: 'Sed earum nutrix qua sit facie mihi expedi. Statura non magna, corpore aquilo est.' Aquilum corpus a colore aquilo dictum, qui fuscus est et subniger, ab aqua nominatus. Cæterum quotidianæ locutionis consuetudo *faciem* usurpat pro oris specie, quod Græci πρόσωπον dicunt, in quo significatu est illud Plin. ex XII. 'Facies homini tantum, cæteris os, aut rostra.' *Beroald.*

PAG. 5 *Defletus*] Deploratus, delamentatus. Participium ab eo quod est *fleor*, ut ait Ser. Virg. 'tum membra thoro defleta reponunt.' *Idem.*

Conclamatus es] Tanquam de vita tua transactum finitumque sit. Donatus enarrans illud Teren. ex Eunucho: 'Jam conclamatum est:' modo interpretatur transactum ac finitum, ut corpora nihil reliqui habent ad vitæ officia: modo manifestum, ut in conclamatis funeribus nulla dilatio est doloris ac luctus, *Conclamatum* pro satis deploratum satisque vociferatum esse exponit. Ser. vero in expositione illius hemistichii VI. Æneid. 'Pars calidos latices,' ait morem fuisse apud Veteres, ut mortui calida aqua abluerentur, et per intervalla conclamarentur, propterea quod solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari, et homines fallere: ideoque servabantur cadavera septem diebus, et calida aqua abluebantur, et post ultimam conclamationem comburebantur. Et hinc tractum esse refert illud Terentii: 'Desine, jam conclamatum est.' Consimile est illud Lucani ex II. Pharsaliæ: 'corpora nondum Conclamata jacent.' *Idem.*

Juridici provincialis decreto] Perperam Oxon. et Par. *judicis.* Consule Beroaldum, et ad Titulum Dig. de officio juridici provincialis, nec non Glossas, et Inscriptiones 'Juridicus Ægypti,' 'Asturiæ,' &c. Dein *vox* pro *uxor* Ed. Bas. pr. ridicule. *Uxorque* Fux. Coll. Voss. *Oud.* *Juridici provin.*] Juridicus provincialis significatur is magistratus, qui jus dicit in provincia, sive is prætor sit, sive proconsul, sive præses, sive alius qui provinciam regat. Titulus est apud Jurisconsultos de officio juridici Alexandriæ, ubi sic ait Ulp. 'Juridico, qui Alexandriæ agit, datio tutoris constitutione divi Marci concessa est.' Sensus est, datos esse tutores filiis Socratis, qui demortuus credebatur, ex auctoritate decretoque juridici, qui provinciam illius patriam regebat. Nam, ut refert Ulp. titulo de jurisdictione judicum, 'Jus dicentis latissimum est. Nam et pupillis non habentibus tutores constituere potest.' Tutores autem sunt, ut docet Paulus lib. XXVI. digestorum, qui vim ac potestatem habent tuendi eum, qui propter ætatem suam sponte se defendere nequit: dicti quasi tuitores atque defensores. Mutus et surdus tutor dari non potest. Tutorum alii legitimi, alii fiduciarii, alii honorarii nuncupati. Analogistꞷs, sive analogꞷs appellat tutores Julianus Juris. eos qui non tenentur reddere rationem administratæ tutelæ. Jus dandi tutores datum est, ut ait Ulp. omnibus magistratibus municipalibus. Prætor ipse se tutorem dare non potest. Illud semper constitit, præsidem posse tutorem dare tam absentem quam præsentem; et tam præsenti quam absenti: nec non ignoranti et invito. *Beroald.* *Tutores juridici provincialis decreto dati*] Glossarium: 'Juridicus, δικαιοδότης.' In eodem Ms. Cod. est, *Judicis provincialis.* Pric.

Præsolutis feralibus off.] *Persolutis* jam ediderat Vulcan. Ed. sec. et post Wowerium omnes, cum Mss. Florent. Fux. Oxon. Petr. Nihilominus *præsolutis*, quod dant Edd. Vett. et Mss. Reg. Pith. Palat. Bert. Lips. &c. de-

fendit Barthius lib. xxiv. Advers. cap. 1. pro, ante solutis, et priusquam ad secundas ire nuptias compellebatur. Non persuadet. De his vid. ad lib. viii. p. 151. In Wass. *persolata*. E glossa hoc opinor natum. *Feralis* Fux. *feralibus* Palat. Guelf. Wass. Alibi Auctor, et alii sæpius dicunt 'feralia amicula,' 'ferales nuptias,' 'feralem pompam' pro funebribus. Vide Indicem Elmenh. et meum Lucani. Ed. Pric. *off. feralib.* Oud.

Liberis] Liberum appellatione non solum filii, sed et nepotes continentur, ut tradit Ulp. titulo de testamentaria tutela. Liberos, secundum Cassium, et ultra trinepotem accipimus. Antiqui oratores historicique etiam unum filium filiamve liberos multitudinis numero appellaverunt. Sempronius Asellio, libro rerum gestarum quinto, de Tiberio Graccho ita scripsit: 'Orare cœpit ut se defenderet liberosque suos, eum, quem virilis sexus tum in eo tempore habebat, produci jussit, populoque commendavit prope flens.' *Beroald.*

Feralibus officiis] 'Feralia officia' appellamus, quæ inferis defunctisque exhibentur. Scribit Ovid. in ii. Fastorum, feralia dici diem mense Februario, qua feruntur justa manibus parentum, et celebratis parentalibus placant animas defunctorum. Festus quoque Pomp. ait, feralia esse festa sacrata Diis manibus, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata. Hinc 'fœdera feralia,' et 'tedas ferales,' et 'arma feralia' dixit Lucan. pro mortiferis et pernicialibus. Et 'ferales' cultus Ovid. pro funebres et lugubres. Uxor, apud Veteres, decem menses a funere maritali lugebat maritum, quia annus id temporis erat decimestris, ut docet Ovid. Scribit Seneca libro vii. Epistolarum, annum tempus fœminis ad lugendum constitutum fuisse a majoribus, non ut tandiu lugerent, sed ne diutius. Viris nullum lugendi legitimum tempus est, quia nullum est honestum. Lugentes diebus luctus erant in pellibus. *Idem.*

Deformata] Deturpata, sordidataque. *Idem.*

Diffletis p. oculis] Mang. *defletis.* Sic postea: 'Ubi defletum pro tempore comitem misellum.' *Putean.* Iste locus huc non pertinet. Dicitur enim, ut supra, 'defletus et conclamatus.' Nihilominus cum viris doctis, accedente Cod. Zabarell. et Ed. Scriv. præfero *defletis*. Recte adtulit Pricæus lib. v. p. 92. 'Deflebant oculos:' nisi hic malis *præfletis* ex lib. ii. p. 36. 'Visu præfleto:' vel cum N. Heinsio in Advers. p. 771. *diu effletis;* ex Quintiliani Decl. vi. 'efflere oculos.' *Oud.*

Diffletis pene ad extremam cæcitatem oculis suis] Catullus: 'In assiduos absumens lumina fletus.' Agricola apud Aristophanem in Acharnens. Ἀπόλωλα τὼ 'φθαλμὼ δακρύων τῷ βόε. In vet. Epigrammate: 'Hanc sic assidue deflet Petronius, ut jam Deficiant oculos lumina chara suos.' Aldhelmus in de laudibus virginitatis: 'Tantisque lamentorum singultibus, et tam rancidis' (lege, *tam raucis*) 'questibus lacrymabundus lugubriter flevit, ut gemellis pupillarum luminibus funditus fraudaretur.' Apud Quintilianum vi. Declam. 'Et cum assiduos planctus, et irrequietas diceret lacrymas, adjiciebat, Jam pene cæca est.' Cæterum pro *diffletis* puto *defletis* legendum. Infra lib. v. 'Deflebant oculos, et plangebant ubera:' et hoc ipso libro: 'Defletum pro tempore misellum comitem,' &c. *Pric.*

Diffletis oculis] Tamdiu, tamque continenter deflevisse fœminam significat, ut pene luminum sive oculorum captivitatem orbitatemque pateretur. In hanc sententiam Quintil. in declamatione quæ inscribitur Insepultus, sic inquit: 'Cognita clade rarissimi uxor exempli totos efflevit oculos, fontemque illum perennium lachrymarum tantum cæcitas clausit.' *Beroald.*

A suis parentibus] Patre et matre. Interdum *parentes* vulgari more, ut ait divus Hieronymus, dicuntur affines et cognati, et ita nos vulgo vernacula lingua sermocinantes usurpamus. In hoc significatu *parentes* appellat Spartianus, cum ait, 'omnibus parentibus suis tantam reverentiam, quantam privatus, exhibuit.' Præterea appellatione *parentum* omnes superioris gradus usque ad tritavum quidam appellari aiunt: sed Caius Cassius, cui Ulpianus astipulatur, omnes in infinitum dici parentes asseverat. *Idem.*

Novarum nuptiarum gaudiis] Luctus finiebatur nuptiarum causa. *Idem.*

Hilarare infortunium] Exhilarare et discusso pectoris nubilo disserenare, ac nova immissa hilaritate discutere, et in lætitiam gaudiumque demutare. *Hilaria* Veteres diem appellaverunt 8. Kalendas Aprileis, quo fit æquinoctium vernum, quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendebat, perinde ac tunc primum exordium lætitiæ et hilaritudinis celebraretur. auctor Macrobius. Hæc hilaria significavit Vopiscus, sic scribens in Aureliano: 'Hilaribus, quibus omnia festa et fieri debere scimus, et dici impletis solennibus.' *Id.*

Suis sibi] Vetus locutio est. ita Terentius: 'Suo sibi hunc gladio jugulo.' ubi exponit Donatus, Veteres sic solitos loqui. *Idem.* *Novarum nuptiarum gaudiis hilarare compellitur*] Festus Pompeius: 'Minuitur, &c. luctus cum liberi nati sunt, cum honos in familiam venit, &c. cum desponsa est,' &c. *Pric.*

At tu heic larvale simulacrum, &c.] Sic hominem macie pallidum et exsuccum eleganter vocat. In Apologia: 'Macilentam vel omnino evisceratam formam, prorsus horribilem et larvalem.' Sidonius III. 13. 'Tota denique est misera facies ita pallida, ut per horas umbris mœstificata larvalibus.' Guntherus lib. VIII. 'Squalentia tegmine fœdo Corpora velatus miserandos possidet artus. Fœda situ macies, deformia turpis et æger Possidet ora color, pressis cutis arida membris Insidet, humana tantum vestigia forma Servat, et antiquam retinet natura figuram. Et, si vera velis imponere nomina rebus, Non homo, sed vivens hominis videatur imago.' Livius lib. XXI. 'Effigies, imo umbra hominum, fame, frigore, illuvie, squalore enecti.' Curtius de Græcis quibusdam a Persis auribus, manibus, &c. mutilatis. 'Inusitata' (mel. *invisitata*) 'simulachra, non homines videbantur.' Cicero III. ad Q. Fr. 'Ne vestigium quidem ejus, nec simulacrum, sed quandam spirantis mortui effigiem.' *Idem.* *Larvale simulachrum*] Augustinus in IX. de civitate Dei, Martianus Capella in nuptiis Philologiæ, et noster Appuleius dæmonio Socratis, *larvas* dici tradunt animas hominum depravatas, et malis vitæ meritis maculosas, quæ a corpore sejugatæ terriculamentum sunt mortalibus, et occursacula nocturna. Hinc 'larvale simulachrum' dicitur deformatum, pallens, luridum, evisceratum, emaciatum, ac prorsus horrendum sicuti larva est. In Priapeiis scriptum est, 'Ad me nocte solet venire, et affert Pallorem maciemque larvalem.' Ubi annotandum, in carmine phalæcio *larvalem* pronunciari debere per diæresim. A larva, *larvati* dicuntur furiosi, et mente moti, quasi larvis exciti. Appuleius in Apologia: 'Hunc denique, qui larvam putat, ipse est larvatus.' Idem, 'Tertium,' inquit, 'mendacium fuit macilentam, vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam, prorsus horribilem et larvalem.' In hanc sententiam est illud Sidonii Apollinaris: 'Facies veluti umbris mœstificata larvalibus.' Apud Horatium, quod nescio an alibi facile reperias, *larva* accipitur pro persona, sicut vulgo usurpatur eo versu: 'Nil illi lar-

va, aut tragicis opus esse cothurnis.' *Beroald.*

Nostra] Solæ Editiones Colv. et Vulcanii sec. exhibent minus bene *vestro*, confirmatum tamen a Ms. Regio. Reliqui Mss. et Edd. habent *nostro* vel *nro* vel *nstro*, ut est in Palatino, non vero *vostro;* quod aiunt quidam, non recte assecuti manum Gruteri. Dein in Msto Zabarellæ *vixeris:* quod probat Ferrarius lib. I. Elect. cap. 19. At majus erat dedecus, quod ibi talis palam *viselatur*, quam quod ibi ignotus et domo cujusdam absconditus *vixerat*. Oud. *Dedecore vestro*] In Palat. *vostro*, quod veræ lectioni proximat. est ea ni fallor, *nostro:* ut et in Oxon. Ms. et edit. Vicentina legitur. *Pric.*

Aristomene] Vocativus casus est, qui apud Veteres salutatorius quoque vocabatur. Verba sunt Socratis, respondentis amico Aristomeni. Ita enim nominabatur sermocinator hic, introductus a Lucio nostro. *Beroald.*

Fortunarum lubricas ambages] Euripides: Μία ἡμέρα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει. Heliod. Æthiopic. lib. V. p. 211. Ἀστάθμητόν τι τὸ ἀνθρώπειον καὶ ἄλλοτε πρὸς ἄλλα φερόμενον. Seneca Natural. Quæst. lib. III. fol. 866. 'A fortuna nihil stabile datum esse; ejus omnia fluere aura mobilius. Nescit enim quiescere; gaudet lætis tristia substituere, et utraque miscere. Itaque in secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat. Alternæ sunt vices rerum.' Vide Ausonii Epigramm. 135. Antholog. lib. I. cap. 80. Tzetzen Chiliad. Hist. 341. *Elmenh.* *Fortunarum lubricas ambages*] Sæpe diximus, sæpe annotavimus, fortunam volubilem, vagam, inconstantem, lubricam, brutam appellari, quam Antiqui sine pedibus esse dixerunt, eamque in pila stantem figurantes, manuatam pennatamque fecerunt: quæ cum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non sinit. *Fortunarum* autem pluraliter dixit, quia multiplex est multinominisque fortuna, sicuti a nobis scriptum est in libro De fœlicitate. Refert Macrobius, simulachra Fortunarum apud Antium conveniri solita ad danda responsa. Papinius quoque Sylvula quadam 'Prænestinas sorores' appellavit fortunas, quæ apud Præneste sub effigie sororum colebantur. Romæ fuit ara malæ Fortunæ in Exquiliis, et nos olim ludentes scripsimus in libello elegiaco: 'Est fortuna mala, est convertens, est bene sperans: Fortis habet nomen, mascula culta Dea est. Ut tua multijuga est varia et numerosa potestas, Sic sunt multa tibi nomina facta Deæ.' In cœlo est ἀγαθὴ τύχη καὶ κακὴ τύχη: id est, bona fortuna et mala fortuna. auctor Julius Firmicus. Alias *fortunæ* pro divitiis opulentiisque accipiuntur. *Beroald.* *Fortunarum, &c. reciprocas vicissitudines*] Philemon apud Stobæum: Τύχης μεταβολὰς οὐκ ἀγνοεῖς. Arnobius μιμητικῶς lib. II. 'Cur non immunes agitis tot discriminibus et procellis, quibus quotidie vos agunt exitiabiles multiplicesque fortunæ?' Ælianus Τύχης ὀξυῤῥόπας καὶ ταχείας μεταβολὰς Variar. IV. 8. dixit. Diodorus lib. XVIII. τῆς Τύχης παλιῤῥοίας. *Reciprocas* autem, metaphora a marino æstu desumpta. Philo lib. ὅτι πᾶς ὁ σπουδ. ἐλεύθ. Τὰ θνητὰ πάντα σάλῳ καὶ κλύδωνι πραγμάτων διαφερόμενα πρὸς ἀνίσους ῥοπὰς ταλαντεύει. Seneca cap. 28. ad Polybium: 'In hoc profundum inquietumque projecti mare, alternis æstubus reciprocum, et modo allevans nos subitis incrementis, modo majoribus damnis inserens, assidueque jactans, nunquam stabili consistimus loco.' Arnobius lib. I. 'Statis temporibus rerum vicissitudines fiunt: atque ut in maritimis æstubus modo secundæ res affluunt, malis reciprocantibus prospera.' Maximus Tyr. Dissert. 30. Ἡ Τύχη ἄλογον, &c. Εὐρίπου δίκην μεταῤῥέον περιφερόμενον, &c. *Pric.*

Sutili centunculo] *Futili*, quod alii protulerunt, et dat Guelferbyt. et quo facit Fux. scriptura *futuli*, significare potest, multis rimis patente, in quo multa sunt foramina, scissis centonibus: unde supra et lib. IX. ait 'scissile palliastrum.' Est enim futile, quod continere nequit. Lib. VI. de manu excidente offula: 'Nec putes istud futile pollentarium damnum leve.' Adi Comment. ad Phædr. F. LXXIV. 'Canes futiles.' Nihilominus præfero *sutuli* (*sutili* Pith.) sive, multis variisque pannis consuto consartoque, et hinc vilissime, ut infra 'cymba sutilis,' 'flores sutiles.' Val. Flacc. lib. VI. vs. 81. 'domus sutiles' ex pellibus. Utrumque eleganter junxit Lucianus Dial. Mort. XVII. Τριβώνιον πολύθυρον καὶ ταῖς ἐπιπτυχαῖς τῶν ῥακίων ποικίλον. Ceterum in Mss. Palat. Fux. Pith. et Oxon. ac Junt. pr. Ald. Edd. est *centuculo;* uti et lib. IX. p. 279. et p. 298. 'Scissili ac flebili centuculo:' ubi vide Pric. &c. In Ald. *pubentenus*. Oud. *Cum dicto*] Frequens et pene peculiaris Appuleii locutio, quæ significat statim post verba, et vixdum finito sermone. *Beroald.* *Sutili centuculo*] Quod supra 'palliastrum scissile' dixit, modo 'sutilem centuculum' appellat, a centone ὑποκορίστικῶς, id est, per diminutionem deducto vocabulo. Est autem cento vestis crassior viliorque, ex pannis diversorum in unum consutis coagmentatisque, cujus usus in re militari apud Veteres fuit frequentissimus, ad incendium arcendum. Hinc præcipit Vegetius lib. IV. turres et vineas, quæ machinæ sunt militares, centonibus esse aut crudis coriis extrinsecus operiendas communiendasque, ne immisso concrementur incendio. Cæsar quoque commentario belli civilis Pompeiani secundo refert, in oppugnatione Massiliæ turrim latericiam a suis structam fuisse, cui centones insuper injecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulatione perfringerent, aut saxa ex catapultis latericium discuterent. Idem in structura musculi, quæ et ipsa machina oppugnatoria est, ait coria inducta fuisse, super coria centones injectos, ne igni ac lapidibus corrumperetur. Docet Portius Cato, centones fieri ex vestimentis familiæ veteribus, cum ait: 'Quotienscunque tunicam aut saga familiæ dabis, prius veterem accipito, unde centones fiant.' Macrobius in I. Saturnalium, centones accipit pro veste stragula, lectique operimento, cum ait: 'Scrophæ cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat.' Laus sarcinatoris est, si bene centonem suere noverit, quia ex dissimilibus minutisque consarcinatur. Hinc illud, Lucianum sarcinatorem esse summum, suere centonem optime. Consimiliter *cento* apud Juvenalem accipitur pro vestitu familiari, crasso et sordido, sic scribentem: 'Intravit calidum veteri centone lupanar.' Centonibus enim involuta vestitaque Messalina ibat in lustra, ne agnosceretur. Seneca quoque in II. Epistolarum ait, 'Diurnum accipit, in centuculo dormit.' Ubi 'centuculus' pro vili et plebeia veste stragula usurpatur. Frontinus et Livius 'centuculos' accipere videntur pro dorsualibus et instratis jumentorum: similitudine vestis centunculi, herba 'centunculus' dicta, de qua scribens Plinius noster, innuit centuculum esse penulam. Cujus verba subscripsi ex libro XXIV. quæ sunt hæc: 'Itali centunculum vocant rostratis foliis ad similitudinem capitis penularum jacentem in arvis.' Propterea cento, ut scienter docet Ausonius, est opusculum structum ex variis diversisque carminibus, cujus structura ita solidatur, ut coëant aut cæsi duo versus, aut unus et sequens cum medio. Nam duos junctim locare ineptum est. Ita ipse centonem formavit nuptialem, ex filis poëmatis Maroniani consutum. Hinc Homero centonas et Virgilio

centonas legisse sese, divus Hieronymus refert in prologo veteris instrumenti, significare volens opuscula contexta ex Homeri Virgiliique carminibus, transducta accommodataque ad sensum conditoris. *Sutilis* autem dicitur centuculus, consutus, contextusque: a suendo. Cymbam Charonis sutilem vocat Poëta, hoc est (ut exponit Servius), intextam sutamque. *Berould. Sutili centunculo faciem suam, &c. obtexit*] Ovidius: 'Fortunam vultus fassa tegendo suos.' Oxoniensis et alii Mss. habent *futili*. Pric. *Punicantem præ pudore*] Rubentem ob verecundiam. Puniceus enim color ruffus est, et exuberantiam splendoremque significat ruboris. Græce dicitur φοινικὸς, auctor Gellius in II. Facies autem pudibundi verecundique hominis erubescere consuevit, quoniam (ut inquit Arist. in Problematis) sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur pudentibus ita ut superficiem occupet. Est autem verecundia bonum, ut dicit Seneca, in adolescente signum, et (ut dicere solebat Cynicus Diogenes) rubor virtutis est color. Nihil fuisse mollius ore Pompeii, annotaverunt eruditi, qui nunquam non coram pluribus erubuit, utique et in concionibus Plautus in Asinaria: 'Verecundum esse decet adolescentem Argyrippe.' Quintilianus verecundiam vitium esse dicit, sed amabile, et quod virtutes generet. *Berould.*

Pube tenus] Usque ad pubem. Hæc particula jungitur cum ablativo singulari numero: ut, 'Capulo tenus abdidit ensem.' Plurali vero, cum genuino: ut 'Crurum tenus a mento palearia pendent:' quo in loco, ut Priscian. ostendit, usus est poëta hellenismo. Plin. quoque dixit: 'Corporum tenus curiosus.' *Idem.*

Cetera enudaret] Prave vocem *corporis*, solius Lipsiani codicis auctoritate, ejecere Colv. Vulcan. et Wower. licet ea careat quoque Regius, et Fux-

dantes itidem *enudaret*. Sed alterum magis Appuleianum videtur, ut bene monuit Brantius. Sic enim et lib. VIII. 'Humeris brachio tenus renudatis:' ibid. 'Stramentis me renudatum:' lib. IX. 'Costas perpetua castigatione ossium tenus renudati:' unde non male et hic e Palatino *renudarentur* legas. *Redundaret* Pith. Guelf. *nudarentur*. Oud. *Pube tenus cætera renudaret*] Quod solent animo turbati. Achilles Tatius lib. IV. Ἐπειρώμεθα κρατεῖν αὐτὴν, (Leucippen,) ἡ δὲ προσεπάλαιεν ἡμῖν, οὐδὲ φροντίζουσα κρύπτειν ὅσα γυνὴ μὴ ὁρᾶσθαι θέλει. Seneca II. 35. de irato: 'Si amictus illius compositus sit, attrahet vestem, omnemque curam sui effundet.' Theophrastus de inverecundo: Ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος καθιζάνει, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι. Et hoc καθόλου faciebant cuivis nimis rei attenti. Manuel Palæologus de puero in aulæo muscas venante: Μόγις τινὸς λαβόμενος τῶν ἃ καλοῦσιν ἔνιοι πτιλωτὰ, βακχεύοντι ἔοικεν ὑπὸ τῆς χαρᾶς, καὶ τὰ κράσπεδα ἀνελόμενος τοῦ τελευταίου χιτῶνος, ὡς ἑλίσσας τούτοις τὸ θηρασθὲν, πορεύεσθαι ζητεῖν ἕτερον, οὐκ αἰσθάνεται γυμνοῦν ἃ δέον κρύπτειν τοῦ σώματος. Palat. et Oxon. Codd. cum edit. vet. Vicent. *cætera corporis r.* Pric.

Nec denique] Lib. IV. 'Nec denique nos latuit Chryseros quidam,' &c. et forsan libro VIII. eo modo legendum: *Nec denique tale facinus oculis meis tolerantibus, &c.* ubi vulgo, *Nec diu.* Idem.

Injecta manu] Vide quæ ad Act. III. 7. notata. *Idem.*

Sine, sine, inquit] Perperam a Ms. Oxon. item Edd. Beroaldi, Colin. et Basil. abest alterum *sine*. Confer præter Colvium viros doctos ad Liv. lib. II. cap. 40. 'Sine, sine, priusquam,' &c. et ad Cæs. lib. V. B. G. cap. 44. 'Hic, hic dies.' Infra h. libro: 'Oro, oro te, inquam;' item p. 73. ubi vide: 'Jam, jam inquit:' item p. 39. 40. Ed. Pric. lib. VI. p.

116. in Flor. N. 9. 'Velim, velim, paulisper oculos s. circumferat.' Sic enim e Mss. et Edd. Vett. legendum. In Pith. *sine fine*. Oud. *Fruatur diutius tropæo suo Fortuna*] Rutil. Numatian. 'Infælix putat illuvie cœlestia pasci, Seque premit, læsis sævior ipse Deis.' Sic autem loqui solent qui non pati tantum, sed et frui miseriis volunt. Hecuba apud Euripidem humi cubans, nec se erigi passa: Ἐατέ μ' (οὔτοι φίλα τά μοι φίλ' ὦ κόραι) Κεῖσθαι πεσοῦσαν, πταισμάτων γὰρ ἄξια Πάσχω τε, καὶ πέπονθα, κἄτι πείσομαι. Hercules apud eundem humi fusus præ mœrore, post liberos et uxorem occisos: Χορευέτω δὲ Ζηνὸς ἡ κλεινὴ δάμαρ, Ἔπραξε γὰρ βούλησιν ἣν ἐβούλετο, Ἄνδρ' Ἑλλάδος τὸν πρῶτον αὐτοῖσι βάθροις Ἄνω κάτω στέψασα. De Niobe Ovidius: 'Pascere crudelis nostro Latona dolore, Pascere, ait, satiaque meo tua pectora luctu, Corque ferum satia, victrixque inimica triumpha.' Virgil. IV. 'Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.' Ubi Servius: 'Aut, videat omnia tempestatis futuræ, aut, certe satisfaciat crudelitati suæ.' Perdite et efflictim amans Plautinus adolescens: 'O Pseudole, sine sim nihili:' alius apud Æschylum: Ἔα με τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν. tertius apud Achillem Tatium: Παιζέτω ἡ Τύχη. *Pric.* *Fruatur tropæo Fortuna*] Verba sunt Socratis ærumnosi, Aristomeni respondentis, sinendum esse Fortunam de seipso triumphare, et ipso tropæo diutissime frui. Tanquam ipse sit tropæum fixum a victrice Fortuna: sicut tropæa figi solebant a victoribus, ut essent monumenta victoriarum sempiterna, quæ vetustate consumpta nefas erat refici ac resarciri, ut docet Plutarchus in quæstionibus. De tropæis affatim scripsimus in I. Tranquilli commentario: illinc poteris siquid desideras mutuari. *Beroald.* *Fruatur d. tropæo Fortuna, quod fixit ipsa. Effeci, sequatur*] Varro apud Nonium: 'Fuga hostium Græce vocatur τροπή. Hinc spolia capta, fixa in stipitibus, appellantur tropæa.' *Elmenh.* Prave *fruat* Palat. et *Fortuna tropæo, quod finxit*. Deest τὸ *ipsa* quoque Bert. Oxon. et Wass. unde Scriverius uncis inclusit. At rectius addi videtur in aliis Codd. *illa*, propter τὸ 'effeci.' Vulcan. Ed. sec. &c. edidit *sequeretur*, et Floridus una voce auctius *ut sequeretur*. Lib. II. p. 29. 'Ut adsideret effeci:' sed ibi Mss. plerique *adsideat* vel *adsidat*. P. 34. Ed. Pric. 'Effecit, ut vellet.' Lib. III. 'Effecit, ut pignerarer.' Elegantius tamen abest *ut*, et *sequatur* est in Mss. Flor. Reg. Lips. aliisque, ut puto, atque Edd. Vett. Hinc Becichemi Epist. LXVI. nata est conjectura, ab Appuleii tamen mente, si quid video, aliena: nec *effœta* dici potest Fortuna, quæ plus mali infligere nequit. In Coll. Voss. Pith. Edd. Rom. Beroald. Colin. *effici*, in aliis *affice*. Quare malim in præsenti: *efficio, sequatur:* licet non damnarem *sequeretur*. Lib. X. p. 231. 'Efficit statim, sibi simul et ædes et aures præsidis patefierent.' De inperfecto tempore sequente præsens, dixi alibi latius. Abest *seq.* a Par. sive Coll. Wass. Mox *unam ex duabus* Oxon. Pith. Edd. Vicent. Ber. Junt. Ald. Colin. &c. At Par. *de duabus*. Adi ad lib. VIII. non longe ab initio, 'unum de famulis.' Tum *prope* Fux. *Oud.* *Quod fixit ipsa*] Apud Arrianum ille II. 19. in Epictetum: Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ ἄνθρωπε; ἀρκεῖ ἐμοὶ τὰ ἐμὰ κακά. Ovidius III. 7. de Ponto: 'Parcaque ad extremum quo mea cœpit eat.' τὸ *ipsa* non est in Palat. nec Oxon. Ms. *Pric.* *Effeci sequeretur*] Quam varie hic locus in Mss. concipiatur nil moror ego: veram hanc esse lectionem probant ista e II. Miles. 'Juxta se ut assideret effecit:' et hæc e III. libro: 'Effecit, ut ejus hodiernæ cœnæ pignerarer.' *Idem.* *Ex duabus laciniis*] Vestibus. Est autem proprie lacinia, ut inquit Sextus Pompeius, pars vestimenti flexuosa sinuosaque,

Unde 'laciniosum' derivatur, quod tortuosum implicatumque significat. Hinc 'laciniosa oratio,' Hieronymo: et 'Laciniosus fibris splendes in ostreis.' Plin. 'Laciniosa convallis' Appuleio dicta: et adverbium inde fit 'Laciniatim,' quod significat in lacinias. Columella præcipit gregem pecoris ovilli in lacinias distribuendum: hoc est, in particulas, et, ut adverbialiter dicam, particulatim, videlicet a laciniis, quæ partes sunt vestimentorum, ut interdum pro tota veste accipiuntur. *Beroald.*

An contego] *An* simpliciter quidem Mss. plerique et Edd. Junt. sec. omnesque Colvio posteriores. At vero priores cum Ms. Pith. Oxon. e Coll. Gron. (nam in aliis *an tego*) *anne c.* Quod non temere spernere ausim. Sæpe 'ne' in interrogationibus abundat, etiam apud ipsum Ciceronem, ut vel docent Lexica. Suet. Aug. c. 69. 'Anne refert?' ubi vide, et notata ad Lucan. l. VII. 302. 'Quone poli motu?' Immo Cic. pro Arch. c. ult. 'An nonne?' *Oud.* *Eumque propere vestio dicam an contego*] Cornel. Nepos de Cimone: 'Cum aliquem offensum a Fortuna videret, minusque bene vestitum, suum amiculum dedit.' Tacitus Annal. IV. de exercitu Syllæ vestium indigo: 'Cum id Smyrnæ in concionem nunciatum foret, omnes qui adstabant detraxisse corpori tegmina, nostrisque legionibus misisse.' Vide et 1 Samuel. XVIII. 4. Infra hic lib. XI. 'Sacerdos, impigre superiorem exutus tunicam, supertexit me.' Curtius lib. V. 'Demptaque sibi chlamyde, corpus illius contexit.' *Pric.*

Quod tersui ipse præministro] *Unctui, tersui* ut in Fux. sic etiam est in Bertin. *Cursui* inepte Ed. Vicent. quod jam vidit Beroaldus. *Opus,* quod Colvius e Lipsiano et alii ex aliis addidere, agnoscunt quoque Reg. Oxon. Palat. Wass. Sed recte Scriverius et Elmenhorstius uncis incluscre, ut superfluum, sicut et delevit Salmasius. Vide supra p. 23. In Fux. deest *ipse.* Dein vitiose in Edd. pp. et Bas. pr. *soriam* pro *sordium.* *Oud.* *Quod cursui*] Emenda, *quod tersui.* Significat enim, se ministrasse amico baluei utensilia: videlicet ampullam oleariam, et strigilem, et linteam teritoriam, quibus ad tergendum utebantur. *Beroald.*

Eluviem effrico] Primo *eluviem* servant Mss. et Edd. O. Pricæus tamen in Notis sic agit, quasi hic legeretur *illuviem.* Alibi in Appuleio sic l. V. p. 107. 'enormis illuvies:' ubi itidem in Edd. Beroaldi aliisque *eluvies.* Lib. VIII. 'Lurore et illuvie collapsa membra.' Et passim apud alios. Terent. Heaut. II. 3. 54. 'Inmunda illuvie.' Varro apud Nonium de Indisc. Gen. voce, Squalor: 'Agri scabra illuvie.' Sil. l. III. vs. 541. 'Illuvie rigidæque comæ squalore...Horrida...ora.' Plin. l. XIII. c. 1. 'Illuvie natum virus extinguunt.' Sic enim leg. e Mss. O. cum Salm. ad Solin. p. 665. Perperam *ingluvie* exponere tentat Harduinus. Gell. l. II. c. 6. 'Squaloris illuvies.' Mart. Capell. l. VIII. p. 274. 'Mortalium curarum illuviem.' Hinc idem in Glossis 'Κακοσμία, eluvies,' emendat *illuvies:* quæ certe proprie dicitur de sordibus extrinsecus adspersis, uti 'adluvies' de aquis, 'eluvies' de exundatione vel ejectione sordium, et quasi sentina. Vid. Gron. ad Liv. l. I. c. 4. Unde defendi potest Cicero pro Domo c. 20. 'Labem atque eluviem civitatis:' ubi alias rectius videri posset legi *illuvies:* ut contra in Ausonii Profess. I. 18. 'Luteam volveret illuviem.' Sed et, ut hic, 'eluvies' occurrit apud Firmicum. Vide omnino Wowerium ad Florida N. 3. 'illutibarbus.' Ceterum *operose* male etiam desideratur in Regio; quam vocem temere cum Colvio ejecerat quoque Vulcanius Ed. utraque. Corrupte in Ed. Beroaldi, *oper. officio.* Oud. *Sordium enormem illuviem, &c.*] Infra lib. V. 'Enormis illu-

vies.' Virgil. 'Dira illuvies.' ubi Servius: 'Sordes tetra.' Curtius lib. IV. 'Corpus illuvie æternisque sordibus obsitum.' Gloss. 'Κακοσμία, Eluvies.' malim *illuvies.* Ibidem: 'Κάκοσμος, spurcus, elluatus.' ubi *illotus* vel *illuviatus* scripserim. Onomast. vet. 'Illuvies, ἀλουσία.' Lucilius apud Nonium: 'Illuvie, imbalnitie.' Ad sensum loci Appuleiani Plutarchus: Ἀμέλειαι σώματος ἕπονται τῷ κακῷ τούτῳ (luctui) καὶ διαβολαὶ πρὸς ἄλειμμα καὶ λουτρόν Consolat. ad Uxorem. *Pric.* *Operose effrico*] Gregorius Cyprius in Encomio maris: Ῥύπους καθαίρει τὸ ὕδωρ, καὶ κηλῖδας ἐκπλύνει, καὶ μολυσμῶν ἀπαλλάττει, καὶ δυσωδίας. Clemens Pædag. 3. 9. Λούειν δεῖ μάλιστα μὲν ψυχὴν καθαρσίῳ λόγῳ, καὶ τὸ σῶμα ἔσθ' ὅτε διὰ τὴν ἄσην τὴν αὐτῷ ἐπιφυομένην. Τὸ *operose* (quod Oxon. Ms. agnoscit, et veteres editiones) novitii quidam correctores injuria ejecerunt. *Idem.* *Enormem eluviem*] Immodicam spurciciem et illuviem. Plin. et Juvenalis *eluviem* dixere feculentiam cloacalem. *Beroald.*

Probe curatum] *Curato* habent Edd. omnes ante Colvium cum Pithœano et Guelferb. i. e. postquam curatus erat. Vid. supra p. 26. 'comperto.' Infra, 'cognito,' 'transacto,' 'addito.' Adi et ad Cæs. l. VII. B. G. c. 52. Nihilominus malim quoque *curatum* cum Mss. reliquis. Nam regitur a 'perduco,' ut 'fatigatum' a 'sustinens.' *Oud.* *Probe curato*] Cum diligenter lotus curatusque esset. *Beroald.* Terentius Andr. 'Curasti probe.' *Pric.* *Lassus ipse fatigatum ægerrime sustinens*] Statius: 'Huc laceros artus socio conamine portant Invalidi, jungitque comes non fortior ulnas?' Ammianus lib. XXV. 'Infirmatus ipse humero telo pallescentem Machanæum extrahere pugna viribus valuit magnis.' *Sustinens* pro *sustentans,* ὑποβαστάζων, ut in Glossario. *Idem.*

Lectulo refoveo] Lib. V. 'Et lectulo lassitudinem refove.' lib. IX. 'Mollicie cubiculi refota lassitudine.' Servius ad IV. Æneid. 'Fovemus, auxiliamur, quasi rem per se infirmam.' *Idem.* *Lectulo refoveo*] Cibo satio. Homœoteleuton, et homœoptoton, quæ Latine dicuntur, Similiter desinens, similiter cadens. Exornationes sunt, quæ rarenter interspersæ, concinniorem faciunt festivioremque elocutionem, in quibus nitidus est et præpollens Appuleius: si immodice hæc fiant, transeunt in vitium, ut in quarto Rhetoricorum proditum est. Ideoque dixit A. Gellius, insipida et inertia et puerilia esse id genus in collocandis verbis scitamenta, si immodice fiant, et rancide, sicut facetissime lusit Lucilius. Sed ad propositum: Omnis animi impetus, omnisque tristitia cibo mollitur, potuque discutitur. 'Vinum dissipat curas edaces,' ut ait Horatius: et Plinio teste, somno est accommodatum, ac securitatibus. Et hoc fuit illud poculum Nepenthes, quod Helena illa Homerica Telemacho ministravit, quod oblivionem tristitiæ, veniamque afferebat, quod utique foret cunctis mortalibus ab Helena propinandum. Sed de hoc Nepenthe, quod sine luctu significat, plura in libro Annotationum. *Beroald.*

Cibo satio, poculo mitigo] Seneca IV. 37. Benef. 'Accurrit, spiritum ejus recollegit, in villam illam suam transtulit, affectum semianimemque recreavit.' Theodorus Prodromus: Καὶ συντετηκὸς πόνῳ τὸ σαρκίον Στρωμναῖς προσανέπαυσεν, ὡς δὲ καὶ πότοις. De *poculo* quod heic ait, receptissimum. Nonnus Dionysiacis: Ἀνὴρ πένθος ἔχων, ὅτε γεύσεται ἡδέως οἴνου, Στυγνὸν ἀεξομένης ἀποσείσεται ὄγκον ἀνίης. Scholiastes ad Horatii Carm. I. 7. 'Vino in oblivionem veniunt curæ, et tristitiæ fugantur.' Apud Suidam, ex Oneirocriticorum ut videtur aliquo, Οἶνος κενωθεὶς ἀγγείων παύει λύπας. Philo in de Temulentia: Ὁ

τῆς ἀμπέλου καρπὸς ποθεὶς μετρίως ἐπιχαλᾷ τὰς σφοδρὰς ὀδύνας ψυχῆς. Vide A. Gellium fine xv. 2. Seneca in de Tranquill. 'Aliquando vectatio iterque vigorem dabit, convictusque, et liberalior potio: nonnunquam et usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, sed ut deprimat curas. eluit enim curas, et ab imo animum movet: et ut morbis quibusdam, ita tristitiæ medetur.' *Pric.*

Fabulis permulceo] Supra: 'Tibi, &c. varias fabulas conseram, auresque tuas, &c. permulceam.' *Idem.*

Jam adlubentia proclivis est sermonis] Unica voce *adlubentia* vel *allubentia sermonis* est in Mss. tantum non omnibus, substantive; ut in Isidori Glossis: 'Adpetulantia, procacitate:' et 'adlubescere' utitur cum Planto Auctor infra. Sed *proclivis adlubentia sermonis* quid sit non capio, et explicare debuerat G. Gaulminus ad Eustathium p. 29. eum locum ab hominum retrimento depravari scribens. Nec jungi posse videntur absolute *proclivis sermo*, ut l. III. p. 52. 'prona libido.' Nec *proclivis adlubentia sermonis*, vel, præ adlubentia proclivus sermonis, ut 'pronus spei,' de quo vide Pricæum ad l. III. p. 61. potest referri ad solum Socratem, qui tristior mansit; magisque de se Aristomenes loquitur. Quapropter, cum in Beroald. nota, Edd. Colin. et Bas. sec. sit *adlubentias*, et *proclivus* legatur in Guelf. Bert. et Lips. cum Edd. Colv. et Vulc. pr. *provìdius* in Oxon. item verbo *est* careant Regius aliique, inque aliis sit *erat*; putem ab Appuleio relictum: *Jam ad lubentias proclivi sunt sermones et joci.* Gell. l. XV. c. 2. 'Lubentiæ gratiæque omnes conviviorum:' ubi vide. Mart. Cap. l. VIII. p. 271. 'Effusique cachinni libentiam provocarint.' Sic enim Mss. 4. Leidd. aliique, non *licentiam*, quæ præcessit. Ac *lubentia* ita sæpe est apud Plautum. De Adjectivo 'proclivus' dicam alias. Interpolate nimis Edd. Scriv. et Flor. *ad lubentiam proclives erant sermones.* In Palat. et Guelferb. *loci.* *Oud.*

Ad lubentias] A lubendo, sive libendo, *lubentia*, et *libentia* dicta est: ut docet M. Varro lib. II. Lat. Linguæ. Plaut. in Asinaria: 'Lubentiorem te faciam, quam lubentia est.' Lubentias appellat hilaritates, lætitias, et voluptates sermonum et jocorum, ad quas jam proclivem factum esse Socratem, sejugata paulisper tristitudine, significat. A. Gellius in XIV. 'Nam cui lubentiæ gratiæque omnes conviviorum incognitæ sint, quique illarum omnino expers sit.' *Beroald.*

Sermonis et joci] Infra lib. IV. 'Jam, &c. epularis sermo percrebuit, jam risus affluens, et joci liberales.' *Pric.*

Dicacitas tinnula] Sic etiam Guelf. Oxon. cum Par. *cruciabile jam suspirium.* Pith. *cruciabile suspirium.* In Regio et Fux. simpliciter *suspirium d.* Cum 'suspiritus' et 'suspirium' ac 'suspiria' quoque dixerint Veteres, amplectendum est id, quod optimi præbent codices, qui hic plerique τῷ *suspiritum* favent. Adi Gronov. et Drak. ad Liv. l. XXX. c. 15. 'Crebro suspiritu et gemitu:' et infra l. V. p. 105. VI. p. 129. VIII. p. 162. 'Hæc ille longos trahens suspiritus.' L. X. p. 210. Apol. p. 94. Ed. Pric. quibus omnibus locis variant Mss. et Edd. in optimis *suspiritus.* In Cicerone tamen malim *suspirio;* ut l. IV. Tusc. Disp. c. 34. 'Sine sollicitudine, sine cura, sine suspirio.' *Oud.*

Scitum cavillum] Elegans et faceta cavillatio, jocatioque. *Cavillum* enim pro cavillatione et irrisione accipitur. auctor Festus: et *cavillari*, est jocari. Quæ Græci *sophismata* vocant, Cicero et Seneca cavillationes interpretantur. *Beroald.*

Dicacitas tinnula] *Dicacitas*, sicuti docet Quintil. in VII. proprie significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Ideo Demosthenem urbanum fuisse dicunt, dicacem negant. A dicendo ducta est. Hac potissi-

mum utuntur scurræ. unde dicacitas scurrilis appellata, quæ oratori magnopere fugienda est. Duo sunt genera facetiarum, ut inquit Cæsar et Cicero in II. de Oratore: alterum fusum, alterum peracutum. Illa a Veteribus superior cavillatio, hæc altera dicacitas nominata est. Apud Veteres Ganio præcone nemo dicacior fuit, de quo multa Lucilius, et non pauca M. Tullius in oratione pro Cn. Planco. Hic Nasicæ non pepercit. Idem M. Drusum, hominem potentissimum, dicacitate pulsavit. Idem L. Crassi et M. Antonii oratorum voluntates asperioribus facetiis sæpe perstrinxit impune. *Tinnula*, sonora et obstrepera, sublatiore sermone. *Tinnire* est sonare, verbum fictum ex onomatopœia. Unde tinnitus aurium. Plin. in XXIX. 'Quin et absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se receptum est.' *Idem.*

Imo de pectore suspiritum ducens] Virgilius: 'Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces.' Idem: 'Sed graviter gemitus imo de pectore ducens.' Apud Quintilianum XIX. Declam. 'Protractis ab ima pectoris parte suspiriis.' Gellius XII. 5. 'Gemitusque ex eo compressos erumpere, spiritusque et anhelitus e pectore ejus evadere:' scribe, *e pectore ejus imo evadere.* Plautus Trucul. 'Traxit ex intimo ventre suspirium.' Auctor ad Herennium: 'Anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur.' Homerus Iliad. K. 'Ἐν στήθεσσιν ἀνεστονάχιζ' Ἀγαμέμνων Νειόθεν ἐκ κραδίης. et Iliad. VII. Ἀδινῶς ἀνενέγκατο. ubi Scholia, Οἱονεὶ, ἀνεστέναξε, καὶ πολὺ πνεῦμα ἤγαγε. Heliodorus lib. VII. βύθιον ἐπιστένειν dixit. In Oxoniensi est, *cruciabile jam suspirium ducens.* Pric.

Dextra sæviente] Colvii emendationem, quam Groslotius quoque adlevit margini, confirmant Mss. O. (nisi quod in Pith. sit a m. pr. *suiente*, corr. *serviente*), quam recte prætulerunt viri docti conjecturæ *feriente.* Eo enim participio nihil plus dixisset Auctor, quam altero 'replaudens.' Adde Pric. ad l. IV. p. 80. 'Pectus palmulis infestis tundere:' et N. Heins. ad Ovidii Metam. l. II. 867. IV. 336. Infr. l. IX. 'Sæviores plagæ.' Juven. S. XV. 53. 'Et vice teli Sævit nuda manus.' * Lucan. l. II. 24. 'Exigit ad sævos famularum brachia planctus.' Sil. l. II. vs. 668. 'Ac liventia planctu Pectora nudatis ostendens sæva lacertis.' In Ed. Scriv. *dextera sæv.* Palat. *fronte.* Oud.
Dextra sæviente] Andreas Schottus, doctissimus Vir, *feriente* reponebat. at rectum illud *sæviente.* Sic VIII. 'palmulas sævientes' dixit: et III. 'Percussit faciem suam manibus infestis:' ubi 'manus infesta' est quæ hic 'sæviens dextra.' Seneca cap. 6. ad Marc. 'In ipsam faciem impetus fiat, et sese omni genere sævitiæ profecturus mœror exerceat.' *Pric.*

Frontem replaudens] Manu repercutiens, retegensque, capillis rejectis. Quod in luctu tristitiaque usitatum est. *Plaudo* enim, quod et *plodo* dicitur, manibus pulso et strepitum facio: unde *Plausus* dictus, quo boni excipiebantur, cum mali exsibilarentur. Hinc 'complodere,' 'supplodere,' 'explodere,' 'replodere' derivantur, quæ inter se finitima, utpote ab eodem fonte derivata, aliquo tamen interstitio discriminantur. quod antiquarum lectionum curioso facile liquet, et a nobis perinde ut in legendo fuerint obvia annotabuntur. *Beroald.*

Infit] Inquit, alias *incipit.* In carmine Næviano legimus, 'Fieri impendio infit:' pro fieri impense incipit. *Idem.*

Famigerabilis] Inclytus, clarus, opulentus. *Famigerabilis* enim, et *famigeratus*, in eodem significatu, pro cognobilis et fama notus usurpatur. 'Famigeratores' autem dicuntur rumigeruli, quasi famæ rumorumque

gestores seminatoresve, de quibus Plaut. in Trinummo: 'Ego de verbis eorum famigeratorum inscius prosilui, Amicum castigatum innoxium, quod si exquiratur usque ad stirpem auctoritas, Unde quicquid auditum, nisi id appareat, famigerator ne sit cum detrimento et damno.' *Idem.*

Voluptatem gladiatorii spectaculi satis famigerabilis] 'Postponens illi stulte mea seria ludo.' Seneca in de Vita Beata cap. 32. 'Hæc res' (ignota cognoscendi cupido) 'ad spectacula populos contrahit,' &c. Et nota heic quam proprie *voluptatem* dixerit. Julius Firmicus: 'In 17. parte Virginis nascetur gladiator, publicis voluptatibus deputatus.' Vopiscus in Aureliano: 'Datæ sunt populo voluptates ludorum scenicorum, venationum, gladiatorum,' &c. Ibidem de Eodem: 'Erat rarus in voluptatibus:' ubi summus et optimus vir Casaubonus: 'Spectaculis ludorum raro intererat.' Cyprianus: 'Homo occiditur in hominis voluptatem.' Isidorus Orig. XVIII. 16. 'Spectacula nominantur voluptates.' Ita apud Scriptorem de Excid. Hierosolymit. 'theatrales voluptates.' Noster infra de Demochare munus gladiatorium edituro l. IV. 'Digno fortunæ suæ splendore publicas voluptates instruebat.' Ibidem: 'Ille tam clarus tamque splendidus publicæ voluptatis apparatus,' &c. *Famigerabilis* hic, ut IX. et X. Onomast. vetus, 'Famigerabilis, διαβόητος.' Augustinus Confess. VI. 8. de Alypio suo: 'Gladiatorii spectaculi inhiatu incredibili, &c. abreptus est.' *Pric.*

Ærumnas] Calamitates laboresque. 'Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum,' ut inquit Plautinus servus. *Beroald.*

Secundum quæstum Macedoniam profectus] *Secundo quæstu* legas quoque in Zabarellæ uno cod. quod placuit Ferrario lib. I. Elect. c. 19. et Florido, sive, lucro prospere facto. At ceteri Mss. omnes cum Edd. Vett. dant *secundum quæstum* pro, post, ut bene jam explicuit Beroaldus, et sexcenties occurrit. Audax non solum, sed et otiosa est conjectura Cel. Burmanni ad Phædr. lib. III. F. 20. reponentis *faciendo quæstui* (cur non potius *faciundo quæstu*, ἀρχαϊκῶς?). Acutissime conjecit N. Heinsius: *ut scis, opimum sectando quæstum.* Dein *Macedoniam* est in Palat. Reg. Zabar. et Wass. libris, per ellipsin præpositionis, de qua vide me ad Cæs. lib. III. B. G. c. 7. 'Illyricum profectus:' et ad Sueton. Tiber. c. 72. 'Rediens Campaniam.' Verum huic lectioni repugnant sequentia, quibus docemur, eum non quæstu facto profectum esse Macedoniam, sed ut quæstum faceret *ibidem adtentus.* N. Heins. *indidem, ad rem adtentus:* ut Terent. 'Ad rem attentus.' Infra p. 180. 'Forensi negotio adtentus:' et sæpe. Hinc alii et Edd. O. Vett. cum Mss. Florent. Pith. dant *Macedonia.* At tunc bis idem dicet Appuleius. Nihil enim aliud significabunt seqq. 'nummatior revertor.' Quare unice arridet mihi æque ac Pricæo Oxon. lectio, *s. q. Macedonici profectus*, i. e. post lucrum peregrinationis Macedonicæ. Rarior substantivi 'profectus' in quarta declinatione usus de profectione ansam loco corrumpendo dedit. Vid. Pricæum. Pro *dum* in Fux. est *de. Oud.*

Secundum quæstum] Post factum lucrum. *Secundum* enim aliquando significat juxta, et post. Livius: 'Secundum orationem prætoris murmur ortum.' Idem, in epistolis solitum scribi 'secundum salutem,' testis est hisce verbis: 'Prætores Syracusani Marcello secundum salutem, ut assolet:' pro eo quod est, post salutem. M. Tul. in epistolis ad Quintum fratrem: 'Ille mihi secundum te et liberos nostros ita est, ut sit pene par.' Idem in secundo Officiorum: 'Proxime et secundum Deos,

homines hominibus maxime utiles esse possunt:' id est, post Deos. 'Secundum flumina,' dixit Virg. pro juxta. 'Secundum aurem' pugione percussum fuisse M. Marcellum, scribit Servius Sulpitius. quod significat, juxta aurem, sive post aurem. Accipitur aliquando *Secundum*, pro eo quod est, pro: ut, 'Secundum te litando,' pro te. Notissima est illa significatio, 'secundum Plaut.' 'secundum Aristot.' Lucanus: 'Secundum Emathiam lis tanta datur.' Græci in hac significatione dicunt, ut ait Priscianus, κατὰ καὶ μετά. *Beroald.*

Macedonia] Casus est ablativus, olim Emathia dicta, duobus inclyta regibus, Philippo et Alexandro: quondamque terrarum imperio famigerata, cui Macedo Deucalionis nepos nomen indidit: auctor Solinus in polyhistore. *Idem.* *Secundum quæstum Macedoniam profectus*] Al. *Secundo quæstu Macedoniam p.* Oxon. *Secundum quæstum Macedonici profectus.* τῆς Μακεδονικῆς ἀποδημίας. Glossæ: 'Ἀποδημία ἐπὶ ξένης. Peregrinatio, profectus:' ita sensus erit, post lucrum itineris Macedonici. Mercator Plautinus: 'Quas merces vexeram, Omnes ut volui vendidi ex sententia: Lucrum ingens facio,' &c. *Pric.*

Nummatior] Pecuniosior, et nummis suffarcinatus. Qui bene nummatus est, is more Romano dicitur dives: ut festiviter jocatur M. Tul. in epistolis ad Trebatium. Stoici vero dicunt, omnes esse divites, qui cœlo et terra frui possunt. *Beroald.*

Pag. 6 *Revertor*] Oxon. Cod. Edd. Vicent. Junt. pr. bene *revortor*. Si Mss. addicerent, non displiceret *revorto* seu *reverto*, ut edidit Scriverius. Sic statim, et sæpe cum aliis 'devorto.' Licet classicis scriptoribus in præsenti hæc forma sit insolens. Vid. Drakenb. ad Liv. lib. XLV. c. 28. Vopisc. in Floriano c. 6. 'Ut revertat in antiquum statum resp.' Adi notata ad Cæs. l. VII. B. G. c. 5. Heusinger. Dissert. ad Nepot. Them. c. 5. Infra l. IX. p. 197. 'Ad armillum revertit.' *Oud.* *Nummatior revertor*] Quod 'tenso folle reverti' Juvenalis dixit. In eodem locupletissimo Onomastico, 'Nummatus, πολυχρήματος.' *Pric.*

Larissam] Civitatem Thessaliæ significat, quam Pensilem et Pelasgiam cognominant, a qua 'Larissæus Achilles' dictus. Multas autem fuisse Larissas, ex multiplici lectione discimus. Fuit enim Larissa in Creta, et in Asia: altera juxta Cymam. In agro quoque Attico Larissa est. Trallianus quoque vicus nomine Larissala, a qua Larissius Jupiter cognomen sumpsit. Est et Larissa pagus monti Hæmo finitimus. Quin etiam in Peloponneso Argivorum arx Larissa memoratur, quam Cyclopes condiderunt, quos Gastrochiras, id est, ventrimanos vocant, quoniam suo artificio alebantur: ob hoc 'Larissæus apex' appellatur a Statio arx Argivorum: qui alibi dixit, Cyclopum fabricatam manu. *Beroald.*

Obiturus] Aditurus, spectaturus. *Idem.*

Lacunosa convalli] Male viri quidam docti, et in iis Pricæus, hic præferunt Veterum Editionum et Ms. Bert. scripturam *laciniosa* pro flexuosa, plicatili, et amfractibus plena. Tali forma non solent esse convalles, sed saltus callesque, non tam facile a latronibus undique obsidendi. Recte vero dicitur *convallis lacunosa;* quia in vallem confluunt aquæ, et instar lacus stagnant. Hæ enim sunt *lacunæ*, sive cava receptacula aquæ. Neque aliter exhibent Mss. Lips. Palat. Flor. Reg. Fux. Oxon. Wass. item Zabarell. *lacunosa: lacuuosa* Beichemi, unde idem recte *lacunosa* legendum contendit, et edidere etiam Vulcan. Ed. sec. Elmenh. ac Pricæus. Nam prave lib. IV. p. 87. 'Convalles lacunosæ cavæque nimium,' Vul-

can. Ed. sec. præfert *laciniosæ*, et lib. VI. p. 118. omnino legendum: *Fontes: q. proni foraminis lacunis editi.* Lib. IX. 'Viam lacunosis incilibus voraginosam:' ubi itidem male variant Codd. Ubique *lacunosa* legendum. Vitruv. lib. VIII. c. 6. 'Si erunt intervalla lacunosa.' Exempla, quæ lacunas describunt, clarius docebunt. Ovid. lib. VIII. Met. 334. 'Concava vallis erat, qua se demittere rivi Adsuerant pluvialis aquæ: tenet ima lacunæ Lenta salix,' &c. Adde Virgil. lib. I. G. 117. et Serv. Varr. lib. IV. de L. L. p. 12. Vitruv. l. VIII. c. 1. 'In lacunis, quæ sidentes (Mss. *sedentes*) præter reliquum agrum accipiunt aquam ex imbribus in agris per hiemem, propterque capacitatem diutius conservant humorem.' Suet. Ner. cap. 48. 'Aquam ex subjecta lacuna potaturus manu hausit.' Curt. l. VIII. cap. 14. § 8. 'In voragines lacunasque præcipitavere curricula.' Auson. Mos. 121. 'Obscuras ulva cœnoque lacunas Obsidet.' Vid. et Ep. III. 11. Oros. lib. IV. Præf. 'Nocturno gelu lacunarum dorsa obriguisse:' ubi vide Cl. Haverkampum. Martian. Cap. lib. VI. p. 202. 'Hercules, &c. montium effossis radicibus, devexis lacunisque terrarum inprovisum pelagus in usum impigræ mortalitatis admisit:' uti fide antiquissimorum codicum quam plurium est corrigendum. Vulgo sine sensu *immortalitatis*. Edd. etiam priscæ dant *convalle*. Oud. *In quadam avia et laciniosa convalli, &c.*] Cyprianus de latronibus loquens, ad Demetrianum: 'Avias fauces, et desertas solitudines deligunt.' Theodoretus VII. περὶ Προνοίας: Οἱ τῆς πονηρίας κατατολμῶντες, τῶν ὁδῶν τὰς ἐρημοτέρας καταλοχῶσιν. Philo II. de Monarchia: Λάσια χωρία καὶ δρυμοὶ βαθεῖς κακούργων εἰσὶν ἐνδιαιτήματα. τὴν ἐκ τοῦ συσκιάζεσθαι ποριζομένων ἀσφάλειαν, καὶ τοῦ ἐξ ἐνέδρας καθ' ὧν ἂν ἐθέλωσιν αἰφνιδίως ἐπιτίθεσθαι. Basilius Homil. XXIII. Ταῖς ὁδοῖς ἐφεδρεύειν εἰώθασιν, καὶ εἰ ἴδωσί τι χωρίον περὶ αὐτὰς ἢ φάραγξι βαρείαις διεῤῥωγὸς, ἢ φυτῶν πυκνότητι σύσκιον, εἰς τοῦτο καταδυόμενοι, καὶ τὴν ἐκ πολλοῦ πρόοψιν τῶν ὁδοιπορούντων τοιούτοις ὑποκρυπτόμενοι καλύμμασιν, ἀθρόον ἐπιπεδῶσιν αὐτοῖς, ὥστε μὴ πρότερον δυνηθῆναί τινα πρὸς κινδύνου βρόχους ἰδεῖν πρὶν εἰς τούτους πεσεῖν. Virgilius: 'Est curvo anfractu vallis accommoda fraudi, Armorumque dolis, quam densis frondibus atrum Urget ubique nemus.' Ammianus lib. XXVII. 'Per angustum quendam transiens devexitatis anfractum, ad inevitabiles insidias venit.' Idem. lib. XXVIII. 'Insidias in abdita valle struxerunt, unde prætereuntes aggredi negotio levi poterant.' Vide Festum in verbo 'Convallis,' et Hesychium in νάπαι. Optatus Milevitanus: 'Quis tibi detraxit spolia? quas fraudulentas adisti fauces? quos latrones incurristi?' Præ *laciniosa convalli* quidam *lacunosa* malunt: quos uti frui jubeo conjectura sua. Virgilius jam laudatus, 'vallem curvo anfractu' dixit: perpende et Ammiani loca. *Pric.* *Avia convalle*] Inaccessa et difficili. *Avia* enim *loca* dicuntur, sine via, et ob hoc impervia, minimeque commeabilia. Lucretius: 'Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo.' Et 'homo avius,' longe a via remotus. Item, 'avius, a vera longe ratione vagatus.' Hinc illud per annotationem sive trajectionem celebratum, 'Avium dulcedo ad avium ducit.' *Beroald.* *Laciniosa*] Flexuosa et plicatili, sicut jam docuimus. *Idem.*

A latronibus obsessus] Symmacho lib. III. Epistola 48. est 'insessor viarum,' qui 'itinera obsidet, ut viatores occidat aut spoliet.' Talem impune occidere licitum. L. penultim. Digestorum de Vi publica. *Elmenh.* *A vastissimis latronibus obsessus*] Cyprianus Epist. 68. 'Aut si in via stabulum aliquod obsideri, &c.

a latronibus cœperit.' Cicero Famil. x. 6. 'Cum collega tuus, &c. a fædissimis latronibus obsideretur.' Infra hic lib. VIII. 'Ipsas vias obsidere, et in modum latronum prætereuntes aggredi.' Valentinianus Edict. I. 'Ut quicunque, &c. itinera frequentata insidiis aggressionis obsederit.' Lactantius v. 9. 'Qui vias obsideant armati, maria prædentur.' Hinc 'via obsessa' (a latronibus nempe) apud Senecam 14. Epist. Virg. III. 'Lævum implacata Charybdis Obsidet.' Servius: 'Obsidet, ad transeuntium insidias.' Festus Pompeius: 'Insessores, latrones, qui circa vias insidiantur sedentes.' *Pric.*

Tandem evado] Pricæus probabiliter, ut ait, conjecit originitus scriptum fuisse *vix tandem* e lib. II. 'Vix enatavimus.' Certe sic alibi sæpe, et lib. IX. 'Vix tandem ad campestres semitas fessus evadere potui.' Sed non adeo inhumani videntur hi fuisse latrones; utpote qui contegendo ei lacinias quasdam concesserant; quod sequitur. Certe 'ultime affectus' non videtur, ut idem censet, hic dici de lacerato verberibus, sed præ egestate et lassitudine admodum laborante et calamitoso. *Oud. Atque omnibus privatus tandem evado*] Probabile est originitus scriptum fuisse, *vix tandem evado.* Non levibus (si quis attenderit) suspicionem nostram testimoniis firmabimus. Heliodorus VII. Πάντων τῶν ὄντων ἀποσυληθέντες, μόλις αὐτοὶ περισωθέντες. Chrysostomus Homil. I. ad Antiochenos: Λῃσταῖς περιέτυχε, καὶ μόλις τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν διέσωσε, γυμνὸς ἀναχωρήσας. Infra hic lib. II. 'Et omnibus amissis, vix enatavimus:' ad quem locum plura notamus. *Pric.*

Utpote ultime affectus] Id est fortasse, verberibus multatus: nam non spoliare tantum, sed et pulsare latrones consueverunt. Luc. x. 30. Οἱ δὲ (λῃσταὶ) ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες, ἀπῆλθον. sic infra lib. x. 'flagris ultime afficere:' et lib. III. post 'infestis calcibus insequuntur,' additur, 'sic affectus,' &c. In vet. Onomastico, 'Affectus, τρυχούμενος.' *Idem. Ultime affectus*] Ad extremam redactus calamitatem, vel nimia lassitudine defectus exhaustusve. *Beroald.*

Cauponam] Non hic tantum, sed et infra 'regina caupona,' et in f. libri hujus, 'de quadam anu caupona,' contra Mss. *caupa* ostentatur in Vulcanii Ed. sec. cum tamen Priscianus lib. VI. p. 684. Ed. Putsch. docet, ut a, leo, 'leænam,' sic a, caupo, 'cauponam' venire, tam de muliere hospita, quam taberna, et citat Lucilii verba: 'Caupona hæc tamen una Syra.' Gloss. 'Caupona, καπηλίς.' *Oud.*

Meroë] Nomen est cauponæ ex re fictum, tanquam esset *merobiba.* Sicut apud Ausonium jocus est de fœmina bibacissima, cui ideo Meroës nomen inditum facetissime ludit, quia vinum dilutum non bibebat, potare immixtum sueta, merumque merum. Alias Meroë insula est clarissima Niliacarum insularum, in qua et civitas cognominis a matre Cambysæ regis nuncupata. *Beroald.*

Scitulam] Elegantem et argutulam. Nec enim ad corporis formam referri potest, cum esset anus, et interdum hæc diminutiva urbanitatis et blandimenti causa usurpantur. *Idem. Scitulam*] Equidem diu dictionem *scitulam* falso habui suspectam, et meditabar ei substituere aliud, quod calidæ libidinis aniculam argueret. Nunc desino: nam id ipsum *scitula* significare videtur. Docuit me Plautus, cujus hoc Trucul. Sc. ultima, ut propemodum in VV. CC. concipitur: 'Quamquam hic horridus, quamquam hic squalidu 'st. At scitus bellum init.' *Gruter. Suspic.*

Deverto] Divertor, accedo veluti ad diversorium. Frequentissima apud Appuleium locutio. Inde 'taberna

diversoria' Plauto, in quam viatores divertunt. M. Tullius 'diversores' decenter appellat, eos qui in tabernam cauponamque divertuntur: et est proprie verbum viatorum. *Beroald.*

Domuitionis] Componunt dictiones ex duabus integris, ut 'tribunusplebis:' aut integro et corrupto, ut 'malevolus,' 'extorris:' aut ex corrupto et integro, ut 'noctivagus:' aut ex duobus corruptis, ut 'pedissequus,' 'pinirapus:' auctores Quint. et Prisc. 'Domuitio' copulatur ex corrupto et integro, quasi 'domumitio.' Significat autem reditum ad penates. 'Itiones' autem dici, sicut 'reditiones' et 'abitiones,' testis est Terentius, qui ait in Phormione: 'Hæccine erant itiones crebræ, et mansiones diutinæ?' Hac dictione deinde ut elegantissima utitur et M. Tullius, qui sic scribit in primo de Divinatione: 'Sed Rhodiorum classi propinquum reditum ac domuitionem dari.' 'Domicœnium' novo vocabulo finxit, non magis licenter quam decenter, Epigrammatista Martialis, pro cœna domestica. *Idem.*

Spoliationis divinæ] Lego *diurnæ*. Diurnam enim appellat spoliationem, quam de die passus erat: cum rarenter homines de die spoliari soleant, nocturnæ vero spoliationes et grassaturæ sint creberrimæ. *Idem.*

Dum misere refero] *Aperio: et dum miser refero, quæ memini, illa.* Cum Elmenhorst. et Pricæo ita legit Isacius Pontanus, et exhibent Edd. primæ, item Beroald. Junt. pr. Aldi, aliæque; nisi quod illæ pro *miser* dant *misere* cum Junt. post. Colvio et Vulcanio: sed hi e Ms. Lipsiano ejecere verba, *aperio et, quæ memini, illa.* Ac sane absunt illa a Mss. Mang. Pal. Pith. Fux. Reg. Florent. Wass. et *misere* præbent Pal. Reg. Fux. Florent. Sed vestigia vocum *quæ memini* posses effingere in Florent. Illic enim *refero quæ animis, quam h.* In Wass. *refero quæ me satis quam.* In Pithœano non invenias quoque τὰ *anxiæ et spoliationis diurnæ dum.* Et post *refero* legit: *q̃ ẽi is quam.* Ed. Junt. post. e Codd. ut videtur, expressa, caret τοῖς *aperio et, quæ memini.* Certe *quæ memini* sunt otiosa. Non potuit enim oblitus esse eorum, quæ sibi eodem die et statim fere acciderant. At vox *illa*, et *satis*, quæ absunt etiam a Cod. Bert. et Edd. prioribus, redolent plane stylum Appuleii, passim 'ille' et 'illa' adjicientis, et 'satis' pro, valde, creberrime usurpantis. Quare legendum puto: *diurnæ dum misere refero, illa me satis, &c.* nisi quis malit: *spoliationes diurnas dum m. r.* vel potius cum Salmasio: *et domuitionis seræ referο, quæ me nimis quam.* Nolim tamen *spoliationis diurnæ* delere, sed præfigere τοῖς *domuitionis seræ.* Oud.

Me tractare adorta] Dubito vehementer, an hoc sit Latinum. Adorior aliquem est, adgredior, invado. Sed *adorior facere* non capio. At *adordior facere*, i. e. aggredior, incipio: quod in participio habet *adorsus.* Adsentior itaque Cel. Drakenborchio, censenti in omnibus illis locis, ubi additur infinitivus, *adordior* et *adorsus* esse legendum, ad Liv. Epit. XXXVI. 'Obpugnare est adortus.' Ex. gr. in f. hujus lib. 'Me trahere adorditur,' non *adoritur.* Lib. v. in f. 'Palpare iram Veneris adorsæ,' vulgo *adortæ.* Sed in Floridis Mss. et Edd. quædam bene: N. 9. *Id quod facere adorsus sum.* N. 23. *Laudare astu adorsa est:* at ibid. in f. *Crocire adortus* pro *sus.* De Deo Socratis p. 49. Ed. Elm. *Commemorare adortus*, leg. *adorsus* cum Drak. Heinsio tamen ubivis placet, *adortus nefas, crimen, &c.* pro *adorsus.* Vid. ad Ovid. Tr. II. 92. II. ex P. 2. 16. variantib. Mss. Burmann. ad Æn. VI. 397. VII. 386. 'Majus adorta nefas,' *Idem.* *Me satis quam humane tractare adorta*] Lib. X. 'Qui me sa-

tis humane, &c. nutriebat.' *Pric.*

Cœnæ gratæ] Sensus sic ordinatur: Applicat me cœnæ gratuitæ, pro qua nulla mercedula exigebatur. *Beroald.*

Ac mox virgine percita] *Prurigine*, quod etiam conjecerat Vulcan. et *uredine* sunt Glossæ vocis, *urigine*, quæ hoc sensu occurrit quoque apud Plinium et Arnob. l. v. p. 187. ubi vid. Stew. et Herald. Salm. ad Solin. p. 627. In Glossario Arabico-Lat. 'Urigo i. vertigo.' *Oud.* *Urigine percita*] Ardore libidinis extimulata, et tentigine veluti quadam concita. Est enim urigo, uredo quædam, et pruritus libidinis, ab urendo dicta. *Beroald.* *Et mox, &c. cubili suo applicat*] 'Nec satis hospitium est, lecti quoque fœdere jungit.' *Pric.*

Unico congressu] Fux. *connexu*. Roald. Sic et alii. Favet et lib. x. p. 226. 'Applicitiore nexu inhærebat:' ut legendum. Martian. Cap. lib. IX. p. 305. de concubitu: 'Nexus valebunt rumpere.' Ovid. lib. IV. Metam. 184. 'In mediis ambo deprensi nexibus hærent:' in Ms. vulgo *amplexibus.* De spintriis Sueton. ait in Tib. c. 43. 'triplici serie connexi:' et 'symplegma' Martial. l. XII. Epigr. 9. 43. κυνὲς συμπλεκόμενοι Æliano lib. III. V. H. cap. 30. et Ovid. Art. II. vs. 484. 'Hæret adulterio cum cane nexa canis.' Videtur nihilominus ex interpretatione natum. Castius vocem 'nexus' de ipsa conjugali copula adhibuit Auctor lib. VI. p. 125. 'Nec umquam digredietur a tuo nexu Cupido.' *Oud.* *Ab unico congressu*] Prudenter concubitum significat. *Beroald.*

Annosam ac pestilentem contraho] Nemini dubium esse potest, quin vulgata lectio sit vitiosa, nec Latina. Hinc plurimis modis viri docti eam emendare sunt conati. Non enim anum sibi contraxit ut pestilentem, nec annum morbum, sed istam faciem, quam paullo ante viderat Aristomenes. Quare, si *damnosam* cum Vulc. Ed. sec. seu Scaligero et Wowerio legas, quia hæ voces aliquoties confunduntur, ut apud Ovid. lib. XIII. Met. 517. 'damnosa senectus,' necessario tamen addendum erit substantivum nomen. Hinc jam olim vir doctus margini Ed. Junt. allevit: *noxam annosam ac p.* et Lindenbrog. ad Ed. Vulc. *congr. anus noxam pestilentem.* Cujus conjecturæ favet Appuleius ipse sæpius dicens 'noxam contrahere' infra et l. XI. p. 384. 387. Ed. Flor. Cod. Barthii, qui testatur l. XXXIII. Advers. cap. 22. ab eo abesse copulam *ac*, et ipse conjecit *annosam pestilentiam* sive diuturnam. Nam ex eo tempore plus anno jam elapsum fuisse, patet e præcedentibus. Verum vox *pestilentiæ* huic negotio non est conveniens. Magis placeret cum Scaligero ad Festum, vel potius Ferrario lib. I. Elect. c. 19. *annosam* seu *anosam pestilentem* scribere e Glossis: Annosa, seu Anosa, θεοχολωσία ἢ Θεῶν μῆνις: si modo ea vox hoc sensu aliunde confirmaretur. Longius abit conjectura N. Heinsii, in Adversariis p. 189. et ad Vellei. lib. II. c. 87. legentis: *saniosam ac pestilentem luem;* ut et ad Valer. Flacc. lib. III. vs. 246. 'Quod si tanta lues seros durasset in ortus.' Quo facit Martialis lib. I. Epigr. 79. 'Indignas premeret pestis quum tabida fauces, Inque suos vultus serperet atra lues.' Ac *luem* juvat scriptura Guelferb. et Oxon. *pestilentem con contraho.* Quodvis enim serpens latius malum luem dici notum est. Hinc nunc apud Lucan. lib. I. 565. lego: 'Tum, quos sectis Bellona lacertis Sæva monet, cecinere luem.' Nam in aliquot Mss. est *Deum.* Vulgo *Deos,* durissimo sensu. Lib. I. 645. 'Urbi generique paratur Humano matura lues.' Vide et lib. III. 680. VII. 101. et sæpe, Comm. ad Sil. lib. XII. 385. 'Morbive lues' Claud. B. Gild. vs. 40. Nequaquam vero *saniosam* recipiendum videtur. Intelligit enim: Pestiferum et damnosum, vel annosum et diuturnum ex unico con-

gressu statum sibi contraxit, tamquam luem, et quasi incantatus vel philtro dementatus. ' Annosi morbi ' Ser. Samm. vs. 210. 345. ' Annosus et panticosus venter ' Serv. ad Æn. III. 217. Cogitavi aliquando, quia sæpe Græcas voces adhibet Auctor, num hic scripsisset: *En! noson pestilentem*; sed et hæc conjectura mihi ipsi nunc displicet, putoque recipiendam Msti Barthiani lib. XXIV. Advers. c. 1. lectionem, *vim annosam* vel *damnosam*. Quam facile ea vocula hic excidere potuerit, quivis videt. Ipse tamen Barthius ortam censet ex expositione. *Oud.* *Annosam ac pestilentem*] Cauponam intelligit, ex cujus vetulæ concubitu se contagione quadam pestilenti infectum esse significat. *Anatem* Veteres appellaverunt morbum anuum, id est, vetularum: sicut senium, morbum senum. Anus autem dicta est ab annorum multitudine: vel quod jam sit sine sensu, qui Græce dicitur νοῦς. Anicularum enim propria est deliratio. *Beroald.*

Lacinias quas boni latrones, &c.] Philo in de Somniis: Λωποδύταις ἔθος ἀναμπίσχουσι τὰς μὲν ἐσθῆτας ἀφαιρεῖσθαι, γυμνοὺς δὲ τοὺς ἔχοντας ἀποφαίνειν. id est, adeo male vestitos ut quasi nudi sint. Apud Quintilianum ille VI. Declam. ' Quam vestem relictam captivo putas nisi quæ præda non erat?' *Pric.*

In eam contuli] Significat se pro pretio concubitus, quicquid vestium sibi reliquerant latrones, dono dedisse cauponæ. *Beroald.*

Operulas etiam] Beroaldus et alii exponunt, reculas operose fabrefactas; alii, reculas pannosas, ut l. IV. ab operiendo dictas; Sopingius conjecit *interulas*. Frustra. *Operulæ* sive *opellæ* sunt merces parvæ, quas meruerat opera et labore sive portando onera et saccos. In Ed. Stew. *operculas*. Oud. *Operulas etiam*] Scilicet contuli in cauponam. Qua dictione significat reculas quasdam operose fabrefactas, quas acquisiverat dum exercet sagariam negotiationem. Ab *opera* hypocoristicos fit *opella* et *operula*. Quid autem sit ' facere sagariam,' copiose explicavimus in libro Annotationum: ubi hic quoque locus enarratur. Verum, quia (ut ait Plato) non nocet bis idem dicere, et Græcum proverbium est, δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν: id est, bis terque pulchra dicenda: scito *sagariam* nuncupari negotiationem, vocabulo a sagis inclinato, quando scilicet saga et alia id genus vestimenta emimus et distrahimus lucri faciundi causa. Quod jurisconsulti evidenter docent, apud quos, tit. pro socio, talis casus explicatur: Quidam sagariam negotiationem inierunt, alter ex his ad merces comparandas profectus in latrones incidit, suamque pecuniam perdidit: servi quoque ejus vulnerati sunt, resque proprias perdidit. Dicit Julianus, damnum esse commune. Tit. quoque de tributoria actione sic scribitur: Duas negotiationes exercebat, puta, sagariam et lintteariam. Dicitur autem *sagaria* simpliciter, et significatur hujuscemodi negotiatio, sicuti nomine *linteariæ* intelligitur negotiatio linteorum. Itidem absolute dixerunt ' argentariam,' ' sequestrariam,' aliaque consimilia. *Sagariam* autem, quam *saccarium*, legere malim. Quod si nihil placet immutare, *saccaria* in eodem significatu accipietur, quasi a *saccis* derivata, quæ sunt viliora vestimenta. Aliquando *sacci*, et per diminutionem *sacculi* et *sacelli*, sunt numorum receptacula, ut docet Pedianus Asconius. Saccarium Ulpianus, titulo de contrahenda emptione, accipit non pro negotiatione saccorum, sed pro bajulo, scribens: ' Si quid ex sacco saccarii cecidisset.' *Beroald.* *Saccariam faciens*] Notissimi sunt homines, qui fabricam, negotiationem, seu mercaturam sagariam sive sagorum exercebant, eorumque Romæ erat collegium. Vid. Fabretti

Inscr. p. 34. 495. et alibi. Verum quomodo Socrates per se exercere potuit sagariam, omnibus spoliatus, et homo peregrinus? Unde enim novam pecuniam et instrumenta isti arti necessaria sibi acquisivisset? Neque is, qui tali alicui sagario operam præbet vili mercede, ut fuerit *een snyders knegt*, potest dici *sagariam facere*. Ad hæc Mss. omnes retinent *saccariam*, vel similiter corrupte. In Reg. Fux. *scătariam* vel *scĕtariam merebam* sine *faciens*. Male itaque Beroaldus reposuit *sagariam*, et intelligit *negotiationem* cum Colvio, et Pricæo, aliisque. Immo, si *saccariam* retineamus, exponit Beroald. mercaturam saccorum hic et tom. I. Thes. Crit. p. 238. Perperam omnino. Vere Becichemus Ep. 68. Gothofr. ad L. unic. Cod. Theod. de Saccariis, et P. Burmann. de Vectig. cap. 12. p. 208. propugnant antiquam scripturam. Ea enim adprime huc quadrat. Ait se gerulum egisse, postquam a latronibus spoliatus erat, et saccos portando parvas merces meruisse, quamdiu 'vegetus' erat: quæ vox *saccario* homini optime convenit, qui expedite et celeriter merces portare debet. In nonnullis Becichemi Codd. est *saccariam in rebus faciens*. Forte *oneribus* corrigendum. *Oud.* *Sagariam faciens*] Juvenal. 'Saga vendenti.' Scholiastes: 'Negotiatori sagario.' In veteri doctiss. Onomast. *Sagaria*, *χλαινουργική*. *Facere* hic satis Latine dictum, ut et IV. 'scrutariam facere.' Sic in lib. XX. ff. de action. et oblig. 'piraticam facere:' in lib. XII. ff. de servitut. urb. præd. 'balneariam facere:' et apud Ciceronem ipsum in de Officiis 'argentariam facere.' *Pric.*

Merebam] Parabam, acquirebam. *Beroald.*

Quo me] Pro vulgari *quod* in Lips. a m. pr. et Oxon. et Edd. Bas. sec. Colv. et Vulc. est *quo*. Male. Sed nec bene se habet *quod*, defensum licet etiam a Ferrario l. I. Elect. c. 19. Quod potest significare, in quantum. Liv. lib. VIII. cap. 39. 'Quod manu, quod voce poterat, monstravit,' &c. Vide Perizon. Misc. Obs. V. 8. pag. 117. Solin. pag. 58. 'Hæc quod ad formam:' ut est in Mss. optimis et Ed. Salm. At non significat, donec, cui respondet 'quoad,' sæpissime in *quod* et *quo* corruptum: ut statim pag. 8. 'Quoad mutua hortatione clamitarent:' pag. 10. 'Quoad me perluerent:' pag. 42. 'Quoad spiritum efflaverint:' l. VII. 142. in Flor. N. 14. Adde Duker. Misc. Observ. vol. VII. pag. 435. et notata ad Cæsar. lib. V. B. G. cap. 17. 'Quoad subsidio confisi equites:' ubi eadem in Mss. varietas. Recte igitur *quoad* hic jam expressit cum Basil. pr. Scriverius: uti Vulcanius, Salmas. et G. Vossius margini adleverant. *Illam fac.* Fux. *Oud.*

Bona uxor] Oxon. et Par. carent voce *uxor*. Sed male. Meroë concubina acus per ironiam, Appuleio frequentissimam, de qua alibi plura, bona uxor dicitur, ut lib. X. matrona cum Lucio jam asino coiens audit, illa egregia uxor mea: quod optime advertit Floridus. Sic et conjux vocatur aliquando amica et concubina. Adi Broukhus. ad Tibull. lib. III. 2. 4. Non cepit hoc Pricæus. *Idem.* *Bona uxor et mala fortuna*] Adumbrata ex his Virgilii videntur: 'Sed me fata mea, et scelus exitiale Lacænæ His mersere malis, illa hæc monumenta reliquit.' *Bonam* amare dixit. Terentius III. 4. Adelph. 'Ille bonus vir:' ubi Donatus: 'Εἰρωνεία est ab eo posita, qui indignatur virum bonum esse debuisse qui non sit.' Ibidem IV. 7. 'Flagitia boni illius adolescentuli.' Donatus: 'Εἰρωνεία, quæ semper amarius ponitur quam manifesta criminatio.' Supra hic paulo ante: 'Latrones boni:' et infra, 'bona Meroë.' Non hic silendum τὸ *uxor* ab Oxoniensi abesse; ita 'bonam fortunam' vocaverit profectus Ma-

cedonici lucrum, *malam* autem, infælicem gladiatorii spectaculi cupidinem, et spoliationem suam. De suæ uxoris malitia needum questus est. anum vero Meroën *uxorem* satis dure vocaverit. *Pric.* *Bona uxor*] Eironicos caupona significatur, quæ illi fuit detrimentosa, cujus concubitu perinde ac uxoris potitus est. *Beroald.* *Mala fortuna*] Propter latrocinalem spoliationem. Romæ fanum malæ Fortunæ fuit in Esquiliis: Græce dicitur κακὴ τύχη. *Idem.*

Dignus es extrema sustinere] In Plauti Trucul. 'Animo hercle homo suo est miser, Quisquis est. PH. Dignus est mecastor ille.' Cicero Offic. II. 'Propensior benignitas esse debebit in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate.' 'Extrema sustinere' hic, ut IX. 'extremas pœnas sustinere.' Suidas: Ἔσχατα κακὰ, μεγάλα, &c. *Pric.* *Extrema*] Suprema exitia. *Beroald.* *Novissimo extremius*] Tanquam nihil pejus deteriusque inveniri possit ea labe cladeque quam perceperat ex complexu cauponæ: quod facinus illi extremum et pessimo pejus fuit, quod et ultimo loco perpetratum contigit. *Novissimum* enim extremum significat; quod verbum (auctore M. Varrone) Lælius et senes aliquot, quod nimis novum esset, vitaverunt: et sicut a 'vetere,' 'vetustus,' ac 'veterrimus,' sic a 'novo' declinatur 'novissimum,' quod est extremum; sic ab eadem origine 'novitas' et 'novitius.' Autumat Gellius, libro IX. Noctium Attic. M. Ciceronem noluisse uti isto verbo, tanquam non Latino et improbo. Sed (quod pace veniaque tanti viri dictum sit) M. Tullium usum esse hoc verbo observavimus, sic scribentem in Oratore: 'Nec in hac modo re, quæ ad vulgi sensum spectet, et ad aurium voluptatem, quæ duo sunt ad judicandum novissima.' Verum sicut ille qui semel risit, nunquam risisse traditur, ita qui semel hac dictione usus est, haud immerito dici poterit ea nunquam usus fuisse. Nam, ut inquit Asconius, 'semel vicinum est ad pene nunquam.' *Idem.*

Scortum scorteum] *Scorta* dici meretrices, et *scortari*, meretriculas ducere, nemo est qui nesciat: a pelle, quam Antiqui dicebant *scortum*, ducto verbo: quia sicut pelliculæ subigantur. Scortea quoque dicimus ea, quæ ex corio ac pellibus sunt facta. Inde in aliquot sacris ac sacellis nefas erat aliquod scorteum adhiberi. Proinde Ovidius in Fastis ait: 'Scortea non ulli fas est inferre sacello.' In Attellanis fabulis licebat antiquitus animadvertere, rusticos jlocaliter dicere, se adduxisse pro scorto pelliculam. Donatus enarrans illud ex Eunucho, 'Forte habui scortum:' ait, abdomen quod in corpore fœminarum patiens est coitus, scortum dici. Vel ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod Græce est palpitare, quod faciunt meretrices crissando, ut ita concinniorem venerem exhibeant viris, aut sibi abigant conceptum semen, quod in vulva fœminæ in ipso coitu non se moventis inhærescit. In commentariis Tranquilli docuimus, scorta dici diobolaria quæ duobus obolis, hoc est, vilissima mercedula conducuntur. Ubi emendavimus locum M. Var. mendosissimum. Festiviter appellat Appuleius 'scortum scorteum,' meretricem annosam, vietam, deformem, inamabilem, perinde atque esset instar pelliculæ et corii, rugosa, flaccida, languida, minimeque succulenta. Meretrices autem id genus sordidæ duobus apud Veteres vocabulis elegantibus appellantur, *Scractiæ* et *Scrupeæ*. Dicuntur aut *scractiæ* ab exereando, quod vitium est in vetula: *scrupeæ* vero, sive *scrupidæ* a duritia molestiaque lapillorum, qui *scrupi*, et per diminutionem *scrupuli* dicuntur. Hoc ideo transeunter apposui, ut emendares intelligeresque illud Plautinum, quod refertur a Gellio in III. Noctium Att.

'Stratæ scruppæ destrato vulvæ sordidæ:' tu corrige. *Scructiæ scrupeæ.* Idem. *Digitum a pollice proximum*] De hoc more docte Scaliger ad Tibullum, et Ausonian. Lect. libro primo, capite 29. *Elmenh.* *Digitum a pollice proximum*] Indicem significat, quo ori admoto silentium indicimus, commonemusve quod maxime salutare est. Unde et salutare dictum esse a vetustis scriptoribus existimo, sicuti a Tranquillo, qui ait Augustum habuisse digitum salutarem sinistræ manus imbecillum: ubi non parum multa digna scitu annotavimus. Marcianus Capella et ipse sic scribit: 'Verum quidam reditus puer ad os compresso digito salutari silentia commonebat.' Is digitus exprobrando et indicando, unde ei indicis nomen est, plurimum valet. Quo usum esse optime Crassum oratorem, Cicero Quintilianusque notificant. *Beroald.*

Ille digitum a pollice proximum ori suo admovens, &c. Tace inquit, &c.] Judic. XVIII. 19. 'Tace, et pone digitum super os tuum.' Vide et Joh. XIX. 19. Marcianus Capella: 'Ad os digito compresso salutari silentium annuebat.' Inde ὁ κατασιγάζων δάκτυλος Suidæ in διαγνώμων, et ἡράϊσκος. *Pric.*

Et in stuporem attonitus] Lib. II. 'Attonitus repentinæ visionis stupore.' *Idem.*

Et circumspiciens tutamenta sermonis] Apud Senecam Octavia: 'Circumspice agedum ne quis arcana aucupet, Partemque in omnem vultus inquirens eat.' Apud Plautum in Mostellaria: 'Circumspice dum, numquis est Sermonem nostrum qui aucupet?' Idem Milite: 'Circumspice dum ne quis nostro hic auceps sermoni siet.' Ibidem: 'Sinite me prius prospectare ne uspiam insidiæ sient, Consilio quod habere volumus nam opus est nunc tuto loco.' Iterum: 'Sed speculabor ne quis hinc a læva aut a dextra Nostro consilio venator adsit cum auritis plagis.' Philostratus IV. 12. Διηγεῖτο τὰ ἐκεῖ (Romæ) πραττόμενα, θαμὰ ἐπιστρεφόμενος, μὴ ἐπακροῷτό τις αὐτοῦ κατόπιν. Tacitus Annal. IV. 'Notæ ignotæque aures vitari: etiam muta atque inanima, tectum et parietes circumspiciebantur.' *Idem.* *Tutamenta sermonis*] Ut tuto loqui posset, ne quispiam arbiter clanculum arbitraretur. Sic et captivus Plautinus: 'Secede huc,' inquit, 'ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.' Sæpe enim dicuntur voces, quæ postea mortiferæ fiunt ipsis sermocinatoribus, redeuntque per jugulum, excipientibus delatoribus. Unde illud in usu vulgi frequens, Plures necat lingua quam gladius. Sententiæ vulgari subscribit versus ille sententialiter prolatus, ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγε· id est, lingua multos egit in perniciem. *Beroald.*

Parce, inquit] Et alibi: 'Parce in verba ista hæc.' *Elmenh.* 'Parce' potest adverbium esse. Virg. Ecl. III. 'Parcius ista viris tamen objicienda.' *Oud.* *Parce in fœminam*] Abstine a maledictis fœminæ, quæ, arte magica pollens, merito veluti divina metuenda est. *Beroald.*

Ne quam noxam] Aliquod periculum et detrimentum. Alias *noxa* accipitur pro culpa et delicto, ut alibi latius explicavimus. *Ain'*] Aisne. *Id.* *Parce (inquit) in feminam divinam, ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas*] In Bacchid. Plaut. 'Cave malum, et compesce in illum dicere,' &c. In Nubibus Aristoph. Ἤ, ἤ, σιώπα, μηδὲν εἴπῃς νήπιον. Apud Lucianum in Deorum dialogis: Σιώπα, μή τι κακὸν τῶν λόγων ἀπολαύσῃς. Alibi in iisdem dialogis: Εὐφήμει ὦ Ἄρης, οὐκ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μή καί τι κακὸν τῆς φλυαρίας ἀπολαύσωμεν. Euripides Herc. Fur. Ἴσχε τὸ στόμ', ὡς μὴ μέγα λέγων μεῖζον πάθῃς. *Pric.* *Ain' tandem*] Terent. Andr. V. 3. 'Ain' tandem.' ubi Donatus: 'Per-

contativum verbum, quasi, aisne?' Idem ad II. 3. Phorm. 'Ain, dicimus de his qui vana loquuntur.' Infra hic lib. III. 'Ain', vulpinaris amasio?' *Idem.*

Regina] Tanquam regia potestate præstans. *Berould.*

Quid mulieris est] Scire te convenit, cum interrogatio per obliquum casum maximeque genitivum profertur, contemptum significari: ut, 'Quid hoc est hominis? Quid mulieris? Quid ornatus?' auctor Donatus. *Idem.*

Saga, inquit, et divini potens] Jam ante Wouwer. Vulcanius, et sequentes dein taciti receperunt *divina, potens dep.* eamque lectionem firmant Mss. Florent. Oxon. Wass. At tamen Ferrar. l. I. Elect. cap. 19. et N. Heins. Advers. l. II. c. 2. pag. 220. defendunt ante vulgatum *divinî potens* ex similibus, (de quibus vide quoque Torrent. ad Hor. lib. I. O. 3. ac sic in Apolog. 'divini sciens:') ac præcipue e l. IX. p. 197. 'Tunc saga illa et divini potens primis adhuc armis velitatur.' Verum bene observandum est, illic sequi indicativum, non infinitivum, qui hic regitur a participio 'potens.' Quæ constructio et alibi obvia, sed sæpius corrupta est. Adi ipsum Heins. in Advers. pag. 193. ad Lucani l. IX. 1040. 'Non aliter manifesta potens abscondere mentis Gaudia:' uti et illic emendaveram cum Burmanno, qui citat *et divina et potens*. Oud. *Saga*] Sagas dici mulieres, docet Porphyrius, magicarum herbarum scientes, tanquam satis agas, et multum agentes. Tibullus: 'Pollicita est magico saga ministerio.' Lactantius, sive is Luctatius est, Papinii Statii commentator, 'sagos clangores,' in VIII. Thebaidos interpretatur divinos. Unde *præsagia*, prædivinationes mentis dicta. M. T. libro primo de Divinatione: 'Sagire,' inquit, 'est acute sentire, ex quo sagæ, et sagarii dicti, qui scire multa volunt: et sagaces canes.' *Berould.*

Cœlum deponere] Quæ impossibilia naturaliter sunt, ait effici posse possibilia, potestate et vi sagæ mulieris. Et hoc totum decenter positum est per antitheta sive contraposita, quæ in ornamentis elocutionis, ut inquit Augustinus in VIII. de Civitate Dei, sunt decentissima. Est et in hoc loco exornatio illa, quæ dicitur Similiter desinens, Græce 'homœoteleuton.' Est et figura Grammaticalis dissolutum sive disjunctio, quod Græce dicimus 'dialyton' et 'asyntheton.' *Idem.*

Montes diluere] Quod est aquarum et liquoris. *Idem.*

Infimare] Mss. Pith. Guelf. Fux. Ed. Vic. quoque *infirmare:* sed vide Beroaldum dicto libro p. 44. Ed. Elm. Eadem est confusio in Mss. et Edd. ut passim et l. IV. in f. *Tamque infimi.* Drak. ad Liv. l. IV. cap. 59. Contra *infirma* abiit in *infima* in Flor. N. 22. *Oud.* *Deos infirmare*] Mundior et purior lectio est, *infimare*, quod est infimos facere. Idem ait in dæmonio Socratis: 'Ingenia illa ad beatitudinem sublimata sint, hæc ad miserias infimata.' *Sublimare* autem et *infimare* inter se opposita decenter attende, sicuti manes et Deos. Manes enim inferni significantur; Dei vero superni. De manibus satis multa in commentariis Propertianis. *Beroald.* *Deos infimare, sidera exstinguere*] Scholiastes vetus Horatii ad Epod. V. 'Hujusmodi ars maxime Thessalorum est, ut Lunam cantibus deponant, et astra commoveant.' *Pric.*

Tartarum] Plato in Phædone tartarum esse scribit barathrum in profundo terræ et inferorum, ex quo origo sit omnium aquarum et fons, et quo confluant flumina. Quod impossibile ait esse Aristot. aperte dissidens a præceptore lib. II. Meteororum. Poëtæ tartarum appellant carcerem inferorum. De quo Tertullianus in Apologetico sic: 'In imum tartarum

demerserit, quem carcerem pœnarum infernarum cum multis affirmatis.' A 'tartaro,' 'tartareus,' et 'tartarinus' deducitur. Hinc illud: 'Corpore tartarino prognata palude virago.' Tartari origo, ut ait M. Varro, Græca est: namque ἀπὸ τῆς ταραχῆς, id est, perturbatione dicitur, quia illic omnia perturbata. Vel ἀπὸ τοῦ ταραvίζειν, quod significat tremere et frigere. Ex tartaro, ut ait Plato, nunquam egrediuntur nocentes. *Beroald.*

PAG. 7 *Oro te*] Addit copulam etiam Pithœanus. Edd. Vicent. Ber. Junt. pr. Ald. habent sine copula, *Oro te, inquam, oro te, inquam.* At Rom. Ven. Colin. *Et oro te, inquam, oro te, inquam* vel *inquit.* Lego: *Oro, oro te, inquam:* ut supra: 'Sine, sine, inquit:' et statim dixit: 'Tace, tace, inquit.' In Flor. N. 9. 'Velim, velim.' Sic enim illic quoque e Mss. legendum. N. 16. 'Nemo me, nemo.' *Oud.*

Aulæum dimoveto] *Aulicum* etiam Oxon. *Amoveto* Par. sive Eton. cum Fux. Nescio quid præferam. L. IV. p. 69. 'Fores nec sublevare, neque dimovere, ac ne perfringere quidem.' Tollebatur aulæum actu vel fabula finita; demittebatur in planum, ut populus videret. Vid. ad Cic. pro Cæl. c. 27. 'Scabella concrepant, aulæum tollitur:' et ad Phædr. F. LXXXVIII. 'Aulæo misso.' De sipario scenico adi Beroald. et Lindenb. in Terent. p. 632. ad verba 'Siparia, quæ mimicum velum:' ubi in hoc etiam loco pro *scenicum* citat *mimicum*, memoriæ, opinor, vitio. *Idem.* *Aulæum tragicum*] Magna caligo verborum, quibus subobscure significat talem de saga fœmina sermocinationem magis tragicam esse, quam narrationi familiari accommodatam: ideoque removendam esse suadet. Nam dum aulæum tragicum dimovendum esse dicit, et siparium scenicum complicandum, intelligi vult talem narrationem esse sequestrandam, quæ tragico argumento conveniat, tragicisque portentis. Aulæum enim tragicum dicitur, quo scena in agendis tragœdiis exornatur, quod levabatur tollebaturque cum finita fabula cantor dicebat, 'Valete, plaudite.' Hinc illud Horatii: 'Si plausoris eges aulæa manentis, et usque Sessuri, donec cantor Vos plaudite dicat.' Ait Donat. aulæa in scena sterni solita, quod pictus ornatus erat, ex Attalica regia Romam usque perlatus. Annotavimus alibi, aulæa dici vela picta, quæ alio nomine dicuntur peristromata, et peripetasmata, ab aula Attali regis Asiæ, qui populum Romanum scripsit hæredem. Ait Plin. in VIII. Attalum primum invenisse aurum intexere in vestibus: unde nomen Attalicis est. Hinc illud Propertii: 'Porticus aulæis nobilis Attalicis.' *Beroald.*

Siparium scenicum] Festus et Donatus scribunt, siparium esse velum minutum. Ego existimo non *minutum*, sed *mimicum* legendum esse: ut sit id quod Appuleius appellat *scenicum.* Eo enim utebantur Mimi, scenicique artifices, ad scenam velandam, quod populo obsistebat. Et hæc siparia pro aulæis ætas posterior usurpavit. De hoc intellexit Satyrographus poëta illo versu: 'Consumptis opibus vocem Damasippe locasti Sipario.' Significat enim, Damasippum mercedula conductum fecisse histrionicam, et egisse fabulas scenicas. Idem Appuleius in X. ait consimiliter: 'Aulæo subducto, et complicitis sipariis scena disponitur.' Impressi codices pro *aulæo subducto,* habent *alveo subducto*, quæ dictio mendosa expungenda est. Quidam *suparium* legunt, cum inter *u* et *i* maxima cognatio sit. Seneca, in lib. de tranquillitate vitæ, appellat 'verba cothurno et sipariis fortiora,' quæ grandia sunt, et supra sublimitatem tragicam evehuntur. Idem II. epis-

tolarum ait *Supara*, unde per diminutionem *suparia* inclinari. Videntur esse insignia navium Alexandrinarum, quibus solis licet suparum intendere, quod in alto non omnes habent naves. Et Lucan. 'supara velorum' dixit. Alias *suparum* vestimentum puellare lineum est, de quo Afranius: 'Puella non sum, si suparo induta sum.' Ejusdem meminit Plaut. in Epidico. Significat Appuleius symbolicos, tollenda esse e medio sermocinationis ea, quæ ad tragœdiam pertinent. *Idem.*

Cedo] Dic. *Communibus.* quibus in communi quotidianoque sermone uti solemus. *Idem.* *Aulæum tragicum dimoveto, &c. et cedo verbis communibus*] Sophocles: Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ. Aristophanes: 'Αμαθέστερόν πως εἰπὲ, καὶ σαφέστερον. Lucianus Necyom. Παῦσαι μακάριε τραγῳδῶν, καὶ λέγε οὑτωσί πως καταβὰς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων. Plautus Milite: 'Quin tu istam orationem hinc veterem atque antiquam amoves? Nam proletario sermone nunc quidem hospes utere.' Seneca Epist. XIII. 'Non loquor tecum Stoica lingua, sed hac submissiore.' *Pric.* *Siparium scenicum*] Lindenbrogius Notis ad Terentium legit *mimicum*. Idem. *Verbis communibus*] Scholiastes vetus Horatii ad Epist. I. 16. 'Communi sermone, ac simplicibus verbis.' *Idem.*

Ut se ament] Sic locutus M. Tul. Orat. de Arus. responsis: 'Quam volumus licet ipsi nos amemus.' Et I. de Offic. in princ. 'Quod cujusque temporis officium sit, poterimus, nisi nosmet ipsos valde amabimus, facile indicare.' *Brant.* Male explicat Brantius. Sensus est: Ut in amorem sui caupona illiciat incolas, &c. Vid. Becichem. Ep. 67. Abest *ut* a Ms. Bertin. Pro *ament* in Fux. est *eurim:* dein in Palat. Guelf. est *afflictim.* In Ed. Bas. pr. *efflicti.* Adi ad lib. III. 'Adolescentem efflictim deperit.' *Oud.*

Efflictim] Vehementer et ardenter. *Beroald.*

Æthiopes utique] Homer. in I. Odysseæ Æthiopas bipartitos esse auctor est, alteros ad orientem, alteros ad occidentem spectare. Sic enim ait: οἱ μὲν δυσσομένου ὑπερίονος, οἱ δὲ ἀνιόντος, id est, Solis ad occasum quidam, quidam sed ad ortum. Super quo versu non parum multa Strabo in I. Geographiæ. Sunt autem Æthiopes, ut idem asserit, ἔσχατοι ἀνδρῶν, id est, postremi hominum. Plin. in V. sic ait: 'Verissima opinio est eorum, qui desertis Africæ duas Æthiopias superponunt, et ante omnes Homerus: qui bipartitos tradit Æthiopas, ad ortum occasumque versos.' Idem in VI. Æthiopiam appellatam esse memorat, ab Æthiope Vulcani filio. Alii a colore populorum, quos Solis vicinitas torret. Causas refert Aristoteles in Problematis, cur Æthiopes sint blæsis pedibus, candidis dentibus, longævæ vitæ, animo timidiore. *Idem.*

Antichthones] Qui habitant in zona Chimerina, hoc est, hyemali, quos separat a nobis torrida. Appellantur Antichthones, ὡς τὴν ἐναντίαν χθόνα, quasi contrariam terram habitantes. auctor Probus. Hos alio nomine Græci ἀντοίκους vocant. De quibus multa Macrob. II. in somn. Scipionis. Ex his colligimus, Antipodas non esse Antichthones, quos transversos nobis stare autumat M. Tul. inferiorem zonæ nostræ partem tenentes. Verum an esse possint hi Antipodes, multa quæstio est apud eruditos: aliis astruentibus, aliis destruentibus. Martianus Antichthones sejungit ab Anticis et Antipodibus cujus verba hæc sunt ex libro Geometriæ: 'Antici habitant contrariam zonam: qui infernatem nobis obversam habitant, Antipodes memorantur, qui contra illos quos Anticos dicimus, Antichthones appellantur.' *Idem.*

Folia sunt artis] Lipsio adstipula-

tur Gatakerus in Adversar. Miscell. c. 8. p. 485. Sed recte *folia artis* cum Beroaldo et aliis jam olim defendit et explicuit de levissimis magicæ artis, quæ facillima sunt et nullius ponderis viribus, Becichemus Epist. LXVII. malens frustra *sint* sive habeantur. L. II. p. 36. ait 'ineptias et nugas meras.' Huc pertinet locus Aristophanis in Ranis vs. 93. Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστίν: ubi vide Scholiasten. *Oud.* *Folia sunt artis*] Id est, levia et nugatoria, comparatione eorum quæ majora mirabilioraque facit ex artis magicæ potentia. *Beroald.*

Vi aliam temerasset] Frustra defendunt viri docti et Barth. l. XXXIV. Advers. c. 15. *in aliam temerare*, uti et edidit cum vetustioribus Scriverius. Latinum est *temerare puellam*, non *in p.* Sed et *vi temerare* hic necessarium est. Hinc enim amatorem suum, non puellam punivit maga; quia invita est passa ejus *vim*, quæ millies, ut ita dicam, occurrit de stupratione puellæque imminutione. Adi Pricæum. Sicut et passim *in* et *vi* confundi et corrumpi solent. Adi ad Cæs. l. I. B. c. 39. Drakenb. ad Liv. l. III. c. 20. 67. Infra l. III. p. 61. 'Vi patefactis ædibus' in Edd. pp. est *In p.* Immo hic facilius depravari potuit; quia sequitur 'quod Venerem habuit in aliam:' ubi legitur, quod hic est in Palat. *in alia.* Pessime *in* illinc exsulat ab Ed. Pricæi. Consule Notas ad Sueton. August. c. 69. 'In quam arrigas:' et in Addendis. Sic 'commoveri in aliquam,' 'ardere in aliquam,' de quibus adi N. Heins. ad Virg. l. VII. Æn. 623. 'urimur' in Crocalem Calpurn. Ecl. II. 56. Arn. l. IV. p. 135. ibique Elmenh. item p. 145. 151. Min. Fel. c. 12. Apud Solinum c. 22. 'In quamcumque commotus sit.' Mss. 3. Sed recentiores dant *quacumque.* Quare et ibi Accusativum præfero. *Oud.* *Quod in aliam temerasset*] Ita Oxoniensis, et alii multi tam editi quam Mss. nec tamen male Vulcanius, *vi al. tem.* Isidorus Orig. VIII. 11. 'Sine vi femina esse virgo non desinit.' Tertull. exhort. ad castit. cap. 13. de Lucretia: 'Quæ ut semel per vim, &c. alium virum passa est,' &c. Phrynichus: Βεβίασται ἡ κόρη λεκτέον· οὐχ, ὥς τινες, ἔφθαρται. Æn. VIII. 'Raptas sine more Sabinas:' ubi Servius, 'Stupratas: i. e. per vim.' In vet. Onomast. *Raptus, stuprum, βία. Pric.* *In aliam temerasset*] Cum alia puella concubuisset? *Beroald.*

Feram castorem] Vox *feram* suspecta est N. Heinsio de glossemate ad lib. I. Ovidii Amor. El. 8. 19. Certe mallem *ferum*, si *ferus* castor dici possit. De ipsa fabula adi Dausq. et Drakenb. ad Silium l. XV. 490. Comm. ad Virg. G. I. 59. *Oud.*

Captivari metuens, ab insequentib. &c.] Periculo urgente naturam sibi putare castores cum Apuleio crediderunt Ælianus de Histor. Animal. Libro Sexto, capite 33. Plinius Natural. Histor. libro octavo cap. 30. Juvenalis Satyr. XII. vs. 34. Solinus capite 19. Quos erroris arguunt Sextius diligentissimus medicinæ apud Plinium libro XXXII. capite 3. et Rondeletius de Amphibiis, cujus verba adducit Ciofanus ad Ovidii Elegiam de Nuce fol. 455. *Elmenh.* Idem M. Tul. Orat. pro M. Scauro, cujus nunc tantum exstant fragmenta: 'Redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.' Juvenalis Sat. XII. de hoc ipso castore, 'qui se Eunuchum ipse facit cupiens evadere damno Testiculorum.' *Brant.* Perperam omnino ex Oxon. Cod. cui adde Palatin. Par. Pithœan. Guelferb. et Edd. Vett. *captivitati* præfert Pricæus. Non enim metuit, ut capiatur. Quod est 'metuere captivitati,' ut 'metuere virginitati,' lib. V. p. 90. Sed metuit, ne capiatur. Metuit vel metuens est alicui, cui favet, et timet, ne obveniat malum: metuit aliquem vel metuens

est alicujus, quem scit, vel veretur inimicum, vel quod novit sibi noxium. Plura vide in Suetonii Vitell. c. 15. et infra l. IV. in f. 'iræ metuens.' L. VIII. p. 164. 'metuens periculi:' ut apud Virg. Æn. v. 716. In Inscript. Grut. p. 721. N. 11. 'Religioni Judaicæ metuenti' videtur leg. *religionis*, sive colenti Jud. religionem, ut 'metuentior Deorum.' *Captivitatis* vero ante Elmenh. jam edidere Vulcan. Ed. sec. et Scriverius. Lipsiano vero et Fux. Codd. succinit Regius cum Vulcan. Ed. pr. in *captivari*. Male. In Pith. est *et ab inseq.* Sic etiam legit Meurs. Exerc. Crit. tom. II. p. 223. Recte, adstipulantibus Florent. In Vulc. Ed. sec. est *se præc. g. liberavit*, quod ultimum est quoque in Oxon. Cod. *Se* caret Wass. In Reg. quoque et Pithœano, ut edidere Colv. et Vulc. Ed. pr. *repræcisione liberatur.* In Guelferb. et Edd. Vett. erat, *se abins. reprecisione g. liberat.* Hinc Ed. Junt. post. et Scriv. cum Elmenh. hoc ordine, *se* retinuere, recte *præcisione* e Mss. optimis emendantes: quo facit Fux. *præscissione*. *Repræc.* est tamen in Lips. Reg. Oxon. Wass. Dein *perveniret* Fux. *Oud.* *Captivitati metuens*] Recta et hæc lectio, exstatque in Oxon. Cod. Sic infra lib. v. 'Metuens virginitati.' Male fecerunt illi qui aliter excudi curaverunt. *Pric.* *Repræcisione genitalium*] Æsopus ille e Phrygia fabulator, festiviter refert, castora, ex genere quadrupedum, degere ἐν λίμναις, id est, in lacubus: cujus genitalia medicis utilia esse ferunt, qui ob id se peti gnarus, abscindens sibi genitalia, ita a persecutionibus salutem consequitur. Hinc illud Satyrographi: 'imitatus castora, qui se Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno Testiculi: adeo medicatum intelligit inguen.' Plin. et M. Varro *fibros* appellant, qui circa oras fluminum extremas videri solent: unde et nomen. *Fibrum* enim Antiqui dicebant extremum: unde et vestimentis *fimbriæ*: et in jecore, *fibræ* dictæ, quæ sunt extremæ. Animal est horrendi morsus, arbores juxta flumina ut ferro cædit: hominis parte comprehensa, non ante quam fracta concrepuerint ossa, morsu resolvit. Cauda piscium castori est, cætera species lutræ, pilus mollior pluma. Germani *biferam* vocant: ex genere sunt amphibio. sic enim philogræci vocant animalia, quibus in aqua et terra victus est. Illud annotatu scituque dignum, quod a Sestio, diligentissimo medicinæ conditore, proditum est. negat enim testes amputari ab ipso castore, cum capitur: quinimo parvos esse ait, substrictosque; et adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse: verum folliculos geminos ex uno nexu dependentes, qui amputentur, quorum vis medica sit. Castorea vocant medici, quæ medentur pluribus morbis, et in primis vertigini, tremulis nervorum vitiis, stomachicis, paralyticis, ischiadicis, quos vulgus sciaticos appellat, et opisthotonis. ita enim dicuntur, quorum cervix rigida et inflexibilis dolor est, quod aliubi fusius uberiusque enarravimus. Castorea magnificat Galenus, adhibetque pluribus medicinis. Demiror Albertum Magnum, et Isidorum, qui castoris nomen a castrando deducant: cum dictio Græca sit, et ita a Græcis passim nominetur. Nomen autem Græcum etymologiam Latinam non accipere, sat notum est, et Grammatici prodiderunt. Memorant quidam, quod post amputationem genitalium, si iterum petatur a venatoribus, erigere se soleat, ostentantem nihil in se præcisis testibus esse amplius expetendum. *Beroald.*

Ob id æmulum] Æmulatio enim et invidentia est inter vicinos, et ejusdem artificii professores, ut inquit Hesiodus: καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει,

καὶ τέκτονι τέκτων: invidet figulus figulo, et faber fabro. Æmulum autem dici aliquando invidum, aliquando imitatorem, sciunt omnes, et tradit Donatus in commentariis Æneidos. De æmulatione M. Tullius in IV. Tusculana. *Idem.*

Senex ille] Caupo. *Dolium innatans vini*] Deformatus in ranam caupo natabat in vino: contra naturam ranarum, quibus aqua vita est, vinum aspernantibus. Unde et parœmia, βατράχοις οἶνον ἐγχέεις, id est, ranis vinum infundis. Quod proverbium dicitur de his, qui ea præbent, quæ nulli usui futura sint accipientibus. Cui contrarium est alterum proverbium, βατράχῳ ὕδωρ, id est, ranæ aqua. de his qui ea dant, quibus maxime lætantur et gestiunt accipientes, sicuti aqua gaudet rana. *Idem. Innatans*] Glossæ: 'Ἐπινήχομαι, Innato.' *Pric.*

Adventores pristinos, &c. officiosis ronchis appellat] Onomast. vet. 'Adventores, πλησιάζοντες.' Respicitur hic diversitorum mos viantes comiter appellandi. Apud Senecam Epist. 21. 'Hospes hic bene manebis, &c. paratus erit istius domicilii custos, hospitalis, humanus, et te polenta excipiet.' Suetonius Claudio: 'Quoties Ostiam Tiberi defflueret, aut Baianum sinum præternavigaret, dispositæ per litora et ripas diversoriæ tabernæ parabantur, et insignes ganeæ matronarum institorias operas imitantium, et orantium hinc inde ut appelleret.' *Idem. Adventores*] Viatores intelligit, qui in cauponis cauponam soliti erant devortere. Hodieque vulgo *adventores* dicuntur, qui prope peculiariter frequentant officinam quampiam ac tabernam. Meretrices quoque suos habent adventores. hinc Plautina meretrix in Truculento: 'si equum facies, adventores meos non incuses.' *Beroald. Officiosis ronchis*] Id est, coaxatione et narium sonitu obstrepero. *Ronchus* enim significat proprie sonum illum nasi, qui a stertentibus fit dormiendo: a quo inclinatur verbum *ronchisso*, quod est sterto, et naribus insono. Plaut. 'Dum dormit ronchissat.' Et quia derisores solent talem naso sonitum in derisu conficere, inde fit ut *ronchi* pro derisionibus derisoribusque usurpentur. Martialis: 'Majores nusquam ronchi.' Hinc *ronchisonus*, qui sonat ronchos, et derisor est. Sidonius: 'Nec nos ronchisono Rhinocerote notat.' Quidam existimant vocabulum esse facticium a sono, sicut tinnitus et clangor. Ego dictionem Græcanicam esse autumo. Græce enim ῥόγκος dicitur stertendi sonus, καὶ ῥέγχω sterto. Unde *pararenchos* dictus est Cipius is, qui simulabat dormientem, quo securius impunitiusque ejus uxor mœcharetur, cujus meminit Lucilius. A quo natum est proverbium: 'Non omnibus dormio:' quod Cicero sciens invertit, qui in epistolis ait, 'Non omnibus vigilo.' *Idem.*

Alium de foro] Forensem oratorem, sive rabulam significat. *Idem.*

Causas agit] Καταχρηστικῶς pro, rixatur, impetit, incurrit in quemvis. Ita enim solent arietes. Vid. Suidam v. Κρίου διακονία. Lips. margini allevit *caulam agit;* et audacissime Vulc. Ed. sec. exhibuit *casas quatit*. Sic graculus parieti palos infigit vulgo apud Aristoph. Vesp. 192. Sed vide Bergler. Epist. ad La Croze tom. I. p. 64. Silent hic interpretes. Auct. de Corr. Eloq. c. 15. 'Si quis alius Ephesum aut Mitylenas contentis Scholasticorum clamoribus quatit.' Quatere urbes arcesque dicitur fama, rumor. Vid. ad Sil. IV. 7. *Oud. Causas agit*] Tanquam pristinum institutum oblivisci non possit. *Beroald.*

Dicacule] Adverbium est, et significat mordaciter, et cum falsa dicacitate. *Idem.*

Probrum] Convicium. Livius: 'Occursant portis, probra ingerunt.' Alias *probrum* pro stupro flagitioque

accipitur. *Probrum* virginis vestalis ut capite puniretur, Veteres sanxerunt. *Idem.*

In Sarcinam p. obsito utero] *In sarcina* Lips. Fux. Guelf. Palat. lib. x. 'Sarcina prægnationis oneratam.' Sed male h. loco. Uterus non obsepitur sarcina prægnationis; sed, quia obseptus est, onus ventris crescit indies in majorem sarcinam. Hinc Lips. lib. II. El. c. 21. post *in sarcina prægnationis* voluit distinctionem poni: ut simpliciter ponatur pro prægnante et gravida. More suo Auctor 'in' cum accusativo utitur de modo et quantitate rei; ut sæpissime occurret, et creberrime est depravatum. Supra jam monui. Tum Ed. Vicent. *obsecto*, Ms. Palat. *absceno*, Fux. *obsteno*, Par. *obsceno*. Verum est *obsepto*, ut legit jam Beroald. Vid. et Becichem. Ep. LX. *Oud.* *In sarcinam prægnationis*] Lib. x. 'Quod sarcina prægnationis oneratam relinquebat eam.' et v. hoc sensu, 'sarcinæ rudimenta.' Ovidius: 'Qui matri sarcina quondam Prima fuit.' Zeno Veronensis: 'Portat sine labore uteri sarcinam.' Phædrus: 'Portat onus ignotum certis mensibus, Novissime prolapsam effundit sarcinam.' *Pric.* *Obsito*] Lego *obsepto*, quasi claustris quibusdam munito, obturatoque. *Beroald.* *Utero*] Uterus in fœmina junctus est vesicæ, significatque matricem: alio nomine locos appellant, ut docet Plin. in XI. Inde loci in fœmina viriosi dicuntur Catoni, qui appetentes sunt concubitus virilis. Servius, Virgilianus interpres: 'Uterus,' inquit, 'est mulierum alvus, quo effluunt sordes: venter, qui videtur.' *Uter*, pro uterus dixit Cæcilius: 'Nunc uter crescit, non potest celari.' *Idem.*

Repugnato fœtu] Interdicta prohibitaque partitudine. Tunc enim fœtus repugnatur, cum jam maturus exire non potest ex utero materno, quasi coërcitus, vinctusque. *Idem.* *Repigrato fœtu*] Ovidius: 'Matris adhuc utero partu remorante tenebar.' *Pric.*

Numerant] In Palat. Guelf. et Oxon. Par. et Fux. etiam est *sciunt numerantia.* Reg. *sentiunt*, sine verbo *numerant*. Post illud *jam* addidere Junt. post. et Scriv. ut est in Pithœano. G. Voss. conjecit: *ut cuncti sciunt numerare, jam.* Frigide. Legendum puto: *Et, ut cuncti sciunt, tuberante jam o. a. onere.* Hoc est, quod Aristænetus ait lib. I. Ep. 6. τῆς γαστρὸς ὀγκουμένης, sive tumescente ventre. Lib. II. p. 31. 'Rosa soluta in sinu tuberante.' Auson. Præf. Cent. p. 507. 'Densa ne supra modum protuberent.' Amm. Marc. l. XXII. c. 15. 'Aviditate nimia extuberato ventre.' Gell. l. VII. c. 22. 'Corpus extuberasset:' ubi vide. *Ut* deest Ed. Beroald. *onera* Edd. Junt. pr. Ald. *Oud.* *Ut cuncti numerant*] In Cod. Oxon. etiam *ut cuncti sciant numerantia:* unde Brantius: *Ut cuncti civium numerant jam, &c.* non sane illepide. *Pric.*

Misella illa, &c. distenditur] Apud Suidam nescio quis Veterum in οὐ μὴν, &c. Μὴ ἰσχύουσα τεκεῖν, ὁμοῦ τι τῷ ῥαγῆναι ἦν. Vide 26. 28. Esaiæ. *Idem.*

Elephantum paritura] Plautus Sticho, scena 'Famem fuisse suspicor,' &c. Plinius et Achilles Tatius libro quarto pagin. 92. scribunt solere elephantum gravidam esse perpetuos decem annos. Aristot. de Histor. Animal. libro quinto capite 14. Ælianus de Animal. libro quarto capite 30. saltem biennium ei attribuunt. *Elmenh.* *Distenditur*] Impletur et turget. Virg. 'distendunt nectare cellas:' unde *Distentus*, plenus. *Beroald.* *Velut elephantum paritura*] Decem annis gestare elephantum in utero, vulgus existimat: ex quo est illud proverbiale, 'Celerius elephanti parient.' Aristoteles tamen biennio tantum ferre ventrem elephantum as-

serit. Ab elephanto alterum quoque proverbium impossibilitatis factum est apud priscos, quod usurpat Ennius sic scribens: 'Prius pariet locusta lucam bovem,' id est, elephantum. Cur autem elephas dicatur 'luca bos,' docent Plin. Solinus, et M. Varro, et nos alibi annotavimus. *Idem.*

Quæ cum] Vulgaris lectio si sana est, construendum erit et supplendum necessario: Quæ quum noceretur, æque ac subinde multi nocerentur. Certe 'nocere' cum Accusativo et hinc personaliter in passivo 'noceri' cum nominativo aliquoties occurrit. Vid. Salmas. ad Spartiani Hadrian. c. 20. Sciopp. Susp. Lect. IV. 6. N. Heins. ad Petron. c. 46. Keuchen. aliique ad Seren. Samm. c. 46. vs. 834. et quos laudat Drakenb. ad Liv. lib. III. c. 55. Vitruv. lib. II. c. 7. 'Solidatæ non nocentur.' C. 9. 'Larix non nocetur.' Veget. lib. IV. c. 4. 'Ne noceantur ab ignibus.' Sic enim in Mss. 8. tum Scriverii, tum meis. Solin. p. 6. Ed. Salm. 'Si pars alterutra noceatur:' atque ita Mss. multi Voss. et Leid. c. 40. 'Noceri eas, nefas ducunt.' Verum illic Mss. mei et Edd. ante Salm. *eis*, et Mss. 4. *Nocere*. At Cæs. lib. V. B. G. c. 19. 'Hostibus noceretur.' Ad hæc 'nocere' verbum est in re magica et alibi adhibitum. Ovid. lib. X. Metam. 398. 'Sive aliquis nocuit, magno lustrabere ritu.' Scabri tamen multum inesse huic loco, nemo negabit: unde varie locum tentarunt viri docti. N. Heinsius ad Ovidii Halieutic. vs. 25. conjecit, *subinde inultis noceretur*: quod vix capio: forsan voluit Heins. *inultis noceret*, sc. maga. Scioppii conjecturæ vel non sunt Latinæ, vel nimis a vulgata recedunt. Modius e Cod. Bert. allevit margini *a multis*: unde probabilis admodum est lectio Ed. Junt. post. *Quæ cum subinde a multis notarentur*. Quæ sc. magica scelera et facta quum *notarentur* sive adverterentur *subinde*: et postulare videntur seqq. 'publicitus indignatio percrebruit.' Videtur tamen potius esse correctio viri docti, quam lectio Msta. Sic enim et Juntæ interpolarunt Justin. l. XLIV. c. 4. 'Itaque cum non solum necaretur, verum etiam aleretur.' In omnibus enim Mss. bene illic exstat *noceretur*. Pithœanus habet hic *noscerentur*. Recipiatur igitur Hamiltoni conjectura, ejusdem sententiæ, a Florido quoque probata, *a multis noscerentur*, vel *ab multis*, nisi *ac multis* retinere velis pro, et quidem a multis. *Oud.*

Subinde] Identidem, frequenter. Alias significat mox, et deinde. *Ber.*

Nocerentur] Læderentur, et nocumento afficerentur. Passivum verbum est vetus, quod et jurisconsulti usurpant, a quibus dicitur: 'Nisi ei nocitum sit ex quo aquam ducit.' *Idem.*

Publicitus] Publice, adverbium est. Plautus: 'Hospitio publicitus accipiet.' Cæcilius: 'Ad plebem pergitur publicitus, defendendum est.' *Idem.* *Publicitus indignatio percrebuit*] Seneca de Ira loquens, III. 2. 'Cætera' (vitia) 'singulos corripiunt, hic unus affectus est qui interdum publice concipitur.' *Pric.* *Percrebruit*] Sic exhibui cum Edd. Ber. Juntina utraque, et Aldi, non *buit*, ut crebro infra. Vide me ad Cæs. l. III. B. Civ. c. 26. et Sueton. Cæs. c. 79. 'Valida fama percrebruit.' Statim *statutumque est* exigit connexio. *Que* perperam omissum est in Ed. sec. Vulc. et Pricæi. *Oud.*

Saxorum jaculationibus] Frequens supplicium apud veteres Græcos. Ælianus Var. Histor. lib. VII. Ἑτοίμων οὖν ὄντων Ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν λίθοις. Parthenius de Amatoriis Affectionibus, cap. 21. Οἱ μὲν ἔπεφνον Πανσυδίῃ θαμινῇσιν ἀράσσοντες λιθάδεσσιν. *Colv.* Usitatum supplicium Judæis, Græcis, et Romanis, ut obser-

vat Paulus Fagius ad Pentateuchum Mosis et amicissimus Meursius ad Lycophronem p. 182. *Elmenh.* Recte Pricæus intelligit non decretam esse lapidationem a judicibus, sed per tumultuantis populi consensum: qualis fuit illa, qua periit primus Martyr Stephanus in Act. Apost. c. VI. et VII. ut docuerunt viri eruditi. *Oud.* *Saxorum jaculationibus*] Lapidationem in fœminam magam publice decretam fuisse significat. *Beroald.* *Statutum est in eum altera die saxorum jaculationibus vindicaretur*] Statutum, non a judicibus intellige, sed populi subitaneo consensu. Infra lib. II. 'Conclamant ignem, requirunt saxa: parvulos etiam ad exitium mulieris hortantur:' ubi notata vide. Tertullianus: 'Lapidatio non legitimis bellis, sed popularibus cœtibus, &c. familiaris.' Apud Quintilianum XII. Declam. 'Populus quoque impunitum nefas sine lapidibus præteribit?' Ovidius de lapidatione loquens: 'Obruere ista solet manifestos pæna nocentes, Publica cum lentam non habet ira moram.' Horatius, etiam de incantatricibus agens: 'Vos turba vicatim hinc et hinc saxis petens Contundet.' Scholiastes: 'Missurum se populo promittit furorem, ut ex omnibus vicis turba concurrens eas saxis obruat.' *Pric.*

Unius dieculæ, &c. impetratis induciis] Scriptor de Excid. Hierosolymitano IV. 4. 'Veniam se unius diei poscere, dilationem tam exiguam nequaquam impedimento futuram.' Infra hic lib. VI. 'Vel ad unam saltem dieculam sufficiens,' &c. *Idem.*

Cantionum] Incantamentorum. Alias *cantiones* cantilenæ dicuntur. In Floridis: 'Hanc putat cantionem, ubi omnia quæ didicit maledicta percensuit.' 'Cantio Græca' Plauto in Sticho dicitur convivale. *Beroald.*

Antevertit] Prævenit, anticipavit. *Idem.*

Dieculæ] *Diecula* significat parvam diem, et tempusculum. Terent. in Andria: 'Non sat est quod tibi dieculam addo?' ubi ait Donatus, 'ὑποκόρισμα est diecula: hoc est, tempusculum, et sumitur ab eo quod est hæc dies. Diecula, mora, et quasi parva dies.' Ascon. 'Dies fœminino genere tempus, et ideo diminutive diecula dicitur breve tempus et mora.' *Idem.*

Ut illa Medea] Hyginus Fab. 25. Ovidius in Ibin vs. 605. *Elmenh.* *Medea*] Medea illa fabulosa, perdito patre, perempto fratre, relicta genitali patria, secuta Jasonem est, amoris æstu flagrans: cum quo annos circiter decem vixisse proditur, filiosque ex eo peperisse: Didymum, Thessalum, Alcimenum, et Tisandrum. Mox Jason captus amore Glaucæ, vel, ut alii tradunt, Creusæ Creontis filiæ, regis Corinthiorum, virginem a patre uxorem petit: quo annuente, certumque nuptiarum diem constituente, Jason Medeæ nititur ultroneum divortium suadere: quam id ægerrime ferentem, Deosque testes fidei datæ implorantem, urbe expulit, oblitus pristinorum beneficiorum. Illa brevem fugæ moram a Creonte petit: qui dieculam dedit, qui apud Senecam sic ait: 'Unus parando dabitur exilio dies.' Tunc veneno infectam pallam misit ad novam nuptam, veluti munus nuptiale. Quo dono exiliens ignis, regiam cum Creonte et nova nupta deussit. Bajuli tam exitialis doni fuerunt ipsius Medeæ filii. Hinc ait Horat. in Epodo: 'cur dira barbaræ minus Venena Medeæ valent, Quibus superba fugit ulta pellicem, Magni Creontis filiam, Cum palla, tabo munus imbutum, novam Incendio nuptam abstulit?' Hoc idem memorat Seneca in Medea. Diodor. vero auctor est Medeam, impetrato a Creonte diei unius tempusculo, noctu regiam ingressam esse, quibusdam medicamentis factam versipellem, et radice quadam magica, cujus ea vis est, ut ignis indidem fac-

tus extingui nequeat, incendisse regium domicilium: quo conflagrante, Jasonem evasisse, Creonte et filia igne absumptis. Quidam prodiderunt, Medeæ filios dona quædam sponsæ attulisse, illita venenis: quæ cum illa corpori applicuisset, incidisse in morbum: et in patrem auxilium filiæ ferentem, cum corpori illius hæsisset, illico expirasse. Sed Appuleius noster, et Plin. coronam fuisse asserunt, quæ a Medea dono missa ad Jasonis sponsam sit, cujusque veneno pellex cum regia cremata sit. Autumat Plin. in II. volumine, venenum id fuisse *naphtham*, quod genus est bituminis, cujus vis ardens ignium naturæ cognata, transilientium protinus in eam undecunque visam. 'Ita,' inquit, 'ferunt a Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat corona igne rapta.' Idem in XXXV. meminit ejusdem naphthæ inter genera bituminis. Galenus lib. III. complexionum, mentionem facit hujusce medicamenti, quo Medea usa est ad pellicem ulciscendam, aitque id ex sulphure et asphalto fuisse compositum. *Asphalton* autem Græci bitumen appellant, et *pissasphalton*, ex argumento picis et bituminis. Hinc *asphaltites* lacus Judææ dictus, qui nihil præter bitumen gignit. *Beroald.*

A Creonte] Pith. Fux. Pal. Oxon. Ed. Beroald. *a Creone*; quasi a Nominativo, Creo; ut λέων, leo; δράκων, draco. De Mundo: 'Phænonis globus;' cum Gr. sit φαίνων. Adi Vulcan. Apud Frontin. l. IV. c. 7. § 45. Mss. multi *Eurymedona*. Oud.

Induciis] Lycaon primus inducias invenit, auctore Plin. Sunt autem *induciæ* pax in paucos dies: ex eo dictæ, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium præbeant, ut docet Donatus. Alibi locum mendosum apud Gellium ex lib. I. repurgavimus. Græci ἐκεχειρίαν vocant, ex eo quod tempore induciarum manus cohibeantur. M. Varro festiviter: 'Induciæ,' inquit, 'sunt pax castrensis paucorum dierum.' Item alio loco: 'Induciæ,' inquit, 'sunt belli feriæ.' *Beroald.*

Devotionibus sepulcralibus] Legendum reor apud Tertullianum lib. de Spectaculis, c. 2. 'Vis, homicidium ferro, veneno, magicis devotionibus perfici.' Male enim vulgo, *magicis devinctionibus*. Colv. Male mutat Tertullianum Colvius. Vincula et καταδέσμοι magici sunt notissimi. Adi N. Heins. ad Ovid. Am. III. 7. 29. *Oud.* *Devotionibus sepulchralibus*] Servius devotiones interpretatur imprecationes. unde 'devotor' et 'devotrix' dicti, qui imprecantur diris incantationibus magicisque carminibus. 'Devotiones' enim execrationes sunt, et dira: et 'devovere' significat interdum detestari, execrarique. Ovid. 'Illum ego devoveo, quem mens intelligit, Ibin.' Hinc 'devotum,' dirum et execrandum. Idem ait: 'Vivite devoto fœmina virque thoro.' Hinc carmina 'devotoria,' apud Livium et Macrobium, quibus homines urbesque devoventur: quibus Decii, pater, filius, et nepos, se devotaverunt. 'Sepulchrales' appellat, quibus uti solebant sagæ fœminæ evocatione manium ad sepulchra defunctorum. Tibullus: 'Manesque sepulchris Elicit.' Consimiliter Erichtho illa, apud Lucanum in VI. Pharsaliæ, adhibet et devotiones sepulchrales. *Beroald.*

PAG. 8 *In scrobem procuratis*] Lucianus Necyomantia: Βόθρον τε ὠρυξάμεθα καὶ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν, καὶ τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον ἐσπείσαμεν. ὁ δὲ Μάγος ἐν τοσούτῳ, &c. *Colv.* Antiqui Diis superis in ædificiis a terra exaltatis sacra faciebant, Diis terrestribus in terra, Diis infernalibus in effossa terra. Festus, Altaria: Lactantius ad Statii librum tertium Thebaid. pag. 141. Ovid. lib. VII. fab. 4. Horatius Epode V. in Canidiam veneficam, Heliodorus Æthiopic. libr. VI. pag. 292. *Elmenh.* *In scrobem procuratis*] Tangit

ritum magicum, cujus meminit Homerus in XI. Odysseæ, referens Ulyssem scrobem cubitalem gladio fecisse, ad evocandos manes: inibique melicraton, id est, mulsum cum aqua et polenta commiscuisse. dein cruorem victimarum eodem infudisse. Quod æmulatus Silius est in XIII. Punicorum, dum itidem memorat a Scipione factam esse scrobem, et illic procurato magico sacro evocatos esse manes. Ob id dixit Appuleius in Apologia: 'Nec Ulysses scrobem pisculento medicavit.' Apud Senecam, Valerium Flaccum, Horatium, poëtas fere omnes, invenitur id genus sacrificii magici, quod in scrobem fit. *Beroald.*

Tanta cantionum violentia] Non intellexerunt hunc locum Viri docti. Nam primo in Mss. Bertin. Reg. Lips. Oxon. Fux. Guelferb. Palat. et Zabar. scribitur *tacita:* dein primus Vulcanius reposuit *cantionum,* ex antecedentibus 'virtutibus cantionum,' quem deinceps editores secure sunt secuti; quum in prioribus Edd. etiam Colvii legeretur *numinum,* cui consentiunt Mss. quod sciam, omnes. Meursius vero lib. IV. Exerc. Crit. c. 17. emendare conatur *nimirum.* G. Vossius margini adlevit *cantaminum.* J. Wasse *carminum.* Quia 'Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam,' teste Virgilio Ecl. VIII. 69. ubi corrigendus Servius: 'Bene potentiam carminum narrat per ea, quæ vel fieri possint, vel facta sint.' Vulgo sine sensu, *quæ pro ea.* Vide Dukerum. Sed multo elegantior est scripta et vetus lectio, *tacita numinum violentia;* quæ significat cœcam et occultam magæ vim, qua ipsa Deos violenter torqueat, ut suæ voluntati obediant, idque perficiant, ad quod numina clam coëgit. Cogi enim a sagis Deos, iisque dicto audientes esse, et obstrictos, docet ipse Noster multis locis, et Quint. Decl. X. c. 15. 'Fallere [vel potius, *Pallere*] coëgit superos, audire inferos.' Ac præ ceteris insignis locus est Lucani l. VI. vs. 492. &c. quæque ibi notantur; unde et dicebantur magæ pro voluntate agere. Vid. ad Valer. Flacc. lib. III. 432. Immo ad hæc verba adludere videtur Auctor in seqq. 'Ne quo numinis ministerio similiter usa.' Et quid pluribus opus est? Evincunt id loca lib. III. pag. 53. 'Quibus obaudiunt manes, coguntur numina:' pag. 55. 'Inexpugnabili magicæ disciplinæ potestate, et cœca numinum coactorum violentia.' Sæpe voces *tacitus* et *tantus* confunduntur. Adi Heins. ad Met. Ovid. V. 195. Val. Flacc. IV. 201. Misc. Obs. vol. V. tom. II. p. 213. Solus verum vidit Ferrar. in Elect. l. I. c. 19. *Oud.* *Tanta cantionum violentia clausit*] Bene heic *violentia.* Isidorus VIII. 9. de Magis tractans: 'Sine ullo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt.' Infra lib. III. de Eadem ista: 'Artis hujus violentia nititur.' Supra paulo 'virtutes cantionum' dixit. *Pric.*

Consone] Concorditer, communique sententia. *Beroald.* *Dejerantes*] Valde jurantes. Non solum Grammatici, sed et Jurisconsulti docent, tit. depositi, præpositionem hanc *De* augere in compositione. *Idem.* *Admolituros*] Nullam violentiam illaturos sese sagæ illi dejerabant. *Idem.* *Quam sanctissime dejerantes*] Lib. II. 'Quamque sanctissime poterat, adjurans cuncta Numina.' *Pric.* *Sese neque ei manus admolituros, &c.*] Guntherus VII. 'Tunc proceres clarique viri, turbæque minoris Ambitiosa manus, studio devota fideli, Sacramenta dabant cunctas servanda per Urbes, Principis Ausonii jus, famam, corpus, honorem Nec se læsuros, et, si quis lædere vellet, Usque vel ad mortem tota virtute reniti.' In juramento Ephebis Atheniensibus præstari solito: Τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, &c. καὶ, ἐάν τις ἀναιρῇ τοὺς θεσμοὺς, οὐκ ἐπιτρέψω, ἀμυ-

νῦ δὲ, &c. *Idem.*

Si qui aliud cogitavit] *Agitarint*, quod primus reposuit Vulc. in Ed. sec. ex conjectura, ac secuti sunt Elmenh. et Floridus, videtur esse in Florent. Estque elegans de consiliis clandestinis; ac sæpe in alterum verbum *cog.* ex glossa abiit. Vid. Drak. ad Liv. l. xxv. c. 36. 'Circumspectare atque agitare dux cœpit:' me ad Cæs. B. Hisp. c. 26. 'Agitare cœpit.' Infra l. VII. p. 134. 'Agitationibus fluctuantem.' In reliquis tamen est *cogitare*: at varie. Nam Bertin. cum Edd. Vett. et Pric. *si qui a. cogitarint.* Reg. Lips. et Edd. Lugd. Colv. Vulc. pr. *si qui a. cogitarit.* Pith. *si quid a. cogitant.* Palat. a m. pr. et Ed. Wower. *si quis a. cogitaret.* Oxon. Fux. Guelferb. *si quis a. cogitarit.* Malim *agitarit.* Cum singulari 'si qui' jam habuimus supra: 'Si qui velit dicere:' ubi, ut passim, vulgo etiam, *Si quis.* Oud.

Propitiata] Placata, et exorata. *Beroald.*

Absolvit] Cum omnes intra domos inclusos violentia magica coërcuisset. *Idem.*

Cœtus illius auctorem] Sensus ordinatur sic: saga illa transtulit, hoc est, transportavit in civitatem longinquam, illum qui fecerat cœtum, primusque suaserat, ut saxorum jaculationibus fœmina vindicaretur. *Cœtus* conventus est, vel congregatio, a *coëundo* dictus. Quod et in decretis canonicis leges, d. 15. 'Qui cœtum fecerit,' ut inquit Seneca in declamationibus, 'capitalis sit.' *Cœtus* autem, ut ipse docet, multitudinis magnæ nomen est, coëuntis ex consensu quodam. *Idem.*

Nocte intempesta] Media nocte. Dicta ex eo, quod non habeat idoneum tempus rebus gerendis. Quod alii concubium appellarunt, quod fere omnes tunc cubarent. Alii, ab eo quod sileretur, silentium noctis, quod tempus a Plauto dicitur 'conticinium.' Sed de hoc in superioribus multa. *Idem.*

Cum tota domo, id est, parietibus et ipso solo et omni fundamento, ut erat, &c.] Scriverius legebat, rejectis ceteris: *cum tota domo et ipso solo.* Floridus Woweriо accedit. Mihi tantum *id est parietibus* suspecta sunt. Tria enim, domus, solum, fundamentum satis differunt, et est κλίμαξ figura. Forsan et reliqua possent retineri: nam ita lib. XI. 'Auxilia, id est, altaria.' Flor. N. 16. 'Id est, ut usque quaque esset gratuitum:' quæ itidem Scriver. et Florid. habent suspecta. Sed ibid. 'Id est, ut integro die,' &c. De Deo Socratis p. m. 777. 'Veræ beatitudinis, i. e. secundæ vitæ et prudentiæ fortunatissimæ.' Adde Cl. Wass. ad Sallust. B. Jug. p. 325. 'Vos autem, id est, P. R.' Non nego tamen, sæpissime ista 'id est' et juncta, ex glossemate in textum esse intrusa. Vid. tum Burmannum, tum me ad Suetonii Aug. c. 32. 88. 97. Cic. l. II. de Inv. cap. 23. Dein Pith. *exasperata sita*, Fux. *situm.* Oud. *Cœtus illius auctorem, &c. cum tota domo, &c.*] Anaxilaus: Τόν τε ναύκληρον λαβοῦσα καταπέπωκ' αὐτῷ σκάφει. Lactantius v. 11. 'Sicut unus in Phrygia, qui universum populum cum ipso conventiculo concremavit.' *Pric.* *Id est, parietibus, et ipso solo, et omni fundamento, &c.*] Hæc tota expungunt Wowerius et Elmenhorstius. Ego delenda non censeo, quæ clare in Oxoniensi leguntur, et quæ similes apud alios locutiones permitti jubent. Virgilius: 'Omnis humo fumat Neptunia Troja:' ubi Servius: 'Ut significet patriæ suæ solum quoque arsisse:' adde sequentem Luciani locum. *Idem.* *Et ipso solo*] Terram ipsam, quæ alioqui immobilis est, una cum parietibus translatam significat. Membra autem domus sunt, fundamentum, parietes, et tecta: quæ simul conjuncta, ut ait Boëtius in commentariis Topicorum, totum efficiunt, et *domus*

dicuntur: cum fundamenta sola domus vocabulo minime nuncupentur, neque parietes, neque tecta. *Beroald.*

Ad centesimum lapidem] Ad centesimum miliarium. Antiqui enim milliaria lapidibus fixis designabant. Auctor est Plutarchus, C. Gracchum singulis miliariis columnas lapideas spatiis signa præferentes constituisse. Mart. 'Ad lapidem Torquatus habet præconia quartum.' Juven. 'Ad primum lapidem vectari cum placet, hora Sumitur ex libro.' *Idem.*

Vertice montis] *Vertex* est, ut docet Quintil. in VIII. contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur. Inde propter flexum capillorum, pars summa capitis *vertex* dicitur. Ex hoc in montibus eminentissimum recte dicimus *verticem.* Virg. 'Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.' Antiqui *vortices* dicebant per literam *o*, sicut et *vorsus*, cæteraque consimilia, quæ primus Scipio Africanus in *e* literam vertisse dicitur. Montibus dantur a scriptoribus latera, juga, vertices, radices. *Idem.* *In aliam civitatem, &c. transtulit*] Lucianus de inepto quodam Historico, qui, quantum heic Pamphile vi magica, effecit ignorantia sua: Ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμὴν πατρίδα τὰ Σαμόσατα αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ ἀράμενος ὁ γενναῖος, αὐτῇ ἀκροπόλει καὶ τείχεσι μετέθηκεν εἰς τὴν Μεσοποταμίαν. *Pric.*

Ob id ad aquas sterilem] *Ab aquis* in Vulc. Ed. sec. primum comparet: quod secuti sunt reliqui viri docti contra Mss. in quibus est *ad aquas;* nisi quod Coll. Wass. det *ad aquam:* unde conjecit Wasse *adæque.* Sed sterilis est civitas quoad aquas, quia in summo montis exasperati vertice sita est. *Ad* respondet Græco πρὸς, vel κατά. Vide me ad Pomp. Mel. l. I. c. 19. 'ad alia steriles;' ut legendum ante me vidit quoque Cel. Drakenb. ad Liv. lib. XXXVII. 7. 15. 'virum ad cetera egregium.' J. Capitol. in Vita Marci c. 16. 'feracior ad virtutes.' Solin. c. 27. 'violenti ad saltum.' Et sæpissime simili modo apud Livium et Cæsarem, ubi vide. Sic et explicat Anna Fabri Sept. de B. Tr. III. 15. 'Gens ad finitimos indomita.' Sed Mss. Periz. *a finitimis:* ut maluit Wopk. Misc. Obs. Nov. V. I. t. II. p. 58. De hoc sensu 'a' vel 'ab' vid. ad l. IV. p. 78. 'A gloria non perivit.' Lipsius adscripsit *ab aqua.* Æque posses refingere, *ob id aquas sterilem*, per Græcismum. *Oud.* *Ad aquas sterilem*] Montana oppida, et in verticibus editis sita, fere semper laborant aquarum sterilitate, cujus in ædificando ratio cum primis habenda est. Quoniam, ut auctor est Vitruvius, si animalia fuerint sine humoris potestate exsanguinata et exsucta, a principiorum liquore interarescent. Aristoteles quoque in VII. Politicorum præcipit, cisternas in civitatibus faciendas, ut aqua deesse non possit, et aquas salubres inducendas. *Beroald.*

Ante portam projecta domo discessit] Pithœan. Cod. et Edd. etiam Vicent. Beroald. Junt. pr. habent *discedit.* Quid sibi v[illegible] Elmenhorst. non capio. Acidalius ad Plauti Stich. c. 4. licet nihil mutans conjecit, *projectam domum decepit.* De hoc verbo adi ad lib X. in f. 'Terræ vorago decepit.' Supra *dempsa inhab. æd.* Palat. *hominum hab.* Fux. *Oud.* *Ante portam*] Saga ante portam civitatis illius montanæ projecit domum, cum intra urbem, ob frequentiam ædificiorum locus non esset recipiendo novo domicilio, novoque hospiti. *Beroald.*

Mihi non parvam incussisti sollicitudinem, &c.] Lib. VIII. 'Quæ res incutiebat mihi non parvam sollicitudinem.' *Pric.*

Injecto non scrupulo] *Spiculo* non ineleganter ad oram libri olim adpinxit Lipsius, et ad Apolog. p. 175. Pricæus, quem et hic vide. Huc facit, quod *scripulus* soleat in Mss. exarari. Vid. Rittershus. ad Cassia-

num. Sed l. III. p. 52. 'Ne mei caussa vel tantillum scrupulum patiare.' L. VI. 'Carpebat me scrupulus,' &c. Ad hæc 'injicere scrupulum' obvia est Ciceroni aliisque locutio. Sed et 'evellere scrupulum' pro Rosc. Am. c. 2. Pro *non* in Wass. est *nunc*. Oud. *Injecto non scrupulo*] *Scrupi*, et per diminutionem *scrupuli*, lapilli sunt, qui pressi sollicitudinem faciunt. Unde proverbiale est illud Terentianum, 'Injeci scrupulum:' pro sollicitudine. Et Plin. in epistolis ait: 'Exime mihi hunc scrupulum.' Et 'scrupulosa quæstio;' quæ difficilis est explicatu. *Beroald. Injecto non scrupulo sed lancea*] *Spiculo* non male legi posse memini olim me ad Apologiam monere. *Spiculum* est ferrum lanceæ capiti præfixum. Glossæ: *Spiculum, &c.* ἐπιδορατίς. Hesychius: Ἐπιδορατὶς, ὁ σίδηρος τοῦ ἀκοντίου τὸ ἄνω. Non 'spiculum lanceæ' (inquit) injecisti mihi, sed 'totam lanceam.' Tertullianus in de Pudicitia: 'Non lucernæ spiculo lumine, sed totius Solis lancea.' *Pric.*

Nominis ministerio] Deum artis magicæ ministerialem significat. Tertullianus auctor est, dæmonas præesse magicis præstigiis. Et Plato, Platonicusque Appuleius et Proclus autumant, magorum varia miracula regi a dæmonibus, qui inter mortales cœlicolasque ultro citroque portant hinc petitiones, inde suppetias, veluti quæpiam mediæ potestates inter homines ac Deos. *Beroald.*

Sermones istos cognoscat] Omnis dæmon ales est: igitur (ut ait Tertullianus in apologetico) momento ubique sunt, quid ubique geratur tam facile sciunt, quam enunciant. Merito ergo timet hic, ne anus illa maga cognoscat sermones suos, nunciante videlicet dæmone, qui ubique præsto est, cujus ministerium magos infatuat. *Idem. Sermones nostros, &c. cognoscat*] Tiresias apud Statium: 'Sperni te ne, moneo: et nobis sævire potestas. Scimus enim et quicquid dici noscique timetis.' *Pric.*

Itaque maturius quieti nos reponamus] Lib. IX. 'Suadebat maritum temporius quieti recedere.' *Idem.*

Somno levata lassitudine noctis, antelucio] *Antelucio* habet liber Petrarchæ. At inferius etiam in eodem legitur *anteluculo*. Sed puto Latinius diei *antelucio*, sicut, 'gallicinio.' *Vir doct. ad oram Ed. Vicent.* Ineptissime legi *lassitudine noctis*, certissimum est. Uterque fatigati erant itinere ejus diei. Vide p. 4. et 5. Ed. Pric. Quare Scriverius quoque per notas significavit sibi delendum videri: uti et Floridus de se monuit, vel vocum invertit ordinem *somno noctis*. Rectius Gruterus l. III. Suspic. in fine, postquam inducendam vocem præceperat, conjecit quoque, *levata lassitudine, ocius antelucio aufugiamus.* Quid, si ita construentes retineamus a Mss. O. confirmatum *noctis antelucio?* sive, antelucano tempore; ut ait Cic. l. XV. ad F. Ep. 4. Vide ad lib. II. p. 39. 'Mortis postliminio.' In Gloss. 'A[illegible] lucem, ἔννυχα:' ut hic in Pithœano et Edd. ante Colvium legebatur. Sed *antelucio* firmant Flor. Oxon. *antelucis* Reg. Fux. *antelucios* Palat. Guelferb. *noctu ante lucem* Groslot. *Oud. Somno levata lassitudine*] Somnus donum est Deorum, mortalibus ægris concessum ad refectionem. Unde ait Seneca: 'Placidus fessum lenisque foves Pavidum læti genus humanum, Cogis longam discere mortem.' *Beroald. Antelucio aufugiamus, &c.*] Οὐ γάρ τις νέμεσις φυγέειν κακὸν, οὐδ' ἀνὰ νύκτα. Βέλτερον, ὃς φεύγων προφύγῃ κακὸν, ἠὲ ἁλώῃ. ut est apud Homerum. *Pric.*

Quam pote] *Putas* Pith. Edd. ante Colv. *puta* Mss. Pal. Guelf. Oxon. Par. Fux. a m. s. sed a prima *pute*. At *pote* Florent. et Reg. ut cum Lipsio et J. Gulielmio ad Plaut. Trin. cap. 4. et Groslotio emendavit Colvius lib. II. p. 26. 'Accubueram

quam pote tutus.' Alibi Nostro 'quantum pote,' vel 'potest.' Adi ad lib. III. in f. et lib. VIII. p. 164. et sæpius, item Muret. ad Catull. cap. 77. Perizon. in Sanctii Min. lib. IV. p. 851. aliosque. Atque ita e Mss. optimis legendum est in Solino p. 21. 'Quanta pote tamen fide in designando operam locabimus.' Vulgo perperam et vane editur. Item cap. 27. pag. 38. 'Fugam quæque quoquo pote properant.' Vulgo *possunt*. Salm. *potest*. Oud.

Diurna fatigatione] Pith. Fux. Guelf. Oxon. quoque, et Edd. Ven. Vicent. Junt. utræque dant *diuturna*, frequenti errore. Vide supra, et Drakenb. ad Liv. lib. IV. 12. v. 28. Hallucinatur Brantius: ut patet ex ante dictis. Mox *percunctatus* Fux. et Edd. ante Elmenh. *jam sopitus*. Sed alteri ordini favent Palat. Flor. aliique. *Idem. Vinolentia ac fatigatione pertentatus bonus Socrates, jam sopitus stertebat altius*] Cicero Somn. Scipion. 'Me et fessum de via, et qui ad multam noctem vigilassem, arctior quam solebat somnus complexus est.' Servius ad Æneid. IV. 'Fatigati somno se dederunt.' Lucianus in Amoribus: Ἡδίους ὕπνους καθεύδει τοῖς μεθ' ἡμέραν καμάτοις ἐπηρεμῶν. Adde Lucretii et Eustathii locos jam statim depromendos. 'Labore delassatum stertere' Plautinum est. At Noster hic non ex fatigatione tantum, sed et vinolentia stertit. Cælius apud Quintilianum IV. 2. de M. Antonio: 'Temulento sopore profligatum, totis præcordiis stertentem,' &c. Lucretius: 'Multo sopor ille gravissimus extat Quem satur aut lassus capias.' Apud Eustathium ille Ἐρωτικ. I. Ἐγὼ περὶ ὕπνον ἐτραπόμην εὐθὺς, καρηβαρήσας καὶ τροφῇ, καὶ πόσει, καὶ πόνοις. et post: Τροφὴ καὶ πόσις καὶ πόνος ὕπνου πηγή. Scholiastes vetus Horatii ad Serm. II. 'Qui facile dormire non possunt, &c. multis se potionibus impleant, quo facilius his somnus accedat.' Et nota heic *insolitam vinol.* Plutarchus in Parallel. Πιόντες παρὰ τὸ σύνηθες, εἰς ὕπνον τοῦ δέοντος βαρύτερον κατενέχθησαν. *Pric. Pertentatus*] Nonius de temeto: 'Attentat mentem.' *Idem. Altius*] Lucretius ubi supra: 'Fit ratione eadem collectus porro animai Altior, atque foras ejectus largior ejus:' quod infra lib. v. 'altum soporem flare.' *Idem.*

Adducta fore, pessulisque firmatis] Xenophon Anabas. VII. Συγκλείουσι τὰς πύλας, καὶ τὸν μοχλὸν ἐμβάλλουσι. Tibullus I. 2. 'Clauditur et dura janua fulta sera.' *Idem. Adducta fore*] Clauso cubiculi ostio. Antiqui singulari numero *forem* usurpabant, cum nos *fores* pluraliter enunciamus. Plautus in Amphitryone: 'Orationem comprimam, crepuit foris.' Horatius: 'Exclusus fore, cum Longarenus foret intus.' *Fores* ex eo dici Grammatici tradunt, quod *foris* aperiantur: sicut apud Veteres usitatum. Fores domus publicolarum extra aperiebantur, et janua in publicum rejiciebatur. Hoc erat, ut verbis Plinii utar, clarissimum insigne inter triumphales quoque domos. Forculum Deum prisci coluerunt, qui foribus præesset: auctor divus Augustinus in IV. *Beroald. Pessulis*] Pessuli sunt instrumenta, quibus ostia seu fores clauduntur. Terentius in Eunucho 'Pessulum ostio obdo.' Plautus in Curculione: 'Pessuli vos saluto lubens.' Et mox paulo: 'Tandem ædepol mihi morigeri pessuli fiunt.' Inde 'pessulatas fores' dicimus, pessulis clausas, munitasque. *Idem.*

Grabatulo] Lectulo: quod Lucianus Græce *Clinidion* vocat, id Appuleius fere *grabatulum* interpretatur. Martialis: 'In grabatulis tegetibusque concepti.' Vox quoque Græca est. Illi enim κράββατον, καὶ ὑποκοριστικῶς κραββάτιον vocant: nos *grabatum* et *grabatulum*. Hinc illud ex Evangelio cantatissimum: 'Tolle grabatum tuum, et ambula.' Quod Græce

dicitur, ἔγειραι, καὶ ἆρόν σου τὸν κράββατον, καὶ περιπάτει. Ubi annotandum, quod apud Græcos hæc dictio scribitur duplici ββ, prima syllaba producta: cum apud nostros per simplex *b* scribatur, prima correpta, quod satis liquet vel ex illo Maroniano: 'Membra levat sensim vili demissa grabato.' *Idem.*

Pone cardines] Plerique libri *cardinem.* In Manuscr. *cardine.* Aldum secuti sumus. *Colv.* In Bertin. item Fux. et Oxon. atque Ed. Vicent. est *cardine.* In Palat. Pith. et Edd. Beroald. Col. Bas. pr. *cardinem.* Forsan melius. Nam certe grabatulum aggerere nequit usque ad superiorem januæ cardinem; at infimum videtur intelligere. Quod enim sequitur, 'evulsis cardinibus,' id fieri debuit, si janua, quam alta erat, aperiretur. *Oud.* *Pone cardines*] Post ostii cardines. Alio quodam diverticulo significationis *cardo* in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit a meridie ad septentrionem: sicut *decumanus* vocatur *limes* ille, qui secat agrum ab exortu ad occasum: auctores Plin. et Columella. Fuit apud Antiquos Dea Cardea, quæ Cardinibus præerat. *Beroald.*

Præ metu aliquantisper vigilo] Plinius lib. VII. Epist. 27. 'Tristes diræque noctes per metum vigilabantur.' Sisenna Histor. 3. 'Metu ac suspicione non poterant quietem capere.' Ammianus lib. XXV. 'Nec sedere quoquam auso, nec flectere in quietem lumina præ timore.' Homerus (Iliad. κ.) Μενέλαον ἔχε τρόμος, οὐδὲ γὰρ αὐτῷ Ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἐφίζανε. Xenophon παιδ. 3. Οὔτε ὕπνου τυγχάνειν διὰ τὸν φόβον δύνανται. Apud Suidam in Οὐδ' ὅσον, &c. ἀγρυπνεῖν διὰ δειλίαν habemus. Apollonius II. 14. Philostrati: Εἰ μὴ ὁ νοῦς ἀτρεμήσειεν, οὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ τὸν ὕπνον ὑποδέξονται. Ovid. III. 6. de Ponto: 'Ne tamen iste metus possit tibi rumpere somnos,' &c. In veteri Mimo: 'Metus cum venit, rarum habet somnus locum.' Sidonius lib. II. 'Cum mole curarum pristinæ quietis tenere demensum prohiberetur.' Virgil. Georg. III. 'Nec somnos abrumpit cura salubres:' ubi Servius: 'Ex nimia cura vigiliæ procreantur.' E converso apud Petronium: 'Abjecti in lectulo reliquam noctem sine metu exegimus.' *Pric.*

Circa tertiam ferme vigiliam] Arnobius in Psalmum CXXIX. 'Custodia una quarta pars noctis est. Ergo prima custodia a vespere incipit, secunda ad medium noctis attingit, tertia pullorum cantus transit, quarta vigilia matutina, quæ in ortum luminis adimpletur.' Suidas: Εἰς τέσσαρας φυλακὰς διαιρεῖται ἡ νὺξ, ἑκάστη δὲ ἔχει ὥρας τρεῖς. Censorinus de Die Natali capite vigesimo tertio. *Elmenh.* *Circa tertiam vigiliam*] Post mediam noctem. Nox enim in quatuor vigilias dividitur, quæ singulæ trium horarum spatio supputantur, ut tradit Hieronymus in expositione psalmorum. Quod ex disciplina castrensi factitatum est. Nam quia impossibile videbatur, per totam noctem vigilantes singulos in speculis permanere, ideo in quatuor partes ad clepsydram sunt divisæ vigiliæ, ut non amplius quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. A tubicine, ut auctor est Vegetius in tertio, omnes vigiliæ committuntur, et finitis horis a cornicine revocantur. Tribuni idoneos eligebant, qui vigilias circuirent, quos circuitores appellabant: dein circitores dicti sunt. Frequentissima apud historicos mentio est primæ vigiliæ, secundæ, tertiæ et quartæ: tot enim sunt. Ob hoc dixit Lucanus in V. Pharsaliæ: 'Tertia jam vigiles commoverat hora secundos.' Cum significare vellet, finita prima vigilia, cujus horæ tres sunt, excitatos esse vigiles secundæ vigiliæ. *Beroald.*

Conniveo] *Conhibeo* quoque Oxon. *connibeo* Guelf. ex perpetua confusio-

ne litterarum *b* et *v*, frequentissima in hoc verbo. Infra aliquoties recurret. Adi ad l. IV. p. 80. 'Commodum conniveram.' Vide et Rittershus. ad Cassian. et passim in Mart. Capella, unde p. 43. Ed. Grot. *connivens oculis*, alii *conibens oculis*, et hinc alii *oculos* contra Mss. vetustissimos exhibuere. Solin. cap. 27. 'Connivit aciem orbam.' Sed Mss. 2. vetustissimi cum Salm. *Cohibet*. In aliis *quolibet*, *continet*. Hinc etiam corrupti sunt Silius l. VIII. 266. 'Ad vulgum in Patres et ovantia verba serebat:' ubi putem legendum *reboantia*: alii *resonantia*, *petulantia*: et Seneca in Troad. vs. 781. 'Revocante flexo concitos cornu modos.' Optime Hemsterh. *Reboante* ad Lucian. tom. 1. p. 233. *Paulum* est in Palat. Mox *commodo dum q.* Pith. et dein *resecantur* Ed. Bas. pr. *Oud.* *Paululum conniveo*] Oculos claudo, non tam somno vacans, quam succumbens. *Connivere* enim est, oculos genis claudere. 'Graviores alites,' auctore Plin. 'inferiore gena connivent: columbæ vero, et similia, utraque connivent.' *Beroald.* *Circa tertiam ferme noctis vigiliam paululum conniveo*] Seneca Troade: 'Partes fere nox alma transierat duas, Clarumque septem verterant stellæ jugum: Ignota tandem venit afflictæ quies, Brevisque fessis somnus obrepsit genis.' *Pric.*

Commodum quieveram] Sunt in Latina lingua res parvæ quidem, et minutæ, et hominibus male eruditis aspernabiles, sed ad veterum scripta penitus noscenda cum primis necessariæ: veluti est hæc dictio *commodum*. Adverbium est temporis, significat tunc, et, ut ait Donatus, tantum. A. Gellius in II. Noctium Atticarum: 'Taurus, sectatoribus commodum dimissis, sedebat pro cubiculi sui foribus.' M. Tullius in epist. ad Atticum: 'Commodum discesseras heri, cum Trebatius venit.' Quod significat vix, et tunc. Idem Donatus exponens illud Terentianum: 'Commodum huc adverterat:' ait, 'ipso eodemque tempore.' *Beroald.*

PAG. 9 *Reserantur*] Aperiuntur. *Id.* *Januæ*] Janua est primus domus ingressus: dicta, ut ait Servius, quia Jano consecratum est omne principium. *Idem.* *Imo vero*] Correctio est, quæ exornatio tollit id quod dictum est, et pro eo quod magis idoneum est reponit, hoc pacto: 'Si iste suos hospites rogasset, imo invenisset.' Hæc exornatio, ut ait M. Tullius in IV. Rhetoricorum, rem facit insigniorem. *Idem.* *Januæ, &c. fractis et evulsis funditus cardinibus prosternuntur*] Sophocles Œdip. Tyr. πύλαις διπλαῖς ἐνήλατ', ἐκ δὲ πυθμένων Ἔκλινε κοῖλα κλεῖθρα. Scholiastes: Ἀνέτρεψε τὰς πύλας, καὶ κατέβαλεν ἐκ τῶν πυθμένων. Vide ad Act. XVI. 26. notata. Plautus Amphitr. 'Quis tam vasto impete has fores toto convulsit cardine?' quo loco forsan *torto* legendum: sic apud Nostrum III. 'Obtortis cardinibus.' *Pric.*

Alioqui breviculus] Sic Mss. Flor. Reg. Lips. Petr. cum plerisque Edd. Non ergo semper in Apuleii Mss. est *alioquin*, ut ait Cort. ad Plin. lib. I. Ep. 20. Variant et hic, ut passim. Adi Drak. ad Liv. l. VIII. c. 9. *Alioquin* hic legas in Fux. Palat. Guelf. Oxon. Par. Edd. Vic. Ber. et Junt. pr. *Oud.*

Uno pede mutilus] Imminutus. *Mutilare* enim, ut ait Donatus in Hecyræ commentario, est imminuere. Unde *mutili* dicti sunt boves et capri sine cornibus. Hinc illud veluti proverbiale apud Ovid. 'Turpe pecus mutilum.' Ait Plin. quod 'mutilis capris est lactis major ubertas.' In codicibus Plinianis inolevit mendum: nam pro *mutilis* passim legitur *multis*. Columella lib. I. Agricolationis, aliter curari ait 'caprinum pecus mutilum et raripilum,' aliter 'cornutum et setosum.' Idem in VIII. meliorem ait 'arietem mutilum,' quam *cornu-*

tum: quia *mutilus*, inquit, cum se tanquam exarmatum intelligat, nec ad rixam promptus, et est in venere mitior. Scurra Horatianus per festivam translationem *mutilus* dicitur, qui altero oculo tanquam cornu exsecto erat deformatus. Verba Horatii hæc sunt: 'o tua cornu Ni foret exsecto frons, inquit, quid faceres, cum Sic mutilus miniteris? at illi fœda cicatrix Setosam levi frontem turpaverat oris.' *Mutulus* vero in ædificiis est projectura prominens: et ut docet Vitruv. in IV. in operibus lapideis et marmoreis *mutuli* inclinatis sculpturis deformantur. *Mutulos* capita trabium eminentia esse autumant Grammatici, qui et *proceres* dicuntur. Unde et nos principes civitatis proceres nominamus, quasi eminentes in urbe, ut *mutuli*, quos proceres vocant, eminent in ædificiis. *Beroald. Pede*] Ingens copia rerum est sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis commodatisque: ut refert Seneca lib. II. de Beneficiis. Sic et *pedem* nostrum dicimus, et lecti, et carminis. Sic canem et venaticum et maritum, et sidus: quia non sufficimus, ut singulis singula signemus, quoties opus est mutuamur. Plin. tradit XXIV. herbam quampiam nominari *clinopodion*, quia in speciem lecti pedem præbeat. *Idem.*

Grabatulus, &c. uno pede mutilus, ac putris] Tripes nempe, qualis apud Martialem ille: 'Ibat tripes grabatus, et bipes mensa.' Catullus: 'Fractum qui veteris pedem grabati In collo tibi collocare posset.' Ovidius: 'Mensæ sed erat pes tertius impar.' Varro de Ling. Lat. V. 'Translatione a pede nostro, pes lecti, ac pes betæ,' &c. *Pric.*

In inversum] *In inversum* exponit Pricæus ἐπὶ πρηνὲς ex Hesychio. Abest *in* a Guelferb. *Universum* probant etiam Piccart. Peric. Crit. c. 19. Sciopp. lib. I. Susp. Lect. c. 6. Groslotius, quod præfero. In Ed. Scriveriana inveni, *humi recidente inversus.* Voluit forsan vir egregius *recidentem.* Certe cum 'recidere' conjungendum est τὸ 'humi.' Grabatulus inversus cooperit excussum et humi recidentem, sive *in humum.* Vide Burm. ad Ovid. Met. IV. 121. 'Et jacuit resupinus humi:' et Heins. ad Val. Flacc. I. 710. 'Fusus humi.' Recidere, pro simplici, cadere, infra p. 12. 'Atque ego de alto recidens Socratem superruo.' Sic enim Mss. et Edd. Vett. non *decidens,* ut ibi videbimus. L. IV. p. 72. 'Super quemdam lapidem recidens:' ita Mss. non *dec.* L. VIII. p. 150. 'Quadrupes recidens;' non *residens,* ut hic male in Fux. Adi et Burm. ad Suet. Cæs. c. 17. Sic 'reportari' pro, portari, l. IV. p. 75. 'revincta' pro, vincta, l. VI. p. 116. 'religanda' pro, liganda, p. 124. 'renunciare' pro, nunciare, l. VIII. init. 'reficere' pro, facere, Flor. n. 9. &c. Vide et Ernest. ad Suet. Aug. c. 77. 'retentis pedibus:' quod tamen illic contrario sensu sumendum vidimus. *Oud. Recidens in inversum*] Significat cum inverteretur grabbatus, et quod erat in imo fieret summum, ex concussu fuisse coopertum, convelatumque. *Beroald. Recidens in inversum*] Rittershusius (Vir doctissimus) *recidens universum, &c.* ita et Bembinus codex, quo usus Puteanus. Potes, nec male, *in universum, &c.* Onomast. vetus. *In universum,* ὅλος. ubi ὅλως scribendum putarim. Wowerius *inversus,* Elmenhorstio adprobante. Me non offendit vulgata lectio *in inversum:* quod expono, ἐπὶ πρηνές. Hesychius: Ἐπὶ πρηνές· ἐπὶ κάτω κατεστραμμένον. Reperitur et illa lectio in Oxon. Ms. *Pric.*

Naturaliter] Probat Pricæus ex Oxon. et Wass. ex Par. Cod. *naturalitus,* firmans Sidonio Apollin. lib. VIII. Ep. 1. 'Linguas cote livoris naturalitus acuminatas.' Apud eumdem lib. IX. Ep. 12. 'Vis naturalitus inest.' Sic 'humanitus' pro, humaniter, apud

Terent. Heaut. I. 1. 47. Amatque Auctor adverbia in, us. Vide Elmenhorst. Indicem. In fine lib. XI. 'largitus' pro, largiter. Aliis tamen locis 'naturaliter' in Appuleio, uti et ceteris, occurrit. Sed in Regio et Fux. est quoque *naturalius*. Oud. *Tunc ego sensi naturaliter quosdam affectus in contrarium provenire*] Simplicius in cap. 17. Epicteti: Ἐκ τῶν λυπηρῶν καὶ τῶν ἡδέων ἐναντίων ὄντων, τὰ αὐτά πως συμπτώματα ἕπεται. Eugraphius ad Terentii Adelph. 'Sæpe ex gaudio contingit quod evenit ex dolore.' In Oxon. melius, *naturalitus*. Pric. *Quosdam affectus*] Philosophi Latini *affectus* vel *affectiones* vocant animorum motus, quibus afficimur: veluti cupiditatem, iram, metum, amorem, odium, et (ut latissime scribit Aristot. in II. Ethicorum) affectus non sunt neque virtutes, neque vitia: ideoque secundum affectus neque laudamur, neque vituperamur. Græci πάθη appellant: apud Quint. lib. VI. caput est de affectibus ubi docet duas esse species affectuum: alteros concitatos, alteros mites; dici concitatos tragœdiæ, mites comœdiæ similes esse. *Beroald.*

Lacrymæ sæpicule de gaudio] Petrus Chrysologus Serm. LXIV. 'Fratres, habet hoc natura corporis humani, ut producat lachrymas vis gaudii, vis mœroris. Quotiens enim viscera aut tristitiæ aut lætitiæ nimio arctantur impulsu, oculi in lachrymas mox erumpunt.' Terentius Adelph. Act. III. Scena 4. 'Lachrymo gaudio.' Pindar Pyth. Od. IV. p. 246. de Æsone: Τὸν μὲν εἰσελθόντ' ἔγνων ὀφθαλμοὶ πατρός. Ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν δάκρυα γηραλέων βλεφάρων, Ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ γάθησεν ἐξαίρετον Γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν. Vide Alexandrum Aphrodis. Problemat. libr. I. et Rhodiginum Antiquar. Lect. libro duodecimo, cap. 4. *Elmenh.* Adde quos laudat Burm. ad Virg. Æn. VI. 699. Suet. Aug. c. 58. et Petron. c. 89. 'Gaudium lacrimas habet:' item Mollium ad Longi Pastoralia lib. IV. p. 132. 133. Barth. ad Claud. de L. Stil. lib. IV. 408. 'Lacrimosaque gaudia.' *Oud.* *Lacrymæ sæpe de gaudio, &c.*] Lib. V. 'Et illæ sedatæ lacrymæ postliminio redeunt, prolectante gaudio.' Et VIII. 'Et quas in primo mœrore lacrymas non habebat, jam scilicet crescente gaudio reddere.' *Pric.* *Sæpicule*] Adverbium est diminutivum a *sæpe*, sicut a *sæpius* comparativo fit *sæpiuscule*: ut docet Prisc. in IV. Plaut. in Casina: 'Sæpiuscule peccas.' *Beroald.* *Lachrymæ præ gaudio prodeunt*] Vulgatum est illud Terentianum in hanc sententiam: 'Ohe, lachrymo præ gaudio.' Et apud Livium in V. 'Certatim patribus plebique manare gaudio lachrymæ.' Quintil. in XI. 'Lachrymas natura mentis indices dedit, quæ erumpunt dolore, aut lætitia manant.' *Idem.*

De Aristomene testudo factus] Quia lecto inverso veluti tegumento quodam coopertus latebat: ideo dicit se factum testudinem, quæ sub suo tegumento tota contegitur, et quasi delitescit. Pacuvius testudinem appellat *domiportam*, ex eo quod domum portet: *tardigradam*, a grado tardo et lento: unde et Plauto 'Testudineus gradus' dictus. Apud mythicum fabulatoremque illum Æsopum apologus est, quemadmodum olim Jupiter ad nuptias animalia cuncta invitaverat: quæ cum in tempore affuissent, præter unam testudinem, quæ novissima omnium venit, sciscitatur Jupiter causam tarditatis: illa ait, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος: Domus dulcis, domus optima: scilicet, fuit lentitudinis causa. Ex quo indignatus Jupiter, affecit eam hac pœna, ut domum semper circumferat. Græci χελώνην vocant: unde *Chelonophagi* dicti populi testudinum carne vescentes: quarum tanta magnitudo est, ut singularum superficie habitabiles casas integant, et his navigent cymbis.

Proverbium Græcum est, ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Quod significat: Ex carne testudinis vel multum edendum, vel nihil edendum, quoniam modica in cibis dolores intestinorum facit, copiosa purgat et sanat. A testudinis similitudine dicitur testudo in ædificiis. Virg. 'media testudine templi.' 'Testudinatum ædificium,' fornicibus structum, qualia sub septentrione facienda esse præcipit Vitruvius in VI. In machinis bellicis *testudo* est arietaria cognominata: in qua (ut ait Vitruvius in X.) suspensus erat aries, quæ, auctore Vegetio, vocabulum sumpsit a similitudine veræ testudinis: quia sicut illa modo reducit, modo educit caput: ita machinamentum bellicum interdum reducit trabem, interdum exerit, ut fortius feriat. *Testudo* quoque apud poëtas pro cithara usurpatur. *Beroald.* *De Aristomene testudo factus*] Lib. IX. de adultero sub dolio delitescente: 'Ad instar testudinis alveum succubabat.' *Pric.*

In infimum dejectus] Groslotius Lislæus conjecit *in humum.* Alius *in imum.* Ut ab Edd. Vett. sic ab Pith. Palatino et Guelferb. abest præpositio; quæ in hac locutione posset per Ellipsin suppleri, ut contra in phrasi 'sublime raptus,' et similib. de quibus ad f. lib. IX. 'sublime elatum.' Atque ita utrumque dicitur 'inmensum' et 'in inmensum:' de his agam lib. IV. in f. 'Sic inmensum procedit in dies opinio.' Mox 'æternum' pro, in æternum. Quia tamen Mss. plurimi *in* addunt, aliis videtur ob sequens 'in' excidisse. Ita 'in ultimum' quoque. Vide Burm. ad Vellei. lib. II. c. 125. Mox *bene quietum* desunt Wass. *Oud.* *Infimum dejectus*] In infimam partem. Adverbium est. *Infimatis* dicitur, qui in imo est: sicut *summatis,* qui in summo. Plaut. 'Infimatis infimus.' *Beroald.*

Obliquo aspectu] Ὄμμασι κιβδήλοισιν ὁρῶν. Lib. III. 'Obliquum respiciens,' et 'Obliquato adspectu.' *Elmenh.* *Dum, &c. obliquo aspectu quid rei sit, &c.*] Eod. lib. IX. 'Dum obliquata cervice per quandam fenestrulam quidnam sibi vellet tumultus ille prospicere gestio,' &c. *Pric.*

Operior] Expecto, attendoque. *Beroald.*

Altioris ætatis] Magnas natu, longævas, quarumque ætas vergebat in senium. *Idem.* *Video mulieres duas altioris ætatis*] Sic Saganam majorem cum Canidia maleficiis operantem Horatius inducit: ubi Scholiastes: 'Apparet, aut sororem hanc habuisse minorem se, aut fuisse et aliam Sagænam minorem hac vel ætate, vel censu, vel natalibus.' Non censu nec natalibus crediderim, sed ætate minorem. *Pric.*

Lucernam lucidam ger. una] E contra Petron. Arb. 'Facem fumosam magis, quam lucidam quassans.' *Brant.*

Socratem bene quietum circumstetere] Ovidius Metam. VII. 'Jamque neci similem resoluto corpore Regem, et cum Rege suo custodes somnus habebat, Quem dederat cantus Magicæque potentia lingua. Intrarunt jussæ cum Colchide limina natæ, Ambieruntque torum.' Aristides ἱερ. λόγ. 2. Ἐν τούτῳ τῷ σχήματι στὰς ἔμπροσθεν τῆς εὐνῆς. *Pric.*

Infit illa] Excerpta e vet. gloss. *Infio,* προσκαλῶ. *Idem.*

Panthia] Modo nomen est magæ: alias Panthia fœmina fuit speciosissima, et uxor Abradatæ, cujus amore captus Araspas urebatur intimus: quæ historia facundissime latissimeque perscribitur a Xenophonte in Pædia. Ob hoc nos, in libello Erotico atque Venerio, sub nomine Panthiæ amicam, immo dominam celebravimus. *Beroald.*

Carus Endymion] *Enosmion* vel *Enosimum* in Guelferb. Fux. Palat. Oxon. Petrarch. Pith. cum Edd. Vett. *Endosmion* vel *Endosmyon.* Junt. pr. *Endromion.* Sed verissime ex Beroaldi

conjectura et Juvenali *Endymion* reposuit Philom. Pis. in Ed. Junt. post. Colv. &c. *Oud.* *Carus endosmyon*] Ironicos pronunciandum videtur, et legendum *Hedyosinion*, quod Græce significat dulciculum: nomenque est amatori conveniens, sicut a Plauto blandimenti causa dicitur 'dulciculus caseus.' Præterea ἥδυσμον vocant mentam, herbam hortensem, odoratam jucundamque, ut inde nomen amatoris derivari posse videatur: tanquam odoratus suavisque animæ sit, ut menta est, cujus odor, ut ait Plin. in XX. animum excitat, et sapor aviditatem in cibis. Usus est Plin. hac dictione aliquot in locis. Subjiciam, quod suppetit ad præsens, illud ex XXXV. 'Utuntur et ad quartanas bitumnis drachma hedyosmi pari pondere, cum myrrhæ obolo subacti.' Quid si legas *Charus Endymion:* ut ita appelletur amator, propter Endymionem illum famigeratum, quem Luna dilexit. De quo Propertius: 'Nudus et Endymion Phœbi cepisse sororem. Dicitur, et nudæ concubuisse Deæ.' Sunt auctores, Endymionem primum hominum deprendisse naturam Lunæ multiformem, et ob id amore ejus captum fama proditum. Lego apud eundem Plinium in XIII. *Hedysmata* dici unguenta pretiosa: ad quem intellectum non absurde referri posset hic sensus, ut *Hedysmion* vocetur nomine unguenti, perinde ac suavissimus amasius, pretiosissimusque. *Beroald.*

Catamitus meus] Ganymedes meus, delicium meum. Nam dixerunt *Catamitum* Veteres pro Ganymede, qui fuit Jovis concubinus et deliciolum: auctor Festus. Hinc Lactantius lib. I. 'rapuisse dicitur in aquila Catamitum.' Plaut. in Menæchmis: 'Ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adonium.' Servius quoque Grammaticus pueros meritorios, qui corpore prostituto quæstum faciunt, Catamitos interpretatur. Hinc illa atrox M. Tullii in M. Antonium peroratio: 'O hominem nequam! (quid enim aliud dicam magis proprie, nihil possum dicere) ergo te ut catamitum, neque opinato eum ostendisses, præter spem mulier aspiceret? idcirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti.' *Idem.*

Illusit ætatulam] 'Illudo tibi,' dicimus proprie per dativum: 'Illudo te' figuratum est, si credimus Servio, ita scribenti in enarratione illius Virgiliani: 'verbis virtutem illude superbis.' *Idem.* *Ætatulam*] Lepide dixit *ætatulam*, quæ est puellarum: cum ipsa esset vetula, atque annis obsita, sed quæ tamen appeteret lusus amoresque puellares. M. Varro: 'Properate vivere pueræ, quas sinit ætatula ludere, esse, amare, et veneris tenere bigas:' a Varrone *pueræ* dicuntur, pro puellæ, ex prisca locutione. *Idem.*

Hic qui meis] Addunt substantivum verbum etiam Mss. Palat. Oxon. Reg. Florent. Fux. Par. omnesque Edd. Colvium secuti sunt. Videtur tamen elegantius abesse, et a Librariis constructionem supplendi caussa additum: *Hic est Endymion, hic catamitus, hic qui*. Oud. *Subterhabitis*] *Insuperhabitis* jam expressum erat in Ed. Junt. post. Colviumque secuti sunt Scalig. seu Vulc. Ed. sec. et ceteri. Gell. lib. I. c. 19. 'Confidentiam non insuper habendam.' Lib. IV. 'Non insuper habui discere.' Adi et Brant. ad lib. V. p. 108. *Idem.* *Subterhabitis*] Vel furtim usurpatis; vel posthabitis, et per contemtionem conculcatis. *Beroald.* *Hic est qui meis amoribus insuper habitis, &c.*] 'Nihil iste Deos, nil carmina curat.' Apud Ovidium XI. Metamorphos. 'En ait, en hic est nostri contemptor amoris.' Heliodorus lib. VII. Φιλόνεοι γυναῖκες ἀμείλικτοι γίνονται, καὶ βαρυμήνιδες ἀποτυγχάνουσαι· καὶ τοὺς ὑπερόπτας ὡς ὑβριστὰς ἀμύνονται. *Pric.*

Diffamat probris] Infamat conviciis probrosis. *Beroald.*

Verum fugam instruit] Perverse videtur editum in nota Colviana; nam *etiam* additur vulgo, abest vero a Mss. Lips. Guelf. et Florent. uti et Edd. Junt. Aldi, ipsiusque Colv. Vulc. Scriverii. Rectius. Solet enim hæc conjunctio in talibus omitti. Adi Burm. et me ad Sueton. Cæs. c. 14. lib. IV. p. 66. 'Non fusti tantum, sed machæra perfossus:' vulgo lib. VI. p. 126. 'Non vultum laboresque tantum asini, verum corium,' &c. pluribusque locis, ut lib. II. p. 31. *Oud.* *Fugam instruit*] Parat. Veteres dicebant 'Pedem struit,' pro fugam parat. *Beroald.*

Ulyxi] Sic, vel *Ulyxei*, recte in Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Vulgo de more *Ulyssi* vel *Ulyssei*. Perperam vero est in Ed. Junt. post. *Ulyxis* e Becichemi, ut videtur, Mss. Ep. LXXIII. Græca in *es* vel *eus* passim Latini per *i* vel *ei* contractum efferre solent. Consule Beroald. Græv. ad Cic. II. in Verr. 53. III. 6. IV. 10. 55. 62. V. 7. Heins. ad Ovid. Art. I. 743. Cort. ad Cic. lib. V. Ep. 12. § 16. Comm. Pier. ad Virg. Æn. 224. Viros doctos ad Nep. Epam. c. 1. Alcib. c. 2. 3. ibidem e Mss. in Regibus c. 1. leg. *Hystaspi*. Lib. II. p. 38. *Adoni*. Flor. N. 23. et de Deo Socratis *Socrati*, ac passim in Apologia, licet ibi sæpe mutarint Editores. P. 63. Ed. Pric. *Ulixi socii*. Sic Mss. plerique. P. 66. *Ulixi vota* etiam in Edd. *Achilli* Mss. optimi Prop. IV. 11. 39. Auson. Ep. XXIV. 108. Hoc ipsum *Ulyxi* vel potius *Ulixi* Virg. Ecl. VIII. 70. lib. II. Æn. 7. ubi vide: et sæpe *Ulixi labores* Gell. lib. V. c. 1. Et ita ille fere semper, nec aliter multis locis Mss. Septimii de B. Troj. *Oud.* *Ulyssi astu*] Comparat Socratem, amoris sui desertorem, Ulyssi, qui Calypsonem deseruit, domuitionem ad Penelopem desideranter capessens. *Ulyssi* autem casu patrio, hoc est genitivo, dixit, sicuti Veteres usurparunt, apud quos *Ulysseus Ulyssei* proferebatur, ut docet Priscian. in II. Horatius: 'Remigium viciosum Ithacensis Ulyssei.' Ovid. 'Neritius Machareus comes experientis Ulyssei.' Ex quo videtur scribendum esse *Ulyssei*, et per syncresin proferendum: nisi dicere velis *Ulyssi* pro *Ulyssis*, sicut Virg. dixit *Achilli* pro *Achillis*, euphoniæ causa detracta *s* litera: quæ plerunque (ut ait Servius) pro sibilo habetur, et apud Veteres detrahebatur. Quintilian. in I. sic genitivos *Ulyssi* et *Achilli* fecit, sic alia plurima. *Beroald.* *Astu*] Ἄστυ Græci vocant civitatem, ut Homerus persæpe: sic Athenienses vocabant urbem suam, ut ait Donatus, et indicat Terentius in Eunucho, cum ait, 'An in astu venit?' Probus quoque Æmilius in Alcibiade: 'Postquam astu venit, concione advocata verba sic fecit.' Hinc *astutiæ, astus, astuti* dicti: quoniam qui in urbibus degunt, callidiores sunt in agro degentibus. Interdum *astu* pro *astute* ponitur, et est adverbium: nunc vero nomen. *Astutissimum* autem fuisse Ulyssem, callidissimumque mortalium, quis ignorat? qui a Virgilio 'scelerum inventor' dictus, ab Homero 'polytropos,' a varietate scilicet morum, ingenioque versatili; cujus vita nihil aliud fuit quam versutiarum conciliabulum, et dolorum officina; qui technarum architectus totus erat ex fraudibus astutiisque conglutinatus. *Id.* *Ast ego scilicet Ulyssei astu deserta, &c.*] Apud Claudianum: 'Ast ego deserta mœrens inglorius aula, Implacidas nullo solabor pignore curas.' *Ulyssei astu*, ut apud Petronium: 'Ulyssem astu simillimo vicit.' *Pric.*

Vice Calypsonis] *Æternum* bene defendit Pricæus. Sic supra, 'Glebæ felices æternum libris conditæ.' Supra 'infimum;' licet sensus eodem redeat. Adi Comm. ad Sil. lib. III. 36. XIII. 612. 'æterna Megæra.' Ce-

terum recte Colvius emendavit *deserta, vice C.* quem præivit tamen Editor Junt. post. monitu Becichemi, qui Ep. LXXIII. docuit, Mss. suos habere *deserta vitæ C.* Merito igitur Colvium secuti sunt ceteri; exceptis Elmenhorstio et Florido, qui e vet. lectione *des. sum et Calyps.* novam conflarunt, *deserta sum et vice C.* Huc facit Pith. *d. sum et Alips.* Colvianæ lectioni consentiunt Reg. Flor. et Palat. dans *vite.* In Oxon. et Wass. quoque *vitam et.* Fux. *vite et al.* Quare, nisi alius accusativus hic esset additus, non alienus forem a lectione *vicem*, pro, in vicem, vel vice. Tria enim hæc passim confunduntur et permutantur, ut vel innumeris Nostri locis patebit. Vide Notarum Indicem, et quæ monui in Misc. Observ. V. II. p. 299. Adi et Dacier. Bentl. Cuningh. ad Hor. Ep. XVII. 42. 'Helenæ Castor offensus vicem.' Ernest. in Clav. Cic. v. 'Vicem.' Comment. ad Sueton. Galb. c. 6. Sanct. in Min. p. 738. J. F. Gronov. &c. ad Liv. I. 9. 25. In Plinio, lib. IX. 6. Mss. 'Carinæ vicem inversæ.' Dein more Græco mallet omnino ill. Heinsius *Calypsus* ad Ovid. Art. I. 27. 'Cliusque sorores:' uti e Mss. legendum est in Catalectis Scalig. Arg. Æn. p. 144. 'Hospitioque usus Didus per cuncta benignæ.' Vulgo *Didonis c. benigne.* Vide Burm. ibi p. 378. Vide tamen hic Beroald. et ad lib. II. *Pamphilæ.* Oud. *Calypsonis*] Usus antiquorum Latinorum comprobat, dici 'Didonem,' 'Ionem,' 'Calypsonem:' contra rationem Græcam declinandi, quæ 'Calypsus' pro 'Calypsonis,' 'Calypso' pro 'Calypsonem:' Priscianus auctor in sexto, qui utitur auctoritate Livii Andronici, a quo in Odyssea scriptum est, 'apud nympham Athlantis filiam Calypsonem:' quamvis Phocas Grammaticus reclamet huic declinationi. Cæsar quoque *Calypsonem* ita dicebat, ut Junonem, media scilicet producta: sed (ut auctor est Quint.) auctoritatem consuetudo superavit. Fuit autem Calypso, ut ait Homerus, filia Athlantis: quæ δῖα θεάων, hoc est, generosa Dearum, in insula Ogygia σπέσιν ἐν γλαφυροῖσιν, id est, in antris voluptariis concavisque Ulyssem retinebat amorabunda: quem jussu Mercurii abire, et in patriam redire permisit, quamvis invita et gemebunda: et ita in solitudine relicta, dolenter tulit abitum Ulyssis. Ovidius: 'Ah quoties illum doluit properare Calypso.' *Beroald. Vice Calypsonis æternam solitudinem flebo*] Oxoniensis: *Vitam, et Calypsonis, &c.* vera ne illa altera lectio, et *æternum*, (ut Græcisset) legendum? Sic infra II. 'perpetuum urere.' IV. 'irasci solidum:' et apud Horatium 'servire æternum.' Bene porro a fœmina amatrice 'solitudinem' dictum. De Didone Virgilius: 'Sola domo mœret vacua:' ubi Servius: 'Sola, sine eo quem amabat: nam Regina sola esse non poterat. Est autem Plauti, qui inducit inter multos amatorem positum dicentem quod solus sit: ut Virgilius ipse alibi. Me sine sola vides... quam constabat Antonii castra comitatam: sed Sola, sine amatore suo.' Infra heic lib. V. ubi se in pinnas dat amator Deus: 'At Psyche relicta sola,' &c. *Pric.*

Et porrecta dextra, meque Panthiæ suæ demonstrato, &c.] Lib. IX. 'Porrecta manu sua, demonstrat ei,' &c. *Idem.*

Ac hic (inquit) bonus consiliator, &c.] Lib. V. 'At illæ consiliatrices egregiæ tuæ,' &c. Glossarium: 'Γνωμοδότης, Consiliarius, suasor, consiliator.' In Phædri Apologis, 'Consiliator maleficus.' *Idem.*

Grabatulo succubans] Grut. lib. III. Susp. c. 4. putat scribendum *succuba.* Sed tunc melius scriptum fuisset *grabatuli.* Lib. X. 'Æmulam tori succubamque.' Ovid. Ep. VI. Her. 131. 'Lecti quoque succuba nostri:' ubi omnino vide N. Heins. Vitiose in

Elmenh. Ed. est *grabatus grabatulo s.* Oud. *Grabatulo succubans*] Subjacens. *Beroald.*

Impune se relaturum meas contumelias putat] Lib. VII. 'Senectam infirmitatemque meam despicit, et impune se laturum tantum scelus credit.' *Pric.*

Faxo] Faciam, verbum vetus. *Beroald.*

Immo statim] Correctio est. *Idem.*

Imo jam nunc, &c.] Lib. V. 'At illæ consiliatrices egregiæ tam perniciosi magisterii dabunt actutum pœnas mihi.' In Terentii Heautont. 'At næ illæ haud inultum si vivo ferent, Nam jam, &c.' Apud Senec. Herc. Fur. 'Lycus Creonti debitas pœnas dabit. Lentum est, dabit; hoc quoque est lentum, dedit.' *Pric.*

Faxo eum, &c. ut et præcedentis dicacitatis et instantis curiositatis pœniteat] In Plauti Bacchid. 'Ego faxo haud dicat nactum quem derideat.' Infra lib. IV. 'Jam faxo etiam hujus illicitæ ipsius formositatis pœniteat.' Et V. 'Sed jam faxo te hujus lusus pœniteat.' *Idem.* *Præcedentis dicacitatis*] Qua usus erat Aristomenes, appellando scilicet scortum ipsam Meroën. *Beroald.*

Accepi] Audivi. *Sudore frigido*] Inter signa ægrotantium est frigidus sudor, ut inquit Corn. Celsus in secundo: pejor, si in capite et cervice tantum eruperit, ut refert Hippocrates in Prognosticis. Virg. in Georgic. 'Sudor et ille quidem morituris frigidus hæret.' Item: 'Frigidus e toto manabat corpore sudor.' Haud absimile est illud Plautinum: 'Non temere est quando qui sudat tremit.' *Idem.* *Sudore frigido miser perfluo*] Qui anguntur, timent, et trepidant, iis per membra omnia solet frigidus sudor emanare. Lib. II. 'Frigido sudore diffluens evado:' libro decimo: 'Per universa membra frigidus sudor emanabat.' Virgil. III. Æneid. 'Tum gelidus toto manabat corpore sudor.' Lucianus Eunucho pag. 167. Βαγώας δὲ μᾶλλον ἐταράττετο καὶ παντοῖος ἦν ἐς μύρια τραπόμενος χρώματα, καὶ ψυχρῷ τῷ ἱδρῶτι ῥεόμενος. *Elmenh.* *Sudore frigido*] Infra lib. X. 'Perque universa membra frigidus sudor emanabat.' Seneca Troade: 'Sudor per artus frigidus totos cadit.' Lucretius III. 'Est et frigida multa comes formidinis aura, Quæ ciet horrorem in membris, et concitat artus.' Et antea eod. lib. 'Ubi vehementi magis est commota metu mens, Consentire animam totam per membra videmus: Sudores itaque et pallorem existere toto Corpore, et instringi linguam, vocemque aboriri,' &c. Hesychius: Ἱδρῷ, ἱδρῶτα, (lege ἱδρῶτι,) κατ' ἀποκοπὴν, Ἱδρῷ ἀπεψύχοντο. *Perfluere* heic est quod Luc. XXII. 44. καταβαίνειν. *Pric.*

Tremore viscera quatior] Virg. 'Mihi frigidus horror Membra quatit.' Scholiastes ad Nubes Aristophanis: Τὸ τρέμειν καὶ πάλλεσθαι τῶν ἄγαν εὐλαβουμένων ἐστί. *Idem.* *Sudore frigido miser perfluo, tremore viscera quatior*] Symeon Metaphrastes in vita Joannis Evangelistæ: Ὑδρῶτι πανταχόθεν περιεῤῥεῖτο, καὶ ὑπότρομος ἦν. *Idem.* *Tremore viscera quatior*] Metuentibus cor, cui est viscerum principatus, cum primis palpitare consuevit: unde Plaut. 'Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram, atque in pectus emicare.' Idem in Casina festivissime inquit: 'Cor lienosum opinor habeo, ita jamdudum salit de labore,' &c. Scribit Aristot. in problematis encycliis, metuentes tremere, quoniam deficit calor atque contrahitur: ex quo fit, ut alvus plerisque ob timorem solvatur. Hinc illud Satyrographi: 'solvunt tibi cornua ventrem Cum lituis audita.' Ventrem quoque eorum qui metuunt crepere solitum, idem refert. *Beroald.*

Ut grabatulus etiam succussus et inquietus] Non clare satis vulgatam lectionem proposuit Colvius, quæ ante

ipsum erat, *succussusque sum adeo, ut gr. etiam inquietus.* Quam lectionem, a Ms. Bertin. firmatam, nihilo deteriorem existimo. Satis enim grabatulo videtur tribuere, quod inquietus palpitando saltaverit, scilicet præ succussione sui corporis. Omnes tamen taciti interpolationem Colvii secuti sunt, nec quidquam de Msstorum variatione monent. Immo sic in Palat. et Regio esse, certus sum. Quia vero Roaldus scribit in Fuxensi pro *iniquietus* esse *succussus*, aliquando mihi nata est suspicio, num duæ voces *succussus* et *inquietus* profluxerint e glosssa verioris vocis, *inquies:* de qua vide Elmenhorst. Indicem, et me ad lib. II. 'Corpore ipso ad libidinem inquies.' Sed male proposuit. Est enim in Fux. *succussus et inquietus*, in Pith. *succensus jam eo inq.* Recte vero omittunt Mss. ac Colv. cum seqq. τὸ *adeo*, sæpe negligi solitum, sicut 'ita,' 'tam,' 'tantum,' ante conjunctionem 'ut.' Confer me ad Cæs. lib. III. B. G. c. 14. ubi plurima Nostri loca excitavi. Adde lib. VI. p. 127. 'Tamen loro tenaciter inhærebat, ut,' &c. ubi Pricæus ex unico Cod. frustra malebat *Tam.* Posses ob τὸ *succussus* etiam hariolari olim fuisse, *v. quatior, usque eo, ut gr. etiam inquies s. d.* Consule ad Hirt. B. Afr. c. 56. 'Usque eo, ut telum adjici posset.' Solin. p. 25. 'Oblatos usque eo sprevit:' sic Mss. cum Salm. alii *usque adeo.* c. 42. 'Usque eo celebris.' *Oud. Succussus sum*] Sursum excussus, agitatusque præ formidine. *Succutere* enim et *succussare* est, frequenter excutere succum: unde *succussores* et *succussatores* equi dicti, qui sessorem concutiunt et vexant ex gradu molesto et incondito, dissimiles gradariis, quorum mollis est gradus, et sine succussatura. Lucilius: 'Succussatoris tardi rarique caballi.' Idem: 'Campanus sonipes succussor nullus sequitur.' Hinc et *succussatura* dicta ipsa agitatio vexatioque, quæ fit ab equo succussore: gressum quoque ipsum talis equi significat. *Berould. Ut grabatulus etiam concussus, &c.*] Petronius: 'Ita sternutavit ut grabatum concuteret.' Quintilianus Declam. IV. de homine in somno occiso: 'Sane non habuerit vocem supremam, habet utique palpitationes, et motus, et quicquid totus lectulus sciat.' *Pric.*

At bona] Ironicως. Terent. 'Ille autem bonus vir nusquam apparet.' *Berould.*

Bacchatim discerpimus] Ut Pantheum Bacchæ. Ovidius Metamorphos. III. Pausanias libro II. fol. 89. Lucianus in Peregrino pag. 269. *Elmenh. Bachatim discerpimus.* Dilaniamus, more rituque bacchantium, quæ furore bacchico exstimulatæ, olim Orphea discerpserunt, et Penthea obtruncarunt. Orgia enim Bacchi fiunt a bacchantibus, hoc est, furentibus fœminis: unde ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, a furore, orgia dicta sunt: unde et a bacchantibus Bacchum dictum esse autumat Diod. Inde *bacchari* significat furere. Virg. IV. Æn. 'Sævit inops animi, totaque incensa per urbem Bacchatur,' id est, ut exponit Serv. 'furit more bacchantum.' Loca quoque, in quibus sit debacchatum, bacchata dixerunt. Virg. in II. Georg. 'et virginibus bacchata Lacenis Taygeta.' Plaut. in Aul. *Bacchanal* vocat locum furoris et vesaniæ, sic scribens: 'Ad bacchas inveni bacchanal coquinatum:' et mox paulo: 'Aperit bacchanal, adest.' *Berould.*

Membris ejus destinatis] Glossarium: 'Destinat: περιστᾷ.' An 'destinatis membris,' id est, vinctis colligatisque? Hoc certe Apuleio 'destinare.' Lib. IV. 'Arrepto loro me ad ansulam quamdam destinatum rursum cædendo confecissent:' et: 'Nobis ante fores loro valido destinatis.' Lib. VI. 'Lorum, quo fueram destinatus, abrumpo.' Apollinaris

Sidonius lib. I. Epistolarum: 'Captus destinatusque pervenit Romam:' qui hujus scriptoris diligens imitator. Sed illud περισπᾷν huic loco videtur convenire magis. *Colv.* Περισπᾷ non est 'destinat,' sed 'distinet,' seu distendit, ut Glossas bene corrigit G. Vossius. Vitruv. lib. X. c. 17. 'cum eisque distineutur, ne moveantur,' in Mss. aliquot *distendunt:* de qua commutatione et verbo *destinare* vide ad Liv. lib. V. c. 20. et Cæs. lib. III. B. G. cap. 15. 'Antennas ad malos destinaverant.' Lib. VII. 22. 'falces destinaverant.' Lib. I. B. Civ. 25. 'Has quaternis anchoris destinabant.' Nostro lib. VI. p. 130. 'destinata vinculis:' ubi in Mss. *distenta.* Lib. VII. 148. 'me de ilicis ramo destinato.' Lib. VIII. p. 264. 'de quercu destinatam:' nec aliter leg. Ms. in Vitruvio lib. V. c. 12. 'Arcæ stipitibus robusteis' (Vide lib. II. c. 1. III. 3. et ibid. inferius) 'et catenis inclusæ, in aquam demittendæ destinandæque firmiter.' Forsan et lib. X. c. 5. 'tignum quod erigitur et destinatur retinaculis quadrifariam.' Vulgo *distinetur.* Mss. Voss. et Franek. *distenditur.* Oud. *Membris destinatis*] Deligatis: prope peculiariter significat hoc apud Appuleium id verbum *destinare*, sicut infra frequenter. Interdum *destinare* significat emere, et idem quod *præstinare*, Lucilio et Plaut. *Beroald.*

Re ab se] Corrigo, *reapse:* hoc est, re ipsa, ut Veteres dicebant. Pacuvius: 'Si non est ingratum quod reapse feci.' Sensus est: Ex re ipsa, inquit, magis quam ex fabula Socratis sermocinatione, cognovi Meroën merito nominari a mero, scilicet cujus esset avidissima. *Hic*, Aristomenes. *Idem.*

Saltem] Particulam hanc *Saltem* quidam autumant, si aliter: idque ipsum dici pro defectione: tanquam plena sententia sit: si aliter non potest. Fuerunt et qui dicerent, *salutem* dici, *U* media litera extrita, *salutem* ante dictum, quod nos *saltem* diceremus: nam cum alia quædam petita et non impetrata sunt, tum solemus (inquiunt) quasi extremum aliquid petituri, quod negari minime debeat, dicere, Hoc saltem fieri aut dari oportere: tanquam salutem postremo petentes, quam et impetrari certe et obtineri sit æquissimum. Sed hæc A. Gellio videntur esse commentitia, ideoque lib. XI. censet amplius quærendum. *Miselli hujus*, Socratis. *Idem.*

Contumulet] Sepeliat. *Humo.* Antiquissimum sepulturæ genus id fuit, ut humo injecta corpora contegerentur. Redditur enim terræ corpus, et quasi operimento matris tegitur: unde *humati* dicuntur, humo contecti: *sepulti* vero, et *siti*, quoquomodo conditi. Locus autem ipse nihil habet religionis, priusquam injecta gleba est tumulis: et tunc *humatus* vocatur, et religiosa jura complectitur: auctores Plin. et M. Tullius lib. II. de Legib. Hoc genus sepulturæ tetigit Virg. illo versu: 'Eripe me his invicte malis, aut tu mihi terram Injice, namque potes.' In eandem sententiam est illud Horatianum: 'Licebit Injecto ter pulvere curras.' *Idem.* *Parva contumulet humo*] Ovidius: 'Parva tumulatus arena.' Nonnus de Josepho Arimath. Ἰησοῦν ὀλίγῃ ψαμαθώδει θῆκε χαμεύνῃ. De Philippo ad terram lapso Plutarchus: Ὡς εἶδε τοῦ σώματος τὸν τύπον, ὦ Ἡράκλης, εἶπεν, ὡς μικροῦ μέρους τῆς γῆς φύσει μετέχοντες, ὅλης ἐφιέμεθα τῆς οἰκουμένης! Et nota *contumulet*, non *sepeliat.* 'Nec enim sepultum hunc dicere possumus, cujus sepultura non sit rite perfecta, sed fortuita est terra obrutus.' Sunt verba eruditissimi Servii ad III. Æneid. *Pric.*

Per jug. sin. cap. tenus] Tale quid narrat Burchardus Wormaciensis Episcopus Libro decimo nono de *pœnitentia* sive *medicina animarum:* 'Cre-

didisti, quod multæ mulieres retro Satanam conversæ credunt et affirmant verum esse, ut credas, in quiete noctis silentio cum te collocaveris in lecto tuo, et marito tuo in sinu tuo jacente, te, dum corporea sis, januis clausis exire posse, et terrarum spatia, cum aliis simili errore deceptis, pertransire valere, et homines baptizatos et Christi sanguine redemptos sine armis visibilibus et interficere et de coctis carnibus eorum vos comedere, et in loco cordis eorum stramen aut lignum aut aliquid hujusmodi ponere, et comestis iterum vivos facere, et inducias vivendi dare. Si credidisti, XL. dies, id est, carrinam in pane et aqua cum VII. sequentibus annis pœniteas.' *Elmenh.* *Per jugulum sinistrum*] Plin. in XI. 'Terrestrium,' inquit, 'solus homo bipes, uni juguli, uni humeri, cæteris armi.' Duplex autem est jugulum: dextrum et sinistrum. Corn. Celsus in VIII. 'A dextro jugulo, si id fractum est, ad alam sinistram: a sinistro, ad dextram, rursusque sub ala sua fasciari debet.' Ovid. 'Perque latus summum jugulo est exacta sinistro.' Et quia juguli locus maxime mortifer est, inde fit *jugulare*, quod non solum de ferro dicitur, sed etiam de morbo. Idem Celsus: 'Quartana neminem jugulat.' Quid sit 'petere jugulum' in causis forensibus, in commentariis Suet. leges explanatum. *Berould.*

Capulo tenus] Sic Virg. 'et lateri capulo tenus abdidit ensem.' Est enim capulus, manubrium gladii, ex eo dictus, quod manu capiatur. Tradit Plin. Indos ex sardonyce gemma capulos factitare. Capulum quoque Veteres dici voluerunt sarcophagum, id est, sepulchrum, quod corpora capiat. Plaut. in Asin. 'Ut osculatur carnifex capuli decus:' et dicit mox Appul. in IV. 'Ibi capulos carie et vetustate contectos, quos inhabitant pulverei mortui.' Inde 'capularis senex,' capulo dignus, et capulo proximus. Lucilius: 'Incedit capulare cadaver.' Idem Plaut. 'capulare stamen' appellat filum Parcarum, pertinens ad senem et Acheronticum hominem: sic enim ab eodem vocatur, qui jamjam Acheronta et manes est ex senio petiturus. Quidam capulum accipiunt pro feretro, quo cadavera efferuntur. *Idem.*

Gladium totum ei demergit] In Historia Judicum III. 22. 'Infixitque eam' (sicam) 'in ventre tam valide, ut capulus sequeretur ferrum in vulnere.' *Demergere*, ut infra II. 'Ac singulis, ut quemque colluctantem offenderam, altissime' (gladium) 'demergo:' quod Polycarpiani martyrii Scriptori ξιφίδιον παραβῦσαι. Et nota heic 'totum gladium.' Claudianus Bell. Get. 'Altius haud unquam toto descendimus ense In jugulum Scythiæ.' *Pric.*

Et sanguinis eruptionem, &c. ita ut nulla stilla compareret usquam] Infra lib. IV. 'Multis laciniis offulto vulnere, ne stillæ sanguinis vestigium proderent.' Et bene heic, 'eruptionem.' Quintilianus I. Declam. 'Tunc ex omni vulnere cruor profluit et effunditur, cum ferri recentem viam sequitur.' *Idem.*

Uterculo] Miror, Florentini codicis lectionem *vasculo* non solum ab Elmenhorstio, sed et Scriverio, Pricæo, et Florido esse receptam. Dixit quidem auctor lib. II. p. 25. 'cibarium vasculum.' Lib. XI. 'aureum vasculum:' unde si Mss. plerique hic etiam ostentarent, non damnarem. Sed nunc existimo rarioris vocis esse glossam. Regius enim Pith. Fux. et Palat. cum Edd. priscis præbent *uterculo.* At cum ceteris Coll. Wass. *utriculo.* Quod placet. 'Utriculus' est parvus uter seu sacculus: unde 'utricularii' Suetonio in Ner. c. 54. et 'utricida' lib. III. infr. Uterculus vero est parvus uterus seu ventriculus, hic locum non habens: *admoto* caret Fux. *deligenter* est in Edd.

Bert. Junt. pr. *Oud.* *Uterculo.*] Pusillum utrem significat, sive vesicam. Similiter Plin. uterculos vocat in apibus ventriculos in quos congeritur mellis liquor acris. *Beroald.*

Stilla] Gutta. Interrogatus Rhemnius Palæmon, quæ differentia foret inter guttam et stillam: 'Gutta,' inquit, 'stat: stilla cadit.' Stillaticiam resinam vocant, quæ ruffo colore lentescit: ex eo, opinor, quod guttatim distillaret. *Idem.*

Nam etiam] Probat *ac* Sciopp. Susp. Lect. IV. 6. et edidit *ac etiam* Scriverius, ut duas ejusdem significationis particulas hic quoque junxerit Auctor, ut 'En ecce,' 'Ergo igitur,' 'Vulgo universi.' Vide supra p. 29. Sed præterquam quod *nam* sæpissime transitioni inservit, haud credo, Appuleium, secus ac solent alii Scriptores, *ac* præposuisse vocali, ut saltem scribendum foret *et* vel *atque etiam.* Adi me omnino ad Suetonii Cæs. c. 26. Vulgo quidem lib. II. p. 26. 'Ac in contrariam gratiam variat adspectum.' Sed in aliis *at* pro *atque.* Lib. VI. p. 121. 'ac in ipso ore:' sed in Pal. *etiam.* In Philos. Mor. p. 611. Ed. Flor. 'Ac inhumanissimus.' Sed Ms. Voss. *Et.* In Apolog. p. 98. Ed. Pric. 'Ac in segete.' Item in nonnullis lib. VII. p. 134. 'ac inmodice,' contra Mss. p. 143. 'ac ego.' *Oud.*

Ne quid demutaret, credo, a victimæ religione] Venustissime tangit ritum vetustum et sacrum in extis extrahendis victimarum. Lucianus de Sacrificiis: καὶ ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ἐκεῖνος, ἀνατέμνων, καὶ τὰ ἔγκατα ἐξαίρων, καὶ καρδιουλκῶν, καί τι τῷ βωμῷ περιχέων. Petronius Arbiter Satyrico: 'Recluso pectore extraxit fortissimum jecur, et inde mihi futura prædixit.' *Colv.* *A victimæ religione*] In immolatione victimarum solet victimarius viscera interiora educere, ut aruspex ex eorum contemplatu ac inspectione prænoscat prædicatque futura. Quod disciplinæ genus aruspicinam vocant, et extispicium. Itidem nunc, tanquam aruspicina fiat, expromitur ex interioribus visceribus cor Socratis, sicut ex victima revelabat aruspex. *Beroald.* *Ne quid demutaret a victimæ religione, &c.*] 'Servatur omnis ordo, ne tantum nefas Non rite fiat.' Zeno Veronensis: 'Et, ne quid minus ab hostia videretur, pedem ligatura destringit.' *Pric.*

Ad viscera penitus] *Penita* legendum videtur Pricæo, sicut Adjectivum *penitus* passim inculcare conantur viri docti, antiquatis nimis indulgentes, ut lib. V. p. 93. 'præcordiis penitus nutrirent invidiam:' ubi vide Stewech. et ad Arnob. lib. II. p. 71. Burm. ad Ser. Samm. vs. 45. 'penitis hærens injuria lumbis.' Adde Beroald. ad lib. VI. p. 118. Colv. ad lib. VIII. p. 157. 'penitus in medullis.' Pric. ad lib. XI. 'penita mente,' &c. Ubi Mss. addicunt, non damno; immo id restituo Solin. c. 32. e Ms. Vaticano et Accursii: 'Nibyris in Cæsariensi penita prorum pens.' sc. Mauritania intima. Vulgo, *Cæsariensi specu, specie;* ut in plerisque Mss. Huls. *Cæsariensis parte.* In Leid. pr. C. *spatium.* cum Delr. Salm. *Cæsariensis pede.* Sed id ubique contra Mss. intrudi nolim. Hoc enim pacto, adverbium *penitus* e lingua Latina fere tolli posset. Certe in Cicerone nil mutem. Ibid. enim c. ult. 'inclusum penitus in venis et visceribus:' non *penitis.* In Fux. est *ad instar penitus.* Oud. *Immissa dextra ad viscera penitus, &c.*] Seneca cap. 22. ad Marciam: 'Lacerationes medicorum ossa vivis legentium, et totas in viscera manus demittentium.' Pro *penitus penita* legendum videtur, ut dudum pag. 89. ad Apologiam dixi. Cicero I. Catil. 'Et ea penitus animis vestris mentibusque mandate.' Repono, *penitis animis, &c.* Pric.

Cor miseri contubernalis, &c.] Vide Hesychium in καρδιουλκία, et Suidam

in καρδιωσάμενος. *Idem.* *Contubernalis mei*] Socratem signat, cum quo sibi contubernalitas erat: sic enim Cyprian. appellat jus contubernii. *Beroald.*

Protulit] Extulit in apertum, et ex penitioribus præcordiis exprompsit. *Idem.*

Teli] Modo gladium significat, ut apud Virg. Silium, et cæteros poëtas frequenter usurpatur: alias *telum*, quicquid longe jaci potest, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν: et ut scriptum reliquit Caius jurisconsultus ex interpretatione legum 12. Tabularum, teli nomine significatur omne quod manu mittitur: unde lignum et lapis, et ferrum hoc nomine continetur. *Idem.*

Incertum stridorem] Suidas in λαρυγγιῶ: Τμηθείσης τῆς φάρυγγος, οὐκ οἷόν τε φωνὴν προΐεσθαι. ‘Incertus stridor’ hic est qualem Seneca ‘incertum murmur’ vocat. ‘Cervice cæsa truncus in pronum ruit, Querulum cucurrit murmure incerto caput:’ et Noster libro VIII. ‘incertum sermonem.’ ‘Balbutiens incerto sermone perefflavit virilem animam.’ At melius hoc loco *stridorem*, non *sermonem* dixit. Solinus cap. 34. de Troglodytis: ‘Ignari sermonis, strident potius quam loquuntur.’ Hieronymus: ‘Ipsum stridorem, quo mortalium vita finitur, in laudes Domini convertebat.’ Noster lib. X. ‘Adtritu dentium longo stridore edito, ante ipsos Præsidis pedes exanimis corruit.’ *Pric.*

Et spiritum rebulliret] Obluctantem in somno occisi animam non male expressit. Quintilianus II. Declam. ‘Nam quod dormiens occisus est, non est quod sic æstimetis, tanquam per illam quietem transierit in mortem. Sit aliquid necesse est inter soporem mortemque medium: nec potest jungi tanta diversitas, cum sit somnus ipse pars vitæ. Non multum interest quietem ratio vitæ rumpat an mortis. Hominem qui dormiens occiditur, ipsa mors excitat. Sane non habuerit vocem supremam, habet utique palpitationes, habet motus, et quicquid totus lectulus sciat.’ Pro *non multum interest* legerim *nonne m. i.* interrogative: vel *nam m. i.* Idem.

Spiritum rebulliret] Quasi per bullas æstuantes refunderet. *Ebullire* est fervescere, et *rebullire* refervescere. *Beroald.*

Quam maxime patebat] Errant viri docti *qua* vulgo substituentes: *quam* est bene in Flor. Lips. Reg. Pith. Edd. Bas. pr. Colv. Vulcan. utraque, et recte exponit Roaldus. Non enim offulciebat spongia vulnus, ubi maxime patebat, sed totum, quantum patebat. Adi omnino ad Hirt. lib. VIII. B. G. 42. ‘Quam quisque poterat maxime insignis:’ ubi eadem, ut passim, est confusio. *Oud.*

Spongia effulciens] Septimus casus est, et significat Panthiam spongia obturasse occlusisseque ipsum vulnus. *Offulcire* enim est, fulciendo sarcire, implere, obturare. *Beroald.*

Spongia in mari nata] Spongiarum tria genera celebrant scriptores: nascuntur in petris: fracturæ et vulnera spongiis utilissime foventur; vulnerum inflammationibus imponuntur, sanguinis profluvium sistunt ex aceto aut frigida. Medici Africanas laudant, quarum firmius sit robur: et Rhodiacas, quæ ad fovendum molliores sunt. Poly. auctor est, super ægrum suspensam spongiam quietiores facere noctes: de his satis multa Plin. in IX. et XXXI. qui spongiam animal esse autumat, et inter aquatilia marina percenset. Sensus Apuleianus est: Ait Panthia: o spongia, quæ marina es, noli transire per fluvium: hoc est, cum ad amnem bibendi causa accesserit Socrates, egredere et exili, ne aqua amnica sive fluviali contingaris: quod infra factum esse monstrabitur. A *spongia* verbum fit *spongiare*, quod significat

spongia extergere: quo frequenter utitur Apitius. *Idem.* *Spongia in mari nata*] Philo in de Confus. Ling. Ἐξ ὕδατος ἡ σπογγιᾶς γένεσίς ἐστι. *Pric.*

His editis, ab imo] *Ab imo* habent Mss. omnes, item Becich. Ep. 73. et Ed. Junt. post. Sed quomodo removeri potuit grabatulus *ab imo*, qui jacebat super corpus Aristomenis, ut supra dixit? Vide num Appuleius reliquerit: *His editis, atque una remoto gr.* i. e. simul cum dicto. Ac video nunc favere quoque Pithœanum, qui servavit *una*. *Oud.*

Varicus] Haud displicet *varicitus.* Vide Sciopp. Susp. Lect. II. 4. Salmasius vulgatum ratione carere dicens ad Solin. p. 663. scribi vult *varitus* a *varus*, ut ab *imus imitus*, a *primus primitus*, cui accedit Tollius. Sed editum defendit N. Heinsius ad Ovid. l. III. Art. 304. 'Ingentes varica fertque gradus:' cui accedo. Glossæ: 'Varicat, ὑπερβαίνει.' *Idem.* *Varicus residentes*] Adverbium est, significatque cruribus divaricatis divisisque: quod fieri solet a fœmina micturiente. *Varicare* enim est, crura aperire, disjungere, extendere, et diversum separare. Quint. in XI. 'Varicare supra modum et stando deforme est, et accedente motu prope obscœnum:' inde 'varica fœmina' dicta ab Ovid. quæ non tam incedit quam ambulat gradibus prægrandibus gradiens: quod fœminam parum decet. Versus Ovid. ex poëmate Erotico hic est: 'Ambulat, ingentes varica fertque gradus.' 'Divaricare' quoque significat distendere, et in diversum separare: quod a prostitutis meretricibus fit. Hinc ait Hier. in epistola ad Eustach. 'Divaricabit pedes suos omni transeunti,' quod transtulit ex Ezechiele propheta, qui in Instrumento veteri sic inquit: 'Divisisti pedes tuos omni transeunti, et multiplicasti fornicationes tuas.' Marcel. 'Cruribus innexis divaricatum sine spiramento ullo adusque prætorium traxere præfecti.' *Vari* quoque dicuntur homines obtortis plantis: unde et 'varices venæ' dictæ in suris, inversæ vel obtortæ, ut Nonius M. refert. M. Varro lib. II. de Re Rust. scribit, 'canes esse debere cruribus rectis, ac potius varis, quam vaciis:' idem M. Varro lib. V. Latinæ linguæ: 'Si quis puerorum,' inquit, 'per delicias pedes male ponere atque imitari vacias cœpit, hos corrigi oportere, si concidat: contra si quis consuetudine ambulandi jam factus sit vacia, aut compernis.' *Vaciæ* autem (ut id quoque Varronianum verbum obiter explicemus) contrarii sunt varis, et in exteriorem partem inflectuntur. Hinc *vaciæ* apud Rom. cognominati, ut refert Plin. quorum scilicet crura erant obtorta: et Seneca in epistolis moralibus meminit cujusdam Servilii Vaciæ qui nulla alia re, quam otio notus, in villa consenuit: et hoc unum felix habebatur, de quo dicere solebant homines synchroni, hoc est, contemporanei: 'O Vacia, tu solus scis vivere.' *Valgum* etiam intortum a Veteribus dictum, et *vatrax* et *vatricosus*, qui erant pedibus vitiosis. *Beroald.*

Vesicam exonerant] Onus vesicæ est lotium sive urina, quæ exoneratur micturiendo. Omnia animalia quæ vesicam habent, alvum etiam habent, at vero quæ alvum habent, non et omnia vesicam possident. Humidi excrementi conceptaculum vesica est, sicci alvus: auctor Aristot. in I. de Animalibus. 'Vesicæ fœminarum,' ut ait Plinius, 'junctus uterus est, quam vulgo matricem vocant:' vesicæ morbum stranguriam appellant: quo vesica exonerari non potest, et ægre lotium it, fitque *substillum:* ita enim appellat Cato urinæ difficultatem. *Idem.*

Madore] Nomen est a *madendo* inclinatum, ut *fluor* a *fluendo*. Se autem profluvio urinæ, veluti per syphones emanantis, madefactum sig-

nificat. *Idem*.

Perluerent] *Proluere* plerumque est leviter adspergere. *Perluere* totum madefacere, licet hæc composita frequenter commutentur, ut in Colum. lib. VI. c. 8. 'Tum vino perluitur os.' Ms. Sang. *prol.* Burm. ad Æn. I. 737. 'pleno se proluit auro.' Mox 'lotio perlutus.' Plin. l. X. c. 44. 'Ædem pleno gutture ac madentibus pinnis perluunt atque purificant.' Adi ad Cæs. l. VI. B. G. c. 21. 'in fluminibus perluuntur.' Sed tamen de Mundo ait p. 736. 'Imbribus a contagione proluitur terra.' p. 748. 'Abruptis imbribus prolutas esse regiones:' ex Virg. G. I. 48. 'proluit insano contorquens vertice Silvas Eridanus:' ubi male *proruit* quidam. Vide et lib. III. G. 543. XII. Æn. 686. Colum. II. c. 18. *Oud.*

Commodum] Vix tunc, tunc, eoque ipso temporis momento: id enim significat hoc adverbium, ut supra demonstravimus. *Beroald.*

Postes ad repagula redeunt] In ostio duo sunt postes, qui cardinibus continentur, et repagulis clauduntur: sunt enim 'repagula,' quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut contrario pangantur: hæc et 'repages' dicuntur M. Tul. in primo de Divin. Herculis valvæ clausæ, repagulis subito seipsæ aperuerunt: inde 'repagula' pro omnibus claustris obicibusque usurpantur. Lucanus de equo cursore loquens, 'Pedibusque repagula laxat.' *Idem.*

Etiam nunc] Nitidior lectio est, et tersior, *Etiamnum:* quod Veteres usurpant pro etiam, qua dictione scatet Plinius. *Idem.*

Inanis] Merito defendit Pricæus τὸ *inanimis*, aut, quod malo cum Ms. Bertin. Edd. Colin. et Scriv. *inanimus*, præ terrore. Supra, 'ventos inanimos,' &c. *Inanis*, quod Bas. Lugd. Colv. et Vulc. pr. habent, in Mss. est Pith. Reg. Fux. Pal. Verum vestimentis aut reculis suis omnibus non erat exutus Aristomenes. *Nudus* potest dici, quia exteriorem tunicam, unam e duabus suis laciniis, dederat Socrati p. 5. Notum enim est, passim *nudos* dici haud modo qui non sunt armati, sed qui tantum interiore tunica sunt induti. Vide Cup. Obs. l. VII. Pric. ad l. X. p. 233. et alios. Immo vox *nudus* non comparet in Pithœano. *Oud.* *Inanimis*] Quasi sine anima, nulla respiratione, nullo anhelitu, qui indicat animal vivere. Argumentum enim apud Dialecticos est et oratores, quod recurrit, et retrorsum idem valet: ut, Vivere hominem qui spirat, et spirare qui vivit. 'Inanima' Veteres dici voluerunt, quæ sine anima sunt, nec spirant: vulgo 'inanimatum' vocant, Græci ἄψυχον. M. Tullius: 'Quæ ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum et argentum:' sic et homo inanimis, qui sine anima et spiritu est vegeto et vitali: tales sunt intermortui, et ingenti pavore perculsi: talem fuisse se significat Aristomenes. *Beroald.*

Lotio perlitus] *Perlutus* hic et lib. II. omnino est legendum; ut illic Mss. et Edd. plurimæ, et hic editores post Colvium, excepto Pricæo, recepere, (in Wass. *per littus*) quia agitur de lotio et materia liquidiore. *Perlitus* rectius dicitur, si de cœno, luto, cruore, et metallis ac solidioris rei sordibus sermo sit, ut lib. III. init. 'cædis cruore perlitum.' Alibi de unguedine, melle. Vide ad lib. VIII. 'Totum melle perlitum:' et de hac τοῦ *linere* cum compositis significatione vide N. Heins. ad Ovidii lib. III. Art. 232. et Burmann. ad Vellei. lib. II. cap. 22. *Oud.* *Et lotio perlitus*] Urina perfusus. lotium enim urinam Veteres dixerunt. Columella: 'Stercore suillo et humano lotio veteri radices rigato.' Suetonius in Vespasiano: 'Hæc e lotio est.' *Perlitus* autem ea figura dicitur, qua 'illitus' et 'delitus:' sicut enim a 'delino' 'delitum' nascitur, quod grammatici

Probus et Caper comprobant, sic ab 'interlino' 'interlitum' inclinatur. M. Tul. 'Tulit moleste, quod literæ delitæ sunt mihi a te redditæ.' Idem in quarto Verrinarum: 'Tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas atque interlitas esse clamant.' Ulpianus tit. ad legem Aquilam de falsis legis Corneliæ pœna damnari scribit eum, qui testamentum deleverit, interleverit, resignaverit dolo malo. *Beroald.*

Recens utero matris editus] Vide notata ad Arnobium lib. II. fol. 46. *Elmenk.* *Quasi recens*] Modo adverbium est, pro *recenter:* alias nomen. Virg. in Georgicis: 'Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.' Exposuit Servius, 'recens,' 'statim.' Divus August. in lib. de grammatica, citat hoc Maronianum, et exponit recens: 'id est, recenti tempore.' Verbum est vetus 'recentare,' quod significat renovare, et iterum fieri recens: ut Nonius Gelliusque notificant. Hinc illud Cn. Marii in Mimi iambis: 'Jam jam albicascit polus, et recentatur.' *Beroald.* *Utero matris editus*] Significat se ita madentem fuisse, sicut infantes sunt, cum primum ex utero materno egrediuntur, involuti secundis, rubentes, scilicet erumpente menstruo, et perliti profluvio sanguinis pariter egredientis. Hinc illud Satyrici poëtæ: 'modo primos incipientem Edere vagitus, et adhuc a matre rubentem.' Albius imperator, auctore Julio Capitolino, exceptus est utero candidissimus, contra consuetudinem puerorum qui nascuntur, et solent rubere: unde Albius est dictus. *Idem.* *Inanimis, &c. quasi recens utero matris editus, &c.*] Lucretius: 'Ut sævis projectus ab undis Navita, nudus humi jacet infans, indigus omni Vitai auxilio, cum primum in luminis auras Nixibus ex alvo matris Natura profudit.' Ex eo Lactantius (de Opif. c. 3.) 'Hominem contra, nudum et inermem tanquam ex naufragio in vitæ hujus miserias projici et expelli.' Tertullianus in de Carne Christi: 'Horres utique infantem cum suis impedimentis profusum et oblitum.' Plutarchus in de prolis amore: Οὐδέν ἐστιν οὕτως ἀτελὲς, οὐδὲ ἄπορον, οὐδὲ γυμνὸν, οὐδὲ ἄμορφον, οὐδὲ μιαρὸν, ὡς ἄνθρωπος ἐν γοναῖς ὁρώμενος. Idem in περὶ Τύχης: Μόνος ὁ ἄνθρωπος, &c. γυμνὸς, καὶ ἄνοπλος, καὶ ἀνυπόδητος, καὶ ἄστρωτος ἀπὸ τῆς φύσεως ἀπολέλειπται. Pro *inanimis* reponunt, *inanis, impannis,* et quæ nescio alia: cum potius *inermis* legendum videatur. Seneca ad Marciam: 'Quid est homo? imbecillum corpus, et fragile, nudum, suapte natura inerme.' Adverte et ad Plutarchi Lactantiique locos paulo supra adductos: at vera est *inanimis* lectio: id est, (ut IX. loquitur) 'pavore exanimis:' aut (quia de recens edito agitur) 'tanquam sine anima.' Cicero V. de Finibus: 'Parvi primo ortu sic jacent, tanquam omnino sine anima sint.' Nec tacendum quod et *inanimis* legit Oxon. Ms. Gloss. 'Νεωγνὸν, recens partu.' *Pric.*

Immo vero] Frustra Sopingius margini adlevit *vel immo.* Vulgatum mere est Appuleianum. Supra: 'immo statim, immo vero jam nunc.' Lib. X. 'immo forensia pecora, immo vero togati vulturii.' Lib. II. init. 'Immo vero cruciabili desiderio stupidus.' p. 29. 'immo vero mercedes opimas.' p. 30. 'diram, immo vero Ulixeam peregrinationem.' Adde p. 34. 35. l. VII. p. 139. l. VIII. bis. p. 163. l. IX. p. 191. Sic et 'immo enimvero,' in Flor. N. 16. *Oud.*

PAG. 14 *Verum etiam ipse mihi supervivens*] D. Cyprianus sermone de lapsis: 'Animam tuam misera perdidisti, spiritualiter mortua supervivere hic tibi, et ipsa ambulans funus tuum portare cœpisti, et non acriter plangis, non jugiter ingemiscis?' Aliter Sidonius Apollinaris lib. IX. Epist. 9. 'Quique viventibus non defuturus post sepulturam fiet per ipsa, quæ scripsit, sibi superstes.'

Brant. Ipse mihi supervivens] Seneca cap. 3. de Tranquill. 'Ultimum malorum est, ex vivorum numero, antequam moriaris, exire.' Tacitus Annal. XIV. 'Præsagio malorum jam a vivis' (lege, *e vivis*) 'exempta, nondum tamen morte acquiescebat.' Idem in Agricolæ vita: 'Non modo aliorum, sed etiam nostri superstites sumus.' Tertullianus de luce: 'Rescindens sepulturam suam, tenebras: hæres sibimet existens.' Elegiastes ad Liviam, 'Et sensi exequias funeris ipse mei. *Pric. Supervivens*] 'Supervivere' is dicitur, qui cum jam mortuus videretur, refocillatus respiravit ac veluti revixit. *Beroald.*

Et postumus] Fortunatus ad Gregor. Turon. 'quasi sibi postumi vivere creduntur.' *Brant. Et posthumus*] Eleganter se *posthumum* sibimet ait fuisse Aristomenes, tanquam post mortem renatus sit: sicut *posthumos* illos vocant, qui post mortem patris nascuntur, quasi post humationem parentis nati sint, ut interpretatur Servius, enarrans illud Virgilianum e sexto Æneidos: 'Sylvius Albanum nomen, tua posthuma proles.' Ceselius tamen in commentario lectionum antiquarum: 'Posthuma,' inquit, 'proles non eum significat, qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est.' Ceselium refellit A. Gel. libro secundo Noctium Atticarum. Hinc fit verbum *posthumare*, quod significat postremo loco esse, quasi post humationem antecessorum. Tertullianus in apologetico ait: 'Cæteri quoque Moysi posthumant:' id est, Moysi posteriores sunt. Sidonius Apollinaris decenter 'posthumam' dixit 'ætatem,' pro postera et sequente. *Beroald.*

Destinatæ jam cruci candidatus] *Donata j. cruci* Pith. Fux. *damnatæ jam cruci* c. exstat quoque in Regio ac Guelferb. ut infaustum et infelix crucis lignum innuat. Sed videtur mihi natum ex interpolatione vel glossa *crucis candidatus*, i. e. *damnatus cruci*. Sed Beroaldus optime exposuit et exemplis illustravit *crucis candidatum*. Capiendum autem *destinatæ* pro certo me manentis, mihi decretæ et statutæ. Vide Duker. ad Flor. l. II. c. 18. 'destinata morte.' Lib. IV. c. 7. 'imminentia cladis destinatæ signa.' Sic etiam Mss. Leidd. Forte *minitantia*. Justin. lib. VIII. c. 3. 'fratres olim destinato supplicio tradit.' Quod ex unico Cod. in *destinatos* non mutem cum Celeb. Burmanno ad Valer. Flacc. l. II. vs. 485. licet certum sit ita rectissime dici, ut hic 'destinatus cruci' potuisset scribere Auctor. Sed *destinatæ* maluit, ut l. VIII. in f. 'destinatæ lanienæ cultros acuebat.' L. XI. 'Esse quemquam tam perditæ mentis, vel immo destinatæ mortis.' Estque verbum de reis et damnatis proprium. Vide Burm. ad Æn. XI. 129. 'me destinat aræ.' In Oxon. et Coll. Wass. omnia hæc desunt. *Oud. Candidatus*] Sicut *candidati* dicuntur petitores magistratuum, a toga candida, quam petitores induebant, ita 'candidatus crucis' eleganti translatione dicitur is qui petit crucem: hoc est, qui futurus est jamjam crucifixus, et (ut Veteres dicebant) 'directus:' a Quint. dicitur 'candidatus eloquentiæ,' qui eloquentiam auspicatur. Ab altero seniore Quint. 'candidata sacerdotii,' quæ petit sacerdotium: ab Hieronymo 'candidatus fidei,' qui ad fidem instruitur: a Plin. panegyrista, 'candidatus gloriæ, et immortalitatis.' De candidatis, et toga candida affatim scripsimus in primo Tranquilli commentario. Unde munus candidatorum M. Tullio dictum, pro omni officio et labore petitorio: et Plautino sale 'crucisalus' dictus candidatus crucis, quasi in crucem saliens. *Beroald. Destinatæ jam crucis candidatus*] Hoc κείμενον non agnoscit Oxoniensis Ms. *Pric.*

Quid, inquam (de) me fiet, ubi iste jugulatus m. apparuerit] Recte Elmenhorst. qui forsan intelligit Sciopp. lib.

II. Susp. Lect. Ep. 13. 20. Adde omnino Vossium de Constr. cap. 48. Nizolium in Thes. Cicer. Drakenb. ad Liv. lib. XLV. 39. Utrumque simul apud Terentium And. III. 5. 7. 'Nec quid me nunc faciam. DAV. nec quid de me.' Male igitur contra Mss. (si forsan excipias Guelferb.) et Edd. Vett. Stew. Colv. Vulc. Wower. Pricæus ejecerunt præpositionem. *Oud.* *Paruerit*] Lib. x. pag. 233. 'pareret flos ætatulæ:' ubi idem vulgo error. Pricæum vide, et ad lib. v. p. 90. et me ad Suet. Aug. cap. 95. 'jocinora replicata paruerunt.' Apud Apollin. Sidon. lib. IV. Ep. 16. 'ut bene pareat, vos non manifesta modo, verum quoque furtiva lectione proficere.' Solin. p. 10. 'parere desiit:' ut bene Salm. et est in Mss. Leidd. novem. Vulgo *adparere*. p. 30. 'In saxis tamen pareat.' Verum Mss. O. et Edd. Vett. *adpareat:* ut mox eadem pag. 'quarum parte adparet herba.' Verum cap. 52. 'nec ultra xv. dies parent.' Mss. O. cum Salm. Vulgo *adparent*. In Oxon. Guelf. Edd. Juntinis prave item *patuerit*. Idem. *Jugulatus mane paruerit*] Idem Cod. *patuerit*, quomodo et in Palat. legi Elmenhorstius testatur. Ego *paruerit* fero, imo et magis Appuleianum puto. Infra lib. v. 'Quamvis hominum nemo pareret, chorum tamen esse pateret.' Servius ad Æneid. I. de discrimine τοῦ *parere* et *apparere*. 'Observatio hæc diligenter custodiri debet, licet eam Authores metri causa, vel clausulæ corrumpant:' quod posterius heic ab Appuleio factum. *Pric.* *Paruerit*] Visus fuerit, comparuerit: nam 'parere' idem est quod apparere, alias obsequi. *Beroald.*

Cui videbor verosimilia differentiæ, proferens vera] Ex vitiosa Bas. lectione frustra quoque Sciopp. conjecit *disserere, etiam*, ac Scriverius *etiam* inseruit: *dicere* simpliciter exhibent Mss. O. et Edd. Vett. Mox *proferens* recte Mss. plerique cum Aldo, Junt. post. &c. Stew. et seqq. dedere: 'perferre' est vel annunciare aliunde, vel ad finem usque deferre. 'Proferre,' expromere, edere. Eadem tamen varietas est fere perpetua, ut in f. hujus libri, 'quas caussas ubi probe protuli.' Lib. III. p. 44. 'cum fide proferam:' et dein, ac lib. x. 'sermone prolato.' Eodem 'hæc ad ordinem protulit.' Ac lib. IV. p. 84. 'prolata fabula' rectius erit *perlata:* ubi dicam plura. *Oud.* *Verisimilia dicere*] Ex disciplina rhetorica etenim narratio fit verisimilis, credibilisque: sunt enim plurima, ut ait Quintilianus in quarto, vera quidem, sed parum credibilia, sicut falsa quoque frequenter verisimilia. *Beroald.* *Cui videbor verisimilia dicere proferens vera*] Bene hoc: nam (Minuc. Octav.) 'Ut sæpe in verisimili mendacium, ita nonnunquam verum in inverisimili est.' Quintilianus XII. 1. 'Frequenter evenit ut optimæ caussæ similes sint malis, et innocens reus multis verisimilibus prematur.' Achilles Tatius lib. VI. Οἶδα μὲν ἄπιστα λέγων, ἀλλ' οὕτω πέπρακται. *Pric.*

Proclamares saltem suppetiatum] Lib. VII. 'An ignoras eos qui morituris auxilium salutare denegarint, quod contra bonos mores id ipsum fecerint, solere puniri?' Seneca I. 10. de Benef. 'Dignum etiam impendio sanguinis mei tuebor, et in partem discriminis veniam: indignum si eripere latronibus non potero, clamore sublato salutarem vocem homini non pigebit emittere.' Confer l. I. § 28. 35. et 38. ad SC. Silan. Oxoniensis hic, *Diceret aliquis, mi Aristomene, proclamares, &c.* quæ vix putem germana esse. *Idem.* *Proclamares saltem suppetiatum*] Prosopopœia, quæ Latine conformatio appellatur: fit autem hæc figura, cum aliqua quæ non adest persona confingitur quasi adsit, et ei oratio attribuitur: ut hoc in loco verba memorantur, quæ dici possent ab adversariis ita argumentanti-

bus, socium ab Aristomene fuisse interfectum, tanquam sic culpantes dicant: Debuisses saltem, si vera autumas, inclamare auxilium: et suppetias: nam 'suppetiatum' dixit, pro auxiliatum: et 'suppetiæ' dicuntur auxilia, et 'suppetiari' est auxiliari: supra quo verbo satis multa in decimo Tranquilli commentario: ubi ait: 'Consularem suppetias ferentem rapta aquila fugaverunt.' Ubi exposuimus, 'suppetiatum' posse inclinari tanquam nomen quarti ordinis: ut 'arbitratus,' ut 'allegatus,' ut 'sacrificatus,' ut multa consimilia inclinantur. *Beroald.*

Si resistere vir tantus mulieri nequias] Nullam hic efficaciam habet istud *tantus*: quare multo elegantior videtur lectio *natus*, quam non nominato Brantio, et quasi de se protulit etiam Davis. ad Cicer. lib. III. Tusc. Disp. cap. 17. 'Qui mortalis natus:' ubi et alibi sic per pleonasmum loqui Appuleium probat. Pricæus itidem in notis *natus*, quasi certa hæc esset lectio, posuit. Eum adi ad Apolog. p. 32. 'homini nato:' et Wass. ad lib. IX. init. 'homini nato.' Auson. Ep. 145. 'natus mortalis.' Passim Græcis, ἄνθρωπος πεφυκὼς, ut Xenoph. in Cyrop. I. p. 2. Ed. Leuncl. Immo sic loco adpositissimo hæc verba citavit ad Phædrum Schefferus, lib. III. F. 8. 11. 'Vir natus quod rem feminarum adtigerit.' Adde ibidem Rigaltium, et G. Cuperum lib. III. Observ. c. 10. *Oud.* *Vir mulieri nequibus*] Antitheton est: quasi dicas, fortis imbelli, robustus infirmæ: parum enim probabile argumentum est, virum a fœmina vinci, cum mulier naturaliter imbecillis sit et meticulosa: vir vero robustior et audentior: unde vir nominatus est, quod in eo major vis est quam in fœmina: et hinc *virtus* nomen accepit, ut docet Lactantius in libro de Opificio Dei. Item *mulier* a Varrone interpretatur, a mollitie dicta. Ob hoc ait Aristoteles in Problematis: 'Mulierem interfecisse iniquius esse quam virum, quamvis mas fœmina præstantior sit: quia scilicet fœmina imbecillior est, id est, minus facere injuriam potest:' item, 'Eniti adversus id quod longe infirmius est, nihil virile, immo stolidum atque iniquissimum est.' Hoc signare voluit Æneas Virgilianus, cum ait: 'etsi nullum memorabile nomen Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem.' *Beroald.* *Si resistere vir natus mulieri nequibas*] Apud Ciceronem, ex vet. Tragœdia, Tuscul. II. 'Vir fæminea interimor manu.' *Pric.*

Vel propter indicium] Sensus est: Si contubernalis tuus, ut asseris, interfectus est crudelitate fœminea, cur eadem crudelitas te quoque non peremit, vel ob hoc, ne tu, arbiter et contemplator sceleris patrati, posses indicare auctores homicidii? *Beroald.*

Arbitro pepercit] *Arbitrio* est in Palat. monente Wowerio, non *ium*, item in Par. et Guelf. non inepte pro ipso arbitro, ut 'scelus' pro 'scelesto,' 'servitium' et 'ministerium' pro 'servis' et 'ministris.' Lib. IV. p. 85. 'marinum obsequium pro diis marinis obsequentibus.' Eadem varietas de Deo Socratis, 'longe remotis arbitriis.' Adi me ad Cæsar. lib. III. B. Civ. cap. 40. 'Quæ per arbitrium fierent.' Præcipue hic ita locutus videtur, cum cetera substantivis rei tribuantur, ut 'latrocinium peremit, crudelitas arbitrio pepercit.' *Oud.* *Vel propter indicium sceleris arbitro pepercit*] Oxon. *V. p. ind. scel. vitandum a. p.* Pric. *Sub oculis tuis homo jugulatur, et siles*] Apud Quintilianum ille I. Declamat. 'Feritur in sinu tuo maritus, et tu taces?' *Idem.* *Cur autem te simile latrocinium non peremit*] Ibidem: 'Cur ergo tu incolumis es? quæ tam iratis manibus sanguinem tuum fortuna invidit?' *Idem.* *Arbitro*] Speculatori, inspectorique homicidii. 'Arbitrari' est

inspicere et speculari: Plaut. in Captivis: 'Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.' 'Arbiter' dicitur judex, qui rei arbitrium habet et facultatem: 'arbitrium' dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur: et 'arbitrari' est judicare, ut apud jurisconsultos tit. de receptis. 'Arbitrarium.' vero, cum adhuc res apud arbitrum geritur. De arbitri judicisque differentia non indiligenter scripsimus in commentariis Tranquil. et docet M. Tul. in oratione pro Roscio Comœdo. *Beroald.*

Nunc illo redi] Scilicet ad mortem regredere, quam evasisti. *Idem.* *Nunc illo redi*] 'Morere, et fratrem ne desere frater.' *Pric.*

Hæc identidem mecum replicabam] Similia notat Brantius ad lib. III. p. 48. 'Sic tacitus mecum inquam.' Scriverius etiam, aliique uncis inclusere. Male. Non enim, quia sæpe omittit verbum, ideo semper id egisse, credi debet. Elegantius orationem variant scriptores. Lib. III. init. 'Hæc identidem mecum replicans fortunas ejulabam.' Lib. VII. 'Dum hæc identidem puella replicat.' Vide etiam ad lib. IV. p. 84. 'Lamentationes replicaret.' *Oud.* *Hæc identidem replicabam, et nox ibat in diem*] Curtius lib. X. 'Has cogitationes volventibus nox supervenit.' *Pric.* *Identidem*] Frequenter, subinde. *Beroald.*

Optimum itaque factu visum] Reg. Pith. Fux. Guelf. cum Lips. *factum.* Sed in reliquis recte *factu.* Errat autem Colvius. 'Bonum optimum factum' est id, quod jam bene optime peractum est, vel creditur. 'Optimum factu,' quod faciendum adhuc restare videtur. Creberrime vero Mss. librariorum errore variant, ut lib. VIII. p. 154. 'Arduum factu, facile effectu.' Cic. I. Cat. 12. 'si hoc optimum factu judicarem.' Adi ad Cæs. lib. IV. B. G. cap. 30. 'optimum factu esse duxerunt.' *Oud.*

Anteluculo] Oxon. *antelucium.* Guelferb. Edd. Vicent. Scriver. et Pricæus in notis, *antelucio,* ut mox et supra: 'noctis antelucio aufugiamus.' Gloss. 'Anteluculo, λυκόφως.' *via* Pith. *Idem.* *Anteluculo*] Hora antelucana, hoc est, matutina, et ante Solis exortum. Adverbium est. Justinus in primo ait: 'Antelucano tempore ruri iter ingressus Cyrus obvium habuit servum de ergastulo.' Refert Plin. mel venire ex aëre 'sublucanis temporibus:' intelligi volens, hora matutina, quæ sub lucem et auroram est. Terent. in Adelphis: 'Cras rus cum filio cum primo lucu ibo hinc:' ubi exponit scienter Donatus, quod Veteres dicebant *lucum* pro *luce,* masculino genere, ponentes pro Sole. Sicut ergo apud Terent. 'cum primo lucu' significat, cum primum Sol cœperit illucescere, ita *anteluculo,* quod adverbium est, significat, antequam lux oriatur, et Sol tenebras illuminet: sicuti *diluculo,* cum jam dilucescit. *Diluculum* enim est, ut Macrob. docet, cum jam incipit dignosci dies. *Beroald.* *Optimum itaque factum visum est antelucio furtim evadere*] Justinus lib. XXIII. 'In hoc æstu periculorum tutissimus portus consiliorum visus est, omnibus viribus decernere,' &c. corrige libro XIV. eundem Justinum: 'Omnia igitur circumspicienti, optimum factum visum est,' &c. nam vulgo illud *factum* non visitur. At heic Lucius noster, 'antelucio evadere.' Ambrosius Hexaëm. 6. ubi de homine quodam Antiochiæ occiso: 'Miles quidam, &c. minister cædis exstiterat: tectus idem tenebroso adhuc diei exordio in alias partes concesserat.' Achilles Tatius lib. II. Ἐσκοποῦμεν, καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι, τί ποιητέον εἴη, καὶ ἐδόκει κράτιστον εἶναι φεύγειν πρὶν ἕως γένηται. *Pric.*

Et viam, &c. capessere. Sumo sarcinulam meam] Lib. VIII. 'Sarcinulis quisque sumptis suis viam capessunt.' Plinius lib. IV. Epist. 1. 'Atque adeo

jam sarcinulas alligamus, festinaturi quantum itineris ratio permiserit.' Apud Petronium ille: 'Abeundi consilium formavi, collectoque cultu ire extra casam cœpi.' Varro I. 1. de Re Rust. 'Ut sarcinas colligam antequam proficiscar e vita.' Scholiastes vetus Horatii ad Serm. I. 'Pauperes cum insident jumentis, post se sarcinam habent.' Glossarium: 'Sarcinæ, σκεύη ὁδοιπορικά.' *Idem.* *Licet trepido*] Quamvis titubanti, vel potius propero: cum formido homines volaticos faciat, et pennatos. *Beroald.* *Sumo sarcinulam meam*] Quod Lucianus dicit Græce τὰ σκεύη, id Appuleius 'sarcinulam' appellat. *Idem.*

Et subdita clave pessulos reduco] Infra lib. IX. 'Clave pessulis subjecta, repandit fores.' *Pric.* *Pessulos reduco*] Ostium cubiculi repando, quod reductis retractisque pessulis fit. in Cantico legimus, 'Pessulum ostii mei aperui dilecto meo:' id ridicule exponit, et cum delirio, Nicolaus de Lira, pessulum esse ostiolum in magno ostio. *Beroald.*

Deseratæ] Reseratæ, patefactæque. *Idem.*

Vix tandem, &c.] Gloss. 'Μόλις ποτέ' Tandem aliquando, vix tandem.' *Pric.*

Ubi es, inquam] Sic bene cum Ed. Junt. post. et margine Bas. sec. edidit Colv. In ceteris erat *inquam, ubi es.* Rectius tum abesset verbum: ut alibi sæpius omittitur. Vide ad p. 39. Ed. Pr. *Oud.*

Valvas stabuli absolve] Verba sunt Aristomenis, stabularium inclamantis, ut januam stabuli adaperiat, quæ ex valvis constat. Sunt autem *valvæ* ex eo dictæ, ut Varro et Servius interpretantur, quod revolvuntur et se velant: 'absolvere valvas' est, liberare a claustris, repagulisque, quibus alligatæ continentur: translatio a debitore. *Beroald.*

Antelucio] Adverbium est, idem significans quod 'anteluculo,' de quo jam dictum est: sed hoc quasi 'ante lucum,' sicut Veteres usurpabant: illud quasi 'ante lucem,' videri potest inclinatum. *Idem.* *Antelucio ire*] Quod infra lib. VI. 'viam lucubrare' vocat. *Pric.*

Janitor pone stabuli ostium humi cubans, &c.] Sic in Troadibus Euripidis post θυρῶν λάτριν, sequitur, κἂν πέδῳ κοίτας ἔχειν. Hesychius: Χαμεύνης, ὁ χαμαὶ κοιμώμενος. *Idem.* *Pone*] Post, quod gravi sono Antiqui enunciabant, differentiæ causa. *Beroald.*

Etiam nunc] Edd. pleræque, *Et jam nunc.* Sed vide ad p. 48. Palat. Guelf. et Oxon. cum Fux. *Et nunc jam.* Mox in Par. *semisopitus*, ut infra. Male. Adi Gron. et Drakenb. ad Liv. lib. XXV. 39. 'semisomnos hostes:' et alibi. *Oud.* *Semisomnus*] Semisopitus: sicuti 'exanimus' dicitur et 'exanimis,' 'inermus' et 'inermis,' ita 'semisomnus' et 'semisomnis,' secunda et tertia declinatione. *Beroald.* *Etiam nunc semisomnus*] Et post pauca de Eodem: 'marcidus et semisopitus.' Quo minus placide dormiret non obstitit cubilis durities. Theodoretus III. περὶ Προνοίας de servo loquens: Ἐπ' ἐδάφους καθεύδει, ἀλλ' οὐ μέριμνα τὸν ὕπνον ἐξελαύνει, ἀλλὰ γλυκὺς αὐτοῦ τοῖς βλεφάροις ἐπιχεόμενος οὐκ ἐᾷ τοῦ ἐδάφους ἀντιτυπίας αἰσθάνεσθαι. merces hæc servo posita est, hoc beneficium tributum, dum Domino stragulis involuto curæ quietem abnuunt. Vide et v. 12. Ecclesiasten. *Pric.*

Hoc noctis] Hac hora nocturna, hoc tempore: vetus locutio est. Plaut. in Amphitrione: 'Qui hoc noctis solus ambulem.' *Beroald.*

Hem! etsi] Manuscrip. *nemetsi.* Colvius. Hinc edidit Scriverius, *nam etsi.* In Palatino quoque, Pith. Fux. Guelf. est *nemetsi;* in Par. *nec movet si.* Barth. *ne me etsi:* quod verissimum pronunciat lib. XXXIV. Advers. c. 15. pro *næ mihi:* ut *væ me* pro *mihi.* At non capio quid *me* hic faciat. Malim: *næ, enim, etsi.* In

Mss. enim plerisque semper est pro *næ, ne;* unde multi, et in his Barthius, ita scribendum quoque pro *certo, profecto* autumant, nec non Voss. de Art. Gramm. I. 43. Cort. ad Sallust. p. 483. Sed adi Arntzen. ad Plinii Paneg. p. 315. In Wass. desunt *facinoris tibi.* Oud.

Facinoris conscius] 'Scius' et 'conscius' hoc differunt, quod 'scius' secum, 'conscius' cum alio scius est; ut docet Nonius: cui subscribunt Juven. cum ait: 'Quis nunc diligitur nisi conscius?' et Mar. 'Vis fieri dives Bithynice? conscius esto.' Sed 'conscium' indifferenter positum legimus, ut hoc loco: namque hic 'conscius' accipitur pro eo, qui secum scius est flagitii. *Beroald.* *Fac. conscius scilicet mori cupis*] *Conscius scilicet,* δηλαδὴ, jungenda esse, et nequaquam mutanda, quis non videt? Adi omnino ad lib. III. p. 61. IV. p. 78. 79. *Si* in Fux. *Semel* Pith. ut sæpe in illo codice pro *scilicet.* Oud.

Nos cucurbitæ, &c.] Proverbialis locutio. Sic Menander: Ἐμὲ Νικομάχου πρὸς τὸν στρατιώτην τάξατε, Ἂν μὴ ποιήσω πέπονα μαστίγων ὅλον, Ἂν μὴ ποιήσω σπογγιᾶς μαλακώτερον. Quo etiam spectare putem Theopompum: Μαλακωτέρα πέπονος καὶ σικύου μοι γέγονε. Subtilius indagat originem hujus dicti Beroaldus, aliter quam doctissimus Junius noster Proverb. Cent. II. Nos, quod nobis videbatur, dubii adhuc prompsimus. Non enim certa, sed arbitraria hæc esse volumus. *Colv.* *Nos cucurbitæ caput non habemus*] Veluti proverbialiter significat, capita hominum non esse vilia, objiciendaque trucidationi: sicuti cucurbitæ caput, quæ inter hortensia vulgaris est et plebeia. Plin. lib. XIX. tradit esse genera cucurbitarum: camerarium, quod levi umbra cameras ac pergulas operit: alterum plebeium, quod humi repit. Videtur Appuleius veluti alludens festiviter id dixisse, quia seminosæ sunt cucurbitæ, et ita appellantur ab Ovid. in Priapeis: ex quo fit, ut singula semina singulæ quasi animæ cucurbitarum videri possint: ex quo fit, ut cucurbita vicariam et quasi succedaneam pro aliena anima animam impendere possit, cum infinitas hoc pacto animas possideat, quod secus est in nobis. Cucurbitæ quo longiores tenuioresque sunt, eo gratiores: semina quæ proxima collo fuerint, proceras pariunt; quæ in medio, rotundas; quæ in lateribus crassas: auctores Colum. et Plin. A cucurbita fit 'cucurbitarium,' accipiturque pro loco in quo cucurbitæ seruntur; sicuti 'cucumerarium,' ubi cucumeres. Esaias: 'Sicut,' inquit, 'tugurium in cucumerario.' Cyprianus, usurpans hoc Esaiæ testimonium, non dixit tugurium, sed (quod elegantius est) *custodiarium.* Hieronymus cucurbitarios vocat, veluti cucurbitæ amatores: dum diluit ac refellit in epistola ad Augustinum, objectam cucurbitæ calumniam. 'Cucurbitula' vero non tam parvam cucurbitam significat, quam vasculum illud quo medici utuntur ad sanguinis detractionem. Corn. Cels. in II. 'Usus,' inquit, 'cucurbitulæ præcipuus est, ubi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est:' idque auxilium ut minus vehemens, ita magis tutum, nec unquam periculosum esse autumat. In hanc sententiam est illud Satyrographi poëtæ: 'vacuumque cerebro Jampridem caput hoc ventosa cucurbita quærit.' Græci 'colocynthida' vocant cucurbitam. a Plin. 'coloquintis' dicitur cucurbita sylvestris, quam minorem esse ait quam sativam. *Beroald.* *Nos cucurbitæ caput non habemus*] Apud Plautum ille in Casina: 'Tam mihi mea vita quam tua Tibi cara est.' Alius apud eundem Mostell. 'Nolo castigari bubulis exuviis, Illius quam meum tergum minoris pendo.' Tertius item in Epidico: 'Men' piacula-

rem oportet fieri ob stultitiam tuam? Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?' Apud Arnobium VII. 'Quænam causa est, ut aliorum crimen meo sanguine luatur?' 'Cucurbitæ caput' proverbiale est. Hermippus Comicus: Τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει! ὅση κολοκύνθη. *Pric.*

Non longe inquam lux abest] Petronius: 'Moraris Eumolpe, tanquam prope diem ignores?' *Idem.*

Sed et præterea] Temere *sed* solius Palatini auctoritate cum Scriverio et Elmenhorstio ejecere Pric. et Flor. licet adstipuletur Guelferb. Multo elegantius adest, quare reposui: *et* exsulat ab Oxon. et Fux. Pro *an ignoras* in Fux. *ante ign.* Forte pro *anne*, ut alibi. *Oud.*

Quid viatori de summa pauperie latrones auferre possunt] Seneca cap. 8. de Tranquill. 'Lætiores videbis quos nunquam Fortuna respexit quam quos deseruit. Vidit hoc Diogenes, vir ingentis animi, et effecit ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatem, inopiam, egestatem voca; et quam voles ignominiosum securitati nomen impone. Putabo hunc non esse fælicem, si quem mihi alium inveneris cui nihil pereat. Aut ego fallor, aut regnum est inter avaros, circumscriptores, latrones, plagiarios, unum esse cui noceri non possit.' In Terentii Phormione: 'Aliis aliunde est periculum quibus aliquid abradi potest, Mihi sciunt nihil esse.' Sallustius Catil. 'Egestas facile habetur sine damno.' *Pric.* *De summa pauperie*] Pauperies immunda est, et mendicitas egestasque significatur. unde ait Horat. 'Pauperies immunda procul domus absit:' *paupertas* vero, ut inquit Porphyrio, honestæ parsimoniæ nomen est, et usurpatur pro fortuna mediocri. Laudes paupertatis graphice Appuleius noster, ut omnia, specioseque perscribit in Apologia, ubi ait, paupertatem fuisse in Aristide justam, in Phocione benignam, in Epaminonda strenuam, in Socrate sapientem, in Homero desertam. Alias *pauperies* damnum significat: quod satis liquet ex titulo illo apud jurisconsultos notissimo, 'Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.' Consimiliter apud Græcos πενία καὶ πτωχεία disparantur: cum appellatione πενίας paupertas significetur, πτωχείας vero ipsa egestas, mendicitasque: sicut apud Aristophanem claret, qui in Pluto ait πτωχείαν esse ἀδελφὴν, id est, sororem τῆς πενίας; et πτωχὸν, id est, egenum esse eum qui nihil habet; πένητα vero, id est, pauperem dici, cui suppetunt necessaria. *Beroald.*

Nec a decem palæstritis] In hanc sententiam ait Hieronymus: 'Nudus viator non timet latronis insidias:' quod transtulit ex illo vulgatissimo: 'Cantabit vacuus coram latrone viator.' Consimiliter Plaut. in Asin. 'Nudo detrahere vestimenta me jubes:' appellatione autem palæstritarum, robustiores exercitatioresque intelligi vult: sunt enim palæstritæ magistri luctationis, et gnari omnis palæstricæ exercitationis. Græci πάλην vocant palæstram et luctam, unde *palæstritæ*, autumat Servius, palæstram dici posse ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est, a motu urnæ: quoniam ducti sorte luctabantur: luctatores in certamine palæstrico nudabant corpora, et oleo ungebantur: quod primi Lacedæmonii factitarunt, auctore Thucydide. 'Apalæstros' Græci vocant, ignaros palæstræ: de quibus M. Tul. in Oratore: 'Itaque qualis eorum motus, quos apalæstros Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias.' Domitianus 'clinopalem' vocabat assiduitatem concubitus, veluti lecti palæstram. Papinius et Sidonius Apollinaris 'palem' pro palæstra usurpant, Græca dictione: quod uberius a nobis scriptum reperies in Tranquilli commentariis. Putat Quin-

tilianus, ne illos quidem oratores reprehendendos esse, qui paulum etiam palæstritis vacaverunt: ubi indicat palæstritas non solum dici, qui vitam partim in oleo, partim in vino consumunt, qui corporum cura mentem obruunt: sed et eos quoque, a quibus motus gestusque formatur. De ‘palæstritis’ magna est mentio apud Ciceronem in Verrinis. *Beroald.* *Nudum nec a decem palæstritis despoliari posse*] Facete. Ita Cicero, ad oram Appuleii sui a Casaubono notatus: ‘Leontinis, quorum nemo glebam possidet, non modo Apronium, sed nec tempestatem quidem ullam in agris nocere posse.’ ‘Decem palæstritæ’ proverbiale est. Persius: ‘Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant, Non tamen efficient,’ &c. Non frustra autem *decem* heic Appuleius posuit. Arrianus I. 29. in Epictetum: Κρείττονές εἰσιν οἱ δέκα τοῦ ἑνός. Πρὸς τί; Πρὸς τὸ ἀποκτεῖναι, &c. πρὸς τὸ ἀφελέσθαι τὰ ὄντα. *Pric.*

In alterum latus evolutus] Senec. cap. 2. de Animi Tranquill. ‘Sunt quædam quæ corpus nostrum cum quodam dolore delectant: ut, versare se, et mutare nondum fessum latus.’ Herc. Fur. Παλίντροπος ἐξεγειρόμενος στρέφεται. Euripidæum est. *Idem.*

Convectore illo tuo] *Convectore* habent Mss. O. nisi quod in Par. et Guelferb. *cum vectore.* Incidit quoque Gulielmio et Cl. Wasseo conjectura *convictore.* Vulcan. Ed. sec. Elmenh. et Pric. qui e Glossis conjecit *convivone*, id est, *combibone*, audacter edidere *convennone.* Præstat nihil mutari. *Convector* est viæ comes, licet equos vel currum non habuerit, vel qui te huc secum convexit. Novus enim hospes Aristomenes, sed vetus et notus Socrates. *Oud.* *Unde autem scio an convennone illo tuo, &c.*] Fere nemo est qui non hic aliquid indulserit sibi: fortassis *convivone*, id est, *combibone* scribendum. Glossæ: ‘Convivones, συμπόται.’ Imo supra de eodem isto, ‘vinolentia pertentatus.’ *Pric.* *Convectore*] Socrates significatur. *Convectores* dicimus eos, qui simul iter faciunt, simulque vehuntur: quæ dictio proprie nauticorum est, qua jurisconsultus crebro utitur. *Beroald.*

Devorteras] Ita rescripsi fide Mss. Palat. Pith. Oxon. Petr. et Ed. Junt. post. non *devert.* Passim in Appuleio *revorti* et *devorti.* Infra p. 16. ‘devorsatur,’ ut leg. videtur. Lib. II. p. 22. ‘Ut non apud te devorter.’ Lib. III. p. 46. IV. init. ‘Apud notos divortimus:’ ut leg. item p. 65. Lib. VIII. p. 264. ‘devorsoria.’ Forsan etiam rectius adfert *quocum* Stewechius, non *cum quo.* De locutione ‘fugæ mandare præsidium’ seu salutem, adi Freinsh. Ind. ad Flor. III. 1. 4. ‘Scelus insidiis mandat.’ *Oud.* *Deverteras*] In stabulum hospitiumque deveneras. *Beroald.*

Fugæ mandes præsidium] Infra lib. VII. ‘Nam et præsidium fugæ, quo velocius, frustratis insecutoribus,’ &c. Interpres vetus Judith. XV. 1. ‘Tremore ac metu agitati fugæ præsidium sumunt.’ Claudianus: ‘Arma oneri, fuga præsidio.’ Servius ad Æneid. X. ‘Miserrimum et ultimum præsidium fuga est.’ *Mandes* est *commendes.* Virgilius: ‘Mandavimus hordea sulcis.’ ubi Servius, ‘Commendavimus.’ Alibi Virgilius: ‘Mandet humo.’ Servius: ‘Commendet in terra.’ *Pric.*

Illud horæ, &c.] Habet (ut multas alias locutiones) a Suetonio. ‘Nunquam’ (inquit) ‘postea se publico illud horæ commisit.’ *Idem.* *Illud horæ*] Illa hora: id temporis, eo temporis, archaismos est. *Dehiscente*] Patente. *Beroald.*

Memini me, terra dehiscente, &c. prospexisse] Fux. *Id horæ me memini.* Mss. Palat. Wass. carent τῷ *me.* Sæpius quidem additur: sed tamen eleganter quoque abesse potest: ut

recte adscripsit Wasseus. Sic enim diserte Terentio in Andr. II. 5. 18. 'Virginem forma bona Memini videre:' ubi prave contra metrum alii inferciunt *me*. In Palat. Guelf. *terram*. dein Wass. *in quibus* pro *inque his* vel *iis*. Oud.

PAG. 12 *Canem Cerberum*] Ms. Barth. *tu canenem C.* unde ipse lib. XXXIV. Advers. c. 15. facit *tricanem*. At Cerberus non est *tricanis*, sed unus canis triceps. *Idem*.

Canem Cerberum] Mythici fabulantur, canem Cerberum custodem esse aulæ Plutonicæ: de quo Silius: 'lachrymosæ janitor aulæ:' quem, latratu trifauci regna inferna personantem, Hercules ad superos traxerit reluctantem. Historici vero prodiderunt, et memorat Eusebius Chronographus, Orcum regem Molossorum habuisse canem ingentis magnitudinis, nomine Cerberum, qui Pirithoum ad raptum Proserpinæ ejus uxoris venientem devoravit. Grammatici terram interpretantur. De tricerbero causæ nescio quid indictum dicit Fulgentius in Mythologiis. *Beroald*. *Canem Cerberum esurientem*] Fauces præ aviditate moventem agitantemque. Plautus Capteiv. 'Quasi lupus esuriens metui ne in me faceret impetum.' Ovidius XIV. Metamorphos. 'Et jam prensurum, jam nunc mea viscera rebar In sua mersurum.' De Laperda Nicetas Choniates: Τὴν εὐρυχανδῆ γένυν (Andronici Imper.) ὑπεβλέπετο καταχάσκειν αὐτοῦ μέλλουσαν. Sic 'hiare, ac malis increpare,' Virgilius dixit. Ammianus lib. XXIX. 'vacuos morsus concrepare.' Sidonius de lupis: 'Irritant acuuntque famem, portantque rapinæ In vultu speciem, patulo jejunia rictu Fallentes: jamjamque tener spe frangitur agnus, Atque absens avido crepitat jam præda palato.' Ovidius VIII. Metamorphos. 'Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat, Exercetque cibo delusum guttur inani.' *Pric.*

Sed sævitia cruci me reservasse] Apud Plautum ille: 'Scio ego crucem fore mihi sepulchrum.' Æneid. V. 'Infælix, cui te exitio Fortuna reservat.' Plutarchus in de Consolat. Θεραμένης, &c. συμπεσούσης τῆς οἰκίας ἐν ᾗ μετὰ πλειόνων ἐδείπνει, μόνος σωθεὶς, καὶ πρὸς πάντων εὐδαιμονιζόμενος, ἀναφωνήσας μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὦ Τύχη (εἶπεν) εἰς τίνα με καιρὸν ἄρα φυλάττεις; μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον καταστρεβλωθεὶς ὑπὸ τῶν τυράννων, ἐτελεύτησε. Cicero (Verr. VII.) de summo Oratore illo M. Antonio: 'Tunicam ejus' (Aquilii, cujus causam orabat) 'a pectore abscidit, ut cicatrices Pop. Romanus Judicesque aspicerent adverso corpore exceptas, &c. eoque adduxit eos qui erant judicaturi, vehementer ut vererentur ne, quem virum Fortuna ex hostium telis eripuisset, cum ipse sibi non pepercisset, hic non ad Pop. Romani laudem, sed ad Judicum crudelitatem videretur servatus esse.' Philo (in de Mosis vita) de quibusdam murmurantibus Israëlitis: τὰ προγεγονότα ὡς οὐκ ἐπ' εὐεργεσίᾳ σύμβαντα, μᾶλλον ἢ διὰ μετουσίαν ἀργαλεωτέρων συμφορῶν. Agrippa ad Caium Imper. apud eundem Philonem: Δόξω γὰρ οὐ τοῦ σωθῆναι χάριν ἀφεῖσθαι, μᾶλλον ἢ τοῦ βαρυτέρας ἐνδεξόμενος συμφορὰς ἐπισημότερον τελευτῆσαι. Infra lib. VII. 'In rebus scævis affulsit Fortunæ nutus hilarior, nescio an futuris periculis me reservans.' Claudianus: 'Proh! sævior ense Parcendi rabies, concessaque vita dolori.' *Idem*.

Cruci me servasse] Ut perinde atque homicida, et Socratis contubernalis mei interfector, crucis supplicio afficerer. *Beroald*.

De genere tumultuario mortis] *Tumultuarium* dici voluerunt, quod tumultu quodam fit, et sine consultatione festinanter et incondite. A. Gellius 'tumultuarium studium' nominat, quod raptim et per successiva tempora fit. 'Oratio' quoque 'tu-

multuaria' dicta, quasi extemporalis et tumultuose condita. 'Tumultuarius dux' a Livio dicitur L. Marcius, tumultu militari creatus, non formula legitima: ita 'tumultuarium genus mortis' nunc appellat Appuleius quod perturbate et tumultuarie paratur: est enim *tumultus* (ut docet M. Tullius in VIII. Antonianarum) perturbatio tanta, ut major timor oriatur: unde etiam nomen dictum est tumultus: ita majores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Gravius autem fuisse tumultum quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello vacationes valent, tumultu non valent. *Idem.* *De genere tumultuario mortis mecum deliberabam*] Horatius de Cleopatra: 'Deliberata morte ferocior.' Ait, 'de genere mortis,' &c. apud Senecam Phædra: 'Decreta mors est, quæritur fati genus.' Apud Calpurnium Declam. XXIV. 'Non de morte cum patre, sed de mortis patris' (lege *patri*) 'genere dissentio.' Tacitus Annal. XII. de Agrippina: 'Sceleris olim certa, et oblatæ occasionis propera, nec ministrorum egens, de genere veneni consultavit.' Idem Annal. XIV. de Nerone: 'Prægravem' (hanc ipsam Agrippinam) 'ratus, interficere constituit, hactenus consultans, veneno, an ferro, an qua alia vi.' Virgilius IV. 'Ubi concepit furias, evicta dolore, Decrevitque mori, tempus secum ipsa, modumque Exigit.' Infra hic lib. VI. 'Utpote in cœtu turbulento variæ fuere sententiæ, ut primus vivam cremari censeret puellam, secundus bestiis objici suaderet, tertius patibulo suffigi juberet, quartus excarnificari præciperet: certe calculo cunctorum utcunque mors ei fuerat destinata.' Et lib. VII. 'Dum in ista necis meæ decontor electione,' &c. Onomasticon vetus: 'Tumultuarius, παρατυχών.' *Pric.*

Jam jam, &c.] Desumtum ex Sallustii B. Jug. c. 17. 'jam jam frater animo meo carissime:' ubi vide Wasseum. Vide et p. m. 73. *Oud.* *Jamjam grabatule animo meo carissime*] Macrobius Saturnal. IV. 6. 'Est et ille locus ad permovendum pathos, in quo sermo dirigitur vel ad inanimalia, vel ad muta.' Virgilius, ubi de Didone moritura: 'Dixit, et os impressa toro, moriemur inultæ?' ubi Servius: 'Quasi peritura, insensibili rei dat sensum, et sic ad lectulum alloquitur, ut ad hastam Turnus, Mezentius ad equum.' *Animo meo* est, mihi. Adolescens Plautinus ad Patrem in Trinummo: 'Pro imperio tuo Meum animum tibi servitutem servire æquum censeo.' Cicero Tuscul. I. 'Neque nos corpora sumus, &c. nam corpus quasi vas est, ut aliquod animi receptaculum: ab animo tuo quicquid agitur, id a te agitur.' Sic τὰς τῶν ἀκάκων καρδίας Rom. XVI. D. Paulus. et 'Caci mentem efferam' Virgilius. Illud 'Animo meo carissime' a Sallustio est, apud quem Adherbal: 'Jamjam frater animo meo carissime' (quæ verba etiam Servius adducit ad Æneid. XII.): Sallustius hausit ab Homerico illo Odyss. IV. Τῷ μῷ κεχαρισμένε θυμῷ. pro quo Terentius Heaut. 'Maxime animo exoptate meo:' et Virgilius: 'Animo gratissima nostro.' *Pric.*

Exantlasti] Recte Beroaldus per *t* legendum monuit: licet Bertin. Pal. Fux. Pith. Guelf. consentiant Edd. Vett. in *c*. In Oxon. *exanglasti*. Frequens scilicet hujus verbi ea est corruptio. Lib. VI. p. 112. 'Exantlatis laborib.' p. 117. 'Tetra nox exantlata.' Lib. VII. 136. 'Terroribus exantlatis.' Lib. VIII. p. 152. ut hic, 'pares ærumnas exantlaverat:' ac sæpius: quibus locis vide. E Lipsiani Cod. scriptura posset quis fingere *exsudasti*: quomodo aliquoties occurrit 'exsudare labores.' Adi Drakenb. ad Livium lib. V. c. 5. § 6.

Sed nil mutandum est. *Oud.* *Qui mecum tot ærumnas exantlasti*] Aristophanes apud Suidam: Πολλὰ γὰρ δὴ πράγματα ξυνδιήνεγκαν μεθ' ἡμῶν. ad quæ Suidas: Συνέκαμον, ὑπερήνεγκαν. Idem, Ξυμπονήσαντα, ἀντὶ τοῦ, συνυπομείναντα. In Adelphis Terentii: 'Paupertatem una pertulimus gravem:' ubi Donatus: 'Magis conjungit malorum consortium, quam bonorum.' Justinus lib. VI. de Epaminonda moriente: 'Allatum' (scutum) 'veluti laborum, &c. socium osculatus est.' *Pric.* *Ærumnas exanclasti*] Tot labores exhausisti et perpessus es: id enim est ærumnas exanclare. M. Tullius in prima Tusculana: 'Quod cum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum.' 'Anclare,' quod et 'antlare,' verbo Græco significat haurire: 'exanclare' exhaurire: hinc 'anclabra,' vasa quibus sacerdotes utebantur: et 'anclabris,' mensa ministeriis apta divinis. Græci ἀντλάω dicunt, pro haurio: unde et Latini 'antlare' usurparunt, et ita potius legendum videtur *exantlare*, per literam *t* quam per *c*. Livius: 'Florem antlabant Liberi ex carchesiis:' cum signare vellet, vinum ex poculis hauriri. Hinc 'antlia' accipitur pro vase accommodo ad hauriendi ministerium, de quo Epigrammatarius: 'Antlia tollit aquas.' Quo in loco labitur, opinor, interpres. Hinc Phreantles cognominatus est Cleanthes, eo quod puteos hauriret. *Beroald.*

Arbiter quæ nocte] Subintellige, *eorum:* ut sensus integer sit, spectator earum rerum omnium quæ gestæ sunt noctu: quasi dicere velit, lectulum solum esse conscium suæ innocentiæ. *Idem.*

In meo reatu] Accusatione, et caussæ dictione. Messala primus (auctore Quintiliano) *reatum* dixit. *Reus* autem, unde *reatus* nomen ductum arguitur: et item qui quid promisit, spoponditve, ac debet. Gallus Ælius lib. secundo significationum verborum quæ ad jus pertinent: 'Reus est,' inquit, 'qui cum altero litem contestatam habet; sive is egit, sive cum eo actum est.' In eadem sententia est Capito Atteius. 'Reos olim,' ut refert M. Tullius in secundo de Oratore, 'appellabant non eos modo qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur.' 'Reum fieri quid est,' inquit Pedianus Asconius, 'nisi apud prætorem legibus interrogari?' *Agi* dicitur reus, cum accusatur: *peragi*, cum damnatur: ut apud Tranquillum et Propertium explicatum est. *Idem.*

Quem solum, &c. testem innocentiæ meæ citare possum] Augustinus Confess. VI. 9. 'Statim enim Domine subvenisti innocentiæ, cujus testis eras tu solus.' *Pric.*

Tu mihi ad Inferos festinanti subministra telum salutare] Apud Lucianum tyrannus gladium alloquens quo filius occisus fuerat: Περὶ μικροῦ μέν με ἀπέκτεινας, νῦν δ' ἀνάπαυσον· πατρὶ πενθοῦντι παραμύθιον ἐλθὲ, καὶ πρεσβυτικῇ χειρὶ δυστυχούσῃ συναγώνισαι. *Telum* de quo heic agitur est *restis.* Bacchus ad Herculem in Ranis Aristophanis: Φράζε τῶν ὁδῶν Ὅπως τάχιστ' ἀφίξωμ' εἰς Ἅιδου κάτω. Respondet ille: Μία μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ κάλω καὶ θρανίου Κρεμάσαντι σαυτόν. 'Ad Inferos descendere,' ut infra, lib. VI. 'Sic enim rebatur ad Inferos recte atque pulcherrime se posse descendere:' ubi pro *recte recta* reponendum putarim: quod alibi eod. libro dixit, 'ad Orci regiam canali directo pergere.' *Idem.*

Et cum dicto] Statim, vix talibus dictis, cum talia dixissem: frequens locutio apud Appuleium, et prope peculiaris in hoc significatu: proverbium Græcum est ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον: quod dicitur de his qui ocyssime et

interpretamur, simul verbum, simul opus. *Beroald.*

Restim] Funem: et proverbiale est apud priscos, 'ad restim res redit:' quod, significat, res deperditas esse, et de suspendio cogitandum. In saltatione 'restim ducere' dicuntur chori puerorum puellarumque, manu conserti: ex quo sensu dictum est illud Terentianum: 'Tu inter eas restim ductitans saltabis:' item Liv. in XXVII. 'Per manus reste data virgines, sonum vocis pulsu pedum modulantes, incesserunt.' A reste fit ὑποκοριστικῶς resticula: a qua similitudine aliorum connexa capita restes dicuntur. Plin. in XX. 'Alium ad serpentium ictus potum cum restibus suis.' 'Resticula ficorum' Varroni decenter dicta est, sicut et vulgo nuncupatur. Quod autem lecti restibus et fasciis contineantur, indicat Porphyrio, explicans illud Horatianum: 'tenta cubilia, tectaque rumpit.' Lectum dici ait restibus sive fasciolis subtentum. A *reste* fit *restio*, accipiturque apud Plautum oppido quam decenter, pro eo qui se pensilem facit, laqueo restis strangulatus: sic enim in Mostellaria loquitur lanista: 'Illi erant bucædæ potius quam ego sim restio:' quod significat, illi potius cædentur bubulis loris, quam ego me suspendam. *Idem.* *Restim*] Hesychius in Τρητοῖς, &c. Τοῖς ἱμᾶσιν ἐνετείνοντο αἱ κλῖναι. Potuit hic Noster dicere cum Terentiano illo: 'Ad restim mihi quidem res rediit planissime.' *Pric.*

Tigillo] Trabi: a *tigno* fit *tigillum*. *Tigni* autem appellatione in legibus 12. Tabularum, omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur. Idem docet Jurisconsultus tit. de tigno injuncto. Præterea 'tignum invenies,' antiquitus dicebatur: quod et Festus docet. 'Tigillum sororium' Romæ fuit, ex eo dictum, quia transmisso per viam tigillo, Horatius sororicida adoperto capite veluti sub jugo missus est. Liv. auctor. *Beroald.*

Altrinsecus] Adverbium est, quod hic significare videtur, in altiore parte: cum alias ex utraque parte, ex utroque latere dicatur. *Idem.*

Obdita parte f.] *Obducta* cum Bertin. dederunt Elmenh. Pric. et Flor. *obilita* Pith. Sed ceteri Mss. et Edd. servant *obdita*, i. e. adligata, constricta. Verissime. Sic lib. III. 'Capillos in mutuos nexus obditos atque nodatos:' ubi idem Cod. habet *obductos*. Ovid. *subdita* lib. XII. Metam. 141. 'Vincla trahit galeæ, quæ presso subdita mento Elidunt fauces.' *Oud.* *Obdita*] Alligata, et firmiter apposita. *Idem.*

Funiculi] Quam modo restim dixit, nunc funiculum nominat, diminutivum a fune. Quintilianus in I. 'Diminutio genus, ut funem masculinum esse funiculus ostendit.' *Napuras* prisci funiculos vocaverunt, ut in commentario sacrorum usurpatur, 'Pontifex napuras nectito:' id est, funiculos facito. Illud adde, *funeta* dici in vineis, cum palmites inter se funium modo junguntur, et arcus fiunt, quorum meminit Plin. in XVII. Reperio apud auctores, Gratianum, Valentiniani imperatoris patrem, appellatum esse *Funarium*, eo quod venalitium funem portanti quinque milites nequiverint extorquere. *Idem.* *Tigillo, &c. injecta atque obdita parte funiculi*] Infra lib. IX. 'Vident e quodam tigillo constrictum atque exanimem pendere Dominum.' Virgilius: 'Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.' *Pric.*

Ad exitium] *Et ad exit.* Palat. Minus bene Edd. qdd. *exitum*, licet pro fine vitæ aliquando occurrat. Sed obvius hic error. Adi ad Suet. Tib. c. 53. Domit. c. 15. Eadem confusio lib. VIII. p. 159. 'ad exitium salutis.' Lib. X. p. 218. ubi recte vulgo, *accepit exitum*. Lib. V. p. 106. 'mortis exitium.' *Oud.* *Ad exitum sublimatus*] Infra

lib. VI. 'Ad certum exitium præparata.' *Pric.* *Ad exitium sublimatus*] Ad subeundam ultroneam mortem sublevatus, ita ut pensilis fieri posset. *Beroald.*

Et misso capite] Recte quidem viri docti pro *misso* correxere *immisso*, quod a Vulc. Ed. sec. usque vulgares Edd. occupavit, frustraque conjecere alii vel *demisso* vel *emisso*. Insertum intelligit caput. Lib. IV. p. 70. 'Qua clavi inmittendæ foramen patebat, sensim inmissa manu.' Lib. VI. p. 115. 'In capillos inmissa manu.' Mox, 'bestiam inmittimus caveæ.' Lib. VIII. 'Faciem mediis ejus feminibus inmiseris.' Sed male copulam *et* contra Mss. O. et Vett. Edd. ejecere cum Stewechio ad lib. XI. p. 252. Ed. Pric. Namque illa est necessaria, ac construendum, 'adscenso grabatulo et inmisso capite laqueum induo.' *Oud.*

Laqueum induo] Cicero in Verrem Orat. 4. 'Induere se in laqueos.' *Elmenh.*

Fulcimentum] Grabatulum significat, quo sustentabatur: *fulcire* enim sustinere est, et stabilire. *fulcimentum* et *fultura* pro stabilimento. *Beroald.* *Sed dum altero pede fulcimentum quo sustinebar repello, &c.*] Theocritus XXIII. Βρόχον δ' ἔμβαλλε τραχήλῳ· Τὰν ἕδραν δ' ἐκύλισσεν ὑπὲκ ποδὸς, ἠδ' ἐκρεμάσθη Νεκρός. Scholiastes Aristophanis: Θράνους καὶ θρανίτια τινὰ διφρία καὶ ὑποπόδια ἔλεγον, καὶ παρὰ τῷ Ποιητῇ δὲ θρηνὺς, ἐφ' ὧν οἱ ἀπαγχόμενοι ἀρτῶσιν ἑαυτοὺς, ἀπολακτίζοντες αὐτά. Huc et respiciunt Artemidori ista II. 55. 'Ο ἀπαγξάμενος οὐκ ἔτι τῇ γῇ ἐπιβαίνει, οὐδ' ἐστὶν ἐπὶ ἕδρας. *Pric.*

Ad ingluviem] Ad gulam: et proprie intelligit gurgulionem, sive asperam arteriam, qua spiritus ab ore in pulmonem, atque inde rursum in os et in nares ultro citroque semper commeat: quo tramite intersepto, homo statim extinguitur, cum spirare non possit. Ideoque ait Hippocrates in libro de Flatibus, triplici alimento corpora nutriri: cibo, potu, et spiritu: qui adeo corpori necessarius est, ut possit homo sine esca et potione multos dies vivere, sine spiritu vero intra breve tempusculum moriatur. Inde eleganter dixit, spiritum patrem esse et avum morborum omnium. Ob hoc dixit Corn. Celsus, visum esse Hippocrati, omne vitium in spiritu esse [i. e. aëre, ut sæpe apud Hipp.] Plin. pœnam laquei scite præposteram vocat: quia scilicet includitur spiritus, cui quæri debet exitus. Alias 'ingluvies' significat ventris capacitatem, si credimus Servio, sic exponenti illud Maronianum: 'Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet.' Ego existimo ingluviem non tam ad ventris quam ad gulæ capacitatem esse referendum: ex quo interdum accipitur pro gulonum helluatione, et voratrina. A. Gellius, 'nomina, generaque edulium et domicilia ciborum profunda ingluvies investigavit.' Macrob. in tertio: 'Nec contenta illa ingluvies fuit maris sui copiis.' *Beroald.*

Discluderet] Excluderet, dissepararet, interciperet. Virg. 'Tum durare solum et discludere Nerea ponto.' Lucretius: 'Cum paribus jungi res, et discludere mundum.' M. Tul. 'Semotas a mente et disclusas putat.' *Idem.*

Disrumpitur] Rom. *dirumpitur.* Elmenhorstius. Sic quoque *dir.* in Edd. Colv. Vulc. utraque, et Mss. Flor. Reg. Fux. Guelf. Oxon. Lips. Pal. Estque ubivis ea orthographia in hoc verbo similibusque compositis creberrima, ut 'dijungo,' 'dinosco,' 'dirigo,' 'diripio,' 'dirno,' &c. Vide ad lib. VIII. p. 169. 'Diruptis faucibus.' Lib. IX. 'Nates diruptas.' Lib. X. 'Risu dirumpuntur.' Lib. VII. p. 147. 'Dirupta fœmina:' ubi vide Pric. *Alioqui* Edd. Ald. Junt. post. Colin. Bas. pr. *Oud.* *Putris alioquin et vetus*

funis disrumpitur] Petronius: 'Fracta est putris sella quæ staturæ altitudinem adjecerat.' Martialis: 'Putris et abrupta fascia reste jacet.' 'Disrumpitur' (inquit) 'funis.' Argumento simili Quintilianus: 'Strictos circa collum laqueos aut nexus aut ipsius corporis ruina decepit.' Declam. 17. *Pric.*

Decidens, &c.] Melius Oxon. et alii *recidens*. Supra hic, 'Recidens in inversum cooperit.' *Idem.*

Socratem, &c. superruo] Donatus ad III. 2. Adelph. 'Ruere, est toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt qui ipsi præcipites, alios prosternunt.' Jurisconsultus in l. VII. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. 'super alium venire' dixit, ni forsan locus corruptus. Oxoniensis hic non *superruo* sed *supino* habet: melior proculdubio vulgata lectio. Infra lib. IV. 'Ruunt aliæ superque aliæ sepedum populorum undæ.' *Idem.*

Exerte clamitans] Voce sublatissima: adverbium est, quod significat aperte et denudate, qualis est vox sublatior. 'Exerere' et 'exertare' significat nudare. Quadrigarius in annalibus: 'Gallus irridere cœpit, atque linguam exertare.' *Beroald.*

Stertis involutus] *Stertis* dant vere etiam Reg. Wass. jamque ita emendavit Becichemus Ep. 62. et 73. et excusum est in Ed. Junt. poster. Gr. καθεύδεις ἐγκεκαλυμμένος, ut apud Andocid. I. 179. Ed. Grut. vel quod ex Aristoph. adfert Pricæus, ῥέγχωμεν ἐγκεκαλυμμένοι. unde patet *stratis* addi non esse opus; quod ad marginem Junt. vir doctus adscripserat. Supra quoque p. 11. 'in alterum latus evolutus.' *Oud.* *Stratis involutus*] Extrinsecus subintelligendum, *Es*: ut integrum sit, stratis involutus es, et nunc quiescis in lecto. *Beroald.* *Et nunc stertis involutus*] Donatus ad Eunuchum: 'Stertit, plus quam, dormit.' Scholiastes ad Nubes Aristophanis: Τῶν βαθέως καθευδόντων τὸ ῥέγχειν ἴδιον. Et nota τὸ *involutus*. Sic I. 6. Arriani ἐντετυλιγμένος καθεύδειν. et in Clementis Pædag. τοῖς στρώμασιν ἐνειλλημένος ῥέγχειν. Aristophanes Equit. Ῥέγχει μεθυων ἐν ταῖσι βύρσαις ὕπτιος. et in Nubibus: Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, ῥέγκωμεν ἐγκεκαλυμμένοι. Ibidem paulo ante: Ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος. *Pric.*

Nescio an casu nostro, &c. experrectus Socrates, &c.] Dio Cassius lib. XLIII. de Catone se in mortem vulnerante: Καταπεσὼν ἐκ τοῦ σκιμποδίου, ψόφον ἐποίησε, καὶ τοὺς προκοιτοῦντας ἐξήγειρε. *Idem.* *Absono*] Barbaro, incondito, agresti vociferatu: hoc enim est absonum. Qui ait absonum dici, parvi et fere nullius soni, fallitur. Quod hic ait 'clamore absono,' post etiam paulo dicit 'Vasto:' ut absonus et vastus clamor idem significetur. *Beroald.*

Næ, inquit, merito] *Næ merito* primum ab Aldo profluxit. At pag. seq. 36. *næ merito, inquam*, idem cum Vett. Edd. ut hic illæ dant et Mss. plerique, *ne inq. inmerito*, quod est quoque in Mss. Guelf. Florent. Oxon. Palat. Pith. Fux. Ed. Scriverii: ut *ne* sumatur, pro *non*, sicut in 'ut ne,' 'ne quidem,' 'utinam ne,' 'ne ipse,' &c. vel *non inq. inmerito* cum aliis rescribatur. Certe id melius foret, quam cum Elmenhorstio *immerito* sumere pro *merito*. Sed præplacet Aldina, Junt. post. Colv. &c. lectio hic a Codd. Lips. et Reg. firmata, *næ merito*. Confusio est orta ex perpetuo librariorum more *ne* pro *næ* ναὶ scribentium: de quo jam supra. *Oud.* *Ne immerito*] Num immerito. *Beroald.*

Hospites] Adventores, qui a stabulariis stabulo hospitioque recipiuntur. *Idem.*

Iste curiosus, &c.] Donatus ad Eunuchum: 'Ille insanus sic effertur, ut omnibus insuavis esse noscatur.' *Pric.*

PAG. 13 *Marcidus*] Vinolentus et ebrius. *Vina* quoque *marcida* dici, quod marcidos faciant homines, testis est Papinius, qui ait in Sylvis: 'Illi marcida vina largiuntur:' a Martiali quoque 'marcentes uvæ' dictæ sunt: epitheton est Bacchi, quem *marcidum* poëtæ cognominant. *Beroald.*

Altissimo somno] Altissimum somnum vocat, utpote matutinum. Guntherus: 'Omnibus in castris pingues efflantibus auras, Et matutina pressis torpore quietis.' Theocritus, vel (ut alii) Moschus, 19. Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἔγγυθι δ' ἠώς· Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων, Λυσιμέλης, πεδάᾳ μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ. Marcus Antoninus lib. v. Ὄρθρου, ὅταν δυσόκνως ἐξεγείρῃ. *Pric.*

Emergo] Pricæus pro *emergo* (at quam non damno lectionem) proponit, an *exurgo* scribendum, ut alibi. Sed efficacius est *emergo* de eo qui præceps de alto reciderat, et superruens alium cum eodem in terram devolutus erat. *Oud.* *Emergo lætus atque alacer*] Auctor vetus de Tragœdia et Comœdia cum Terentio excusus: 'Ex omnibus locis læti alacresque veniebant.' Horatius Serm. II. 'Vegetus, &c. surgit:' ubi Scholia. 'Lætus, alacer.' Seneca Epist. LXXII. 'animus in omni negotio lætus atque alacer est.' Infra heic lib. III. 'Spe salutis alacer atque lætus:' et XI. 'Lætus atque alacer Deam præpotentem, &c. apprecabar.' Cicero: 'Catilinam interea alacrem atque lætum,' &c. Plinius in Panegyr. 'Vota Domine priorum annorum nuncupata alacres lætique persolvimus.' Omnino vide Asconium ad II. Verr. Pro *emergo* (quam non damno lectionem) propono an *exurgo* scribendum. Infra lib. VIII. 'Exurgit alacer.' lib. IX. 'Exurgens alacriter:' eodem libro: 'Vegetus exurgo:' et XI. 'Discussa pigra quiete, alacer exurgo.' *Pric.*

Gaudio perfusus] Pricæus in notis posuit *diffusus*: quod passim in gaudio adhiberi notum est. Sed et 'perfundi lætitia,' 'horrore,' &c. frequens est. Infra lib. IX. 'gaudio perfusus.' Hoc Boëthius lib. I. pr. 4. vocat 'gaudio lætitiaque fluitare:' ut est in Mss. et Edd. optimis, non *fluctare*. Oud. *Insperato gaudio diffusus*] Lib. II. 'Insperato lucro diffusus in gaudium.' Ammianus (Appuleii nostri et Gellii frequentissimus imitator) 'Plebs omnis elata gaudio insperato.' *Pric.*

Et ecce, inquam] Verbum *inquam* etiam ab Regio Pith. et Fux. Par. abest, nec non ab Edd. omnibus ante Colineum, qui tamen cum plerisque seqq. uncis inclusit. Eadem varietas p. m. 53. lib. III. p. 43. Ed. Pric. *Oud.* *Ecce inquam, &c. comes, et pater meus, et frater meus, &c.*] Petronius: 'Tuus iste frater seu comes,' &c. In Gloss. 'Comes, σύνοδος:' et in alio, 'Σύνοδος, ὁ συνοδεύων, comes,' apte ad sensum quo sumit Appuleius noster. Apud Athenæum ille lib. VI. Ἐγώ σε πάντων ἀνθρώπων ἠγάπησα μᾶλλον· καὶ σὺ εἶ μοι καὶ παῖς, καὶ υἱὸς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα. Vide ad Matth. 12. 50. dicta. Et nota, ut præcipuum post cætera *fratris* appellativum poni. Quintilianus Declam. 321. 'Certe quoties blandiri volumus his qui et amici esse videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc potest, quam ut fratres vocentur.' Terentius Adelph. I. 1. 'O frater, frater.' Ubi Donatus: 'Subdistinguendum: ut videatur quæsivisse quid ultra diceret, et plus invenire se non potuisse quam frater.' Vide l. nemo dubitat 58. § 1. de hæred. instit. Cantic. 8. 1. Additam. Estheris 15. 12. *Pric.* *Comes et pater meus*] Nomina sunt affectus nostros testantia, quibus Aristomenes Socratem contubernalem suum appellat. *Beroald.*

Cum dicto] Ab his verbis. *Idem.*

Olore] Odore et fœtore: ab *oleo* dictum. Alias *olor* significat cygnum.

Spurcissimi humoris] Urinæ, sive lotii. *Idem.*

Perfusus] Male cum Cod. Bert. *perfusus* intrusere Elmenh. Pric. Flor. Non enim Socrates erat *perfusus lotio;* sed *percussus* sive tactus odore fœtido vicini lotii, quo infectus erat Aristomenes. Quomodo passim 'feriri,' 'ici,' 'quati,' 'percuti,' 'tangi' dicuntur sensus humani re inopinata, sive visa, sive audita, sive odorata. Adi omnino Burmann. ad Ovidii l. VII. Metam. 238. 'tacti nisi odore dracones:' et Misc. Observ. V. II. p. 389. Solin. p. 20. 'cujus' (seminis usti) 'nidore perculsi' (Voss. qu. *perculsi*) 'pro lætitia habent ebrietatem imitari.' *Oud.*

Infecerant] Fœdaverant, maculaverant. 'Inficere' enim significat tingere: inde 'infectum,' tinctum: 'infectores,' tinctores: 'infectus,' ipsa tinctura: ex quo 'infectum' dicimus pollutum, et maculosum maculis ineluibilibus. Seneca: 'Vitiis,' inquit, 'infecti sumus.' Alias 'infectum' dicitur non factum, ut illud: 'sunt auri pondera facti Infectique mihi.' et illud Plautinum proverbiale: 'Quod vis fieri factum est, fieri infectum non potest.' *Beroald.*

Lamiæ] Lamias prisci magas et voratrices puerorum vocant. Horat. in Arte Poëtica: 'Neu pransæ lamiæ puerum vivum extrahat alvo.' Λαιμὸς Græce dicitur ingluvies, unde lamiæ dictæ, ut autumat Porphyrio: unde et lamiæ voragines; de quibus idem Horat. in epistolis: 'Viribus uteris per clivos, flumina, lamas.' Græci scribunt, lamias terriculamenta esse puerilia, quibus oculi sint exemptiles. Philostratus in Apollonio ait, lamias a quibusdam larvas et lemures appellari, esseque ad amorem et venerem propensas, et carnes humanas, maximeque formosorum esurienter appetere: qui libidinis cupiditate alliciant eos, quos postea cupiant devorare. Talem lamiam Apollonius Tyanæus olim Corinthi deprehendit. In instrumento veteri ait Hieremias: 'Lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos:' quo in loco non pro fœminis, sed pro feris *lamiæ* accipi videntur. *Idem.*

Apagete, inquit, fœtorem] In plurali scribendum foret *Apagite.* Sed solum Aristomenem alloquitur. Ergone placet discretio verbi, quod est in Edd. Pric. ac Floridi, *Apage te?* At Aristomenes per appositionem *fœtor* dici hic nequit. Quare malo cum Ms. Wass. et Ed. Junt. post. *Apage, inq. fœt.* Vide Paræi Lexicon Plautinum. *Oud.* *Apagete fœtorem*] Removeto et abducito. *Apage* et *apagete* dictio comica est, ducta a verbo Græco ἀπάγω, quod significat abduco et abigo. Et Plautus in Curculione: 'Apage hanc caniculam.' *Beroald.*

Latrinæ] *Latrina* conceptaculum est immunditiarum et excrementorum, quæ in cloacas corrivantur. Columella: 'Immundis quæcunque vomit latrina cloacis.' Quicunque habuerit horoscopum in 28. parte Arietis, latrinas semper cloacasque mundabit. Item, cujus horoscopus fuerit in secundo gradu Tauri, bajulabit stercora, latrinas purgabit: auctor Maternus in 7. Matheseos. *Idem.*

Comiter] Benigne, suaviter: vel (ut interpretatur M. Varro) hilare ac libenter: adverbium est. Ennius: 'Mensam sermonesque suos rerumque suarum Comiter impartit.' M. Tullius in oratione pro Corn. Balbo: 'Comites,' inquit, 'benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur: qui erranti comiter monstrat viam, benigne, non gravate.' *Idem.*

At ego mire] *Miser* jam emendavit Becichemus Ep. 73. et confirmant Mss. nostri, præter Pithœanum. Alioquin *mire adflicto joco* non adeo dis-

plicet. V. ad l. II. 'fabulis miris.' In Reg. Fux. *adfecto*, Bas. pr. *afflicto*. In Edd. primis prave *loco*, quod correxit Beroaldus, licet ita dent quoque Pith. Fux. Guelf. *Oud.* *Loco*] Lege *Joco*. Beroald.

Intentionem ejus denuo derivo: et] Prave Ursinus *intentionem* corrumpere tentat. L. XI. prope finem: 'Quorsum se cælestium porrigeret intentio.' i. e. studium et voluntas. Quintil. lib. x. Inst. Or. c. 3. 'Avocent ab intentione operis destinati.' Vide Livineium ad Plinii Panegyr. c. 78. 'Hæc nempe intentio tua.' Inepte etiam *diruo* in Ed. Ber. *dirivo* in plerisque, *derivo* recte Pith. Guelferb. Ed. Junt. post. et aliæ, eleganti metaphora. Copula abest prave a sola Bas. pr. at in plurimis Edd. Vett. it. Pric. &c. *dextra* pro *dextera*. Oud. *In alium sermonem ejus intentionem denuo derivo*] Heliodorus 2. Τοῦ πρεσβύτου τί πέπονθα ἐρωμένου, πρὸς ἄλλα ὁ Κνήμων ἀπάγων, Θαυμάζω ἔφη, &c. Apud Achillem Tatium lib. VI. Τὸν ὄντα λόγον οὐ λέγει, σοφίζεται δέ τι μάλα πιθανῶς. *Pric.*

Itineris mat. gratiam carpimus] Doctorum virorum exempla docent quidem 'carpere iter,' 'rura,' quod frequentissimum est, ut etiam 'carpere campum,' 'viam,' 'mare' et 'aëra,' ac similia. Sed in his omnibus sensus est minutatim deminuendi viam, quod fit progrediendo. V. Lamb. ad Horat. lib. I. O. 11. in f. Producere debuissent paria τοῖς 'carpere gratiam:' qualia fere sunt 'carpere oscula,' 'gaudia,' 'somnum,' 'fructum;' pro quibus tamen sæpissime in Mss. legitur *capere:* uti in iis promiscue hoc a scriptoribus adhibetur: de quibus consule N. Heinsium et Burm. ad Ovidium plurimis locis, ac variatur in Mss. Ausonii Protrept. vs. 72. Cum igitur *carpimus* primum comparet in Ed. Vulc. sec. cunctæque priores, item Mss. Fulv. Flor. Lips. Palat. Oxon. præbent *capimus*, et Reg. ac Fux. *capiamus*, ego huic lectioni adquiesco, si non meliori, quia sequitur *capessimus viam*, saltem nihilo deteriori. Dicitur enim, ut 'capere voluptatem,' 'gaudium,' nec non 'dolorem,' 'laborem,' aliaque. De *pretio mansionis*, Græcis στεγανόμιον et τοπιατικὸν, Varro vocat *locarium* lib. IV. de L. L. p. 8. 'Inde locarium quod datur in stabulo et taberna, ubi consistant:' de *stabulo* et *stabulario* adi Brisson. de Verb. signif. *Oud.* *Itineris matutini gratiam carpimus*] Virgilius III. Georg. 'Lucifero primo cum sidere frigida rura Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent.' Sic apud Pollucem x. 12. τῇ δὲ ὀχημάτων αἰωρήσει χρῆσθαι περὶ τὴν ἕω θεοῦ ὄντος. Hesiodus ἔργ. β. Ἠὼς ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθου Ἀνθρώπους. Et bene heic verbo *gratiæ* usus. Lucianus in de Domo: Κάλλιστον τῆς ἡμέρας καὶ ποθεινότατον ἡ ἀρχή. *Pric.*

Mansionis] A 'manendo' *mansio* dicta, sicut a 'remanendo' *remansio*. M. Tul. in epistola ad Q. fratrem: 'Primum tuam remansionem etiam atque etiam probo.' Plin. in VI. scribit mansiones esse dispositas aquationum ratione, qua camelis itur in Arabia, ex quo *hydreum* et *hydrema*, ab aqua dicuntur. Idem in XII. tradit, regionem qua thus convehitur, dividi in mansiones camelorum sexaginta duas. Ubi pro mansionibus non nummos dant, sed thus pendunt. *Beroald.*

Stabulario] Vide Hesychium in στεγανόμιον. Onomast. vetus: 'Stabularius, πανδοχεύς.' *Pric.*

Aliquantulum processeramus, &c.] Genes. 44. 4. Latinus Interpres: 'Jamque urbem exierant, et processerant paululum,' &c. *Idem.*

Et jam jubaris exortu cuncta collustrantur] Ovid. 'Jubar aureus extulerat Sol.' Virgil. 'Revoluta ruebat Matura jam luce dies, noctemque fugarat.' Et nota, 'collustrantur

cuncta.' Infra lib. VII. 'Candidum Solis curriculum cuncta collustrabat.' Apud Ciceronem, de Divinat. 'Æthereo flammatus Jupiter igni Vertitur, et totum collustrat lumine mundum.' Idem II. de Nat. Deorum: 'Sol omnia clarissima luce collustrans.' et in somnio Scipionis: 'Tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret et compleat.' De eodem II. 10. Lactantius: 'Fulgore clarissimo illustrat omnia.' Noster in Asclepii Dialogo: 'Secundum Deum hunc crede, omnia gubernantem, omniaque mundana illustrantem,' &c. Lucretius: 'Sua perfundens omnia luce.' Athanasius: Ἡλίου φαίνοντος, καὶ πάσης τῆς γῆς τῷ φωτὶ τούτου καταλαμπομένης. Clemens Stromat. I. Φωτὸς ἀνατολῇ πάντα φωτίζεται. Glossarium: 'Αὐγὴ ἡλίου, jubar.' De Sole Virgilius: 'Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resolvit:' ubi Servius: 'Tenebras resolvit, propter jubar.' *Idem.* *Jubaris exortu*] *Jubar* dicitur stella lucifer, qui in summo habet lumen diffusum, ut leo in capite jubam: auctor M. Varro. Hic ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut sol alter, diemque maturans: claritatis quidem tantæ, ut unius hujus stellæ radiis umbræ reddantur. Plin. auctor. 'Itaque merito,' ait, 'exoriente jubare cuncta illustrari et lucida fieri.' Virg. 'It portis jubare exorto delecta juventus:' ubi exponit Servius, nato lucifero, qui jubar dicitur, quod jubas lucis effundat: unde quicquid jam splendet, *jubar* dicitur: ut jubar auri, argenti, gemmarum. Quapropter 'exortum jubaris' accipere malim pro Sole, cujus exorientis splendor cuncta collustrat: sicut poëtæ appellant 'jubar Solis:' et Seneca ait in Hercule Œtæo: 'Dum lapsum Titan mergat oceano jubar.' *Beroald.*

Curiose sedulo arbitrabar] Adi indicem Elmenh. in v. 'Adverbia duo copulata,' item Pricæum, ac Barth. Advers. l. XXXII. c. 15. Duker. ad Flor. II. 17. 'simul pariter.' Burm. ad Suet. Cæs. c. 4. 'initio statim:' pro quo ait Cic. div. c. 17. 'repente e vestigio:' et Noster lib. V. p. 97. 'incontanter statim.' L. VIII. p. 164. 'Nequidquam frustra.' L. IX. p. 187. 'Nunc nuper.' 194. 'paululum tantisper.' Flor. N. 23. 'quasi velut.' Sil. lib. VIII. 725. 'Tunc demum tandem.' L. XI. 385. 'mox deinde.' Non multum huic dissimile 'scrupulose curioseque.' Lib. V. p. 93. ac 'sedulo curare' jungit lib. II. Mox pro *aio* in Bas. pr. *animo* vitiose. Melius deleres. *quid p. et v. sepultis* Pith. *somnianti* Fux. *Oud.* *Sedulo arbitrabar*] Diligenter inspiciebam. Donatus *sedulo* interpretatur, sine dolo, impense et diligenter. *Beroald.* *Curiose sedulo arbitrabar*] Male Gruterus maluit *curioso oculo arbitrabar, &c.* sic contra lib. VIII. 'incuriose,' et post, 'non altiuscule suspensum.' Sic IV. 'nullo negotio, &c. otiose.' Sæpe hic Scriptor duo adverbia ἀσυνδέτως ponit. *Pric.*

Et mecum: Vesane, aio] Sermocinans secum Aristomenes, opinatur se crapula et vinolentia obrutum, somniasse illa quæ viderat: cum Socrates integer et illæsus viseretur. *Beroald.*

Poculis et vino sepultus] Ambrosius de Abraham lib. I. cap. 6. 'Qui vino nimio indulgent, jacent sepulti.' Virg. II. Æneid. Marius Victori. in Genesim vs. 402. *Elmenh.*

Extrema somniasti] Portentosa, tumultuosaque: qualia temeto ingurgitatus, aut cibo distentus somniare solet, quod *phantasma* Græci vocant: quod Cic. *visum* appellat: in quo genere est, ut ait Macrob. ἐφιάλτης, quem Avicenna *incubum* nominat: quem publica persuasio opinatur quiescentes invadere, et pondere suo pressos ac sentientes gravare. *Beroald.*

Sanus, incolumis] Glossæ : 'Σῶος, Incolumis, sospes, salvus.' *Pric.*

Ubi vulnus? spongia ubi? postremo cicatrix tam alta, &c.] Oxon. *Ubi vulnus? ubi postremo cicatrix, &c.?* τὸ *spongia* etiam ab alio Ms. abesse Colvius testatur. *Idem.* *Spongia ubi*] Cum spongia illa nusquam appareret, qua vulnus Socratis Panthia obfulciverat, ita secum per interrogationem attonitus Aristomenes sermocinatur. *Beroald.*

Et ad illum] Ad Socratem conversus dixi. *Idem.*

Medici fidi cibo, &c.] *Medici fidi* bene defendit Pricæus, cui ad Catonem l. II. Dist. 22. confer Arntzenium. L. X. quoque ait 'medici fidem sequi;' ob quam 'artifici medico,' ut eodem ait libro, salutem committimus ac credimus, ut apud Phædr. lib. I. F. 14. ubi vide. In Palat. est *cibi.* Oud. *Medici fidi, &c.*] Ita Oxon. Ms. et perantiqua Vicentiæ editio. Gruterus, Lipsius, et alii multas heic corruptelas depromunt. Nos probam hanc ex probatis Scriptoribus lectionem nos probaturos confidimus; amplius, non magis proprie Appuleium loqui potuisse. In Distichis Catoni adscriptis: 'Corporis auxilium medico committe fideli.' Horatius: 'Medicus multum celer atque fidelis.' Alexander apud Q. Curtium: 'Damnem medici fidem?' Ibidem: 'Postquam potionem ab eo' (medico) 'sumptam ebibisset: nunc credo te non minus pro tua fide quam pro mea salute esse sollicitum.' Cicero Famil. XII. 30. de Asclapone medico: 'Mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate, &c. satisfecit.' In veteri Epigrammate: 'Ortus ab Iguvio medicus fora multa secutus, Arte feror nota, nobiliore fide.' Infra lib. X. de medico: 'Qui, cum fidem suam coram lacerari videret.' Ibidem: 'Compertæ fidei, &c. medicus:' et contra eod. libro: 'Medicus notæ perfidiæ.' Lectionem a nobis positam ni fallor plus satis stabilivimus. *Pric.*

Crapula distentos] Lib. II. 'jam et ipse crapula distentus protinus exurgo.' *Elmenh.* E contra 'viget animus in somnis, liberque sensibus ab omni impeditione curarum, omnia, quæ in rerum natura sunt, videt; si modo temperatis escis modicisque potionibus ita est affectus, ut sopito corpore ipse vigilet.' M. Tul. I. de divinatione. *Brant.* *Distentos*] Plenos, et saturos, fartos. Vinum capitis dolorem et vertigines facit: ab hoc, ut inquit Plinius in XXIII. dicta *crapula* est. Est autem crapula, ut docet Aristoteles in Problematis, fervor quidam et inflammatio, quæ plus conflictat quam temulentia. Crapulam, eodem auctore, sedat brassica. Ex hac Aristotelica sententia dixit Cato in libro de re Rustica: 'Si voles in convivio multum bibere, cœnareque libenter, ante cœnam esto brassicam crudam quantum voles, ex aceto: et item ubi cœnaveris, comesto aliqua folia, quæ reddent te quasi nihil ederis biberisque, bibes quantum voles.' *Beroald.*

Sæva et gravia] Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in Oneirocriticis: αἱ τῶν ὀνείρων τὰς σκιώδεις ἐμφάσεις, Ψευδεῖς ὀνείρους κοιλίας δηλοῖ γόμος, Πολλὴ πόσις τε καὶ κάρωσις ἀκράτου. Cicero de divinatione libr. I. fol. 184. 'Vera quidem,' &c. [Vid. Not. Delph.] *Elmenh.* *Scæva* edidere Vulc. Ed. sec. et seqq. In Mss. tamen plerisque est *sæva*, excepto Mangani Cod. Ubivis hic et alibi confundi nemo nescit; suisque locis indicabitur. Præcipue vide Colv. ad l. III. p. 52. et l. IV. p. 71. 76. Facit huc inprimis l. IV. p. 82. 'scævissimo somnio.' Adi et Juret. ad Symm. l. I. c. 25. 'Scævo cuique proboque laudabilis es:' uti leg. ex antiquissimo Ausonii Cod. Voss. nec aliter ex eodem Cod. scribendum in Paulino c. 12. p. 478. 'Vulgus scævo rumore

malignum,' non *sævo*. Et proprie ita legendum in Germanico p. 4. Ed. Grot. 'Serpentis capiti figit vestigia scæva,' ut e Ms. notavit Scaliger. Grotius conjecit *læva*, vulgo *fugit sæva*. Isidorus l. x. 'Scævus, sinister atque perversus, ἀπὸ τοῦ σκαιοῦ.' Sic legendum e Mss. Leidensib. Vulgo inepte, *Sævus s. a. p. a perversitate.* Quanquam sæpe nimis calide illud multi arripuerunt, ut docet Drakenb. ad Liv. II. c. 27. 44. *Oud.*

Autumant] Dicunt, opinantur, censent: id enim significat *autumo*, ut docet Gell. in XIV. P. vero Nigidius id compositum esse ex *ab* præpositione et verbo *extimo* conjectat, dictumque intercise *autumo*, quasi *ab extimo*, quod significat totum existimo, tanquam ab numero: sed Nigidianum hoc interpretamentum argutius esse videtur quam verius. *Beroald.* *Sæva et gravia somniare*] Socrates in Platonis politia dicit, quum dormientibus ea pars animi, quæ mentis et rationis est particeps, sopita langueat; illa autem, in qua feritas quædam sit atque agrestis immanitas, cum sit immoderato obstupefacta potu atque pastu, exultare eam insomnio, immoderateque jactari. Ita huic omnia visa objiciuntur a mente ac ratione varia, ut aut cum matre corpus miscere videatur, aut trucidare aliquem, et impie cruentari, multaque facere impura atque tetra cum temeritate atque impudentia. Jubet igitur Plato, sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo et Pythagoras interdixit, ne faba vescerentur: quod is cibus habeat inflationem magnam, et insomnia gravia facit. *Idem.* *Sæva et gravia somniare autumant*] Chrysostomus Hom. de ingluvie et ebriet. Οἱ μέθῃ καὶ ἀδηφαγίᾳ δεδουλωμένοι, οὔτε ὕπνον αἱροῦνται γνήσιον καὶ εἰλικρινῆ, οὔτε ὀνειράτων ἀπαλλάττονται φοβερῶν. Vide Philostratum II. 14. Max. Tyrium Dissert. 28. post initium. Sirachid. 34. 22. 23. 'Sæva et gravia somniare' est, quod apud Suetonium 'formidolosa et vana somnia videre.' *Pric.*

Quod poculis minus temperavi] Lib. III. 'Tunc igitur a poculis temperavi.' *Elmenh.* Mercurius de Jove apud Plautum Amphitr. Act. I. Sc. 1. 'invitavit sese in cœna plusculum.' *Brant.* *Vesperi*] Hora vespertina et cœnatica. *Beroald.* *Minus temperavi*] Sapientis viri super mensam celebre dictum est: 'Prima,' inquit, 'cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam.' *Idem.*

Diras imag.] Vinolenti sæpe, cum dormire vix cœperint, aspicere videntur irruentes, vel passim vagantes formas, a natura seu magnitudine seu specie discrepantes, variasque tempestates rerum velatas, vel turbulentas. 'Interdum' (ut Macrob. ait) 'temeto ingurgitatus, aut distentus cibo, extimat se vel abundantia præfocari, vel gravantibus exonerari: interdum esuriens cibum sitiens potum invenisse videtur.' *Idem.*

Impiatum] Contaminatum, impuratum, maculatum. *Impiare* enim maculare est: *piare* vero, expiare. Unde et *piatrix* dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita, quam *sagam* alii vocant: et 'piacularis porta,' Romæ dicta, propter piacula quæ ibidem fiebant. *Idem.*

Jugulari visus sum mihi. Nam et j. istum dolui] Pro *mihi*, quod primum comparet in Ed. Bas. pr. dant priores *nihil;* uti est in Lips. Fux. Guelf. ac Regio sine sensu. In Pith. *u.* Abest *mihi* etiam a Palat. et Oxon. Sed optime Becichemus e Mss. Epist. 73. correxit, *visus sum. Nihil non et j.* ut est in Fuxensi, et Edd. Aldi, Juntina utraque, et Colinæi. Miror, viros doctos interpolatam frigide lectionem tam diu retinuisse. 'Nihil non' valet valde, aliquantum, ut 'nemo non' omnes, 'tantum non' ægre, vix, fere.

Horat. Art. Poët. 122. 'Nihil non arroget armis:' dein *jug. illum* Fux. *Oud.* *Jugulari visus sum*] Quod revera passus erat Socrates, id se per somnium vidisse significat: tanquam totum hoc negotium magicum phantasticumque sit, et per præstigias quasdam illudat hominibus: et hoc est, quod ait Augustinus in XVIII. de Civitate Dei, phantasticum hominis varias formas carpere posse: memoratque exemplum cujusdam, cui vi magica contigerat, ut jaceret in lecto suo quasi dormiens, nec ullo modo posset excitari: post aliquot autem dies eum evigilasse, et quasi somnia narrasse quæ passus sit: caballum se scilicet factum, annonam inter alia jumenta bajulasse militibus. Quod ita, ut narravit, factum fuisse compertum est: quæ tamen illi sua somnia videbantur. Indicavit et alius, se domi suæ per noctem vidisse venientem ad se quendam philosophum, sibique exposuisse quædam Platonica, quæ antea interrogatus exponere noluisset: et cum ab eodem philosopho quæsitum fuisset, Cur tunc fecerit, quod prius petenti negaverat? 'non feci,' inquit, 'sed me fecisse somniavi:' ac per hoc alteri per imaginem phantasticam exhibitum est vigilanti, quod alter vidit in somnis. *Beroald.* *Jugulari visus sum mihi*] Nimirum quia vinolentia pertentatus cum se cubitum reciperet. Macrob. Somn. Scip. I. 3. 'Est ἐνύπνιον, quoties cura oppressi animi corporisve, sive fortunæ, qualis vigilantem fatigaverat, talem se ingerit dormienti, &c. Corporis si temeto ingurgitatus, aut distentus cibo, &c. præfocari se existimet.' Talium et Artemidorus I. 1. ait esse πνίγεσθαι ἐοικέναι διὰ τὴν γενομένην ἀπόφραξιν, δυσαναθυμιάτου τῆς τροφῆς οὔσης. *Pric.*

Nihil nam] Lego *nihil non:* ut sit, non nihil: quod significat aliquid, et aliquantum. *Beroald.*

Istum] Dicticως est. *Idem.*

Avelli] Bemb. *evelli.* Putean. Probante Tollio. Frustra. Præpositio *a* vel *ab* sæpe vim habet τοῦ *e* vel *ex.* Hinc 'avellere' non modo significat abstrahere, sed et extrahere. Lucan. l. II. 694. 'Spissis avellitur uncus arenis.' Immo Cicer. l. V. ad Fam. Ep. 12. 'Tum denique sibi avelli jubet spiculum.' *Oud.*

PAG. 14 *Spiritu deficior*] Adi ad Hirt. l. VIII. B. G. c. 3. 'Copia pabuli deficeretur.' Vulgo in Pomp. Mela l. III. c. 9. 'non se mari sed commeatu defecisse, memoratu retulerat.' Sed recte Schott. et J. Gron. *mare et commeatum.* Delendum cum Voss. primo *memoratu,* pro quo in aliis *commentario, memorata, memoratum, commemorata.* Idem. *Spiritu deficior*] Annotavimus in commentariis Suetonii, λειποψύχους dici, qui anima et spiritu deficiuntur: quos Plin. appellat 'defectos.' 'Lipothymia' et 'lipopsychia' Græce dicitur, Latine 'defectus animi,' sive 'defectus animæ.' Apud Plin. 'Syntectici' esse videntur in eodem significatu, accipique pro defectis: et 'syntexis,' pro ipsa defectione animi, sive defectu. *Beroald.* *Et nunc spiritu deficior*] Glossarium: ''Εξατονῶ· deficio.' *Pric.*

Genua quatior] Ovid. II. Metamorph. vs. 180. 'Genua intremuere timore.' *Elmenh.* *Et genua quatior*] Homerus de famelico homine: Βλάβεται δέ τε γούνατ' ἰόντι. Lucretius: 'Et quoniam non est quasi quod suffulciat artus, Debile fit corpus, languescunt omnia membra, Brachia palpebræque cadunt, poplitesque procumbunt.' *Pric.* *Genua quatior*] Consimile est illud, 'Genua labant.' *Beroald.*

Et gradu titubo] Ambrosius simili argumento: 'Videas in nonnullorum domibus nitidos et crassos canes discurrere, homines autem pallentes et titubantes præ fame.' Hieronymus hoc sensu 'vacillare' dixit. 'Melius est te' (Salvinam alloquitur) 'stoma-

chum dolere quam mentem, &c. gressu vacillare quam pudicitia.' Egesippus lib. v. de Judæis fame in obsidio pressis: 'Huc atque illuc circumferebantur: sæpe etiam quasi ebrii in eadem domicilia regrediebantur.' Vide IV. 17. Ezechielem. *Pric.*

Et aliquid cibatus refovendo spiritu desidero] Quasi diceret: 'Deficient inopem venæ me, ni cibus, atque Tantilla accedat stomacho fultura ruenti.' Tacitus Annal. VI. 'Repente affertur, redire Tiberio vocem ac visus: vocarique qui recreandæ defectioni cibum afferrent.' *Idem.* *Cibatus*] Cibi: Casus patrius est, quem genitivum Grammatici vocant. *Berold.* *Refovendo spiritu*]. Cibo vinoque refici corpora, et roborari vires, quis ignorat? Virg. 'Tum victu revocant vires.' Homer. in VI. Iliad. μένος μέγα οἶνος ἀέξει: id est, robur magnum auget vinum: et Columella in VII. roborandum esse præcipit largo cibo equum admissarium, ut Veneri supersit. Livius frequenter ait, 'cibo corpora refecta' esse. Lucretius: 'capitur cibus ut suffulciat artus.' *Idem.*

Jentaculum] Cibus matutinus, et gustulum. Antiqui prandicula dixere 'jentacula,' et 'jentare' pro jentaculum capere, super quo verbo satis multa in superioribus, et apud Sueton. in nono commentario. Græci ἀκράτισμα vocant jentaculum. *Idem.* *Paratum tibi adest jentaculum*] Proprie heic *paratum.* Vide ad Matth. XXII. 4. notata. *Pric.*

Manticam meam humero exuo] Pith. Edd. Vic. Ber. Juntinæ, Ald. Colin. *mantica mea,* ut *humeros* legas, sed l. II. p. 26. 'Lacinias omnes exuunt.' Supra p. 5. 'unam e duabus laciniis meis exuo.' Aliis 'pera' dicitur, 'cophinus' Juv. S. III. 14. V. Pric. *Oud.* *Manticam meam humero exuo, ei porrigo*] Solebant tenuioris fortunæ viatores edulii quid pera conditum circumferre. Vide ad Matth. x. 10. dicta. Judithæ x. 5. 'Adsumpsit, &c. ascoperam vini, et polentam, et palathas, et panem, et caseum.' Lautiores jumentis et vasibus illi usui destinatis imponebant. Basilius Conc. de Jejun. Τοὺς ὁδοιπόρους ἡ τρυφὴ ἀχροφορεῖν ἀναγκάζει τὰς ἀπολαύσεις περικομίζοντας. *Pric.* *Mantica*] Quod supra sarcinulam dixit, nunc *manticam* appellat: est enim pera viatoria, qua viatores circumferunt utensilia. Æsopus fabulator tradit, singulos homines duas manticas habere: unam ante, alteram retro; in priorem aliena vitia mitti, in posteriorem nostra: quo apologo significat, nos in alienis vitiis spectandis esse oculatos, in nostris cæcutientes. Ex hac Æsopica fabula est illud Catullianum velut proverbiale, 'Nemo videt manticæ quod in tergo est:' et illud Persianum: 'Sed præcedenti spectatur mantica tergo.' Seneca vocabulo Græco *Hippoperas* appellat sarcinas, quæ a tergo equi gestantur: quasi dicas peras et manticas equestres: ἵππος enim Græce equus, καὶ πήρα pera. Verba Senecæ ex libro Epistolarum moralium hæc sunt: 'M. Cato Censorius canterio utebatur, hippoperis quidem impositis, ut secum utensilia portaret.' Idem mox paulo: 'Quantum erat seculi decus, imperatorem triumphalem, censorium, et quod super omnia hæc est, Catonem uno caballo esse contentum? et ne toto quidem; partem enim sarcinæ ab utroque latere pendentes occupabant. Ita non omnibus, obesis mannis, et asturconibus, et tollutaribus præferes illum unicum equum ab ipso Catone defrictum?' Libuit plura ex Seneca verba transcribere, ut cognosceres, viros illos graves et imperatorios, seculo illo prisco et sancto fuisse contentos unico equo, in quo ipsimet sarcinulas suas circumferebant: cum hac tempestate luxus effervescens suaserit Cardinalibus, ut nunquam minus ducentis equis antecedentibus egrediantur, idque pom-

pabiliter: ipsi vero vehuntur mannis et asturconibus, qui sunt equi gradarii et molles: habent et mulas tollutares, hoc est, quæ tollutim, id est, volubiliter et quadam pedum glomeratione gradiuntur: ita enim appellantur equi tollutares, ut alibi annotavimus. A mantica, ut ad propositum revertamur, fit *manticula*. Manticularum usus pauperibus in numis recondendis fuit: unde deductum est verbum vetus *Manticulari*: quod significat dolose quid agere. Pacuvius: 'Ad manticulandum astu aggreditur:' item: 'Deinde aggrediar astu regem, manticulandum est hic mihi.' *Beroald.*

Juxta platanum] Arbor peregrina est, umbræ gratia tantum ex alieno petita orbe. Commendatio platani non alia major est, quam Solem æstate arcere, hyeme admittere: mero infuso nutriuntur: compertum id maxime prodesse radicibus. 'Docuimusque,' ut inquit decenter Plin. 'etiam arbores vina potare.' Idem alibi tradit, latissima folia esse fico, viti, platano. Ab Ovidio 'genialis' nominatur, quasi voluptaria, et ad delicias reperta. 'Chamæplatani' vocantur pusillæ et breves, quasi abortus platanorum: nam et in genere arborum pumiliones sunt: sicuti 'chamædaphne' dicitur humilis laurus, 'chamæmyrsine' pusilla myrthus, et brevitate spectabilis. 'Platanonas' vocant loca consita platanis. Hortensius orator, auctore Macrob. platanos suas vino irrigare consueverat. *Idem. Juxta platanum istam*] Plato in Phædone: Ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον; τί μεν; ἐκεῖ σκιά τ' ἐστι, καὶ πνεῦμα μέτριον, καὶ πόα καθέζεσθαι, ἐὰν βουλώμεθα κατακλιθῆναι. Noster in de Mundo: 'Platanos umbras potantibus ministrantes.' *Pric.*

Resideamus] Omnes editores Colvium secuti sunt, exhibentes *residea-mus*, sicut et Mss. dant, exceptis Palatino, Pithœano, et Guelferb. a quibus malim stare, et in tertia quoque conjugatione sumere. L. VII. init. 'in primo aditu residens.' Virg. Æn. VIII. 467. 'mediisque residunt Ædibus, et licito tandem sermone fruuntur.' Plin. l. VI. Ep. 20. § 4. 'Residimus in area domus.' De his compositis a *sidere* vide me ad Lucanum sæpius, ad Sueton. Tib. c. 14. Arntzen. ad Plinii Paneg. p. 89. Infra h. lib. p. m. 66. 'adsidam.' ad l. VII. p. 155. et l. XI. 'venter residit:' ad initium l. I. de dogm. Plat. 'in ejus gremio residisse:' et Comm. ad Virg. Ecl. V. 3. VII. 1. *Oud.*

Indidem] Ex caseo et pane: adverbium est. *Beroald.*

Esitantem] Ab *edo* frequentativum fit *esito*. Idem.

Intentiore acie atque p. b.] *Intentiore acie* exaratur etiam in Flor. Reg. Fux. Oxon. aliisque, ut 'intentis oculis' l. II. p. 35. Gell. l. XIX. 10. 'Voce atque vultu intentiore.' In Palat. quoque et Pith. est *intentiorem acie*, Guelferb. *intentiore ē acie*, et in Ed. Junt. post. *intentiore macie*. Ita ut satis pateat, istud *interiori* vel *interiore*, quod ante Colvium vulgabatur, vitiosum esse. Corrigebat vir doctus, *interior in acie*, ut præpositio *in* Appuleiano Afrorum more tantum non abundaret, de quo alibi plura. Burm. margini adlevit: f. *inertiore macie*. Sed *atque* hic poni pro *statim*, quod etiam est visum Scioppio l. III. Susp. Lect. Ep. 8. durius videtur, licet non negem aliquoties ita sumi. Adi ad Hirt. B. Afric. c. 38. Immo dubito, an umquam eo sensu adhibuerit Appuleius, cui statim id pro *lacteo* inepte affingere tentavit Scioppius: nam et suspecta sunt, ut suis locis videbimus, l. VIII. p. 194. 'Secederet paullulum atque ultra.' et l. de Mundo p. 741. 'Atque ut ab Imao monte.' Hinc puto emendandum hac ratione Auctorem, *eumque adspiciens aliquantum intentior, macie atque pallore b. defic. video*: vel potius, *adspiciens*

ab intentiore acie, macie atque p. b. def. Millies ita vox quædam excidit præ earumdem litterarum temere omissarum, quæ repetendæ fuerant, ductu. *Oud. Pallore buxeo*] Inter ea quæ pallore notabilia sunt maxime notabilis est buxus: etenim pallidissima est, unde in comparationem palloris usurpatur. Ovid. in carmine obscœno: 'Buxo pallidior, novaque cera.' Hinc pallorem 'buxantem' et 'buxeum' optimo epitheto dixerunt. Plin. in XVI. buxum esse ait quadam duritia ac pallore commendabilem, cujus materies honorata est: plurima nascitur in Pyrenæis ac Citoro montibus: inde a Catullo dictum est, 'Amastri Pontica, et Citore buxifer.' Virg. quoque in Georgicis: 'Et juvat undantem buxo spectare Citorum.' Ex buxo *pecten* fit laudatus: indeque 'Citoriacus' dictus ab Ovidio, quasi buxus a Citoro monte: sic enim ait in IV. Metamorphoseon: 'Sæpe Citoriaco deducit pectine crines.' Impressi codices habent *Cytheriaco*: quod Grammatici exponunt pro venereo. Sed tu lege *Citoriaco*, et expone pro buxeo, ut docuimus. *Beroald. Pallore buxeo deficientem video*] 'Poplite deciduo genua intremuere, fugitque Et color, et sanguis.' Apud Achillem Tatium lib. VII. Ὁ δὲ ὠχρὸς ἐγένετο κατὰ μικρὸν, καὶ ὀκνηρότερον ᾔσθιεν, ἤδη δὲ καὶ τρόμος αὐτὸν εἶχεν. 'Pallore deficientem' verissime et peritissime dixit. Suidas in ὠρακιάσας: Ὠχριάσας, ἀντὶ τοῦ, ὑπ' ἐκλύσεως σκοτωθεὶς, ᾧ ἕπεται τὸ ὠχριᾷν. τοιοῦτοι δὲ οἱ λειποψυχοῦντες· τρέπεται γὰρ αὐτῶν πρῶτον ἡ χροιά. 'Buxeo pallore' heic ut VIII. 'Buxante pallore:' et apud Chrysostomum. Homil. de Paupert. et divit. πρόσωπον πύξινον, καὶ τοῦ νεκρωθέντος οὐδὲν ἄμεινον διακείμενον. *Pric.*

Sic denique eum vitalis color turbaverat] Stewechio emendanti *tum* favent Lipsius, qui conjecit *ei*, uti et J. Wasse vel *ejus* vel *in eo*, ut *turbare* neutraliter accipiatur, sicut 'mutare,' 'mergere,' 'vertere' passim, et apud Nostrum 'æquiparare,' 'tardare' l. v. p. 106. 'deflere' forsan l. IV. in f. Immo 'deformavit vultus' pro deformatus est. Vide Almelov. ad Quinctil. Declam. 298. p. 594. Et sic Virg. Æn. VI. 802. 'turbant trepida ostia Nili:' exposuit Servius pro *turbantur*. Male vero Pricæo, *colorem* aliquatenus illustranti, præplacuit ex Oxon. *calor*: nam licet *vitalis calor* optime dicatur, ut Senec. l. IV. de Benef. c. 6. 'Sanguinis cursu vitalis continetur calor:' et Boëthio l. I. prosa 6. 'Tibi vitalis calor illuxerit:' is non potest dici 'turbare illum' vel 'turbatus esse:' quod 'colori' convenit. Certum enim est, sensum loci eumdem esse, qui lib. X. p. 217. 'In vicem humani coloris succedit pallor infernus.' Si *calor*, quomodo est etiam in Paræano, recipiendus, melius legas, *tum* vel *ei vitalis calor torpuerat*; cujus contrarium est 'vitali calore moto' e lib. VII. Hinc 'frigidus torpor' Lucan. l. IV. 290. 'frigore torpens hiems' Claud. Cons. Prob. et Olybr. vs. 269. Quo facit et Ms. lectio de Philos. Mor. p. 605. 'Verum calorem ad desidiam sanguinis mutat:' ubi vulgo *colorem*, ut in Terent. Eun. II. 3. 26. 'verus color.' At nihil muta. 'Vitalis color turbare ipsum' dicitur, cui turbatur pallore vultus. Desumsitque auctor e Plauto Epid. IV. 1. 33. 'Quid est, quod vultus te turbat tuus.' Sicut et Gellius l. XIX. c. 1. pallido præ mortis metu adscribit 'coloris et vultus turbationem.' Simili fere constructione usus est Auctor l. v. p. 99. 'prægnationem maturaverat uterus' pro 'prægnatio uteri maturata est.' L. XI. p. 248. 'Me tegmine despoliaverat asinus' pro 'despoliatus tegmine asini.' Ex quibus omnibus patet, quam prave audacissimo conatu reponere tentaverit Markland. ad Statii Silv. I. 3. 103. 'eum letalis co-

lor turpaverat.' Nam, ut *turbare* et *turpare* crebro mutentur, sicut etiam in Mart. Cap. l. I. p. 18. Boëth. de Cons. Phil. in f. 'Fronte turbatus,' ubi vide Comm. non tamen 'letalis color' erit leto similis, vel qualem habet mortuus; sed *letalis* est mortem adferens. Immo sic mutando omnia dubia possumus quidem intellectu facilia reddere; sed et simul novos excudimus auctores. *Oud.* *Sic denique eum vitalis color turbaverat, &c.*] Tacitus Annal. XV. de Paulina: 'Ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset multum vitalis spiritus egestum.' Ut *color* heic (quod in editis est plerisque omnibus) legamus, suadent Ovidiana ista: 'In vultu color est sine sanguine:' et hæc Virgilii: 'Labuntur frigida letho Lumina, purpureus quondam color ossa reliquit:' nec non Senecæ ista, 'Incerta inter vitam et mortem coloris facies est:' et hæc alterius Senecæ in Hippolito: 'Et ora morti similis obduxit color:' quibus adde Maximiniani ista: 'Inficit ora Pallor, et exanguis funereusque color.' Ut *calor* (præsertim cum *vitalis* addatur) scribamus, postulat hic Q. Curtii locus: 'Pallor deinde suffusus est, et totum propemodum corpus vitalis calor reliquit:' et hic ejusdem Scriptoris lib. VII. 'Tum demum vitali calore moto membris aliquis redibat vigor:' et hic Virgilianus: 'Omnis et una Elapsus calor, atque in ventos vita recessit.' Est et *calor* hic in Oxon. Ms. De voce *turbaverat* quærendum, pro tempore non expedio me. *Pric.*

Nocturnas furias] Meroën et Panthiam magas intelligit: sic et Horatius, veneficas fœminas et præstigiis magicis infames, appellat furias, illo versu: 'Horruerim voces furiarum et facta duarum.' *Beroald.*

Frustulum panis] Buccella: diminutivum est a *frusto*, quod significat particulam. Virg. 'Pars in frusta secant:' inde adverbia sunt, 'frustatim' et 'frustillatim.' Plautus in Curculione: 'Ego te faciam ut hic formicæ frustillatim differant.' *Idem.*

Neque deorsum demeare] Non potuit significantius exprimere, quod interdum usu venire solet in ægrotis et anxiis, ut scilicet cibus quodam veluti lentore inhærens faucibus, neque descendere possit in stomachum, neque superna repetere. Auctor est Plin. in XXVIII. 'Si quid e pisce hæserit faucibus demissis in aquam frigidam pedibus cadere: si vero panis hæreat, ex eodem in utranque aurem addito pane, quod inhæserit decidere.' *Id.*

Ut mihi frustulum panis, &c. mediis faucibus inhæreret] Seneca Thyeste: 'Præclusæ cibum Tenuere fauces.' Juvenalis: 'Interque molares Difficili crescente cibo.' Proverb. 23. in Græco: Ὃν τρόπον εἴ τις καταπίοι τρίχα, οὕτως ἐσθίει καὶ πίνει. Seneca LXXXII. Epist. 'Non crevit in ore cibus, non in faucibus hæsit.' Ovidius: 'Crescit et invito lentus in ore cibus.' Onomasticum vetus: 'Frustulum, τεμάχιον.' *Pric.* *Mediis faucibus inhæreret*] Supra: 'Mollicie cibi glutinosi mediis faucibus inhærente.' *Idem.*

Brevitas ipsa commeantium] *Brevitas* est etiam in Pith. Guelf. Fux. Par. et Edd. ante Vulcanii sec. *crebruitas* Oxon. At Reg. et Palat. dant bene *crebritas;* neque opus est ob lib. IV. p. 83. 'advenarum studiosa celebritas,' hic quoque *celebritas* reponere cum N. Heinsio ad Ovid. lib. IV. Metam. vs. 46. Consule me ad lib. VIII. p. 169. et Suet. Tib. c. 52. 'Celeberrime acclamatum est.' In Guelf. Pal. non comparet *ipsa:* dein *comantium* Pith. *Oud.* *Brevitas commeantium*] Paucitas simul euntium: duo tantum erant. Abusio est, quæ Græce catachresis appellatur, quæ verba finitima usurpat: hoc modo, 'Vires hominis breves sunt, oratio magna: longum in homine consilium:

paucus sermo.' Ita 'brevitas commeantium,' pro paucitas viatorum. *Beroald.* *Crebritas commeantium, &c.*] Id est, viantium. Gloss. 'Ὁδοιπορῶ, iter facio, meo.' Onomast. vetus: 'Meo, πορεύομαι.' *Pric.*

Metum mihi cumulabat] Lib. II. 'Et mihi formido cumulatior.' *Idem.*

De duobus comitum alterum] Cum Pricæo ex Oxon. Cod. *comitem* prætuli, quod jam legas in Ed. Junt. post. item Coll. Wass. Vide ad p. m. 17. 'duobus comitum:' quod hic cum *alterum* posses construere. *Oud.* *Comitum alterum sine, &c.*] Bene Oxon. Cod. *comitem alterum, &c.* Pric.

Sine alterius noxa] Modo culpa: alias periculum damnumque significat, ut in notis Servii fusius explicavimus. *Beroald.*

Satis detr. cibum] Cave, cum N. Heinsio ad Ovid. Met. v. 450. reponas *cibi*. Sæpe τὸ *satis* absolute ponitur, ut substantivum ab alio nomine vel verbo pendeat. 'Satis consilium,' 'satis fortunam,' 'satis otium,' 'satis spatium,' 'satis tempus.' Consule, quæ laudant viri docti ad Nepot. Epam. c. 4. § 6. Burm. ad Valer. Flacc. IV. 546. Virg. Æn. III. 348. Duker. ad Liv. lib. I. 16. 8. Immo mox sequitur, 'satis summum aquæ rorem adtigerat.' Vitruv. lib. v. c. 7. 'satis altitudinem habebunt eorum confornicationes.' Sic Mss. Voss. Franek. et alii, non *conformationes*. Oud.

Casei bonam partem, &c.] Id est, magnam. Terent. Eunuch. I. 2. 'Bonam magnamque partem ad te attulit.' Donatus: 'Hæc dicuntur ἰσοδυναμοῦντα.' Infra lib. VIII. 'Confecta bona itineris parte:' et x. 'Non prius, &c. quam de ea bonam partem sumpseris.' *Pric.*

Avide devoraverat] Oxon. *optime d.* Idem.

Lenius fluvius] Pith. Edd. Vicent. Ald. et Junt. *levis*, prave. Is enim est celer; hic tardus admodum describitur. Lib. II. p. 23. 'In lenem vibrantur undam.' Lib. IV. p. 65. 'serpentis leniter aquæ.' Adi me ad Cæsar lib. I. B. G. 12. 'Influit incredibili lenitate.' De *levi* dicam ad lib. III. p. 57. 'membris leviter fluit.' *Oud.* *Lenis fluvius, &c.*] Lib. VI. 'Sub ista, &c. platano qua mecum simul unum fluentum bibit.' Plato: Ἡ δὲ αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος. Moschus: Αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ, Καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἦχον ἀκούειν. Vide XXIV. 19. Sirachidis. Calpurn. Siculus: 'Bullantes ubi fagus aquas radice sub ima Protegit.' *Pric.* *Lenis fluvius*] Leniter et citra impetum fluens. *Beroald.*

In speciem placidæ paludis] Palustres aquas placidas esse et stagnantes videmus, quas merito damnant medici, utiliores quæ profluunt existimantes: quod et Plinius noster memorat lib. trigesimoprimo. *Idem.*

Ignavus ibat] Edd. Vicent. Ber. Colin. Lugd. habent *ignavius*. Sed amat Noster jungere varia adjectiva, eaque pro adverbiis adhibere. Vide statim *oppertus, &c.* l. II. 26. 39. l. III. 45. l. IV. p. 153. 169. l. VII. 145. l. VIII. 159. iisque locis Comment. item Drakenb. ad Liv. lib. II. c. 35. 'Infensa erat coorta plebs.' *Oud.* *Ignavius*] Lentius, contatiusque fluebat. *Beroald.* *Ignavus ibat*]. Horatius: 'Flumine languido Cocytus errans.' Senec. Hippol. 'Ubi Mæander super inæquales Labitur agros piger,' &c. Infra lib. IV. 'Ac valles amnibus' (lege *agminibus*) 'stagnantibus irrigans, in modum sopiti maris, vel ignavi fluminis cuncta cohibebat.' *Pric.* *Placidæ paludis*] Avienus Periegesi: 'In morem stagni placidæve paludis.' Hegesippus III. 26. 'Frigidior placidæ paludis æquore.' *Idem.*

Argento vel vitro æmulus in colorem] 'Vitreis argenteus undis.' Calpurnius Eclog. II. 'Virides qua gem-

meus undas Fons agit:' ubi forsan *vitreas* scribendum. In vett. Catalectis: 'Fontanos latices, et lucida pocula vitro.' Infra hic lib. v. 'Fontem vitreo latice placidum.' Ovidius: 'Vitroque magis pellucidus amnis.' *Idem. Argento, &c.*] Avienus ubi supra: 'Rhebas, argento similem qui porrigit amnem.' Infra lib. IV. 'Evomebat undas argenteas:' Julianus in Epistolis: Ὅμηρος, &c. τόν τε ἄργυρον αἰγλήεντα λέγει· καὶ τὸ ὕδωρ ἀργύρεον ὀνομάζει. Hesychius: Ἀργυροδίνην· λευκὰ ῥεύματα ἔχουσαν κρήνην. *Idem.*

Æmulus in colorem] Laus aquæ fluvialis, quæ ita limpida erat, ut vel argentea vel vitrea videri posset. Antiqui 'aquilum colorem' dixere subnigrum, quasi inter album nigrumque intermedium: ab aqua, cujus incertus est color. Tria namque elementa sunt sine sapore, sine odore, sine succo: aqua, aër, ignis. 'Aquilex' eleganti vocabulo dictus est aquæ vestigator et ductor. Plinius: 'Subesse aquis credunt, et hoc habent signum Aquileges.' *Beroald.*

Explere latice fontis lacteo] Minus bene Guelferb. quoque cum Ed. Scriv. *explete.* Pro *lacteo* in Fux. *laqueo.* Conjecit Sopingius *Illico adsurgit*: melius certe Scioppio. At nil est mutandum. Consule Pricæum. *lacteus* enim *latex* significat purum et candidum, ac λευκόν. Martian. Cap. lib. I. p. 6. 'fluvius lactis instar candidæque lucis:' et de eodem pag. 7. 'Illius lactei prænitens unda.' Sic enim e Mss. leg. non *renitens:* ac *nitidus* hoc sensu restituendum Claudiano Præf. in Rufin. vs. 10. ex Ovidii Ep. XV. 157. Met. lib. III. 407. Rursus in Martiano p. 28. 'Peplum lactis instar fulgidum.' *Oud. Explere*] Pro *exple te:* Imperativus est passivus, quem Veteres frequenter usurpant pro activo. Ovidius: 'Cingere littorea flaventia tempora myrtho.' *Beroald. Latice lacteo*] Aqua pura et nitida. 'Latex,' ut ait Servius grammaticus, 'proprie aqua est, ab eo quod intra terræ venas lateat.' Et vinum 'laticem' dicimus, quod latet intra uvam. Denique omnis liquor 'latex' dici potest, sicut Lucretius dixit 'laticem absinthii:' et Ovidius 'latices Palladios,' pro olei liquore: et Maro 'laticem Lyæum,' pro vino. Solinus quoque in Polyhistore licentius paulo sic scripsit: 'Non coibunt in corpus unum latex vineus, et latex aquæ.' *Idem. Latice fontis lacteo*] Verum est quod Philo scripsit: Οὐ ποταμὸς, οὐ πηγή τις οὐδαμοῦ τῆς οἰκουμένης ἀνθ' ὕδατος μνημονεύεταί ποτε γάλα ὀμβρῆσαι. Inde inter ἀδυνάτων proverbialia apud Juvenalem: 'Tanquam in mare fluxerit amnis Gurgitibus miris, et lactis vortice torrens:' et tamen nil egerunt qui alias heic lectiones proposuere, cum hæc hyperbole id velit tantum, ut flumini summa commendatio quæratur. Sic III. 'Lacteam cutim:' et X. 'Cupidines lacteos.' *Lacteam* et ἁπλῶς poteris *suavem* exponere. Hesych. Γάλα, ἡδύ. *Fontem* pro *aqua* videtur, quamquam ποιητικωτέρως, dixisse. Virgil. Georg. IV. 'Liquidos manibus dant ordine fontes.' *Pric.*

Opertus palliolo in planiorem] Flor. *o. paululum in p.* Elmenhorstius. Ita hæc verba nunc vulgo legas, fabricata primum et intrusa a Vulcanio, quorum tamen sensum vel constructionem a me non percipi lubens profiteor. In Wass. et Ed. Wowerii, *op. paululum in pl.* In ceteris Mss. etiam Oxon. Florent. Reg. et olim editis videas: *oppertus paullulum planiorem ripæ marginem.* Omnino recte. Non ut jungas 'marginem complicitus,' quasi marginem manu prehendisset; quemadmodum cepit Beroaldus: sed 'oppertus marginem est tacite et cum mora conspicatus,' postquam oculis notaverat planiorem marginem, quo scilicet fa-

meus undas Fons agit:' ubi forsan *vitreas* scribendum. In vett. Catalectis: 'Fontanos latices, et lucida pocula vitro.' Infra hic lib. v. 'Fontem vitreo latice placidum.' Ovidius: 'Vitroque magis pellucidus amnis.' *Idem.* *Argento, &c.*] Avienus ubi supra: 'Rhebas, argento similem qui porrigit amnem.' Infra lib. IV. 'Evomebat undas argenteas:' Julianus in Epistolis: Ὅμηρος, &c. τόν τε ἄργυρον αἰγλήεντα λέγει· καὶ τὸ ὕδωρ ἀργύρεον ὀνομάζει. Hesychius: Ἀργυροδίνην· λευκὰ ῥεύματα ἔχουσαν κρήνην. *Idem.*

Æmulus in colorem] Laus aquæ fluvialis, quæ ita limpida erat, ut vel argentea vel vitrea videri posset. Antiqui 'aquilum colorem' dixere subnigrum, quasi inter album nigrumque intermedium: ab aqua, cujus incertus est color. Tria namque elementa sunt sine sapore, sine odore, sine succo: aqua, aër, ignis. 'Aquilex' eleganti vocabulo dictus est aquæ vestigator et ductor. Plinius: 'Subesse aquis credunt, et hoc habent signum Aquileges.' *Beroald.*

Explere latice fontis lacteo] Minus bene Guelferb. quoque cum Ed. Scriv. *explete.* Pro *lacteo* in Fux. *laqueo.* Conjecit Sopingius *Illico adsurgit*: melius certe Scioppio. At nil est mutandum. Consule Pricæum. *lacteus* enim *latex* significat purum et candidum, ac λευκόν. Martian. Cap. lib. I. p. 6. 'fluvius lactis instar candidæque lucis:' et de eodem pag. 7. 'Illius lactei prænitens unda.' Sic enim e Mss. leg. non *renitens:* ac *nitidus* hoc sensu restituendum Claudiano Præf. in Rufin. vs. 10. ex Ovidii Ep. XV. 157. Met. lib. III. 407. Rursus in Martiano p. 28. 'Peplum lactis instar fulgidum.' *Oud.* *Explere*] Pro *exple te:* Imperativus est passivus, quem Veteres frequenter usurpant pro activo. Ovidius: 'Cingere littorea flaventia tempora myrtho.' *Beroald.* *Latice lacteo*] Aqua pura et nitida. 'Latex,' ut ait Servius grammaticus, 'proprie aqua est, ab eo quod intra terræ venas lateat.' Et vinum 'laticem' dicimus, quod latet intra uvam. Denique omnis liquor 'latex' dici potest, sicut Lucretius dixit 'laticem absinthii:' et Ovidius 'latices Palladios,' pro olei liquore: et Maro 'laticem Lyæum,' pro vino. Solinus quoque in Polyhistore licentius paulo sic scripsit: 'Non coibunt in corpus unum latex vineus, et latex aquæ.' *Idem.* *Latice fontis lacteo*] Verum est quod Philo scripsit: Οὐ ποταμὸς, οὐ πηγή τις οὐδαμοῦ τῆς οἰκουμένης ἀνθ' ὕδατος μνημονεύεταί ποτε γάλα ὀμβρῆσαι. Inde inter ἀδυνάτων proverbialia apud Juvenalem: 'Tanquam in mare fluxerit amnis Gurgitibus miris, et lactis vortice torrens:' et tamen nil egerunt qui alias heic lectiones proposuere, cum hæc hyperbole id velit tantum, ut flumini summa commendatio quæratur. Sic III. 'Lacteam cutim:' et x. 'Cupidines lacteos.' *Lacteam* et ἁπλῶς poteris *suavem* exponere. Hesych. Γάλα, ἡδύ. *Fontem* pro *aqua* videtur, quamquam ποιητικωτέρως, dixisse. Virgil. Georg. IV. 'Liquidos manibus dant ordine fontes.' *Pric.*

Opertus palliolo in planiorem] Flor. *o. paululum in p.* Elmenhorstius. Ita hæc verba nunc vulgo legas, fabricata primum et intrusa a Vulcanio, quorum tamen sensum vel constructionem a me non percipi lubens profiteor. In Wass. et Ed. Wowerii, *op. paululum in pl.* In ceteris Mss. etiam Oxon. Florent. Reg. et olim editis videas: *oppertus paullulum planiorem ripæ marginem.* Omnino recte. Non ut jungas 'marginem complicitus,' quasi marginem manu prehendisset; quemadmodum cepit Beroaldus: sed 'oppertus marginem est tacite et cum mora conspicatus,' postquam oculis notaverat planiorem marginem, quo scilicet fa-

cilius in flumine bibere posset. Eo sensu verbum *opperiri* sumsit Auctor noster p. 8. 'Obliquo adspectu, quid rei sit, grabatuli sollertia munitus opperior: video mulieres duas.' Lib. II. p. 23. 'In saxo simul et in fonte loturam Dianam opperiens visitur.' Lib. XI. p. 242. 'Id sacrum nec sollicita nec profana mente debebis opperiri:' nec aliter apud Valer. Flacc. lib. V. 393. 'Dixit, et opperiens trepidam stetit:' ubi nil est mutandum. Clare lib. VII. 615. 'Opperiens, ubi prima sibi daret agmina tellus.' Vide et lib. III. 184. *Oud.*

Complicitus in genua appronat se] Ad bibendam nempe. Nemesianus Eclog. III. 'Pronus at ille lacu bibit.' Tantalus in Mortuorum dialogis apud Lucianum: Ἀπόλωλα ὑπὸ τοῦ δίψους. cui alter: Οὕτως ἀργὸς εἶ ὡς μὴ ἐπικύψας πίνειν; Sic κύψας πίνειν 2. 12. Philostratus. Hieronymus de Paulo et Antonio: 'Paululum aquæ in fonte prono ore libaverunt.' Martialis: 'Et bibis immundam cum cane pronus aquam.' Infra lib. IX. 'Satis sitienter, pronus, &c. salutares illas aquas hauriebam.' Ait, *in genua, &c.* Judic. VII. 6. Ἔκαμψαν ἐπὶ τὰ γόνατα τοῦ πιεῖν ὕδωρ. Agatharcides de Ichthyophagis: Ἀπερεισάμενοι τὰς χεῖρας εἰς τὴν γῆν, καὶ θέντες τὰ γόνατα, βοηδὸν πίνουσι. *Pric.* *Marginem complicitus*] Significat, Socratem manibus apprehendisse tenacius marginem ripæ herbascentem, instar eorum qui aquam amnicam poturi apprehendunt herbam, complicantque marginem manibus, ne præcipites ruant in flumen. *Beroald.*

In genua appronat se] Eleganter dictum, pro eo quod est, inflectit genua: et, ut Veteres dicebant, 'ingeniculatur.' In cœlo signum est, quod Græco vocabulo 'Engonasis,' Latine 'ingeniculus' nominatur: de quo sic scribit Maternus Firmicus in VI. 'Ingeniculus, qui Engonasis, in extremis partibus Piscium oritur: hoc sidere nati erunt mendaces, fugaces, callidi.' Ovid. dixit in VIII. Metamorphoseon: 'Qui medius nixique genu est, anguemque tenentis.' Ubi 'Nixus genu' eleganter significatur Ingeniculus, qui Hercules est, ut docet Hyginus: qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. Æschylus ait, Herculem cum Liguribus manus contulisse, et complures eorum sagittis confixisse, sed cum jam deficeret, defessum se ingeniculasse, multis jam vulneribus acceptis. Jovem autem misertum filii, curasse ut circa eum magna lapidum copia esset, quibus se Herculem defendisse, et hostes fugasse. Ita Jovem in similitudinem pugnantis inter sidera constituisse. De hoc intelligi voluit Manilius in V. Astronomicon, illo versu: 'Nixa genu species et Graio nomine dicta.' Nam 'Nixa genu' Ingeniculum signat, 'Graio nomine dicta,' Engonasin designat, qui Græco nomine 'nixus genu' interpretatur: ἐγγονάζομαι enim est, 'flecto genua.' *Idem.*

Avidus affectans poculum] Lucretius: 'Flumen item sitiens, vel fontem propter amœnum Adsidet, et totum prope faucibus occupat amnem.' Et bene *avidus*. Æneid. VI. 'Avidusque refringit:' ubi Servius: 'Avidus, ut ostendat tantam fuisse avellendi cupiditatem, ut nulla ei celeritas satisfacere posset.' *Pric.*

Summum aquæ rorem attigerat] Virgilius: 'Primaque libato summo tenus attigit ore.' 'Aquæ rorem' hic, ut infra lib. IV. 'Vibrantium fluctuum summum rorem calcavit:' et VIII. 'Cruorem præterfluentis aquæ rore diluere.' *Idem.*

Vulnus dehiscit in profundum patorem] Ovidius II. Fast. 'Vulnus inane patet.' Statius: 'Vulnus hiat, magnæque patet via lubrica plagæ:' sic 'vulnus patens' IV. Egesippi. *Idem.* *Dehiscit*] Vehementer aperitur, et patet: 'hiscere' enim est hiare: id est,

aperire, quod Veteres 'hietare' et 'hiatare' dixerunt. Laberius, 'Hietantur fores' dixit, pro eo quod est hietant: id est, patent. Item Cælius: 'Sequere me tu, qui mihi oscitans hietansque restas.' *Beroald.* *Patorem*] Hiatum et apertionem: nomen est a patendo deductum: cui consimile est 'vagor' pro vagitu, qua dictione usus est Ennius: et 'fluor' pro fluxu. *Idem.*

Repente de eo] In Pal. Fux. et Wass. *de eo repente.* Usi *derepente* Terent. Cicero, Sueton. aliique præter Livium. Vide ad Suet. Tib. c. 23. Liv. lib. XXI. 41. 6. Corrigendus sic quoque videtur Frontinus lib. III. c. 7. in f. pro *decipiens.* *Admodum* deest Fux. *Oud.*

Spongia devolvitur] Ne scilicet per flumen transiret: quod Panthia superius cavendum esse præceperat, cum inquit: 'Heus tu spongia, cave in mari nata per flumen ne transeas.' A spongia verbum est Apitianum 'Spongiare,' quod significat spongia extergere. *Beroald.*

Eamque parvulus admodum comitatur cruor] Lib. V. 'Ut per summam cutim roraverint parvulæ sanguinis, &c. guttæ.' *Pric.*

Exanimatum] Modo mortuum, alias conturbatum. Inter 'exanimatum' et 'exanimum,' ut ait Donatus, hoc interest: 'exanimatus' est conterritus, conturbatus, ut illud Terentianum: 'Ibi tum exanimatus Pamphilus:' 'exanimus,' est occisus: ut Virg. 'Corpus ubi exanimum.' Nonnunquam 'exanimatus' accipitur pro extincto et mortuo: ut hoc in loco, et apud Historicos persæpe. *Beroald.*

Cernuat] Editionum veterum lectionem *corruerat* firmant quoque Oxon. et Palatin. quod defendit Floridus, quia supra jam dixerat Auctor, eum cernuum seu pronum se adplicuisse flumini ut biberet. Certe præstare videtur plusquam perfectum; unde Ed. Junt. post. addit *cernuus corruerat*, ut *corruere* active quasi sumatur. Præcedit enim exanimatum corpus.' Et sic plane lib. VIII. p. 158. Ed. Pric. 'Charite velut tonitru percussa, corruit corpus, et obnubilavit animam.' Adde Paræi Indic. Plaut. De voce 'cernuus' vide Elmenh. Indicem, Drakenb. ad Sil. X. 256. et quos laudavi in Misc. Observ. V. 2. ad Avieni descript. Orb. vs. 533. Severus de Mort. boum vs. 62. 'Vidi ego cernuam junicem gravidam.' Immo 'cernuus' vel 'cernulus corruere' jungit Noster lib. IX. p. 205. 'Super mensam cernuus corruens.' Sil. XVI. 413. 'Perfracto volvitur ore Cernuus.' Arnob. lib. VII. p. 246. 'Pronos et cernuos ruere.' Quia tamen in reliquis Mss. et Regio est *cernuat*, ut edidere Colv. Vulc. Scal. Elm. Scriv. Pric. malim hinc corrigere *cernuarat* active. Socrates 'exanimatum corpus cernuarat pene in flumen.' Vide Grævium ad Isidori glossas: 'Cernuare, præcipitare.' Hinc passive *cernuari* apud Solinum c. 17. 'Irrita rabie cernuari, velut propriam tarditatem voluntaria castigantes ruina.' Cap. 45. 'Ut de industria cernuatus, ruina pariter et se et equitem affligeret:' ubi vide Salm. Adde Schottum ad Melam lib. III. c. 5. Mox *ego altero* Pith. Fux. Palat. Edd. Vic. Ber. Colin. Bas. *Oud.* *Cernuat, &c.*] Ausonius in Mosella: 'Cernua subjectum præceps dat corpora in amnem:' nec Oxoniensis ergo, nec alii sequendi, qui *corruerat* legunt. *Pric.*

Vix et ægre] Fux. *imo et ægre.* Vir doctus quidam delebat *et.* Forsan quia Auctor sæpe duo adverbia sine copula jungit, ut supra 'curiose sedulo,' et τὸ *vix* crebro præponitur aliis particulis; ut 'vix denique,' 'vix saltem,' 'vix dum,' 'vix tandem,' &c. 'Vix pæne' apud Auson. de Clar. Urb. Ep. 6. Sed non sine exemplo est *vix et ægre.* p. 11. 'Vix tandem et ægerrime patefiunt.' Flor.

lib. II. c. 10. 'captum sese vix et ægre didicit.' Macrobio lib. I. Somn. Scip. c. 7. et I. Sat. c. 7. 'Vix ægreque:' ut docuit Jac. Gronovius. Non dissimiliter Auctor ait in Flor. N. 19. 'Ægre ac difficulter.' *Oud.* *Vix et ægre*] Adverbia sunt difficultatem conatumque laboriosum significantia. *Beroald.*

PAG. 15 *Adtraxi*] Lipsius adpinxit *adtraxem* pro *adtraxissem*. Sed præteritum tempus pro plusquam perfecto, est frequentissimum. Vide et lib. VIII. p. 156. 'pænissime reddidit animam; sed ægre manibus erecta suorum, remansit in vita.' *Oud.*

Pro tempore] Sunt res quædam ex tempore et ex consilio, non ex sua natura considerandæ, quibus in omnibus quid tempora petant, aut quid personis dignum sit considerandum est, et non quid fiat, sed quo tempore fiat, attendendum est: quod et M. Tul. docet in II. Rhetoricorum. *Ber.* *Ubi defletum pro tempore misellum comitem, &c.*] Seneca CVII. Epist. 'Eadem vitæ conditio est quæ balnei, turbæ, itineris, &c. alio loco comitem relinques, alio efferes.' *Pro tempore* hic, ut lib. X. 'Prandioque pro tempore commento.' Et IX. 'Acceptusque pro tempore, licet non delicato, necessario tamen quietis subsidio.' Onomast. vetus: 'Pro tempore, κατὰ χρόνον.' 'Ut in præsens potuimus' Gellius X. 3. dixit. Heliodorus, (etiam in re funesta) ἐξ ὧν ὁ καιρὸς ἐδίδου. Τὸ σῶμα τῆς Θίσβης (inquit) εἴς τινα κοῖλον ἐνθέντες, καὶ τὴν τέφραν τὴν ἐκ τῶν σκηνῶν ὅσα γ' ἦν ἐπιφορήσαντες, καὶ τὰ εἰωθότα διὰ τὴν ἀξίαν ἐξ ὧν ὁ καιρὸς ἐδίδου πληρώσαντες, &c. Ammianus lib. XXV. 'Sepultis his, ut rerum angustiæ permiserunt.' Xenophon: Ἀναβασ. VI. Ἔθαψαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐδύναντο κάλλιστα. *Pric.*

Arenosa] *Arenosa* ante Colv. jam exhibuit Ed. Junt. post. cum Mss. Pithœano excepto. Latinum non est *contegere humo* vel *humi arenosæ*. Quod miror placuisse N. Heinsio, ad Ovid. lib. IV. Metam. vs. 261. 'Sedit humo nuda.' *Oud.*

In amnis vicinia sempiterna contexi] Fuit, cum emendarem *sempiterno*, e Catone apud Charis. lib. II. p. 194. Ed. Putsch. 'Sempiterno monumenta posui.' Solin. c. 40. 'Sempiterno aves advolant:' et sæpius. Sed considerans, Auctorem passim amare Adjectiva pro Adverbiis etiam per Hypallagen, tutius censeo nihil mutari. Vide ad lib. VIII. p. 161. 'perpetuæ conscientiæ stimulum.' Lib. X. 'necessariam successionem deferre:' pro perpetuo, necessario, &c. In Guelf. et Oxon. est *animis*. in Fux. *vicina*: dein *nunc* exsulat a Pith. et dat *hoc Arist.* Idem. *In amnis vicinia*] Significat se in præcipitiis fluminis, et juxta fluvialem ripam humasse inter harenas defunctum Socratem. *Beroald.*

Eximie] Valde, et excellenter, supraque mortem hominum. *Idem.*

Avias solitudines] Inaccessas, invias, et via carentes. Lucretius: 'Avia Pieridum peragro loca:' sic et homo dicitur, 'avius,' extra viam rationis. Idem: 'Avius a vera longe ratione vagaris.' Notum est illud apud Rhetoricos doctores: 'Avium dulcedo avium ducit.' *Idem.* *Per diversas et avias solitudines aufugi*] Gellius V. 14. 'In camporum et arenarum solitudines concessi.' Solinus c. 34. 'Quæ in aviæ solitudinis secretum recesserant.' Sic 'aviæ solitudines' infra hic lib. IV. *Pric.*

Relicta patria et lare] 'Larem' pro domo usurpant: sunt enim Lares Dei domestici, de s sic scribit Tertullianus in Apologetico: 'Domesticos Deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis.' De laribus et larario, quod sacrarium domesticum est, plura in secundo Tranquilli commentario. Appuleius noster in libro de Deo Socratis: 'Lar,' inquit, 'dicitur familiaris, qui ex lemuribus

posteriorum suorum curam sortitus, pacato et quieto numine domum possidet.' *Beroald.*

Ultroneum] Spontaneum. Hieron. in epistola ad Marcellam: 'Tritum quippe est proverbium, Ultroneas putere merces.' *Idem.*

Nunc Ætoliam..colo] Inhabito. 'Deos non ob aliud appellant Cœlicolas,' ut auctor est Augustin. in x. de Civitate Dei, 'nisi quod cœlum colant: non utique venerando, sed inhabitando, quasi quosdam cœli colonos.' *Idem.*

Hæc Aristomenes] Scilicet, sermocinatione satis longa fabulatus est. *Idem.*

Statim initio] Palat. Fux. Par. Guelferb. *statim in initio*, crebro errore. Vide me ad Frontin. lib. I. 8. § 9. 'Initio statim noctis.' Comm. ad Suet. Cæs. c. 4. 'Initio statim.' Infra sæpius recurret, ut lib. III. p. 54. 56. IV. init. Solin. c. I. 'Romani initio.' Sic bene Salm. cum Mss. optimis et Ed. Aldi. Vulgo *in initio*. Dein *sermones* Fux. Bertin. *Nihil enim, inquit.* et *nih. hoc t. mend.* forsan *isthoc* vel *istoc*. Vide ad init. 'in verba istæc.' *Oud.* *Qui statim initio, &c.*] Locutio Græca. Josephus 2. in Appion. τὴν ἀρχὴν εὐθὺς dixit. Philo in de Mosis vita εὐθὺς ἐν ἀρχῇ. Plutarchus in π. δεισιδαιμ. et Simplicius cap. 62. in Epictet. εὐθὺς ἐπ' ἀρχῆς. *Pric.*

Sermonem respuebat] Respuere sermonem hominis, nihil aliud est, quam non approbare, neque recipere, perinde ac vanum et fabulosum. *Beroald.*

Vir, ut habitus et habitudo demonstrat, ornatus] Primo in Pal. Fux. Bert. Edd. Ber. Colin. Bas. &c. est in sing. *demonstrat*, ut lib. IX. p. 169. 'Ut indicabat habitus et habitudo, miles.' Qui vel unicus locus docet, male hic a Florido *habitum et habitudinem* exponi 'speciem et formam corporis;' licet sæpe *habitus* usurpetur de corporis vel oris externa specie, unde non raro 'habitus vultusque' junguntur. Sil. VI. 407. 'habitu juxta et velamine Pœno Deformem.' Mel. lib. II. c. 2. 'Indecens corporis habitus.' Adde Heins. Misc. Obs. V. 9. p. 284. et hic Pricæum, bene τὸ 'habitum' ad vestitum, 'habitudinem' ad corporis speciem, ac gestus, *de houding*, referentem. Solin. p. 6. 'nisi discrepantiam' habitus, i. e. vestitus, 'indicaret.' Capitol. in v. Pertin. cap. 12. 'habitudine corporis pinguiore.' Ac simul liquet *ornatum* non delendum vel mutandum in *cordatum* aut *natum*, quod visum est Daviesio ad Cicer. lib. III. Tusc. Disp. c. 17. sed significare honoribus insignem, quod patebat ex *habitu*, et bonis artibus instructum, quod colligebat ex *habitudine* et ingenuo corporis filo. Quique idcirco pro sua gravitate minus fidem fabulis tribuere debebat. Adi Comment. Huc pertinent etiam loca seqq. p. 17. 'Te de ista corporis speciosa habitudine, &c. generosa stirpe proditum, et recte conjicerem,' &c. Lib. IV. p. 79. 'Virginem filo liberali, et ut matronatus' (alii *ornatus*) 'ejus indicabat, summatem.' Vell. lib. II. c. 107. 'Dignitate, quantum ostendebat cultus, eminens.' *Oud.* *Ut habitus et habitudo demonstrant*] 'Habitus' formam corporis et liniamenta, ipsamque corporaturam significat. Livius: 'Habitum oris liniamentaque intueri.' Plaut. 'Qualis habitus oris?' 'Habitudo' quoque, ut tradit Festus Pom. habitus corporum significatur. 'Habitior' dicitur pinguior et corpulentior, apud Plaut. 'Habitissimus,' pinguissimus. A. Gellius in IV. 'Equum nimis strigosum, et male habitum, sed equitem ejus uberrimum et habitissimum viderunt.' Ubi 'strigosus' equus accipitur pro macro, sive emaciato: 'strigosus' enim quasi *stringosus*, dictus ab eo quod corpora stringat. Livius 'equos strigosiores' appellat, macriores et exiliores. Præterea 'habitus' dicitur vestitus.

Plin. 'Qui ad nos lugubri habitu advenerat, et capillatior solito.' Apud philosophos 'habitus' in alia significatione usurpatur: Græce dicitur ἕξις, de quo Aristoteles in secundo Ethicorum satis multa. Ipse autem habitus et habitudo sæpe declarant hominis conditionem et dignitatem: unde merito ornatum virum vocat, ex habitus elegantis habitudinisque ingenuæ conjectura: ubi habitus referri potest ad vestitum quoque, habitudo ad corporaturam. *Beroald.* ', *ut habitus et habitudo demonstrant, ornatus*] 'Habitus' (inquit Servius ad Æn. I.) 'apud Veteres dicebatur tam corporis, quam eorum quæ propter corpus sunt:' ubi ea, 'quæ propter corpus sunt,' vestes, vel amictum significant. Sequentium temporum Scriptoribus designat σχῆμα tantum, vel corporis cultum: 'habitudo' corporis faciem sive exteriorem figuram. Ausonius in Panegyrico: 'Cujus unquam egressus auspicatior fuit, aut incessus modestior? aut habitudo cohibitior, aut familiaris habitus condecentior?' Infra hic lib. IX. 'Quidam procerus, et, ut indicabat habitus et habitudo, miles e legione.' Onomasticon vetus. 'Habitudo, ἕξις.' 'Habitus, σχῆμα.' Noster in Apologia: 'Colorem obliterat, habitudinem tenuat.' In de Dogm. Platonis: 'Platoni habitudo corporis cognomentum dedit.' Infra hic: 'Speciosa corporis habitudine.' Et II. 'Qua corporis habitudine præditus est?' Pro *ornatus* inepte quidam *cordatus* reponebat. Noster in Apologia: 'Adest Corvinus Celer, vir ornatus.' Senec. III. 15. de Benef. 'In quid isti viri ornati adhibiti sunt?' Sic Plinii lib. II. Epist. 20. 'ornata fœmina:' utitur et 1 Tim. III. 2. Latinus interpres. At multo pejus ille qui vocem penitus expungendam censuit. *Pric.*

Accedis huic fabulæ] Credis ne hanc fabulam? Interrogative legendum est. *Beroald.*

Fata decreverunt, &c.] Τοὺς γὰρ μοιρῶν ἀτρέπτους ὅρους προϊδεῖν μὲν δυνατὸν, ἐκφεύγειν δὲ οὐκ ἐφικτὸν, ait Heliodorus lib. II. p. m. 106. Vide Herodotum lib. II. et IX. Notas nostras ad Minutium Felicem. *Elmenh.* In hanc sententiam Seneca Ep. LXXVII. 'Rata et fixa sunt' (fata) 'atque magna et æterna necessitate ducuntur.' Noster mox lib. IX. 'Nec consilio prudentis, vel remedio sagacis, divinæ providentiæ fatalis dispositio subverti vel reformari potest.' Quinimo 'inevitabilis fatorum vis cujuscumque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit:' ut est apud Velleium Paterc. lib. II. Histor. *Brant.* *Decreverunt*, quod reposuit cum seqq. Colvius, firmant Mss. O. cum ante ederetur in subjunctivo *decreverint*. Bene quoque. At Mss. sunt sequendi. Liv. lib. VII. 13. 'Utcumque se habet res:' ubi vide Drakenb. Flor. lib. III. c. 17. 'Utcumque dimicatum est.' *Oud.* *Utcunque fata decreverint*] In hanc sententiam ait Manilius: 'Fata regunt orbem, certa stant omnia lege.' Tertul. in apologetico: 'Scite,' inquit, 'fato stat Juppiter ipse.' Idem significat Græcus ille in hanc sententiam versus: 'Fatum summum exsuperat Jovem.' Significanter autem et proprie *Decreverint* dixit: est enim *decernere*, constituere ex potestate: unde 'decreta fatorum' et 'siderum' dicta. Julius Firm. frequens est in hac elocutione, ut dicat sidera decernere fœlicitates infœlicitatesque mortalibus: et Plin. ait, 'Deo semel decretum in omnes futuros unquam.' Hinc 'senatus decretum,' quod a 'consulto' Helius Gallus sic distinguit, ut 'decretum' dicat particulam quandam esse senatusconsulti, veluti cum provincia alicui decernitur. Idem Firmicus Maternus ait in primo: 'Fatum nobis vitæ januas pandit, finemque vivendi fatalis legis necessitas statuit. Et nihil non positum est in fati potestate.' Seneca

quoque libro de Mundi gubernatione: 'Fata,' inquit, 'nos ducunt: et olim constitutum est quid gaudeas, quid fleas.' *Beroald.* *Utcunque Fata decreverunt*] Vide ad initium libri IX. adnotata. *Pric.*

Usu venire] *Usu venire* dant Guelferb. Palat. Flor. Reg. Oxon. Bertin. non *u. evenire*, quod est in Edd. ante Colvium. De Deo Socr. 'Ut videmus plerisque usu venire.' At illic Mss. plurimis *evenire*. In Apol. 'Hoc mihi adversum te usu venit.' Ibid. inf. 'Sed cui hoc usu venerit.' Varro lib. II. de Re Rust. c. 7. 'Quod usu venit.' Auct. ad Herenn. lib. I. c. 14. 'In judicio potest usu venire:' licet ibi in uno Voss. sit *evenire*. Lib. II. c. 5. 'usu venturum:' ibi in Leid. alio *event*. Nep. in Hannib. c. 12. 'semper verens ne usu veniret.' At illic Mss. plerisque *usu even.* sed in Alcib. c. 4. 'id quod usu venerat.' Hirt. B. Afric. c. 57. 'Usu venisse hoc civi Rom.' Cæs. lib. VII. B. G. c. 9. 'Hæc de Vercingentorige usu ventura.' Vitruv. lib. X. c. 22. 'Rhodiensibus usu venire:' unde et e Mss. 2. Voss. Franek. emendandus idem lib. I. c. 6. 'Quod in multis civitatibus usu solet venire.' Vulgo *evenire*: quod sæpius quidem vulgo legas in Cicerone. Sed ubique fere Mss. optimi Leidd. ac Voss. a me visi habent *venire*, paucissimi *evenire*. Vide de Invent. I. 10. 43. de Senect. c. 3. de Offic. lib. III. 3. de Fin. lib. V. c. 2. Alibi 'usu' et 'usus venit' confunduntur. Adi ad Cicer. III. ad Fam. 8. Ceterum male Vulcan. margini adlevit *venere*. Pendet enim a verbo 'arbitror.' *Oud.* *Usu evenire*] Contingere. *Evenire*] Archaismos est. *Beroald.*

Pene infecta] Quasi nunquam prius facta, et ob hoc incredibilia. *Idem.* *Mira et pene infecta, quæ tamen ignaro relata fidem perdant*] Arrianus I. 25. in Epictetum: Καὶ τί παραδοξότερόν ἐστιν ἢ κεντεῖν τινα τὸν ὀφθαλμὸν ἵνα ἴδῃ; εἴ τις ἀπειρίᾳ τῶν ἰατρικῶν τοῦτο εἶπεν, οὐκ ἂν κατεγέλα τοῦ λέγοντος; Cassiodorus VI. 19. de eadem arte tractans: 'Futurorum præscia, valetudini tuæ cedit, &c. ne ab ignorantibus pene præsagium putetur, quod ratione colligitur.' 'Infecta,' i. e. 'impossibilia.' Donatus ad III. 5. Eun. 'Amore cogente nihil est infectum cupientibus.' Glossæ: 'Infectum: ἀτέλεστον.' *Pric.*

Hercules] Certe, medius fidius: adverbium est jurisjurandi, quod Mehercules dicitur, quod solis viris convenit. Fœminæ enim per Herculem non jurant, et Herculaneo sacrificio abstinent: de quo in commentariis Propertii copiosius. *Beroald.*

Gratas gratias] Nullo judicio Sciopp. lib. III. Susp. Lect. Ep. 12. Bertiniani Cod. lectionem præfert, licet ipse fateatur Plautinum esse *gratas gratias*: ubi in Mss. etiam est *grates gratias*, ut hic in Pith. et hinc eumdem errorem errat Paræus in Pœn. lib. I. 6. 'debere tibi multas gratas gratias,' Totum hoc Appuleianum habemus rursus lib. IX. p. 185. 'Nam et ipse gratas gratias asino meo memini:' sive χάριν μνημονεύω. Anton. Liber. cap. 29. ubi male Wasse in Plauto et Appuleio præfert *grates gratias*. Addi tum saltem debuit copula, ut in Trin. IV. 2. 2. 'Et grates gratiasque habeo.' *Oud.*

Avocavit] *Advocavit* quoque Oxon. Guelf. aliique, solemni errore. Vide Drak. ad Liv. lib. I. c. 1. et infra sæpius. Male vero Beroaldus explicat 'abstraxit,' 'avertit,' et Floridus 'adtentos tenuit,' cum significat 'delectavit,' 'recreavit;' ut patet e seqq. ac bene advertit Elmenh. in Ind. Adde lib. IV. p. 80. 'Quivit sermonibus ab inceptis fletibus avocari.' p. 83. 'Te narrationibus lepidis avocabo:' ubi vide Sciopp. et Pric. ac Salmas. ad Spartiani Hadrian. cap. 15. Munk. ad Hygin. F. 274. Cort. ad Plin. lib. I. Epist. 24. 'Modus ruris,

qui avocet magis, quam distringat.' Dein *aspersam* Oxon. *ac tædio* Palat. *Idem.* *Lepidæ fabulæ festivitate nos avocavit*] Lib. IV. 'Ego te narrationibus lepidis, &c. avocabo:' ubi dicta ad p. 83. vide. *Pric.* *Avocavit*] Amovit, abduxit, abstraxit a sensu laboris per voluptariam sermocinationem. 'Comes' enim 'facundus,' ut inquit Publius mimographus, 'in via pro vehiculo est.' 'Avocare' enim est removere, alienare, avertere. Virg. 'Oblectat hortus, avocat, pascit, tenet.' Calistratus jurisconsultus tit. de nundinis: 'Avocentur,' inquit, 'agrorum cultores ab opere rustico:' et Pomp. ait: 'Cum consules avocarentur bellis finitimis.' *Beroald.*

Sine labore ac tædio evasi] Ovid. XIV. Metamorph. 'Inde ferens lassos adverso tramite passus, Cum Duce Cumæo fallit sermone laborem.' Infra lib. II. 'Dum hunc et hujusmodi sermonem altercamur, &c ad domum Byrrhenæ pervenimus:' ubi dicta vide. *Pric.*

Quo beneficio] Recte Scriverius et Elmenh. retinuere veterum Edd. et aliquot Msstorum lectionem, *quod beneficium*, licet etiam Oxon. Reg. Fux. cum Colv. Wowerio, Pric. Florido ostentent ablativum. Eleganti Græcismo pro 'ob quod' verba 'lætor,' 'gaudeo,' 'doleo,' 'mœreo,' habent accusativum. Adi Arusian. Mess. apud Heins. ad Virg. Æn. I. 441. Græv. Burm. &c. ad Sueton. Tib. c. 74. e Cod. Memm. et Voss. 'mortem ejus lætatus est.' In Fux. *istum.* *Oud.*

Vectorem meum] Equum significat, qui merito lætatus est se tantisper exoneratum fuisse sarcina sessoris sui, dum ille pellectus festivitate fabulatoris, sititorque audiendi, provectus est usque ad Hypatam. *Beroald.*

Meis auribus] 'Provehi' dicimur eleganter et festiviter, quando audientes aliquid auditu dignum et delectabile, laborem pedum non sentimus, tanquam aures nos vehant, non pedes. Dixit olim Xerxes Persarum rex, animum in auribus hominum habitare. Qui bene audit, voluptate perfunditur: qui vero male, is perturbatur et excandescit. *Idem.*

Provecto] E Mss. Palat. Oxon. et Wass. reposui cum Pricæo tacente *pervecto.* Finem enim denotat, quo usque pervenerit. Statim p. 17. 'E quo, qui me strenue pervexit:' ubi Scriverius male edidit *prov.* Lib. IX. p. 189. 'Domum celeri gradu pervectus' e Mss. De Deo Socratis p. 701. 'Equus me molliter pervehat.' Sil. lib. V. 204. 'Delon pervectus Apollo.' VIII. 125. 'cito passu pervecta ad litora:' ubi nil mutandum. XVI. 519. 'pervecti simul ad metas.' Mamert. in Genethl. cap. 8. 'pervecti estis ad vos mutua desiderii celeritate.' Corrigendi sic e Mss. Cicero post Redit. ad Quir. c. 8. 'Cum parva navicula pervectus in Africam.' Alii *prov.* *præv.* *trajectus.* Plin. lib. II. c. 97. 'tertio die ex Italia pervectorum Uticam:' vulgo *prov.* Solin. p. 23. 'Equitantem puerum Puteolos usque perveheret.' Sic enim Mss. 3. cum Ed. Ald. aliisque: vulgo *veh.* Adi Gron. et Drak. ad Liv. lib. XXXI. cap. 23. 'Tranquillo pervectus Chalcidem:' ubi eadem confusio, nec non me ad Cæs. lib. II. B. Civ. c. 3. 'Freto Siciliæ pervehitur.' Vide ad Cic. II. de Inv. cap. 17. Adde et Comm. ad lib. VIII. p. 163. 'Camporum spatia pervecti.' *Oud.*

Finis sermonis et itineris] Consimiliter Horatius: 'Brundusium nobis finis chartæque viæque.' *Beroald.* *Is finis nobis sermonis, &c. fuit*] Plinius I. Epist. 5. 'Hic fere nobis sermonis terminus.' *Pric.*

Comites utrique] Ed. Junt. post. *uterque.* Cave audias; licet in Auson. Ep. XXIV. 9. legamus: 'uterque parentes:' ubi Grævius corrigit *utrique.* Infra lib. III. p. 77. 'Ramos oleagineos utræque quatientes.' Lib.

x. p. 220. 'dejerant utrique.' Sic enim Mss. plerique et Edd. Vett. lib. xi. p. 261. 'Consuluerunt in me sacerdotes utrique:' ubi itidem perturbant. Sed adi Serv. ad Æn. i. 93. et mea ad Cæs. lib. i. B. G. cap. 53. 'Utræque perierunt.' Miror enim vehementer Tollium, qui ait, se non credere, 'utrosque pedes' esse Latinum, ad Ausonii Epigr. 21. Solin. c. 20. p. 30. 'Melleum et Falernum; utraque,' &c. Sic optime in tribus vetustissimis libris, aliisque, et Ed. Delr. vulgo *utrumque.* p. 38. 'Utræque Syrtes.' In Palat. Guelf. et Wass. *ad villam proximam.* in Fux. *ad villulam proximam.* In eodem et Pith. *abierunt.* Oud. *Nam comites utrique ad villulas proximas lævorsum abiere*] Apposite Homilia in Julittam Martyrem D. Basilius: Οἱ ὁδοιπόροι, μίαν ὁδὸν πορευόμενοι, διὰ τὴν συνεχῆ μετ' ἀλλήλων διατριβὴν ἑνοῦνται ὑπὸ τῆς συνηθείας· ἐπειδὰν δὲ κοινὴν ὁδὸν διεξελθόντες καταλάβωσι λοιπὸν σχιζομένην αὐτὴν, τῆς χρείας ἤδη ἀναγκαίως μεριζούσης ἑκάτερον, οὐ τῇ συνηθείᾳ προσκαθεζόμενοι ἀμελοῦσι τῶν προκειμένων, ἀλλὰ τῆς ἐξ ἀρχῆς κινησάσης αὐτοὺς αἰτίας ὑπομνησθέντες πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστος πέρας ἀποτρέχουσι. *Pric.*

Lævorsum abiere] Sinistram partem peregerunt: 'lævorsum' enim significat, ad lævam partem: adverbium est, sicut et 'sinistrorsum.' Horatius: 'Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit.' 'Aliorsum' dixit Cato, et 'illorsum,' pro in aliam partem, et in illam partem. *Beroald.*

Ingressu] *Ingressus* Palat. Pith. Fux. Guelf. Reg. Oxon. Wass. *Ingressui* placuit et Scioppio Susp. Lect. lib. iii. cap. 12. ut Elmenh. et seqq. edidere. Sed recta est antiqua dativi inflexio *ingressu.* Confer ad pag. m. 25. 'Quod ingressu primum fuerit stabulum.' Male Reg. *quam prim.* Oud. *Ingressu*] Pro *ingressui:* casus dandi est, quo ita usi sunt Veteres, ut dicerent 'victu,' pro 'victui:' 'anu,' 'dominatu,' pro 'anui' et 'dominatui,' et cætera his consimilia. Lucilius: 'Quod sumptum atque epulas victu præponis honesto.' Virgil. quoque in Georg. ait: 'Quod nec concubitu indulgent.' Idem: 'teque aspectu ne subtrahe nostro.' Cæsar dictator in Anticatone: 'Unius,' inquit, 'arrogantiæ superbiæque dominatuque.' Caput est apud Gellium in iv. Noctium Atticarum super hac re scienter conditum: et Grammatici observaverunt. *Beroald.*

Stabulum] Cauponam: hospitium, de quo supra. *Idem.*

Et de quadam anu] Splendida locutio est, ut dicamus: 'Percontor de te,' 'quæro de te,' pro *a te.* Ita M. Tul. decenter usurpat; 'Quæsivi de mea Tullia quid egisset.' Ita Veteres omnes frequenter locuti sunt. Horatius in secundo Sermonum: 'Quærit de pueris, num sit quoque facta lagena.' *Idem.*

Cauponam] 'Cauponam' tam mulierem dicimus, quam tabernam: ut docet Priscian. in quinto, καπήλους, hoc est, caupones appellat Plato in secundo de Republica, qui se in foro ad venditionem emptionemque constituunt, quos necessarios esse ait in civitatibus magnis, beneque institutis. Idem tamen in libris de Legibus, interdicit civibus cauponationem, tanquam tota hæc res per peregrinos sit exercenda. Jurisconsultus tit. de nundinis, meminit Platonicæ sententiæ de cauponationibus. *Idem.*

Percontor] Interrogo, perquiro: verbum est a *conto* deductum, quo nautæ utuntur ad loca navibus opportuna: et ita scribitur per *o.* Si vero *percunctor* scribatur per *u* et *c,* tunc dicitur ab eo quod a *cunctis* perquiratur: auctor Donatus in Hecyræ commentario. *Idem.* *Ac de anu quadam, &c. percontor, &c.*] Quæ anus responsionem largam et prolixam reddit. Hesychius in Γρηικάμινοι· Εὔλαλοι αἱ γράες, διὰ τὸ παντοδαποῖς ἀνθρώ-

ποις ὁμιλεῖν. Pric.

Annuit] Nutu id esse significavit. Inter 'annuere' et 'nutare' et 'nictare' Veteres hoc interesse voluerunt, ut 'annuere' sit narium vel labiorum, 'nutare' capitis, 'nictare' oculorum: et ita Grammatici versum illum Plautinum ex Asinaria interpretantur: 'Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat.' Sed hæc Grammaticorum subtilitas scrupulosior est, quam verior. 'Annuere' enim est, ipso capitis nutu approbare affirmareque: cujus contrarium est 'renuere:' unde 'nutus' et 'renutus.' Plin. in primo Epistolarum: 'Nam ego simili nutu et renutu respondere voto tuo possum.' Græci dicunt *νεύω καὶ ἀνανεύω. Beroald.*

Quemdam e primoribus] Mss. omnes, si Bertinianum et Pithœanum excipias, item Ed. Junt. post. habent *primoribus*, quæ vox sæpissime in *priores* est corrupta. Scriverius vero hoc loco et altero in fine hujus libri nimis audacter edidit *primatibus:* uti illic habent quidam libri. Sicut et statim *primas* edidit pro *primus.* At hic certe nil mutandum contra Codd. Adi Drakenb. ad Liv. lib. II. c. 38. lib. III. c. 36. 'primorib. patrum.' Suet. Aug. c. 79. 'Quidam e primoribus Galliarum.' Claud. c. 1. 'Municipiorum primores:' et in singulari Auson. Parent. XV. 7. 'Te primore vigens.' Adde Gronov. ad Gell. lib. I. c. 18. 'In primore libro:' et quæ infra dicemus, lib. II. init. 'pedes currunt primores.' De voce *primate* et *primatibus* alibi. Amphiboliam autem ironicam seqq. verbis inesse bene quoque notavit Barthius. In Edd. antiquis et Mss. præter Palat. Guelf. est *primus istic.* pro quo Elmenh. &c. tacite dedit *istic primus.* **Oud.** *Ex primoribus*] Summatibus, et primi ordinis hominibus. *Beroald. Milonem quendam a primoribus*] Ἐκ τῶν πρώτων. Vide ad Act. pag. 123. et 130. notata. *Pric.*

Arrisit] Quia scilicet Milonem e primoribus Hypatæ appellaveram. *Beroald.*

Primus istic] Ironicῶs dictum, cum a contrario significare velit, infimum et sordidum fuisse Milonem, vix inter Hypatinos cives numerandum: cum esset exopolis, id est, extra muros urbis habitaret. *Idem.*

PAG. 16 *Extra urbem totam, et pomœrium colit*] Male Colvius priscarum Edd. et Flor. sec. ac Pith. lect. exponit, uti sequentia docent. Eam si amplectaris, construes: 'qui colit extra pomœrium et extra urbem totam;' ut 'colere' absolute dicatur, sicut passim 'gens colere' dicitur. Vide Davis. ad Cæs. lib. IV. B. G. c. 1. Sed vereor, ut 'colere' ita occurrat pro 'incolere,' 'habitare domum.' Regius et Fux. accedunt vulgari lectioni, *qui extra urbem totam et pomœrium colit:* quæ eodem modo explicari posset. Sed præfero prolatam ab Elmenhorstio et Pricæo, deleta copula *et*, quam cum Oxon. et Guelferb. non habet Palatinus, bene servato *τῷ pomœrium:* 'colit pomœrium extra urbem totam.' Est enim, ut notum, pomœrium tam ante, quam post urbis muros. Scilicet 'ante portam projecta erat domus:' ex p. 8. Scriverius edidit: *qui extra pomœrium urbem totam et pomœrium colit.* Quod non intelligo. *Oud. Extra pomerium*] 'Pomerium' locus est circa murum, quem in condendis urbibus consecrabant, quod spatium neque habitari neque arari fas erat: cujus verbi vim solum intuentes, post mœnium interpretantur esse. Sed ut ait Livius, non magis quod post murum esset, quam murus post id, pomerium Romani appellaverunt. Pomerium augures Romani ita definierunt: 'Pomerium est locus intra urbem effatus, per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii:' Ex septem urbis montibus, Aventinus

solus extra pomerium fuit, quasi ominosus, quod in eo monte Remus auspicaverit, avesque irritas habuerit, superatusque a Romulo in auspicio sit: vel ob id, quod plebs eo secessisset, ut innuit Seneca in lib. de Brevitate vitæ. Mos fuit apud Antiquos, proferre pomerium agro non provinciali, sed Italico acquisito. Legimus apud historicos, Servium Tullium regem Romanum, Lucium Syllam, divum Julium, divum Augustum, protulisse pomerium. Claudius quoque ut inquit Corn. Tacitus, pomerium urbis auxit more prisco, quo his, qui protulere imperium, etiam terminos urbis propagare datur. *Beroald.* *Qui extra urbem totam pomœrium colit*] Ita Oxon. Ms. Florentinus cum edit. Vicent. *Qui extra pomœrium et urbem totam colit.* Pric.

Parens optima] Nomen venerationis, quo anum cauponam appellat. *Ber.*

Dic, oro, et cujatis sit, et q. &c.] Bertin. *rogo.* Wass. *oro te et.* Palat. Guelferb. Edd. Elmenh. Scriv. Flor. carent primo *et* contra stylum Auctoris, cum ceteris hunc pleonasmum sexcenties amantis. At sæpissime copula ista excidit, crebro a me Mstorum et Vett. Edd. auctoritate restituta. Lib. II. p. 24. 'Et in cubiculum,' &c. et lib. XI. p. 251. Vide Indicem notarum. Tum cum Colvio, Vulcan. Elmenh. edidi e Mss. aliquot *deversetur.* Præpositio *di* hinc aliena est: ut abunde jam etiam tironibus innotuit. *Oud.*

Videsne, inquit] Dicticωs est; demonstrat enim manu et gestu Milonis diversorium. *Beroald.*

Fenestras, quæ foris urbem prospiciunt, et altrinsecus fores p. respicientes angip.] Non satis capio, quid sibi hic velit *foris.* Exponit Floridus 'forinsecus.' Sed tunc abundat. Certe fenestræ intrinsecus nequeunt urbem prospicere. 'Altrinsecus' autem, pro quo in Fux. est *alteram secus,* non significat ab utra, sed altera parte, et adversus. Ab una parte ad urbem versus non erant fores, sed fenestræ modo, ab altera parte versus angiportum quemdam fores. Hinc patet *respiciunt,* quod in Oxon. est, locum habere non posse: quando et *altrinsecus fores* accusativo forent jungendæ. *Prospicere* et *respicere* opponuntur. Adi viros doctos ad Phædr. lib. II. F. 5. de villa, quæ 'prospectat Siculum et perspicit Tuscum mare.' Ovid. l. II. Met. 190. 'Prospicit Occasus, interdum respicit Ortus.' Corruptum hoc verbum est l. VI. p. 117. 'Cujus imi gurgites vicinum fontem respiciunt:' vulgo *desp.* ubi plura. Ex *demoratur,* quod etiam est in Oxon. et Par. videtur fingendum *devorsatur.* Vide ad p. m. 53. 'devorteras.' *Oud.* *Altrinsecus*] In altiori parte, vel ex altera parte, vel potius ex utraque parte: hoc enim significat *altrinsecus,* apud auctores. *Beroald.* *Angiportum*] Quod exitum non habet, ac pervium non est, id *angiportum* appellarunt, quasi *angustum,* ab 'angendo' et 'portu.' auctor M. Varro. In Adelphis ait Terent. 'Id quidem angiportum non est pervium:' id est, ut exponit Donatus, 'angusta et curva via:' quasi 'angiportus,' ut 'angicia:' alii, quod inter portus sit locus angustus, hoc est, inter domos, quas vel portus vel insulas Veteres dixerunt: de insulis in hoc significatu satis multa apud Suetonium. Horatius dixit 'angiportu,' tanquam nomen sit quarti ordinis: sic enim ait in Sapphico carmine: 'Flebis in solo levis angiportu:' ubi commentatores exposuerunt, 'angiportum' dici vicum sine exitu, angustum et flexuosum in modum anguis. *Idem.*

Diversatur] Habitat, colit. *Idem.*

Ampliter numatus] Ridicule Sciopp. l. III. Susp. Lect. 12. *munitus* pro *muneratus, pecuniosus* prætulerat: cum sit error natus ex vera scriptura *numatus* a *numus,* ut est semper in Mss. antiquissimis. Supra: 'numatior re-

vortor.' Horatio quoque et Ciceroni 'bene nnmatus.' Gloss. 'Numatus, πολυχρήματος.' *Oud.* *Ampliter nummatus*] Bene nummatus. Græce dicitur 'polychrematos' et 'polyplusios,' quod genus ait Plaut. esse honoratissimum, in Captivis. *Beroald.*

Sordis infimæ] Juvenalis Sat. XIV. vs. 124. 'Cogit minimas ediscere sordes:' et Horatius: 'Sordidus a tenui multum distabit.' *Elmenh.* Recte Pricæus jungit *sordis infimæ infamis.* Sic lib. III. 'Disciplinæ perinfames.' L. IV. p. 64. 'Madidæ roris.' L. IV. p. 70. 'Virtutis præcipuis.' p. 76. 'Strepitus inquietus:' uti legendum. p. 86. 'Ægra corporis, animi saucia.' L. V. p. 102. 'Corporis infirma.' Flor. N. 6. 'Fluxos vestium, et frugum pauperes.' De Deo Socrat. 'falsum sententiæ.' Ac passim similia apud alios. Hinc non mutandum cum Withofio est in Seneca Herc. Fur. 916. 'Nobilis Dirceu aquæ:' nec Statio I. V. Silv. III. 108. 'obscurus famæ:' ut est quoque in Ms. Dorvillii. Vide Markl. Mox *denique* exsulat a Reg. Oxon. Fux. *Oud.* *Et sordis infimæ*] Avaros homines et deparcos merito sordidos appellant, cum avaritia ad incuriam usque corporis grassetur: ut per illam unam neque virtutis, neque virium, neque corporis, neque animi adsit cura: victus autem sordidus a tenui victu distabit, Ofello judice, ut ait Horatius. *Beroald.* *Et sordis infimæ, infamis homo*] Sic editi, sed tollenda interpunctio. Lib. III. 'Maleficæ disciplinæ perinfames:' lib. II. 'Fatigationis saucius:' VIII. 'Pecuniæ locuples:' X. 'Gravedinis compertæ famosum:' et in de Deo Socrat. 'Profana Philosophiæ turba.' *Pric.*

Sub arrabone auri] Sub pignore. 'Arrabonem' pignus Veteres dixerunt, quod alio nomine 'arram.' Terent. 'Ea relicta huic arraboni est pro illo argento.' Claudius Quadrigarius in annalibus, 'arrabonem' dixit obsides: et id maluit quam pignus dicere, quoniam vis hujus vocabuli in ea sententia gravior acriorque visa est, ut curiose pensitat A. Gellius. Sed nunc 'arrabo,' ut idem Gellius autumat in XVI. in sordidis verbis haberi cœptus, ac multo rectius videtur *arra.* De arra frequens est mentio apud Jurisconsultos: et versiculus ille notissimus, 'Utilis hæc, arram si dederitis, erit:' et nunc vulgo ita usurpatur, cum in quotidiano sermone negotiatorum sit: 'Da arram,' pro, pignus. Plin. in XXXIII. 'Nondum,' inquit, 'erat arra velocior:' de annulo loquens, qui ad sponsiones exilit, et pro pignore opponitur. De arrabone ait M. Varro hæc: 'Arrabo sic dicta, ut reliquum reddatur hoc verbum a Græco ἀῤῥαβών.' *Beroald.*

Exiguo lare] Domuncula et tuguriunculo. Hoc proprium est divitis sordidi, ut exiguo lare includatur, dissimulator opulentiæ, simulator inopiæ. Saturnus, auctore Firmico Materno, si fuerit in secundo signo ab horoscopo per diem, reddit absconsos, latentes, et animo pauperes, et habere se aliquid semper negantes. 'Infruniti est,' inquit Seneca, 'jactare divitias: timidi, abscondere.' *Idem.* *Exiguo lare inclusus, et ærugini intentus*] Lib. IV. de alio similis notæ homuncione: 'Parva, sed satis munita domunculo contentus, &c. aureos folles incubabat.' *Pric.*

Ærugini intentus] Rei nummariæ incubans, inhiansque: æruginem enim pecuniam intelligi voluit, quæ ex ære fit: ita Horatius: 'At hæc animos ærugo et cura peculi Cum semel imbuerit.' Juvenalis: 'Si reddat veterem cum tota ærugine follem.' Est autem 'ærugo' proprie, rubigo æris: sicut 'ferrugo,' ferri. Æruginis magnus est usus, pluribusque fit modis, ut docet Plinius noster in XXXIV. Vitruvius quoque in septimo ait, ex lamellis æreis in aceto

obturatis fieri æruginem: cum autem ex ære signato, fit nummi usus et pecuniæ: unde et ærarium, et tribuni ærarii, et æra militum, et obærati dicti. Hinc fit, ut 'ærugo' quoque pro ipsa pecunia accipiatur. Cruda ærugo vulnerariis emplastris miscetur, et callum fistularum erodit. *Ber.*

Cum uxorem etiam calamitatis suæ comitem habeat] Colvium secutus est Vulcan. utr. Ed. et sane ita dant quoque Reg. Fux. Palat. Guelferb. Pith. Oxon. in quo *et cal.* In Wass. item *habeat*, quando rescribi deberet *habet*, ut esset ἀρχαϊκῶς pro *habitat:* de quo vide Plautinum Paræi Lexicon, ac plurimos. Atque ita variatur in Septimio de B. Troj. IV. 15. 'Cui sepulcrum exstruendum his,' (sic Ms. non *ab his*) 'qui in eo loco agebant, mercede locat:' ubi in Ms. Voss. *habebant*, in Periz. *habitabant*. Sed *agebant* rectum, ut e 2. Mss. et Ed. Obr. reponendum l. I. c. 3. pro *degebant*. Sic tamen hic Appuleium scripsisse, mihi non persuadetur. Scriverius edidit: *ær. intentus cum uxore, quam c. s. comitem habet.* Mallem: *quacum c. s. comite habitat.* Dein *unam* Pal. et *poscit* Reg. vitiose. *Oud.* *Calamitatis*] Avaritiæ. Quid enim calamitosius avaro? qui in omnes malus est, in se pessimus: cui tam deest quod habet, quam quod non habet: qui inter opes inops degit vitam calamitosam. *Beroald.*

Præter unicam ancillulam] Consimiliter Lucianus in asino aureo tradit, se usum esse hospitio Hypatani Hipparchi, qui μίαν θεράπαιναν τρέφει, καὶ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν, μόνας: id est, ancillam et uxorem solas domi alebat, cum esset (ut ipse ait) φιλαργυρώτατος, id est, avarissimus mortalium. *Idem.* *Nec præter unicam pascit ancillam*] Hæc sola Domino familia erat: ut Phædrus de Æsopo loquitur. In voce 'pascit κυριολογία' est. Juvenalis: 'Quot pascit servos, quot possidet agri Jugera.' Sidonius III. 13 'Inter hæc tamen ipse avarissimus quemquam non pascit.' Seneca Epist. XVII. de paupertate loquens: 'Non circumstant illum turbæ servorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda fertilitas:' et Epist. XX. 'Turba ista cum a te pasci desierit, ipsa se pascet.' *Pric.*

Habitu mendico] *Mendicanthiis* Pithœan. *mendicantis* Edd. ante Colv. *mendici* Vulc. Ed. sec. Scriv. Sed *mendico* elegantius: quod firmant Florent. in quo *mendico his* (f. pro *is*) Rex. Fux. Pal. Guelf. Oxon. &c. Cic. l. III. de Orat. c. 24. 'Instrumentum mendicum.' Quomodo passim adjective 'maritus,' 'socius,' et alia occurrunt; licet sæpe turbetur in illis, ut videbimus. Similiter l. II. 31. 'feciale officium.' IV. 69. 'fortunas populares.' vulgo *fecialis* et *popularium:* ubi plura. l. V. 97. 'germanus complexus:' pro germanarum sororum compl. l. V. p. 94. in Mss. nonnullis 'medicam personam.' Suet. Calig. cap. 19. 'Quadrigario habitu:' ubi vide. Sic et Mss. plerique in Veget. l. IV. c. 20. 'mechanico ingenio.' *Oud.* *Et habitu mendici semper incedit*] Lib. IV. de altero illo: 'Pannosus et sordidus.' *Pric.*

Ad hæc ego risu subjicio] Ceterum si sana sunt *risu subjicio: Benigne, inquam,* verbum *inquam* additum erit idiotismo loquendi, de quo dixi ad Suetonii Cæs. c. 32. 'Eatur, inquit, jacta alea esto, inquit.' L. V. p. 105. 'Tu quidem, inquit, &c. Ego vero, aiebat,' &c. Serv. ad Virg. l. III. Æn. 480. Comm. ad l. V. 548. 'fatur, ait.' Et sic fere: 'sermonis vicem refero: Tibi quidem, inquam.' Lib. III. p. 50. Vide et pag. 56. 77. Alibi dicit *subjiciens*, vel addito vel omisso verbo. L. II. p. 28. 'Hæc verba risu secutus et ad hæc ego subjiciens, aio:' ubi vide plura. Supra: 'subridens aio:' Ik antwoorde al lachende. Hoc enim 'subjicere.' Virg. Æn. III. 314. 'pauca furenti Subjicio.' Nequaquam

igitur cum Pricæo putem, hic reponendum esse *risum;* licet ita dent quoque Reg. Fux. Palat. Oxon. Par. Nam tunc magis necessarium esset participium, vel copula *et* interponenda. *Risu* pro *cum risu*, quasi adverbialiter dicitur, ut *cursu* pro *cursim*, et alia. Vide Drak. ad Liv. l. II. 65. 'Cursu subeunt.' *Oud.* *Ad hæc ego risu subjicio*] Ita omnes excusi. Ego contra omnes contendo *risum* legendum. A. Gellius XVII. 3. 'Enimvero majorem illi risum subjiciunt.' 'Risum et cachinnum subjicere' etiam Lucilius dixit. Hæc conjeceram, cum *risum* etiam in Oxon. Ms. scriptum offendi. *Pric.*

Benigne, &c.] 'Benigne' Ironice dixit, sed et proprie. Miles. VI. 'Te comiter excipiet ac benigne.' Horat. 'Vescere sodes. Jam satis est. At tu quantumvis tolle. Benigne.' Terent. 'Nil apud me tibi defieri patiar, Quin quod opus sit benigne præbeatur:' ubi Donatus: 'Benigne, large.' Horatius: 'Benignius Deprome Sabinum.' Scholiastes: 'Solito remissius.' Contra 'maligne,' pro 'parce,' 'restricta manu.' Valer. Maximus: 'Neque virtus haustum suum cum aliquo personarum discrimine largum malignumve præbet.' Catullus: 'Non inquam mihi tam fuit maligne, Ut Provincia quod mala incidisset, Non possem octo homines parare rectos.' Onomasticon vetus: 'Malignus, φειδόμενος.' Hinc *parco* etiam ac *frugi* homini *benignus* oppositus. Plautus Trucul. 'Benignusne, an bonæ frugi sies.' Ibidem: 'Atque est benignus potius quam frugi bonæ.' In vet. eod. Onomastico: 'Benignus, ἐλευθέριος.' Hæc talia obiter monuisse non insuper habemus, ut quæ frustra (ni fallor) quærantur in excusis Vocabulariis. *Idem.* *Benigne et perspicue*] Liberaliter et nitide: adverbia sunt: ironicωs legendum. *Beroald.*

Peregrinantem cum tali] Sic Edd. Vett. et Ms. Pith. A Colvio est *peregrinantem cum t.* quod Vulc. Scal. Wower. recepere. Sed dativo verbum, ut alibi, Auctor jungit: p. 17. 'Qui mihi tantum conciliavit hospitem.' Ibid. in f. 'Volensque me arctius ei conciliare.' Hinc alii præsens quidem tempus bene receperunt, omisere vero *τὸ cum.* In Bertin. est *peregrinaturum cum t.* Flor. Pal. Oxon. cum Lipsiano, *peregrinantem cum t.* At Reg. Fux. *peregrinantem certe t. viro.* Non male; nisi velis, *peregrinantem virum tali, &c.* Dein Oxon. *nec funus.* Oud.

Nec fumi] Senec. Epist. LXXIV. 'Intervenerant quidam amici propter quos major fumus fieret.' Infra hic lib. II. 'In domo, in qua totjugis diebus ne fumus quidem visus est ullus.' *Pric.*

Nec nidoris nebulam] In domo avari et sordidi nunquam culina colitur, nec edulia lautiora discoquuntur, quorum nidor nares permeet. Plautinus Euclio, aridior pumice, divum atque hominum inclamat fidem de suo tigillo, fumus si qua exit foras. Idem minitans Staphilæ aniculæ inquit: 'Si ignis vivet, tu extinguere extemplo.' Est autem *nidor*, odor qui ex eduliis coctis olfactum excitat in tantum, ut quandoque desiderémus illud Catullianum: 'Quod cum olfacies, Deos roga bis, Totum ut te faciant Fabulle nasum.' De nidore epularum illud celeberrimum: 'Captum te nidore suæ putat ille culinæ.' Græce dicitur κνίσσα. Unde illud Hom. ex prima Iliados rhapsodia: κνίσση δ' οὐρανὸν ἧκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ. Interdum *nidor* pro putore ustrinæ accipitur, ut apud Virg. 'Occupat os flammis, illi ingens barba reluxit, Nidoremque ambusta dedit.' *Beroald.*

Modico secus] Non longe a caupona. *Idem.*

Jan. firmiter oppessulatam pulsare vocaliter] Notat morem antiquum; apud

quos, si quis ostium pulsabat, etiam forinsecus solebat clamare. Libanius in Invido fol. 329. Ἐξελθὼν ἔωθεν, καὶ κεκλεισμένας ἰδὼν τὰς τοῦ γείτονος θύρας, οὐκ εἰωθὸς ὄν, προσελθὼν κρούσας ἐκάλουν. ὡς δὲ οὐδεὶς ὑπήκουε, πάνυ σφόδρα κόπτων καὶ βοῶν μόλις ἤκουσα παρὰ τοῦ τῶν ἔνδον ἀπιέναι. Vide Helladium apud Photium fol. 875. Muretum Var. Lect. l. I. c. 17. *Elmenh.* Vide Pricæum, et Elsner. ad Joannis Apocal. cap. 3. § 20. Καὶ κρούω. ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου. *Oud.* *Oppessulatam*] Clausam, et pessulis immissis munitam. *Beroald.* *Januam firmiter oppessulatam*] Infra lib. III. 'Pessulis injectis, et uncino firmiter immisso.' Pollux I. 8. Τὰ εἰς ἀσφάλειαν, κλεῖθρα, μοχλοὶ, &c. ἐπίβλητες, &c. *Pric.*

Pulsare vocaliter incipio] In Oxon. *velociter:* male, Act. 10. 17. Ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα, καὶ φωνήσαντες, &c. Libanius (Elmenhorstio adductus): Κρούσας ἐκάλουν. Menander: Τὴν θύραν κόψας ἐγὼ καλῶ Τιν' αὐτῶν. Apud Suidam in ἀπόστα. Infra lib. IX. 'Suæ domus januam jam pulsat, jam clamitat,' &c. Et alibi eodem libro: 'Ut illis intervocaliter clamantibus nullus respondit Dominus, jam forem pulsare validius,' &c. *Idem.* *Pulsare vocaliter*] Morem expressit usitatissimum, ut scilicet qui pulsat ostium etiam forinsecus, inclamet. Lucianus: ἐγὼ κόπτω προσελθὼν τὴν θύραν. Ego accedens januam pulto. *Beroald.*

Tandem adolescentula quædam procedens, &c.] Act. 12. 13. Κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου τὴν θύραν, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι. Pollux III. 8. ex Lysia: Ἐξελθοῦσα ἡ παιδίσκη τὴν θύραν ἀνοίγνυσι. *Pric.*

Heus tu qui tam fortiter fores verberasti, &c.] In Helena Euripidis, anus Manelao pulsante: Τίς πρὸς πύλαισιν; οὐκ ἀπαλλάξῃ δόμων, Καὶ μὴ πρὸς αὐλείοισιν ἑστηκὼς πύλαις Ὄχλον παρέξεις δεσπόταις; Apud Aristophanem ille in Nubibus: Τίς ἐσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν; Ἀμαθής γε νὴ Δί' ὅστις οὑτωσὶ σφόδρα Ἀπεριμερίμνως τὴν θύραν λελάκτικας. Plaut. Trucul. 'Quis illic est qui tam proterve ædes nostras arietat?' et Pseudolo: 'Quisquis es, compendium ego te facere pultandi volo.' *Idem.*

Sub qua specie mutuari cupis] Hieronymus tom. VI. in Matthæum, cap. 21. 'Posuerant numularios, qui mutuam sub cautione darent pecuniam, proque usuris accipiebant varias species.' *Elmenh.* *Sub qua specie mutuari cupis*] Sub quo pignore: quorum multæ sunt species. Usus est verbo jurisconsultorum, qui ita scribunt tit. de rebus creditis: 'Mutuum damus, recepturi non eandem speciem, quam dedimus, (alioquin aut commodatum erit, aut depositum,) sed idem genus:' hoc autem ideo dixit puella, tanquam nullus unquam accederet domum Milonis, nisi qui pecuniam mutuatitiam, vel potius fœneratitiam oppositis pignoribus sumere vellet. Mutuum autem a fœnore hoc distat, quod mutuum sine usuris, fœnus cum usuris sumitur. Hinc ait Plautinus amator in Asinaria: 'Nam si mutuas, non potero: certum est, sumam fœnore.' Paulus jurisconsultus: 'Mutuum,' ait, 'appellatum ab eo, quod de meo tuum fit.' Mutui datio consistit in his rebus quæ pondere, numero, mensurave consistunt. 'Mutuari' autem non significat mutuam pecuniam dare, ut semidocti literatores opinantur: sed mutuum sumere. Macrobius ait de Virg. quod scilicet ad excolendum se quædam ab antiquioribus 'mutuatus sit,' id est, mutua usurpaverit: et hæc est proba et erudita eloquutio: adverbium est 'mutuo' usitatissimum: est et 'mutuiter,' minus frequens, quod idem significat. Varro: 'Vive, meque ama mutuiter.' *Beroald.*

An tu solus ignoras] Ita Septim. de B. Troj. l. I. c. 22. 'An vos soli igno-

ratis?' *Oud.* *An tu solus ignoras, &c.*] Infra lib. IV. 'Tune solus ignoras?' &c. Cicero in pro Milone: 'An vero Judices vos soli ignoratis?' &c. *Pric.*

Meliora, inquam, ominare: et post responde. Dic, oro, an] Bembino Codici accedit Pithœanus. *Ominare* recte defendit ex Asclepii Dialogo Pricæus. Lactant. lib. VI. cap. 25. 'Bene, bene ominare, o Asclepi.' Dein *dic, oro,* quæ recepere Colvius et Vulcanius, confirmata a Mss. Reg. Fux. Par. Guelf. irrepsere e præcedentibus, ejecto *inquam,* quod illi tum abigere debuissent. *Potius* recte servant Mss. mei. *Inquit* est in Fux. Verum cuncta, *mel. inq. om. et pot. responde,* non comparent in Guelferb. *Oud.* *Meliora, inquam, ominare*] 'Meliora mente concipe:' ut Seneca Herc. Fur. locutus. Idem Thyeste: 'Omina quæso Sint ista procul.' Noster in Asclepii Dial. 'Melius ominare o Asclepi.' Horatius: 'Male ominatis Parcite verbis.' Ergo falsi qui hic ex Ms. *M. i. nomina* reponebant. *Pric.* *Meliora ominare*] Non solum Deorum voces Pythagorei observaverunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina: quæ majores nostri (ut ait M. Tul.) plurimum valere censebant. ideo ait Appul. ad ancillam: Dic quæso meliora verba: itidem apud Macrob. 'Bona verba quæso,' Prætextatus ait: Antiqui *ominare* et *ominari* dixerunt, in eadem significatione. Pomp. 'Ita sit et tibi bene, qui recte ominas:' est autem *ominari,* quasi verbis divinare et augurari. *Beroald.*

Et post responde] Legerim, *et potius responde:* ut in Bembino Codice. Infra lib. VII. 'Quin potius effaris ubi?' &c. hæc autem cum proxime præcedentibus non agnoscit Oxon. Ms. *Pric.*

Offenderim] Hæc vetustorum librorum tam manu quam typis expressorum est lectio, nisi quod pro *offendam,* quod Wowerius et sequentes tacite rescripserunt, in Palat. et Guelf. sit *offenderam.* Oud. *Offenderim*] Inventurus sim. *Beroald.*

Quæstionis] Inquisitionis. Terent. 'Cave in quæstione sis.' *Idem.* *Sed quæ causa quæstionis hujus*] Infra hoc libro: 'Quæ causa tibi peregrinationis hujus?' *Pric.*

Corinthio Demea] *De Corinth.* Guelf. Eleganter Brantius e Lips. codice *Demea viro* conjecit, *Demea duumviro.* Accedit enim Palatinus et Guelferb. Contra *ad eum* exsulant a Regio, Fux. et Oxon. Optime, si hinc ita legamus: *Litteras ei a Corinthio Demea duumviro reddo.* Τὰ *scriptas ad eum* explicationis caussa interpolate addi potuere. Vide Cic. pro Fonteio c. 4. lib. III. ad F. Ep. 11. VII. Ep. 5. 'Litteræ mihi dantur a te.' Comm. meos ad Cæs. lib. I. B. Civ. c. 1. 'Litteris a C. Cæsare Coss. redditis.' Ceterum pater quidem Appuleii Madaurensis fuit duumvir; ut ex Apologia notum est. At ille non fuit Theseus, sed pater Lucii; sub cujus persona hic latet Appuleius p. 17. Mire non Brantius modo, sed et ceteri interpretes, inprimis Floridus, hic cæcutiverunt: ut jam monitum initio. *Oud.* *A Corinthio Demea*] Imitatur Lucianum, qui ad hospitem Hipparchum literas Decriani sophistæ deferebat. *Beroald.*

Ibidem opperiminor] *Me* male exsulat ab Edd. ante Elmenh. præter Scriverianam. L. VIII. p. 60. 'nutricem istam meam ad fores opperire.' *Opperire* in Oxon. *Opportune* Wass. In Palat. *operinimio.* Reg. Fux. Guelf. *operimino.* Verissimum est vel *opperimini,* vel *opperiminor,* ut et est in Pith. Edd. Vett. item Junt. post. ac Scriverii, quod prave mutari jussit Beroaldus, non capiens, hic ad fores adstitisse duos, Lucium, ejusque servulum; de quo vide ad p. m. 13. 'puero unico sequente.' Latius docet Becichemus Ep. 72. Dein *rursum* ab-

est a Wass. *pessulatis* Fux. *Oud. Operiminor*] Elegantius leges *Operitor*, quod significat expecta et præstolare. *Beroald. Dum annuncio, inquit, hæc, ibidem opperitor*] Sic excusi pleriqne, et nemo de hac lectione dubitat, quæ tamen falsissima est. Scribe et distingue hoc modo: *Dum annuncio, (inquit) hic ibidem opperitor.* Cicero in pro Roscio Amerino: 'Qui etiam ad hoc ipsum judicium cum præsidio venit, ne hic ibidem ante oculos vestros trucidetur.' Solinus c. 11. 'Heic ibidem campus Ennensis, in floribus semper.' Infra lib. IV. 'Parati sumus hic ibidem pro cavea ista excubare.' Florid. IV. 'Ut solent Poëtæ hic ibidem varias civitates substituere.' Et in Apologia. 'In media quæstione hic ibidem pro Tribunali.' Lucianus in hac ipsa narratione, μεῖνόν με αὐτοῦ. Conjecturam etiam adfirmatam vidimus ab Oxon. Ms. *Pric. Heic ibidem opperitor, &c. modico deinde regressa, &c.*] Plato in Phædone: 'Ἡμῖν ἐξελθὼν ὁ θυρωρὸς, &c. εἶπεν ἐπιμένειν, &c. οὐ πολὺν δ' οὖν χρόνον ἐπισχὼν ἧκε, καὶ ἐκέλευσεν ἡμᾶς εἰσιέναι. *Idem.*

Rursum foribus oppessulatis] Plaut. Amphitr. 'Oppessulatas ante fores graditur.' *Idem.*

Intro capessit] Plautus, aliique sic sæpius loquuntur; unde facile id ferrem in Nostro, si Mss. subscriberent, licet eamdem locutionem in eo non offenderim. Scilicet primus ita tacite edidit Wowerius. At Scriverius, Pricæus, et Floridus inverterunt *intro se cap.* Verum *se* est in Ms. nullo, nec Ed. veteri, uti nec Elmenh. in Oxon. *intro capescere.* Palat. Pith. Fux. Guelf. *intro capessum.* An scribendum: *intro capescit se* vel *cap. viam*, aut potius: *intro facessit:* ut est apud Nostrum innumeris locis. Et quidem junctim *cum dicto*, ut hic. Lib. II. p. 30. 'Et cum dicto facesso, et cubiculum meum contendo.' p. 36. 'Et cum dicto consignatis illis tabulis facessit,' &c. Atque in significatione motus ad locum. Lib. VI. p. 116. 'Cubitum facessit:' uti et legunt viri docti p. 114. 'Domum facessit' pro *secessit.* Sic et alii. Vide Nonium in hac v. Livium. l. I. c. 47. 'Facesse hinc.' Curt. lib. X. c. 2. 'Facessite hinc ocius.' Sil. l. XI. 107. 'Ocius urbe facesse.' *Oud. Modico deinde regressa*] Infra lib. VIII. 'Ille modicum moratus, refert se.' *Pric. Modico deinde*] Post paulum. *Beroald.*

Rogat te, inquit, &c.] Lib. III. 'Ecce quidam introcurrens famulus, rogat te, inquit, tua parens Byrrhæna.' Infra hoc lib. 'Rogat te hospes.' *Pric.*

Intuli me] Frustra, ex vitiosa scriptura *inutili*, conjecerat Gruterus lib. IV. Suspic. c. 9. *inteluli*, ἀρχαϊκῶς. Mss. O. et Edd. Junt. quoque dant *intuli.* Vide Pricæum, et Passerat. ad Cic. pro Cæc. c. 5. 'Se ipse inferebat et intrudebat.' Burm. ad Valer. Flacc. I. 488. 'Ille ut se carinæ intulit.' Suet. Cæs. c. 81. 'Avem Pompeianæ curiæ se inferentem.' Sil. XVI. 139. 'ubi se vallo intulerat.' Sic 'refert sese.' Lib. IX. p. 252. 'Transferre se.' Horat. lib. I. O. 30. Mox *admodum* deest Coll. Voss. Oxon. Fux. Dein *commode* Pith. *Oud. Intuli me*] Lib. VI. 'Pulvinaribus se proximam intulit:' et II. 'Me nescius forum Cupedinis intuli.' Virgilius, a quo sumpsit, ita sæpius loquitur. *Pric.*

PAG. 17 *Eumque accubantem exiguo admodum grabatulo, &c. invenio*] Gellius XIX. 20. 'Atque ibi qui introducti sumus, offendimus eum cubantem in scimpodio Græciensi.' *Idem. Accubantem*] 'Accubare' verbum est convivale. M. Tul. 'Qui mihi accubantes in conviviis.' Fuit enim mos priscorum, ut cubantes in lectulis cœnitarent: qui mos apud Græcos Turcasque hodie quoque est usitatissimus: unde 'discumbere' et 'accum-

bere,' et 'accubare,' 'recubare' usurpata. Scribit Val. Maximus, fœminas cum viris cubantibus sedentes cœnitare consuevisse. *Beroald.*

Exiguo grabatulo] Lucianus consimiliter, κατέκειτο ἐπὶ κλινιδίου στενοῦ, id est, discumbebat in lectulo admodum angusto. *Idem.* *Commodum*] 'Tunc, id horæ, eo momento: de hac dictione in superioribus satis multa. *Idem.*

Assidebat pedes uxor] *Penes,* quod e Luciano correxit Beroaldus, exstare in nonnullis Codicibus testis est Becichemus Epist. 73. recte *pedes* servans. Nam qui adsidet ad pedes accumbentis, sedet penes eum. Quare nimis temere Scriverius Beroaldum sua in ἐκδόσει est secutus. Quæ enim Scriverio adscribuntur in Anecdotis pag. 7. descripsit ille tantum e Colvii nota in privatos usus. Qualia innumera schediasmata illic ineptissime, tamquam Scriveriana, circumferuntur. Ceterum non sedebat in gremio mariti, ut explicat Colvius. Uxores et amicæ, de quibus hoc dicitur, jacebant quasi in gremio discumbentium. Alia ratio est sedentium. Pro more Græco Milonis grabatulus discubitorius modo capax erat unius hominis. Ideo debebat in sella uxor sedere, rursusque decedere, quum venerat hospes: quia alia ei non erat propter mariti avaritiam sella. Optime hæc exposuit Ferrarius in Elect. I. 19. Sic mulier sedet in sella ad pedes accumbentis mariti, plane uti hic, in Marmore Græco inter Marm. Oxon. N. 76. 'Adsidere' passim Accusativo vi præpositionis jungitur. Adi Heins. ad Valer. Flacc. lib. v. 546. 'Me gravis adsidet hostis:' et Virg. lib XI. Æn. 311. 'Muros adsidet hostis.' Cort. ad Sallust. B. Jugurth. c. 11. 'Adherbalem adsedit.' Plura vide ad Nostri locum lib. IX. p. 188. 'Lanificio districtam adsidebat.' Sic etiam *pedes advoluta,* lib. VI. p. 111. Mox *heem* Oxon. *hem* Wass. pro *en.* Oud. *Assidebat pedes*] Sedebat ad pedes. Ego autem corrigo *penes* pro *pedes:* ut significet, uxorem penes, id est, juxta maritum Milonem assedisse: conveniatque cum verbo Luciani, qui ait, γυνὴ δὲ αὐτοῦ καθῆστο πλησίον, id est, uxor autem ipsius prope assidebat. *Beroald.*

Mensa vacua] Ex Luciani filis textura concinnatur: ille enim ait, καὶ τράπεζα μηδὲ ἓν ἔχουσα παρέκειτο, id est, mensa nihil continens adjacebat. *Idem.*

Bene, ego] Quasi dicat, Gratias ago pro hospitio oblato. *Idem.*

Illico] Statim. *Eis*] Lege, *ei:* scilicet Miloni. *Idem.*

Prosperiter] *Prosperiter* est etiam in Pith. Fux. Oxon. et Edd. Vicent. Junt. pr. *prospiter* Wass. *prospiciter* Palat. *perspiciter* Guelf. Latinum satis est *prosperiter.* Consule Priscianum lib. XV. col. 1010. Sed ab hoc loco est alienum, et *properiter* sæpe usus est Appuleius. Adi ad lib. V. p. 117. lib. VII. 149. Auson. Parent. 27. 'Properiter obiit.' Eadem confusio in fine lib. II. 'Adpellata propere Byrrhena.' Dein *consiliavit* Fux. *Oud.* *Prosperiter*] Legendum *properiter,* quod significat propere et festinanter. Catullus: 'Animula miserrima properiter adit.' *Beroald.*

Decedere] Perperam Fux. cum Ed. Floridi *discedere;* quod ipse explicat *abire.* Milo non jubebat abire uxorem, sed modo surgere de sella, ut ejus locum occuparet Lucius. Male etiam Wass. mox *in* delebat. Non enim voluit Milo, ut assideret Lucius ad locum uxoris, sed in ipso loco. *Oud.* *Jubet uxorem decedere, utque in ejus locum assideam jubet*] Plutarch. Sympos. II. 1. Ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὸν Ἀλκίνοον ὅτι τὸν ξένον ἱδρύει παρ' αὐτὸν, Υἱὸν ἀναστήσας ἀγαπήνορα Λαομέδοντα, Ὅς οἱ πλησίον ἧστο, μάλιστα δέ μιν φιλέεσκεν. Luc. XIV. 8. Δὸς τούτῳ τόπον. *Pric.*

Etiam nunc] Abest ab Oxon. Ms. *Idem. Eam*] Corrige, *etiam*. Beroald.

Verecundia contantem] Pudor et verecundia homines facit contabundos et renitentes: nec non fari prohibemur ex pudore: unde non ineleganti epitheto dictus infans ab Horatio: quia nos infantes efficiat, et mutos. 'Infans namque pudor prohibebat plura profari.'

Lacinia] Veste. De 'lacinia' et 'lacinosa' convalle jam dictum est. *Idem.*

Detrahens] Mallet Pricæus *trahens*, ut infra. At vulgatum longe est significantius, seu deorsum trahens. Vitiose vero Edd. Vic. Ber. Juntinæ, Ald. Colin. Bas. habent *abreptâ*. Lib. III. p. 49. 'adrepto pallio.' Lib. IV. p. 82. 'saxo adrepto:' quibus locis, ut ubique, eadem est confusio. *Oud. Arrepta lacinia detrahens*] Forsan *trahens*, ut infra, 'Clementer me trahere adoritus.' *Pric. Adside isthic*] Jacob. 2. 3. Σὺ κάθου ὧδε. *Idem.*

Nulla est fibula anne suffic. &c. licet] In omnibus Edd. vetustis usque ad Vulc. Ed. sec. est, *n. est fibula, anne;* nisi quod in Ald. sit, *sesulā an*. Scaliger sive Vulc. sec. cum Woweria (*nulla est fabula*) *nec*. Frigide et ridicule, licet Fux. det, *nulla fabula*, nec displiceat Ferrario lib. I. El. c. 19. qui olim conjecit, *nulla est cellula*. Scriverius edidit, *nulla est sellula, ac ne*. In Pithœano quoque est *nulla est fibula*. In Flor. pr. Guelferb. Palat. et Zabarellæ, *nulla escibula*, Oxon. *esibula*. Nisi obstaret littera *e*, facile amplecterer Beroaldi, Gruteri, Lindenbrogii emendationem, *sessibula*, ab Elmenh. Pric. Florido receptam, vel Tollii, *nulla sedilia*. nunc malo: *Nulla est sedecula* vel *sedicula*, e Cic. lib. IV. ad Att. 9. ubi vide. Vel: *nulla, en! sedilia*. *Sedilium* voce usus est Auctor lib. V. p. 98. Pro *anne* Gruterus insuper conjecerat *aliamve*. Groslotius *qn.* i. e. quando, *ne s.* Oxon. *aut ne*. Sed *ac ne* recte correxit Colvius; ut arripuere Elmenh. aliique, confirmatum a Florent. pro var. lect. *ne* exsulat ab utraque Ed. Junt. et Ald. *Ne* significat, 'ne quidem.' Quæ ultima vox sæpe ex interpolatione addita. Gell. lib. X. c. 2. 'ac ne oris quoque serenitatem.' Vide et lib. XVII. 2. infra lib. II. p. 34. item lib. III. p. 45. 47. 'Ne omnino mihi notos.' p. 50. 'Ne istud.' Lib. IV. p. 66. 'Ac ne cauda:' vulgo addunt *quidem*. lib. VIII. p. 164. 'ac ne procul saltem ulli,' &c. lib. X. p. 220. 'Ac ne humanum:' ut leg. lib. XI. p. 257. 'ac ne momentum quidem tenue:' ubi *quidem* non agnoscunt tres Mss. Plura vide apud Cæs. lib. VII. B. G. c. 8. 'ac ne singulari homini.' Drak. ad Liv. lib. XLIV. 36. 9. et Burm. ad Petron. c. 9. 'Cujus ne spiritus purus est.' Sic alibi 'ne ipse.' Alioquin passim *nec* ponitur pro *ne quidem;* de quo ad lib. III. p. 48. 'nec ipse,' ut pleræque Edd. lib. V. p. 95. 'Ac nec ulli alii.' *Oud. Sessibula, ac ne sufficientem*] *Sessibula* bene legebat Beroaldus: *esibula* (quod vero proximum) habet et Ms. Oxon. Idem liber, *aut ne s.* Pric. *Nulla est fibula*] Causa redditur cur vocaverit Appuleium, ut assideret in uxoris sella. Quoniam, inquit, nihil satis clausum, satisque munitum est ab incursu latronum qui nullas nobis sellas reliquas fecerunt: et ita fibula accipietur pro claustro et obice. Sed elegantior lectio est, et verior: *Sellula*, sive *sessibula:* ut sit sensus, nullam aliam domi suæ esse sellam sive sedile, præ metu latronum, qui sunt in causa ne supellex idonea paretur: est enim *sellula* diminutivum a *sella*, quasi parva sella: *sedes* autem, et *sedile*, et *sella*, et *subsellium*, et *solium*, a *sedendo* dicuntur, *d* litera in *l* conversa. M. Varro et Festus Pompeius auctores. *Selliquastra* quoque sedilia, ab idoneis scriptoribus ap-

pellantur, a *sedendo* et ipsa dicta. Hyginus: 'Cassiopea sedens in selliquastro collocata est:' idem alibi ait: 'Inter sidera sedens in selliquastro constituta est.' Menda est in codicibus impressis, in quibus passim legitur *silliquastro*, pro *selliquastro*. Magna enim differentia est in significatu inter *silliquastrum* et *selliquastrum*, quamvis in scripto sit pusillum dissidium: est enim *selliquastrum*, ut jam docuimus, sedile: *silliquastrum* vero herba est hortensis, quæ alio nomine *piperitis* appellatur, cujus meminit Plin. in XIX. et XX. lib. Natural. historiæ. *Beroald.*

Feci] Ut jussit Milo, assedi in uxoris sella. Quoniam incidit mentio sedilis, declarandum est Gellianum verbum, in quo plerique omnes hæsitant: in XVIII. Noctium Atticarum sic scriptum est: 'Offendimus eum cubantem in symphodio græciensi:' ubi lege in *scimpodio*, et expone in sedili, vel potius in grabatulo. Græci enim σκιμπόδεα vocant scabellum et grabatum: cujus diminutivum est *scimpodion*. Lucianus: τῷ δὲ παιδὶ τὸ σκιμποδίον αὐτοῦ παραθήσω, id est, servo tuo grabatulum ipsi conveniens apponam. *Idem.*

Et sic] Lege, *etsi*. Verba sunt Milonis ad Lucium. *Idem.* *Et sic*] Absunt ab illo Codice, ut et ab alio quodam, fidem Colvio faciente. *Pric.*

Ego te, inquit, etiam de ista corporis speciosa habitudine, &c. generosa stirpe proditum, &c. conjicerem] Theocrit. XXV. Eidyll. Ἐπεὶ οὐ σέ γε φημὶ κακῶν ἐξ Ἔμμεναι, οὐδὲ κακοῖσιν ἐοικότα φύμεναι αὐτὸν, Οἷόν τοι μέγα εἶδος ἐπιπρέπει. Euripides Ione: Γενναιότης σοι, καὶ τρόπων τεκμήριον Τὸ σχῆμ' ἔχεις τόδ', ἥτις εἶ ποτ' ὦ γύναι· Γνοίη δ' ἂν ὡς τὰ πολλά γ' ἀνθρώπου πέρι Τὸ σχῆμ' ἰδών τις, εἰ πέφυκεν εὐγενής· De Mose Philo: Ὄψιν ἐνέφηνεν ἀστειοτέραν ἢ κατ' ἰδιώτην. Heliodorus II. Τοιοῦτός ἐστι τὴν μορφὴν, καὶ τοσοῦτος ἰδεῖν τὸ μέγεθος, ὡς βεβαιοῦν τῇ θέᾳ τὸ γένος. Idem v. Ἄνδρα καὶ ἐκ πρώτης ἐντεύξεως εὐγένειαν ἐμφαίνοντα. Et VII. Ὅτι μὲν γὰρ Ἕλληνες καὶ τοῦτο ἔγνων, καὶ ὅτι τῶν εὖ γεγονότων πάρεστι τοῖς δρωμένοις τεκμαίρεσθαι· βλέμμα γὰρ οὕτω λαμπρὸν καὶ εὐσχήμων ὄψις ἅμα καὶ ἐπέραστος εὐγενείας ἔμφασιν παρίστανται. *Idem.*

Deque hac prorsus virginali verecundia, &c.] Plinius lib. v. Epist. 16. de Fundani filia: 'Suavitas puellaris cum virginali verecundia.' Hieronymus de Nebridio: 'In primo ætatis flore tantæ verecundiæ fuit, ut virginalem pudorem vinceret.' Cicero: 'Adolescens timidus, virginali verecundia præditus.' Apud Eundem in de Divinatione: 'Ubi illa paulo ante sapiens virginalis modestiæ?' Scholiastes vetus de Persio, in vita ejus: 'Fuit morum lenissimorum, verecundiæ virginalis.' Donatus ad v. 2. Eunuch. 'Pudicitiæ ac verecundiæ virginalis statum.' *Idem.* *Virginali verecundia*] Laudamus in juvene verecundiam; est enim virtutis color. Plaut. 'Adolescentem decet esse verecundum, Argyrippe:' sed in sene, ut ait Arist. in 4. Eth. digna laude non est: cum non omnem deceat ætatem verecundia. Optimum autem verecundiæ epitheton est, ut virginalis appelletur: est enim virginum prope peculiaris pudor. Claudianus: 'Flammea sollicitum prævelatura pudorem.' Maro quoque de Lavinia virgine scribens, affectum naturalem decenter expressit: 'Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem Subjecit rubor, et calefacta per ora cucurrit.' *Beroald.*

Generosa stirpe proditum] Glossarium: 'Γενεᾶς μεγάλης: generosus.' Infra lib. IV. 'Genere Thracio proditum.' *Pric.*

Et recte] Copulam ab Oxon. recte exsulare censet Pricæus, sicut abest a Palatino, Fux. Guelferb. Immo perperam. *Et* valet *et quidem*. Belg. En dat wel. De Philos. Mor. p. 618.

e Mss. 'prudentem et recte arbitratur.' Plura Nostri et aliorum exempla vide ad lib. VII. init. 'bestiam et quadrupedem.' ad Hirt. B. Afric. c. 10. 'Magnas copias et insidiosæ nationis.' *Oud.* *Et recte conjicerem*] Melius τὸ *et* abest ab Oxoniensi Ms. *Pric.* *Recte conjicerem*] Conjectarem, conjectatorie cognoscerem. *Beroald.*

Sed et meus Demeas eadem literis pronunciat] Male mutarunt quidam in *porro nunciat.* *Pronunciat* non heic aliud quam 'dicit,' 'nunciat.' Vide infra ad lib. IV. notata. *Pric.* *Eadem te*] Scilicet esse generosa stirpe genitum. *Beroald.*

Gurgustioli] Tuguriunculi, casulæ, domunculæ. 'Gurgustium' enim, cujus diminutivum est 'gurgustiolum,' significat genus habitationis angustum, a 'gurgulione' dictum. *Idem.* *Brevitatem gurgustioli nostri ne spernas obsecro*] Apud Virgilium: 'Aude hospes contemnere opes.' In Eclog. Calpurnii: 'Ne contemne casas et pastoralia tecta.' Onomasticon vetus, 'Gurgustium, οἰκίδιον.' *Pric.*

Majorem domum dignatione tua feceris] Philo in de Victimis: 'Η τῶν ἑστιωμένων ἀξίωσις ἐπικοσμεῖ τὸν ἑστιάτορα, &c. *Idem.* *Dignatione tua*] Domus non solum domino honestatur, sed etiam hospitum dignitate nobilitatur: hodieque gloriari solemus, domi nostræ fuisse hospites illustres: ut verum sit illud Sidonii: 'Gloria magna viri, gratia parva loci.' *Beroald.*

Specimen arrogaris] Gloriam tibi vendicabis ex humanitate, quoniam laudaberis non sprevisse tenue hospitiolum. *Idem.*

Contentus lare parvulo] In hanc sententiam est illud Virgil. 'Aude hospes contemnere opes, et te quoque dignum Finge Deo, rebusque veni non asper egenis:' et illud Nasonis: 'subiere minores Sæpe casas superi.' *Idem.* *Si contentus Lare parvulo*] Juvenalis: 'Nam cum sis conviva mihi promissus, habebis Evandrum, venies Tyrinthius.' Ubi vetus Scholiastes: 'Cum sis vir magnus, excipieris tamen a me hospitio paupere, ut scilicet Hercules ab Evandro.' Vide P. Chrysologi Serm. 36. *Contentus* dixit, non sine emphasi. Virgilius: 'Argolica hac galea contentus abito:' ubi Servius: 'Contentus, quasi parvo munere.' In Oxon. hic, *alisonis hospitium:* et inter lineas positum, *ullius hominis.* Communis lectio a Politiano est, Miscell. cap. 24. *Lare parvulo,* ut supra heic, 'exiguo Lare,' Horatius 'parvo lare' dixit. Persius 'lare presso.' Noster in Apologia 'Lare gracili.' *Pric.*

Thesei illius cognominis patris tui] Hinc liquet, patrem Appuleii appellatum esse Theseum: est autem sensus: Si hospitiolum meum non spreveris, videberis esse imitator Thesei illius inclyti et famigerati, qui olim non erubuit uti hospitio Hecales rusticæ vetulæ, quæ illi apposuit olera, vel potius herbas sylvestres pro eduliis, veluti sonchon et crethmon, ut scribit Callimachus, et retulit Plin. Corrige autem pro *Ales anus, Hecales anus:* sicut in lib. Annotationum corrigendum esse docuimus. Hæc est illa Hecale, quæ in carmine obscœno signatur, cum ait, 'Æqualis tibi quam domum revertens Theseus repperit in rogo jacentem.' Hecales meminit et Plutarchus in Theseo. De hac opinor intellexit Ovid. in libris de Remedio sic scribens: 'Cur nemo est Hecalem, nulla est quæ ceperit Irum? Nempe quod alter egens, altera pauper erat.' Scio in codicibus Ovidianis *Hecatem* legi, non *Hecalem.* *Cognominis*] 'Cognomines' dicuntur, ejusdem nominis: ut docet Servius, enarrans illud Virgilianum: 'gaudet cognomine terra:' hinc Plautus in Bacchidibus: 'Quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines?' Theseum appellat cognominem patris Appuleii: quia et ipsius

pater dictus est Theseus. *Beroald.*

Æmulaveris] Imitatus fueris: locutio vetus. Antiquitus enim 'æmulare' pro 'æmulari' dicebatur, sicut 'luctant' dixerunt pro 'luctantur,' et 'præliant' pro 'præliantur,' et 'convivant' pro 'convivantur,' et hoc genus probe infinita, quod multorum exemplis satis liquet, et Grammaticorum observatione declaratur. 'Æmulari' autem est imitari, et invidere: unde 'æmulatio' dicitur imitatio virtutis cum laude: est et ægritudo, si eo quod quis concupiverit, alius potiatur, ipse careat. *Idem.*

Hecales anus] Certissimam hanc Beroaldi emendationem, de qua videatur quoque Becichemus Ep. 70. ex Mss. et Ed. Veneta A. 1493. sic emendans, item t. I. Fac. Crit. p. 235. ab Aldo, Junt. aliisque receptam, firmat Florent. unus. *Hecalesanus* Reg. Fux. Pith. Guelf. Palat. Coll. G. Voss. *alesanus.* Oxon. *alisonis* et inter litteras *ulliushominis.* Vide ad Anthol. l. I. p. 139. Ἑκάλης φιλοξείνοιο καλιήν, et Kust. ad Suid. v. Ἑκάλη. *Oud. Non est aspernatus H. a. h. t.*] Illi 'Non fuit opprobrium facta sine arte casa.' *Pric.*

Photis] Apud Lucianum ancilla hospitis Hipparchi Palæstra non inscite appellatur, tanquam omnis luctæ veneriæ scia et gnara. Photis vero Appuleiana videri potest dicta ἀπὸ τοῦ φωτὸς, quod significat lucem et lumen, tanquam esset lucida puella, et ardescens in venerem. *Beroald.*

Conde] *Crede* Pith. De hac confusione dixi initio hujus libri. Esse vere proprium hic *condi*, quis nescit? Sed majore observatione dignum est, quod hic dicat *in cubiculum;* cum statim sequatur: 'rebus in cubiculo conditis.' Sed et alibi dixit cum Accusativo. Lib. VI. p. 123. 'Somno in pristinam sedem recondito.' Virg. G. IV. 65. 'Sese in cunabula condent.' Plin. lib. VIII. c. 12. 'Caput in ipsas nares condunt.' Sic enim cum Mss. Harduini etiam Voss. et Leidd. c. 15. 'Condito in corporis vaginas unguium mucrone.' Confer Solin. p. 36. ubi inepte pro *gradientes*, qui est Nominativus, *radiantes* ex Ed. Ascens. legit in Observ. p. 176. Solin. p. 17. 'Cephisos in maria conditur:' vel, ut in aliis Mss. et Edd. est, *se in maria condit.* p. 24. 'sui dissimilis in maria condatur.' Fabrett. Inscript. p. 751. 'In hanc ollam conditus.' Avian. F. 31. 4. 'In anfractus conditur inde suos.' Adde Burm. ad Suet. Aug. c. 100. Misc. Obs. v. VII. p. 239. Dein *ex prompt.* rescripsi cum Edd. Colvio prioribus, non *e.* Palat. Guelferb. *et prompt.* Ms. incertus *promptario*, ut apud Auson. Ep. XXI. in f. 'musicum promptarium.' *Oud. Cum fide conde*] Fideliter repone. *Beroald. Susceptas sarcinulas cum fide conde, &c.*] *Cum fide*, fideliter: Sic 'condere cum fide,' I. 7. Columella. et lib. III. Noster, 'cum fide proferre:' quod post eodem libro, 'cum fide memorare.' Terentius Adelph. 'cum fide obsonare' dixit. 'Conde cum fide' autem, ad ancillam signatissime dictum. Pollux III. 8. Ἡ ταμεία τῆς πίστεως ὄνομα. *Pric.*

In illud cubiculum] Lucianus Græce inquit, ἀπόδος κοιτῶνα: id est, 'da cubiculum.' Interpres Luciani hallucinatur, interpretatus, 'Da tunicam:' videlicet deceptus proximitate vocis et literarum: si quidem Græce χιτὼν est tunica, κοιτὼν vero cubiculum. In significatu autem tam distant κοιτὼν et χιτὼν, quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano. *Ber.*

Ex promptuario] Cellarium significat, ex quo promuntur usui necessaria, a promendo dictum: sicut et *promos* dici voluerunt, ministros qui præsunt cellæ promptuariæ, ut promant de intus usuaria: et *condos*, qui condant: auctor Fulgentius Placiades. Hinc Plautinum illud: 'Sum promus condus, procurator peni.'

Appuleius in apologia, 'promum librorum' eleganter vocat ministrum a libris. Symmachus 'promptuarium' decenter appellat ingenium, perinde ac repositorium thesaurumque doctrinarum. Verba Symmachi ex epistolis hæc sunt: 'Utinam mihi falsis laudibus blandiaris, cum ais te aliquid ex nostro desiderare promptuario.' Plautus dixit carcerem, 'promptuariam cellam.' *Idem.*

Unctui] Ad unguentum, in balneis enim oleo corpora perungebant, quod in lecytho continebatur: sic enim vocaverunt ampullam oleariam, quam Cyprianus 'capsacem' nominat, Juvenalis 'guttum:' cujus meminit M. Tul. in libris de Finib. et nos scripsimus in libro Annotationum. Loti distringebantur strigilibus, mox tergebantur linteis, quæ M. Varro appellat 'termentaria,' quod corpore terantur: de quibus Epigrammatarius poëta: 'Non tam sæpe teret lintea fullo tibi.' *Idem.*

Et lintea tersui] Petronius: 'Jam Trimalcio unguento perfusus tergebatur, non linteis, sed palliis ex mollissima lana factis.' Item: 'Video Gitona cum linteis et strigilibus.' Nec de aliis sentit Martialis lib. x. 'Lintea ferret Apro vacuus cum vernula nuper, Et supra togulam lusca sederet anus.' Vel Seneca Epistol. xcv. 'Vetemus lintea et strigiles Jovi ferre et speculum tenere Junoni.' *Colv.* *Tersui*] Ad tergendum. Plinius in Epistolis: 'Nam dum distringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat.' *Beroald.*

Huc eidem usui] *Hæc* est in Edd. O. ante Colvium, qui bene e Mstorum plurimorum lectione *huc* conjecit *huic*, ut lib. x. 'Hæc eadem uxor.' De Phil. Mor. p. 602. 'Hæc eadem procurat.' p. 620. 'Hunc eumdem.' Passim hæc pronomina jungi videas. Tib. i. 2. 59. 'Hæc eadem dixit.' Nemes. Ecl. iv. 68. Adi ad Cæs. lib. ii. B. G. c. 6. *Hoc* Pith. *Usus* in Ed. Beroaldi typothetarum vitio. Sept. de B. Troj. i. 20. 'Festinaret eamque et quæ nuptiis usui essent, mittere.' Sic recte Ed. Obrecht. al. *mitteret*, vel *mitterent*. Minime vero est necessarium, quod existimat Pricæus ex lib. ii. p. 36. aliisque locis, addi vocem *necessaria*. Vide Elmenh. ad p. 32. 'Quod unctui, quod tersui:' me ad p. 25. 'primum ingressui stabulum.' Forte et lib. xi. p. 262. *quod usui foret*. Oud. *Eidem usui*] Scilicet balneario: ad balneare autem instrumentum pertinebant et strigiles, de quibus plurima mentio est apud scriptores. *Beroald.*

Profer] *Proferas* ostentant etiam Fux. Guelf. Oxon. et Wass. quod defendi satis potest, licet sequatur imperativus *produc*. Sæpe enim amant varios modos jungere optimi scriptores. In lib. x. p. 223. in Mss. plerisque et Edd. Vett. 'insultare me perdocuit, quodque esset apprime mirabile, verbis nutum commodarem.' Suet. Cæs. c. 88. 'obstrui placuit ac ne senatus ageretur.' Vellei. lib. ii. c. 24. collatus cum Wopkens. Misc. Obs. viii. p. 37. Adde Drakenb. ad Liv. lib. xxxix. 14. 9. me ad Cæs. lib. ii. B. G. c. 10. 'reverti constituerunt et convenirent:' unde patet errasse Græviam ad Cicer. ii. lib. in Verr. c. 4. 'Hoc statuerunt aut istius injurias per vos ulcisci et persequi, aut, si vobis indigni essent visi, quibus opem auxiliumque ferretis, urbes ac sedes suas relinquerent:' ubi contra Mss. et Edd. Vett. refinxit *relinquere*. Nec secus solent Græci. Adi Munker. ad Hygini Astron. lib. i. c. 8. D'Orvillii Vannum Criticam pag. 65. Immo sic Imperativum et Subjunctivum copularunt optimi quique. Adi Burm. ad Valer. Flacc. lib. v. vs. 16. eaque elegantia aliquoties reddenda Ausonio, ut in Protrept. præf. vs. 13. 'Disce libens, tetrici nec præceptoris habenas Detestere nepos.' Sic enim in utroque Ms. Leid. non *detes-*

tare. Epigr. 119. 'Extremis da singula crimina, et illum Cis numeres.' Male Voss. Cod. chartac. et Edd. pp. *numera.* In Ludo 7. Sapient. Pittaci: 'Plures amicos re secunda compara, Paucos amicos rebus adversis proba.' Ms. Coll. Voss. *comparas.* Erasm. *compares* et *probes.* Scribo *compares*, et *proba.* Ceterum pro *ociter* male in Fux. *comiter.* Oud.

Ocyter] Velociter. *Beroald.* *Ac simul e prompt. oleum unctui, et lintea tersui, &c. huc eidem usui profer ocyter*] In Colloquiis vett. Σάβανα εἰς τὸ βαλανεῖον, ξύστραν, προσόψιον, ποδεκμάγιον, λήκυθον. Hæc sunt quæ *cætera* vocat Appuleius Noster. Lexiphanes Lucianeus: Σὺ δὲ, ὦ παῖ, στλεγγίδα μοι, καὶ βύρσαν, καὶ φωσώνια, καὶ ῥύμματα ναυστολεῖν εἰς τὸ βαλανεῖον, καὶ τοὐπίλουτρον κομίζειν. Suidas: Στελγίδες, καὶ καταμάγεια τὰ εἰς τὸ λούεσθαι χρειώδη, καὶ ξύραι, καὶ λήκυθος, καὶ ξυστροφύλαξ εἴδη λούτροις ἐπιτήδεια. Arrianus IV. 11. in Epictetum: 'Αμήχανον μὴ ἀπὸ τοῦ ἱδρῶτος καὶ τῆς κατὰ τὴν ἐσθῆτα συνοχῆς ὑπολείπεσθαί τι περὶ τὸ σῶμα ῥυπαρὸν, καὶ δεόμενον ἀποκαθάρσεως· διὰ τοῦτο ὕδωρ, ἔλαιον, χεῖρες, ὀθόνιον, ξύστρα, νίτρον. 'Oleum unctui,' ut apud Horatium: 'Oleum nemon' hue ocyus affert?' et in Historia Susannæ: 'Ενέγκατε δέ μοι ἔλαιον, &c. ὅπως λούσωμαι. 'Lintea tersui,' ut apud Plautum, 'Linteumque extersui.' Sequentia *huc eidem usui, &c.* variis modis vexantur. Ms. Oxon. *hæc e. u.* Ego vocem excidisse crediderim, scribendumque: *huic eidem usui necessaria.* Miles. II. 'Jube Domina cuncta, quæ sunt usui necessaria, nobis exhiberi:' et X. 'Ad vasa illa compluria gestanda quæ Dominis regiones plusculas pererrantibus erant necessaria,' &c. et XI. 'Quæ forent ad usum teletæ necessario præparanda.' Nec interim aliorum auctoritates neglectui habendæ. Hieronymus contra Jovinianum I. 'Multa esse quæ matronarum usibus necessaria sunt.' Servius ad Georg. I. 'Ante præparabis hæc omnia, quæ in illius rei sunt usum necessaria.' Ammianus XXIV. 'Cum usui necessaria abunde sibi quisque collegisset.' Perpende et verba Suidæ jam supra adducta. Proprie hæc autem Dominus ad ancillam. Artemidorus I. 66. Στελγίδες, καὶ καταμάγεια, καὶ ξύστραι, θεράποντας σημαίνουσι. *Pric.*

Satis arduo itinere atque prolixo, &c.] Lib. III. 'Montis arduo vertice, et prolixo satis itinere,' &c. *Idem.*

Satis arduo itinere fatigatus] Lucianus: πέμπε αὐτὸν εἰς βαλάνειον, οὐχὶ μετρίαν γὰρ ἐλήλυθεν ὁδόν, produc, inquit, ipsum ad balneum, non enim parvam viam fecit. *Beroald.*

His ego auditis, &c.] Oxoniensis, et alius Ms. *His ergo auditis.* Pric.

Itineris ubique] Veteres igitur peregrinantes balnei utensilia ad suum sibi usum secum habebant. Ab hoc more capiet lucem Plauti locus Mercatore: 'CH. Tollo ampullam, atque hinc eo.' Loquitur adolescens, profectionem adornans. Et ampulla inter balnearia, quod alibi notamus ad hunc ipsum. *Colv.* Non idem significare *itineris ubique*, et *itinerum ubique* videtur, ut prius significet hoc solum iter, in quo nunc erat peregrinans, alterum significet quodvis iter. Hinc *itinerum* legit cum Pricæo Is. Touissaintius in Conject. ad Lactantium de M. Persec. editis per Isacum Cahal. Sed similiter ait l. VII. p. 150. 'nusquam ruris.' Plaut. Capt. V. 2. 5. *ubi loci,* pro locorum. Immo 'ubique loci' est apud Prudent. Apoth. vs. 118. ex emendatione N. Heinsii. Sed et 'ubique imaginis' Flor. N. 7. est in Ms. Ceterum *rite nos com.* haud male e Bertin. Cod. recepere Elmenh. Scriver. et Florid. *Oud.* *Quæ itineris ubique nos comitantur*] Cauti ac frugi viatores, ut supra monui, quæ usui erant circumferebant secum. Apud Lucianum ille: Ἵππος δέ με κατῆγε, καὶ τὰ σκεύη. Se-

nec. Epist. LXXXVII. 'M. Cato Censorius cantherio vehebatur, et hipposperis quidem impositis, ut secum utilia portaret.' Pro *itineris* legendum *itinerum* puto: sic in Apologia 'ubique littorum.' Et Florid. I. de Alexandro M. 'Ut ubique imaginum summus esset:' ubi etiam pro *summus*, *suus* reponendum videtur; inspiciatur contextus loci. *Pric.* *Itineris ubique*] In omni itinere. Sic enim dicimus, 'ubique locorum,' 'ubique gentium.' Ipse alibi dixit, quod minus frequens est, 'Ubique imaginum,' pro in omnibus imaginibus. *Beroald.*

PAG. 18 *Plane quod est mihi summe principium*] Fux. *summum præcipuum*. Ex vitiosa lectione Roaldus procusit simpliciter, *Quod est mihi summum.* Sed *summe præcipuum*, pro quo *principium* est in Edd. Rom. Vic. Ber. ac Junt. pr. optime e Mss. jam olim emendavit Becichemus Ep. 73. Adverbium enim istud *summe* amavit Appuleius. Vide Indicem. Dein male in Ed. Scriverii est *provexit*. Adi ad p. m. 63. 'me usque ad portam pervecto:' ut scribi debet. *Ordeum* mox in Mss. et Edd. aliquot. Adi Orthographos. *Numis* pro *numulis* in Oxon. *actibus* in Pith. ac *reconditis* in Palat. *Oud.*

Strenue] Naviter et perniciter: 'strenua mors' dicitur a Curtio quæ cito conficit. *Berould.*

Hordeum emito] Lucianus: κριθιδίων τιμὴν εἰς τὸν ἵππον: id est, pretium hordei pro equo. Græce enim κριθὴ dicitur hordeum, et ὑποκοριστικῶς κριθίδιον, quasi hordeolum. Hordeum autem quadrupedum refectibus vita tradidit, ut auctor est Plinius. Juvenalis: 'Et infundens jumentis hordea lassis.' Ex hordeo fit ptisana, Hippocratis præconio celebrata. Apud Indos panis ex hordeo præcipuus fit: et gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur, apparet antiquissimum in cibis hordeum fuisse, ex quo polentam Græci præcipuam conficiebant. De panibus Hordeaciis meminit Galenus libro de Alimentis primo. Plinius sic ait: 'Panem ex hordeo, antiquis usitatum, vita damnavit.' *Idem.*

Cibatui prospicerem] Mox post, 'cœnæ affatim piscatus prospexeramus.' *Elmenh.* *Ut aliquid cibatui prospicerem*] Lib. IX. 'Nec, &c. vitæ nostræ prospicies, et aliquid cibatui parabis?' *Pric.*

Cupedinis] Item Pith. et Guelf. Eadem varietas lib. II. p. 21. 'Forum cupedinis me intuli:' ut mox in Fux. *me in forum cupedinis reducens.* *Cupiditatis* Fux. hoc loco. Varro lib. IV. de L. Lat. p. 34. 'Forum Cupedinis, a Cupedo, quod multi Forum Cupidinis a cupiditate.' Adi Beroald. Dein Wowerius tacite edidit *opiparum.* Vide ad lib. II. p. 32. *Oud.* *Forum Cupedinis peto*] Scholiastes ad Equit. Aristoph. Ὁ κύκλος Ἀθήνησίν ἐστι καθάπερ μάκελλος, ἐκ τῆς κατασκευῆς τὴν προσηγορίαν λαβών. ἔνθα δὲ πιπράσκεται χωρὶς κρεῶν τὰ ἄλλα ὤνια, ἐξαιρέτως δὲ οἱ ἰχθύες. *Pric.* *Forum Cupedinis*] Numerius Cupes sive Cupedius et Marcellus, consules Romani, ob latrocinium damnati, actique in exilium sunt, bona eorum publicata et ædes dirutæ: ibique ædificatus est locus, in quo vendebantur ea quæ vescendi causa in urbem erant allata: itaque ab altero 'macellum,' ab altero 'forum cupedinis' appellatum est: auctores M. Varro et Donatus. Alii a cupiditate 'forum cupidinis' dici autumant locum, ubi esculenta et poculenta veneunt. Alii forum piscarium hoc nomine significari tantummodo arbitrantur. De foro cupedinis Festus Pompeius. Cæterum inde 'cupedinarii,' quorum meminit Terentius, dicti omnes qui esculenta vendunt, et poculenta. Symmachus 'forum cupedinarium' appellat. 'Coëmpta,' inquit, 'ex foro cupedinario.' *Cupedias* Antiqui lautiores cibos nominabant, sive a cupiditate,

sive a cupidinis foro. A. Gel. in septimo: 'Atque has undique vorsum indagines cupediarum majore detestatione dignas censebimus.' Idem in sexto: 'Convectabamus ad cœnulam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum.' M. Tul. ut sentit Nonius, 'cupediam' dixit pro cupiditate, cum ait in quæstionibus Tusculanis: 'Avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritio, temulentia, cupedia, et si qua sunt similia.' Sed quod cum venia Nonii dictum sit, 'Cupedia' dicitur a Cicerone non simpliciter quæcunque cupiditas: sed opinatio vehemens de ganea, tanquam lautiores cibi sint valde expetendi. 'Forum' autem a ferendo dictum, quo feruntur quæ vendere velint: ubi quod generatim, additum ex eo cognomen, ut forum olitorium, forum piscarium, forum boarium. *Beroald.*

Piscatum opiparem] Pisces copiosos et pretiosos. 'Opiparum' enim copiosum significat: 'opipare,' copiose et abundanter. M. Tul. in III. Officiorum: 'Opipare a Pythio apparatum convivium.' Dicitur 'opiparus' et 'opiparis,' in secundo et tertio ordine. *Idem.*

Et percontato pretio, &c.] Gellius IX. 4. 'Accessi tamen, percontatusque pretium sum.' *Pric.*

Quod centum nummis indicaret] In lib. VIII. Cod. de rescind. vend. 'Et quod emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerentes, ad hunc contractum accedant; vixque post multas contentiones paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem huic quod obtulerat addente, ad certum consentiant pretium,' &c. Et nota heic *indicaret.* Onomasticon vetus laudatissimum, 'Indicatura, τίμησις.' At pro *indicaret*, *indicaretur* repone. *Idem.* *Indicaret*] Æstimaret, et, ut vulgo dicitur, appretiaret. Utendum enim interdum est vulgaribus verbis et vernaculis dictionibus, ad rem dilucidandam, juxta Græcum vetus verbum et pervulgatum, quod ait, ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ, καὶ σαφέστερον: hoc est, indoctius loquere, et apertius. 'Indicare' autem verbum negotiationis est, et rebus venalibus accommodatum, quod in mercibus distrahendis usurpatur, quando ille, cujus est merx, pretium facit rei quam venundat: et in hunc significatum accipiunt Latinissimi vetustissimique scriptores. Plautus in Aulularia: 'Venio ad macellum; rogito pisces, indicant caros.' Idem in Persa: 'Indica, fac pretium:' et mox: 'Age indica prognariter.' M. Tul. in tertio de Officiis: 'Cum postulasset ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel indicaretur, idque venditor ita fecisset, dixit se pluris æstimare.' Nonius Marcellus parum prospicienter pensitavit verbum Ciceronianum, exponens 'indicare' pro addicere et promittere; cum non tam vendere significet, quam æstimare, et pretium facere rei venalis, quæ res proprie pertinet ad venditorem, ut ipse dicat quanti mercem suam vendat: unde ait Plautinus leno in Persa: 'Tua merx est, tua indicatio est:' ubi 'indicatio' accipitur pro æstimatione ac pretio, et (ut dici solet) appretiatione, quæ et 'indicatura' nominatur. Plin. in prœmio Nat. Historiæ: 'Hæc fiducia operis, hæc est indicatura.' Item lib. novissimo: 'Neque est hodie murrhini alterius præstantior indicatura.' Idem in XXVIII. signate, ut omnia, inquit: 'Eadem ex causa emi lienem vituli, quanti indicatus sit, jubent.' Quod significat, quanti æstimatus, et quantum a venditore pretium petitum sit. Sed ut ad Appuleium revertamur, sensus est: Piscatorem petiisse centum nummos pro pretio piscatus expositi: quod cum immodicum Appuleio visum foret, emit pisciculos viliores, pretio viginti dena-

riorum. *Beroald.*

Aspernatus] Errant et Pricæus, *indicaretur* reponi volens, et Elmenh. decepti voce *quod*. Illud enim pronomen esse putarunt, cum sit conjunctio. Aspernatus erat, quod, i. e. quia indicaret pisces centum numis, quos tandem præstinavit xx. denariis. Nam non recte de aliis piscibus locum capit Beroaldus. Nec enim dicitur 'indicare pretium,' sed 'pisces pretio,' ut pag. seq. 'Tam magno pretio pisces frivolos indicatis.' Cic. lib. III. de Off. c. 15. 'Ut sibi fundus semel indicaretur;' quanto scil. esset pretio. Adde exempla apud Beroald. In Fux. est, *Quod num. centum aspernatus indic.* Oud. *Præstinavi*] Expone *emi*, ut supra. *Beroald.*

Denariis præst.] Oxon. Lips. Reg. Fux. Edd. Vic. Ber. Junt. Ald. Colin. Bas. Colv. Vulc. pr. *denarios*, prave et sine sensu. Res præstinatur sive emitur numis, non numi præstinantur. Plaut. Pseud. I. 2. 36. 'Ego eo in macellum, ut piscium Quidquid est pretio præstinem.' Sæpissime occurrit apud Nostrum, ut lib. IV. 74. ubi plura, lib. VIII. bis, et crebro lib. IX. Flor. N. 9. et Indic. *Perstinavi* pessime in Edd. Vic. Junt. pr. Ald. *Oud.* *Præstinavi*] Expone *emi*, ut supra. *Beroald.*

Commodum] Pith. *commode*. Hic Rittershus. ad Gunth. Ligur. lib. III. vs. 602. legisse videtur inepte *a modo*, i. e. posthac. Nullus enim exstat locus in Appuleio similior. *Oud.* *Commodum*] Ipso eodemque temporis momento. *Continuatur*] Subsequitur. *Beroald.*

Egredientem continuatur] *Degredientem* mallet Lips. *Comitatur* est mera glossa, quæ irrepsit item in Martian. Capell. lib. VIII. p. 297. 'Stilbon licet solem ex diversis circulis comitetur.' In Mss. multis *contineat*. Sed Leid. pr. a m. pr. *continetur*. Lege *continuetur*, ut p. 304. 'Jupiter Harmonien venire præcepit, tuncque alias in ordinem continuari.' Vide Nonium p. 98. Ed. Merc. Non enim persuadet mihi Salmas. scriptum ab eo et aliis *continari* pro *continuari*, in Plin. Exerc. p. 176. et ad J. Capitol. Pertin. c. 12. Vide etiam in Plin. Exerc. p. 387. Alterum *continuat* defendi posset, quia sæpissime auctor activam formam amat præ deponenti, ut 'æmulare,' 'altercare,' 'comitare,' 'adulare,' 'contemplare,' 'stabulare,' 'auspicare,' 'percontare,' 'reluctare,' 'grassare,' &c. Adi ad lib. IV. p. 70. XI. p. 252. Et sic pro *comitare* dixit Avianus F. 15. 'Threiciam volucrem fertur Junonius ales Communi sociam continuasse cibo:' pro quo male conjecit vir doctus *contemerasse*, notatus ideo a Wopkensio in Misc. Obs. v. VII. p. 217. uti habent et Mss. F. 29. 6. Vide eumdem ibid. p. 235. Sciopp. in Susp. Lect. IV. 16. Malim tamen credere, notam syllabæ *ur* excidisse, de qua vide Burm. ad Suet. Calig. c. 7. quia omnibus locis servatur deponens a plerisque Mss. ut latius videbimus ad finem lib. v. 'Eam Juno et Ceres continuantur.' p. 100. *Oud.* *Inde me commodum egredientem continuatur*] Apud Lucianum peregrinus ille, Ἤδη τῆς θέας ἅλις ἔχοντι, καὶ διανοουμένῳ μοι βαδίζειν οἴκαδε, τὸ ἥδιστον ἐπὶ ξένης ἀπήντησέ με κέρδος, ἄνδρες ἐκ παλαιοῦ χρόνου συνήθεις. 'Commodum egredientem' est, tantum quod, vel, ipso eodemque tempore: exponente ad Eunuch. Donato. *Pric.*

Condiscipulus apud Athenas, &c. meus] Florid. IV. 'Quendam ex his qui mihi Athenis condidicere.' *Idem.* *Apud Athenas Atticas*] Emphaticoteron Atticas dixit, vel differentiæ causa, cum trinæ fuerint Athenæ: ab una dicti Athenæi, ab altera Athenienses, a tertia Athenæopolitæ: auctor M. Varro in lib. de analogia primo. *Beroald.*

Agnitum, &c.] Apud Virgilium: 'Veterem Anchisen agnovit amicum.' *Pric.*

Post aliquantum multum t.] In Pith. *aliquantulum multum.* in Flor. Fux. Reg. Oxon. Edd. Junt. post. et Vulc. pr. est, *aliquantum multum.* Sed recte Palat. cum Colv. Roaldo, Salmasio, Vulc. Ed. sec. Elmenh. et seqq. *aliquam multum.* Adi et Pricæum ad Apol. p. 160. Gron. ad Gell. lib. III. c. 10. 'aliquam multos libros.' Infra lib. v. p. 105. 'aliquam multum viæ.' Restituendum quoque e Msto Pith. in Apol. p. 108. Ed. Pric. 'Mulierem aliquam multo natu majorem.' Vulgo *alioqui.* Oud.

Invadit, ac comiter deosculatus] Nota hic obiter morem antiquum osculandi amicos et hospites: de quo videndus Stewechius, et Muretus ad Catullum p. 23. *Elmenh.* *Invadit*] Aggreditur: et in bonam partem accipitur. *Beroald.* *Comiter*] Hilare, suaviter, benigne. *Idem.* *Amplexusque ac comiter deosculatus, &c.*] Ammianus lib. XXII. 'Osculo susceptum Rectorem Provinciæ, &c. jam inde a studiis cognitum Atticis.' Plato in Euthydemo: Ἠσπαζόμην αὐτὸν, ἅτε διὰ χρόνου ἑωρακώς. *Pric.*

Mi Luci] Prænomen Appuleii est Lucius, quo prisci nominatim quempiam appellantes utebantur. Horat. 'Quinte puta, aut Publi, gaudent prænomine molles Auriculæ.' Eos qui luce nati essent, Lucios dicebant: sicut Manios, qui mane: auctor M. Varro in libris de Analogia. Pueris non prius quam togam virilem sumerent, puellis non ante quam nuberent, prænomina imponi moris fuisse, auctores tradunt. Liber homo, ut Quintilianus docet, prænomen, nomen, cognomen, tribum habet. Hinc a Juvenale dictum est, 'Tanquam habeas tria nomina:' hoc est, tanquam liber sis, et ingenuus. Cui sententiæ subscribit illud Ausonii: 'Tria nomina nobiliorum Romulus et Remus, conditores urbis Romæ, neque prænomen ullum, neque cognomen habuerunt.' *Beroald.*

Sat pol diu] Satis longum tempus est: et interponit jusjurandum *Pol*, quod significat certe, quasi per Pollucem Deum: sicut *Ædepol*, quod jusjurandum (ut inquit Gellius) et viro et fœminæ commune est: quamvis M. Varro asseverat, antiquissimos viros neque per Castorem neque per Pollucem dejerare solitos, sed id jusjurandum fuisse tantum fœminarum. *Idem.*

Intervisimus] *Intermisimus* est etiam in Palatino. *Te* delet Lipsius, post quod male vulgo plenam ponunt distinctionem, sequente *At.* Solus Scriverius Scioppii emendationem recepit, *intervisimus te, ac Hercules, &c.* Malim tamen *et* vel *atque.* Oud. *Intervisimus*] Quasi ex intervallo invisimus. Alias 'interviso' significat totum video: hæc enim particula 'Inter,' totum significat: ut 'intercipit' apud Terentium, pro totum capit: 'Interbibere' apud Plautum, pro totum bibere. 'Interlegere' vero agricolationis scriptoribus est, poma per intervalla decerpere, ne turba oneret parentem. Palladius: 'Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quæque vitiosa, ut alimentum cæteris succus æquiparet.' *Beroald.*

Hercules exinde e Vastio magistro digr. sumus] Legendum: *Hercules exinde cum Astu a magistro.* Donatus ad Eunuchum Terentii pag. 191. 'In astu, in urbem de Pyreo. Sic Athenienses vocabant urbem: unde ipsi incolæ ἄστυ vocantur.' *Elmenh.* Elegantissime Stewech. et jam ante Becichemus Ep. 73. emendarunt: *Exinde ut ex astu a magistro d. sumus*; si rationem habeamus illorum codicum, qui carent *cum*, et exhibent *e Vastio m.* uti est in Pith. Edd. Rom. Ven. Vic. Ald. &c. usque ad Colv. Errat enim Stewechius, scribens ibi legi *cum.* Sed in nota Beroaldina et Ed. Scriveriana exstat: *Exinde cum a Vastio m.* quasi Vastius esset magistri

nomen, satis ridicule. Melius hinc formares nulla mutatione nisi τῶν υ et b (quas litteras semper confundi, nemo nescit) *ab Astio m.* sive Attico, ἀστείῳ διδασκάλῳ. De vocibus Græcis ab Auctore adhibitis vide ad l. II. 'bammatum pastu,' et crebro. Verum reliqui Mss. ut Flor. Reg. Palat. Oxon. Wass. consentiunt Lipsiano, et præbent simpliciter, *exinde cum a* (Fux. *ab*) *magistro dig. sumus,* (nisi quod *exinde* exsulet a Palat.) ac secuti sunt Vulc. Wower. ceterique. Malim: *ex. cum ex astu a mag.* Sueton. in vita Persii: *Sed mox ut a schola magistrisque divertit.* In Gramm. c. 4. *A grammaticis e ludo transit:* uti quidam legunt. *Simus* male in Ed. Scriv. *Oud.* *Hercules*] Mediusfidius. 'Hercules,' 'mehercules' jusjurandum per Herculem, per quem soli viri dejerant, sicut fœminæ solæ per Castorem. Mos fuit antiquorum Romanorum, ut pueri per Herculem dejerantes id sub dio facerent non sub tecto. Causam refert Plutarchus in problematis, quia scilicet Herculem ferunt non umbraticam vitam domi egisse, sed foris ac sub dio semper vixisse. Vel illud potius per hanc rem occulte agitur, ne pueri insuescant dejerare, sicut Favorinus existimabat: hoc enim, dum sub dio progrediuntur et in propatulum, quasi de industria moram efficit, et deliberandi dat spatium. Præterea proditum est, Herculem cum primis religiosum fuisse, et ad jusjurandum verecundissimum: quippe qui semel in omni vita juraverit. *Beroald.*

Cum a Vestio magistro] Post digressum ex schola literaria, in qua fuerunt condiscipuli, nunquam nisi hac hora se Appuleium invisisse significat. Vestius nomen est doctoris, sub quo in condiscipulatu literas Græcas didicerat. *Idem.*

At, quæ causa peregrinationis hujus] Virgilius: 'Circumstant animæ dextra lævaque frequentes, Nec vidisse semel satis est, juvat usque morari, Et conferre gradum, et veniendi discere causas.' Infra hic: 'Percontatur, &c. etiam causas peregrinationis meæ:' et v. 'Percontanti causas adventus sui, sic infit.' *Pric.*

Crastino die] Servant *die* Mss. O. contra Appuleii morem. Vide Indicem, et Pricæum. Ita l. III. p. 45. *in hodiernum.* Ms. Fux. e glossa præbet *in hodiernam diem.* Oud. *Crastino die, &c.*] Ita et Oxon. Codex. Glossarium: 'Crastino die, αὔριον.' Et tamen *crastino* simpliciter in Appuleio legerim. Infra lib. II. 'Quam largus imber crastino aderit!' et VI. 'Hunc igitur jugulari crastino placeat.' Interpres vetus 1 Reg. 20. 5. 'Ecce crastino sunt Calendæ.' *Pric.*

Sed quid istud? &c. nam, &c.] Quibus alter, 'Annonam curamus, et ædilem gerimus.' Æneid. VI. 'Quis strepitus circa comitum!' Servius: 'Propter ædilitatem.' *Idem.* *Sed quid istud*] Ex cultu, crebroque famulitio, quod circa Pythiam condiscipulum videbat, sic interrogat. *Beroald.*

Voti gaudeo] Deest nihil, ut cum Elmenh. putat Floridus. Græca est locutio, ut 'lætari malorum,' 'angi animi,' &c. Sic l. II. p. 28. et alibi, 'recreari animi,' l. V. p. 90. 'Animi consenesco.' Lib. II. init. 'Vereor feminæ,' ubi vide Stewech. Male igitur est etiam in Edd. nonnullis Vett. *Quid istud voti? gaudeo. q. i. novi. g.* Gulielm. Mox *et lixas.* Male copula abest a Coll. Voss. Fux. et Oxon. in quo *lisas.* Observa *lixas* dici pro lictoribus seu adparitoribus ædilitiis. Gloss. 'Lixa, ἀγοραῖος.' *Oud.* *Voti gaudeo*] Ex animo gaudeo: te voti compotem factum esse lætor. Constructio prisca: ita Virg. in XI. 'Nec veterum memini, lætorve malorum:' quod figura Græca dictum esse ait Servius. *Beroald.*

Nam et lixas, et virgas, et habitum prorsus magistratui congruentem, &c.] Lib. X. 'Nam et pinnulis, et sagittis, et habitu cætero formæ præclare congruebant.' *Pric.*

Et lixas et virgas] Lælius Bisciola Subsecivar. Lib. XIV. cap. 21. Servius ad IV. Æneid. fol. 330. 'Virga insigne potestatis est. Nam ideo et ea magistratus utuntur, dicta, quod vi regat.' *Elmenh.* *Lixas*] Modo ministros magistratui servientes. Alias 'lixæ' ministri sunt militares, quorum officium est ut militibus aquam subministrent, quam Veteres 'lixam' vocaverunt: unde 'elixum' dicimus, aqua coctum. Alii 'lixas' a Lyca, Herculis puero, appellatos dicunt: quidam a liguriendo quæstum, cujus gratia exercitum sequantur: apud Livium, miles gregarius seditionis princeps appellatur a Scipione 'semilixa,' quasi semimancipium, nomine sordido et ignominioso: quod et in secundo Suetonii commentario annotavimus. Silius ait, 'lixarum vulgus' esse 'inutile marti.' 'Lixula' vero quamvis diminutivum a lixa esse videatur, non tamen parvum lixam servulumque significat, sed, ut docet M. Varro, 'lixulæ' et 'semilixulæ' dicuntur cibi ex farina, caseo et aqua commixti, vocabulo Sabino. *Beroald.* *Virgas*] Quas ministri magistratuum præferunt. Quærit Plutarchus in quæstionibus, cur magistratuum virgæ securibus alligatæ præferantur. An quia signum est, non oportere magistratus iracundiam dissolutam esse, sed cohibitam? An dum virgæ dissolvuntur ad plectendum, interea mora et tarditate ira magistratus infringitur, et impetus mitigatur? Ex arbore betula, quæ candore atque tenuitate præcellit, fiebant hæ virgæ. Ideoque Plinius XVI. 'betulam' appellat 'terribilem magistratuum virgis.' *Idem.*

Habitum] Vestitum, qui in magistratibus conspectior erat, et prope peculiaris, ut toga prætexta: de qua sic ait Livius in XXXIV. 'Magistratibus in coloniis municipiisque togæ prætextæ habendæ jus est: nec id ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui.' Præterea tunica palmata, et toga picta, erant consulum triumphantiumque gestamina. *Idem.*

Annonam curamus] De præfecto annonæ scribit Livius in quarto, aitque Lucium Minutium primum creatum annonæ præfectum, cum fame laboraret res Romana. Hic non tam significatur præfectus annonæ frumentariæ, quam macelli. Annona enim non solum ad fruges, sed etiam ad obsonia refertur: unde 'annonam macelli' dixit Tranquillus: et a M. Tullio scriptum est: 'Putarem annonam in macello cariorem fore.' Satyrographus quoque licenter quidem, sed decenter dixit: 'His opibus nunquam cara est annona veneni.' Cæsar in commentariis 'naves annotinas' vocat, quibus annona frumentaria comportatur. Ab annona 'lex annonaria' est dicta, pertinens ad annonam. Olim Clodius legem tulit annonariam, quæ (ut inquit Pedianus Asconius) summe popularis fuit. Vegetius 'annonarias expensas' vocat, eas frugum pabuli species, quas provinciales militibus expendunt. *Idem.* *Annonam curamus*] Ammianus lib. XXVIII. 'Progressus ad curandam Urbis annonam.' Vide Lips. Elect. I. 8. *Pric.*

Ædilem gerimus] Papinianus: 'Ideo condemnatus quod artiorem annonam ædilitatis tempore præbuit.' L. XVIII. D. de compensat. Facere non possum, quin hic conjecturam meam proponam de Plauti loco Pseudulo, qui sic vulgo legitur: 'Principio Hedylium tecum ago, quæ amica es frumentariis, Quibus cunctis montes maximi acervi sunt frumenti domi. Fac sis sit delatum huc mihi frumentum, hunc annum quod satis Mihi, etiam familiæ omni sit meæ, atque adeo ut frumento affluam.' Notant viri docti alias legi, *Principio edillum.* Ego divinabam scribendum: *Principio, Ædilis sum tecum ago, &c.* Ego, inquit, varia hic imperabo: ac primum, ut ædilis, edicam, quæ ad rem

annonariam. Sic joculariter de parasito Captivis: 'Euge, edictiones ædilitias hic habet quidem.' Nec minus et Sticho: 'Sine suffragio Populi, tamen ædilitatem hic quidem gerit.' *Colv.* Pessime Scaliger sive Vulc. Ed. sec. e Vet. Onomastico exhibet *ædilatum*, cum elegantissime dicatur eodem sensu *ædilem gerere*, ut monuit Barth. ad Claud. III. Cons. Honor. vs. 156. et docuere eruditi ad Flor. l. I. 1. 31. Valerium M. IV. I. 4. 'Qualem consulem gessit:' ad Vellei. Pat. l. II. c. 95. et quos laudat Arntzen. ad Plinii Paneg. c. 44. 'principem geris.' Contra Sopingius in marg. in Plauti Sticho I. 2. 29. legebat, *Ædilem hic quidem gerit.* Apud Livium l. III. c. 65. in vetustissimo Ms. Harleiano pr. exaratur *tribunum gerit*, pro *tribunatum g.* Infr. l. IX. 'incinctus balteo militem gerebat.' *Oud.* *Ædilem gerimus*]. Reposuit Jos. Scaliger *ædilatum.* Est sane in vet. Onomastico 'Ædilatus, ἀστυνομία:' at rectior altera lectio. Infra lib. IX. 'Hic incinctus balteo militem gerebat.' *Pric.* *Ædilem gerimus*] Ædilitatem, sive (ut Veteres dicebant) ædilatum agimus. De ædilibus relege quæ scripsimus in primo Tranquilli commentario. In hoc loco significatur ædilis, is qui edictiones ædilitias habet, ad moderanda pretia cibariorum, qui *agoranomus* dicitur: ita enim Græci appellant præfectum fori, et obsoniorum quæ in foro venduntur, ut justo scilicet et moderato pretio divendantur: ἀγορὰ forum Græce, et νόμος, unde agoranomos, quasi lex et regula fori, rerumque in foro venalium. Plato in sexto de Legibus: curatores appellat rerum venalium eos magistratus, qui fori venditionisque curam habuerint. In hanc sententiam est illud Plautinum ex Captivis: 'Euge, edictiones edilitias hic quidem habet, Mirumque adeo est nisi hunc fecerunt sibi Ætoli agoranomum.' Idem in Curculione: 'Nec strategus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus.' Ubi 'strategus' significatur dux exercitus, Græco vocabulo. Scribit Dionysius Halicarnasseus, ædiles tribunorum ministros fuisse: eosque et annonæ forensis, ut affatim suppeteret, curam habuisse: similesque, inquit, quodammodo sunt apud Græcos agoranomis. Pomponius Jurisconsultus prodidit Julium Cæsarem ædiles duos constituisse, qui frumento præessent, et a Cerere Cereales appellatos. Præerant etiam ædiles cibariis, quæ in popinis cocta venduntur. Ob hoc dixit Seneca in libro ad Gallionem de vita beata: 'Voluptatem invenies latitantem sæpius, ac tenebras captantem circa balnea et sudatoria, ac loca ædilem metuentia.' Ædiles sacrosanctos et dici et esse, Livius Festusque notificant. *Beroald.*

Absonare] Legendum est *obsonare*, quod significat obsonia parare: unde 'obsonatores' dicti, coëmptores obsoniorum, de quibus copiose diligenterque perscripsimus in libro Annotationum. Dixit Seneca obsonatoribus notitiam esse subtilem dominici palati: apud Plautum in Mostellaria, 'obsonare pollucibiliter' significat, parare obsonia lauta et copiosa. 'Pollucibiliter' idem pollet quod splendide et magnificenter: et 'pollucibilem cœnam' appellat Macrobius, intelligi volens lautum, adjicialem, esculentam. 'Pollucibilitas' quoque dicta pro lautitia, et epularum magnificentia. Demiror Fulgentium in Mythologiis, 'pollucibilitatem' interpretari humanitatem: nisi forte humanitatem capit pro benignitate aut largitate, qua in apparatu convivali uti solemus. Plautinum testimonium, quod Fulgentius citat, nihil admodum fulcit roboratque hominis interpretamentum, cum Plautina verba a nobis sint, non a Fulgentio. 'Pollucṭum' quoque Herculis Antiqui dixerunt, sacrificium quod Herculi decuma data fiebat, quod erat splendidum: et 'pollucere' est, li-

bamenta Herculi in aram porricere. Corrigenda est obiter apud Macrob. dictio mendosa: sic enim passim in tertio Saturnalium scriptum est: 'Proprie autem catilones dicebantur, qui ad pollutum Herculis ultimi catilos liguribant.' Tu illud *ad pollutum*, immissa litera *c*, lege *ad polluctum*: sic enim significatur Herculis sacrificium, cum *pollutum* dicatur maculosum et fœdum. 'Catilones' autem (ut id quoque Macrobii verbum intelligas) Antiqui gulosos appellabant, a carne videlicet catulina, quam esitavisse, hoc est, comedisse Romanos, Plauti fabulæ sunt indicio. Plin. quoque in XXIX. auctor est, catulos lactentes existimatos esse adeo puros ad cibum, ut etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur: jus catuli namque in cœlis Deorum poni solitum: unde Lucilius catilonem appellat piscem lupum: quasi liguritorem et gulosum, qui stercus sectaretur. *Idem.*

Commodabimus] Potest et, qui ædilis est, facere ut minoris obsonia amicus comparet, cum ipse præsit rebus venalibus. Plato lib. VIII. de Legibus, præcipit censoribus venalia curæ esse, ne quid vendatur ematurque pluris minorisque quam lex jusserit, quam rerum venalium mensuræ et pretia constituta sint. *Idem.*

Cœnæ affatim piscatum] Ms. *affatim piscatus*. Nihil mutavi tamen. Sic lib. VII. 'Ac ne vinum quidem potatui affatim habemus.' Sic 'parum fidem' dixit Plautus Bacch. 'Postremo, si pergis parum mihi fidem arbitrarier.' Caius noster: 'Satis tempus ad quæstum faciundum, unde ali possit, habeat.' L. XIX. D. de oper. libert. *Colv.* *Piscatum* defendunt etiam loca Nostri lib. IV. p. 68. 'Affatim cuncta præsto sunt.' p. 78. 'Recens hordeum affatim largita est.' Item Sallustii B. Jug. c. 47. Ed. Wass. 'commeatum affatim.' Sumeretur sc. *affatim* per se adverbialiter, ut 'satis,' 'parum,' de quibus vide supra p. m. 59. et ad Flor. N. XVI. item Wopkens. ad Justin. lib. I. c. 8. 'Vinum affatim reliquit.' Septim. de B. Tr. II. 6. 'Frumentum aliaque necessaria affatim portabantur.' Solin. p. 19. 'Quæ affatim mari incito exspuuntur.' Sed tamen, cum optimi scriptores et in primis Plautus, quem Noster æmulatur, jungant Genitivum τῷ *affatim*, ut Men. III. 1. 10. 'Affatim hominum.' Mil. IV. 1. 33. 'Affatim divitiarum:' ac Mss. Flor. Oxon. Palat. Reg. Fux. in quibus deest *affatim*, et alii dent *piscatus*, malim hic Colvium et Vulcan. Ed. sec. ceterosque sequi. Infra l. II. p. 33. 'Utensilium pollemus affatim:' ut quidem est in Mss. tribus, et Edd. Vett. Nam reliqui et illic habent *utensilibus*. Oud. *Affatim*] Copiose, admodum, abundanter: adverbium est. Sallust. in Jugurtha: 'Frumentum et alia omnia quæ usui forent, affatim præbita.' Hanc dictionem prima acuta, non media, Veteres pronunciabant, ut docet Gellius: nec non Probus grammaticus hunc Plauti versum prima acuta legere solebat: 'Aliorum est affatim qui faciant:' conjungitur sæpe cum genitivo, ut apud Livium: 'Habetis affatim lignorum.' *Beroald.*

Succussisque] Concussu et agitatu ejectis. *Idem.*

Quisquilias] Verba sunt Pythiæ ædilis, qui pisciculos viles conspiciens, frivolosque coëmptos ab Appuleio, eos quisquilias appellat, quasi spurcitias piscium, et purgamenta. 'Quisquiliæ' enim purgamenta dicuntur, ut docet Servius in primo comment. Georg. et, ut auctor est Pompeius Festus, 'Quisquiliæ putantur dici, quicquid surculorum foliorumque minutim cadit ex arboribus velut quicquid cadiæ.' Nævius: 'Abi, deturbate saxo quisquiliæ, quid est?' Plinius, volumine sextodecimo, 'quisquilium' vocari tradit frutices par-

vos aquifoliæ ilicis. *Idem.* *At has quisquilias*] Bene heic *quisquilias.* Juvenalis : 'Etiam cum piscis emetur.' Scholiastes : 'Etiam in rebus levissimis.' *Pric.*

Quanti parasti] Item Junt. pr. Eadem confusio est apud Liv. l. II. c. 34. 'Quanti frumentum plebi daretur :' ubi vide, et Gronovium ad Ausonii Ep. xc. 'Quanti deprensi damna pudoris ement.' Boëth. l. III. Cons. Phil. pr. XI. 'Quanti æstimabis ? Infiniti, inquam.' Sic lege e Mss. de quo alibi. *Oud.*

Piscatori extorsimus accipere viginti denarios] Hoc erat quod Horatio 'cara pisces avertere mensa :' ubi 'avertere' est 'emere :' et 'mensa' piscatoria intelligenda. In Parœmiis Græcis : Ῥωπικὸν ὤνιον· ἐπὶ τῶν εὐτελῶν, καὶ πολλοῦ πιπρασκομένων. 'Vix' (inquit) 'extorsimus,' &c. Idem Horatius Serm. II. 'Vix tamen eripiam,' &c. Ubi Scholia : 'Vix extorqueam, persuadeam.' At in Glossis pro, 'Extorsimus, ἐξετινάξαμεν,' crediderim *Excussimus* legendum. Potest in Appuleio etiam *acciperet* legi. Infra lib. v. 'Extorquet a marito cupitis annuat :' et VIII. 'Extorquet tandem, lurore et illuvie collapsa membra, lavacro, &c. confoveret :' nec ideo tamen immutanda communis lectio. Scriptor Fulgentii vitæ cap. 28. 'Huic, &c. nullus aliquando extorsit cujuslibet generis carnes accipere.' Claudianus : 'Vix extorquebis amari.' Tertullianus de Judæis : 'In crucem Jesum dedi sibi extorserunt.' *Pric.*

Arrepta dextra me in forum reducens] Harpocration : Ἀνάγειν, τὸ μηνύειν τὸν πεπρακότα, καὶ ἐπ' ἐκεῖνον ἰέναι. *Idem.* *Postliminio*] Verbum juris. Titulus est apud jurisconsultos, 'de captivis et postliminio reversis :' ubi Paulus, quid sit postliminium, scienter explicat his verbis : 'Postliminium est, jus amissæ rei recuperandæ ab extraneo, et in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos omnes populos regesque moribus legibus constitutum.' Nam quod bello amisimus, aut etiam circa bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimus postliminio recipere : idque naturali æquitate introductum, ut qui per injuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos redisset, pristinum jus suum reciperet. In bello et in pace postliminium est. Postliminio redeunt, homo, navis, mulus clitellarius, equus, equa quæ frena recipere solet, id est, domita : ut auctor est Boëtius in commentariis Topicorum. Marcellus jurisconsultus negat arma postliminio reverti, quod turpiter amittantur. De postliminio receptis copiose scribit Gallus lib. I. significationum quæ ad jus pertinent : quod autem sit ipsum postliminii jus, potest ex ipsius nominis interpretatione cognosci. Postliminio enim redit, quisquis captus ab hostibus ad patriam remeaverit. Namque dum captivitatem hostium patitur, jus civium amittit : omnia autem jura recipit, si postliminio revertatur. Itaque 'postliminii' vocabulo quædam reversio significatur, ut docti autumant : qui ex adverbio 'post' vim nominis interpretantur : reliquam vocabuli partem, protractionem solam et additamentum esse ostendentes, tanquam 'liminium' nihil significet, sicuti 'Tullium' supplementum est in 'meditullio.' Igitur Appuleius 'postliminio' scite et decenter dixit per adverbium, quasi reversionem quandam et reditum significans in forum cupedinis : de quo paulo ante satis multa. *Beroald.*

Et a quo, &c.] Exsulat copula ab Ed. Bas. pr. prave. Sæpe solet *et* præfigi interrogationi, præsertim indignantis Cic. pro L. Manil. c. 15. 'Et quisquam dubitabit ?' Ovid. lib. III. Am. El. VIII. 'Et quisquam ingenuas etiam nunc suspicit artes ?' ubi vide Heinsium, Vechner. in Hel-

lenol. l. II. c. 13. Giphanium in Ind. Lucret. Voc. 'Et quantus,' 'Et quis?' Pro *istorum* in Fux. *discorum*. Oud.

Nugamenta] Quod supra 'quisquilias' dixit, nunc 'nugamenta' appellat, ex varietate elocutionis elegantiam captans: sicut Virg. in III. Æneid. nunc sylvam, nunc virgulta, nunc vimina, nunc arborem dicit, pro eodem. Plin. in XVI. 'nucamenta,' per literam *c*, appellat panniculas quasi quasdam, dependentes ex ramis abietis et piceæ: verum 'nugamenta' a nugis, 'nucamenta' a nuce inclinari videntur. *Beroald.*

Demonstro seniculum. In angulo sedebat] Verissime Florent. Pithœanus et Bertin. atque Edd. Vett. usque ad Colin. præbent *sedebat*, sine pronomine *qui*, addito a Colin. Bas. pr. sec. dum alii librarii non capientes elegantiam locutionis abruptæ hinc fecere *sedentem*, ut Reg. Oxon. Palat. qua in lectione Colvium temere secuti sunt editores præter Roaldum, qui recte profert locum e p. 4. *Cont. meum conspicio. Humi sedebat.* Sæpissime ita loqui amat Appuleius, licet hic illic infarserint pronomen. Lib. II. p. 24. 'Offendi meam Fotidem. Suis dominis parabat viscum.' Ita Cod. Bertin. 'Vulgo *quæ s.* pag. 35. 'Conspicor quemdam senem. Insistebat lapidem:' ubi in nonnullis idem mendum. L. III. p. 47. 'Conspicio prorsus totum populum. Risu cachinnabili diffluebant, nec secus illum.' Sic ibi quoque Mss. plerique et Edd. priscæ. Recentiores mutarunt in *diffluentem*. Lib. V. pag. 107. 'Puto puellam, si probe memini, Psyches nomine dicitur, efflictim cupere.' L. VIII. p. 261. 'Arrepto flagro. Semiviris illis pr. gestamen est.' Ita Ms. D'Orvill. Vulgo *quod semiv.* Lib. IX. p. 185. 'Quales illi, &c. debiles. Circa præsepia capita demersi,' &c. ubi male Heins. infarsit *qui*. L. XI. pag. 244. 'Vidi et ursam mansuem, cultu matronali sella vehebatur, et simiam.' Sic cum Mss. aliquot et Edd. Vett. item Junt. Ald. &c. non *quæ c.* Nec secus alios scriptores locutos, probant viri egregii, quos laudavi ad Suetonii Oth. c. 9. 'Ad Castoras (loco nomen est) vicit.' Vide et Heins. ad Virg. Æn. II. 342. Hinc patet, quam inepte et otiose istud pronomen Davis. contra Mss. optimos, etiam tres Leidd. inserat Ciceroni l. I. de N. Deor. c. 36. 'Velut Ibes. Maximam vim serpentium conficiunt,' &c. Ita antiquissimæ membranæ Plinii l. VII. c. 48. 'Copiola reducta est in scenam, &c. Producta fuerat tyrocinio.' Vulgo, *quæ prod.* L. VIII. c. 58. 'Præter phalangium. Aranei id genus. Dicemus suo loco.' Sic Mss. tres. Vulgo, *Aranei, de quo.* L. X. c. 33. 'Tertium est earum genus. Ripas excavant.' Ita Mss. Leidd. aliique; non *quæ r.* Auson. in præf. Centonis nuptialis: 'Vir meo judicio eruditus. Nuptias quondam ejusmodi ludo descripserat.' In Ms. Vulgo *qui n.* intrusum, ut connecterent præcedentibus. Sed male. Incipit enim narrare occasionem scripti centonis. In VII. Sapientib. ac Solone vs. 26. 'Inveni Aglaum. Fines agelli proprii numquam excesserat:' e Ms. omnium veterrimo; ibique bene Tollius monet. Alii *qui* addidere. Colum. l. IX. c. 13. 'Sæpe etiam vitio, φαγίδαιναν Græci vocant, intereunt.' Sic Ms. Sangerm. Vulgo, *quod Græci φ.* Solin. cap. 1. p. 5. 'Cum in viris plures (dentes) sint, in feminis pauciores. Κυνοδόντας vocant. Et quibus.' Sic legendum e Mss. Vulgo *quos κυν.* al. *hos*: ac male Salmas. quoque omisit *et*. C. 17. 'Gens, &c. Hyperboreis similes. Dicunt Aramphæos.' Sic Mss. O. Male vulgo, *similis, quos d.* et Salm. *similes dicunt* junxit. Cap. 27. p. 37. 'Monstrum. Crocottæ nomen est.' Vide Salm. et sic Leid. pr. pag. 38. 'Major Syrtis ostentat oppidum. Cyrenas vocant.' *Oud.* *Seniculum*] Senecionem: a sene enim

fit diminutivum 'seniculus' et 'senecio.' Afranius: 'Tu senecionem hunc satis est si servas anus.' *Beroald.*

Pro ædilitatis imperio] Quod valebat plurimum in improbis mercibus, et iniquis pretiis coarguendis, coërcendis. D. Hieronymus: 'Ab ædilibus, quos ἀγορανόμους Græci appellant, pendentium coërcebatur rabies.' Plautus Rudente: 'Novi. Neptunus ita solet: quamvis fastidiosus Ædilis est. Si quæ improbæ sunt merces, jactat omnes.' Qui locus hinc lucem capiet. Jactat ædilis improbas merces, ut hic pisciculos, pluris, quam par est, venditos. De mensuris etiam cognoscebant, quæ æquæ: iniquas frangebant. Persius Satyra I. 'Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus Fregerit heminas Areti ædilis iniquas.' Juven. Sat. x. 'Hujus qui trahitur prætextam sumere mavis? An Fidenarum, Gabiorumque esse potestas, Et de mensura jus dicere, vasa minora Frangere pannosus vacuis ædilis Ulubris!' Ulpianus: 'Si quis mensuras conduxerit, easque magistratus frangi jusserit, siquidem iniquæ fuerunt; Sabinus distinguit: utrum scit conductor, an non. Si scit, esse ex locato actionem; si minus, non. Quod si æquæ sunt, ita demum eum teneri, si culpa ejus id fecit ædilis.' Lib. XIII. D. Locati. Et hæc quidem de ædilium in his rebus potestate et officio. Ad quæ addi potest Callistrati locus in lib. XII. D. de Decurion. *Colv.* Ad ædiles cura fori rerumque venalium pertinebat, et hi solebant fallaciis vendentium occurrere, improbasque illorum merces proturbare. Plato de Legibus lib. VI. fol. 276. Suidas in voce ἀγορανόμοι. Brissonius in Lexico juris, verbo 'ædiles.' *Elmenh.* *Pro ædilitatis imperio*] Pro potestate magistratus. Magna est in oratione Latina varietas hujusce particulæ *Pro*: aliter enim dicitur Pontifices pro collegio decrevisse, aliter testem pro testimonio dixisse, aliter pro rostris, aliter pro tribunali, aliter magistratum pro potestate intercessisse. Istam autem varietatem ejusdem quidem fontis et capitis, non ejusdem tamen esse finis, non insubtiliter disserit Gellius in x. et ita facile putabit, si quis habeat bonorum scriptorum notitiam celebriorem. *Beroald.*

Jam, inquit, jam nec am.] *Tam jam*, ut Græcorum οὕτως ἄρα, veram lectionem censet Pricæus. Atqui istud *tam jam* pro tantopere jam, quod probat etiam Cort. ad Plin. lib. II. Ep. 3. *Tam blandior*, tacite primum editum est a Colvio, et hinc receptum in Ed. sec. Vulcan. &c. Sed nullus dubito, quin profluxerit e typothetarum errore. Nec probo tamen Gruteri, *tamen jam*, in Suspic. v. 10. In Mss. Bertin. Flor. Fux. Reg. Pal. Oxon. est: *Inquit. Jam jam.* In Pith. Edd. Vett. item Vulc. pr. *Jam jam, inquit.* Quod revocavi. Passim eamdem vocem per Epizeuxin repeti ab Auctore vidimus jam supra. Adi et p. m. 55. 'Jam jam, grabatule, inquam.' Hic autem post *nec* incipit codex membranaceus Celeb. Viri mihique amicissimi J. P. D'Orvillii. *Jam. nostris quidem* Fux. Guelferb. *Odio* pro *omnino* in Pith. *Oud.* *Tam jam nec amicis, vel omnino ullis hospitibus parcitis*] Lib. II. 'Isthic vero nec viventibus quidem ullis parcitur.' In Oxoniensi tamen *nullis hospitibus*. *Tam jam* Græcorum est οὕτως ἄρα; quod non advertens Gruterus *tamen jam* reposuit. *Pric.*

PAG. 19 *Parcitis? Quid t. m. pr. p. fr. indicatis*] *Qui* vere etiam dant Ms. Dorvill. Edd. Wower. et seqq. Idem error irrepserat supra: 'Infestari vias? quid:' pro *vias, qui.* Tum *indicatis* Bas. pr. ut Pricæo placebat, *venditatis* Ms. Dorvill. cum Ed. Colv. Vulc. Wower. At Palat. Guelf. Zabar. Oxon. Pith. Fux. Par. et Edd. priscæ servant *indicatis*, rectius, ut

bene judicat Ferrar. lib. I. Elect. c. 20. Vide ad p. m. 69. 'Quod c. numis pisces indicaret.' *Oud.* *Qui tam magnis pretiis pisces frivolos venditatis*] Oxon. *Quid tam magnis pretiis pisces frivolos indicatis?* Antiphanes: Ἐὰν γὰρ ἴδω ἡλίκον Ἰχθῦν ὅσον τιμῶσι, πήγνυμι. 'Pisces frivolos,' σαπρὰ ἰχθύδια. Vide ad Matth. XIII. 48. dicta. *Pric.* *Pisces frivolos indicatis*] Supra docuimus, quemadmodum *indicare* non tam significat vendere quam æstimare, et pretium facere rei venalis. Castigatio est ædilis in piscatores, quod magnum nimis pretium petant pro pisciculis vilioribus nugatoriisque: id enim [illegible] 'frivolum:' cum 'frivola' sint proprie, vasa fictilia quassa. Unde dicta 'verba frivola,' quæ minus sunt fide subnixa: et 'res frivolæ,' quæ nullius pretii sunt, contemptibiles scilicet, et abjiciendæ. *Beroald.*

Florem] Hypatam significat, quæ veluti flos et metropolis erat Thessaliæ. *Idem.*

Ad instar] *Ad instar*, ut primus edidit Elmenhorstius, confirmatur Mss. Bertin. Oxon. Pith. Fux. Guelf. et Zabarellæ, teste Ferrario lib. I. El. c. 20. Atque ita passim loquitur Auctor, licet hic illic librarii vel editores omiserint *ad*. Lib. II. p. 26. 'Ad instar speculi.' p. 34. 'Ad instar oratorum.' lib. IV. p. 72. 'Ad instar circumforaneæ domus.' p. 81. 'Ad instar Attidis:' ubi vulgo exsulat, sicut et lib. IX. p. 195. 'Ad instar testudinis.' Lib. VII. p. 135. 'Ad instar tyrannicæ potestatis.' Rursus lib. IX. p. 199. 'ad instar scoparum.' Item 'ad instar filii.' pag. 205. Solin. pag. 19. 43. 'Hunc ad instar colunt numinis.' Sic Mss. 8. et Edd. Cam. Salm. in aliis deest *ad*. p. 48. 'Ad instar Ægyptii amnis.' Adi Servium ad Æn. II. 15. sibi obloquentem Æn. VI. 866. et XII. 923. ibique Burm. et ad Suet. Cæs. c. 84. item Vossii Etymolog. Pricæi autem conjectura *scopulive*, nata-est ex eo, quod in Ed. Vulc. sec. non invenerat copulam *et sc.* quæ tamen in Mss. et ceteris Edd. recte comparet. *Postuli* Ms. D'Orv. *Oud.* *Instar solitudinis*] Sensus est: Civitatem, quæ alioqui florentissima est et primaria, facitis veluti desolatam viduatamque cultoribus, caritate cibariorum. Illa enim loca naturaliter frequentantur ab hominibus, ubi annona vilis est, et edulia minimo constant. *Beroald.* *Instar solitudinis, &c.*] Alexander apud Q. Curtium: 'Veni in Asiam, non ut funditus everterem gentes, nec ut dimidiam partem terrarum solitudinem facerem.' In Proverbiis Græcis: Ἀγρὸς ἡ πόλις· ἐπὶ τῶν παρανομούντων. Ἐπίχαρμος, ἀγρὸν τὴν πόλιν ποιεῖς. In Epistolis Heracliti nomeu præferentibus: Ἐρημίαν αὐτὴν (πόλιν) πεποιήκατε διὰ τῆς κακίας. Cod. Oxon. hic, *ad instar solitudinis.* In sequentibus pro *scopuli*, malim *scopulive* legi. *Pric.*

Edulium caritate] Glossæ: 'Caritas, τιμιότης· πολλοῦ πωλούμενον:' lege, *Caritas* τ. *Carum*, π. πωλούμενον. *Idem.* *Edilium*] Corrige *edulium*, hoc est, cibariorum. *Berould.* *Caritate*] Pretii enormitate. *Idem.*

Deducitis] Perperam in nonnullis est *ducitis, deducis*, ac *deducitis*, quod est in plerisque Mss. et explicari potest cum Florido: 'Redigitis urbem Thessaliæ florentissimam ad formam solitudinis.' Præfero tamen cum Groslotio, Stewechio, et Elmenh. *diducitis*, i. e. differtis, infamatis. Lipsius conjecit quoque *deuritis*. In Pith. est *deduitis*. Oud.

Sed non impune, &c.] Simili plane modo Petronius Arb. 'Sed non impune. Jam enim faxo sciatis,' &c. Minandi formula, qua et hic Noster sæpe usus alias. *Brant.* *Sed non impune*] Hieronymus in Epistolis, non ad sensum tantum, sed et loci locutionem: 'Ab ædilibus, &c. vendentium rabies coërcebatur, nec erat impune peccatum.' *Pric.* *Sed non im-*

pune: jam enim faxo scias,&c.] Lib. IV. 'Sed non adeo gaudens ista, quæcunque est, meos honores usurpabit: Jam enim faxo,' &c. *Idem.* *Faxo*] Faciam. *Beroald.*

Meo magisterio] *Nostro* est etiam in Mss. meis et Ed. Vulc. sec. sive Scal. ac seqq. *meo* dant Oxon. et Edd. priores. De magisterio vide Gron. ad Liv. lib. XXIV. 25. et nos ad Sueton. Tum *debeo* Pith. *debent* Fux. Guelf. Oxon. et D'Orvill. de quo modo, præcedente alio verbo, vide ad Cæs. lib. II. B. Civ. cap. 32. 'Quemadmodum res processit, fortunamque cur prætercam?' Burm. ad Lucan. lib. I. 126. 'Quis justius induit arma, Scire nefas.' IX. 563. 'Quære, quid est virtus:' ac sic 2. Mss. Bentlei. et Leid. in Horat. I. 11. 2. 'Quæsieris, quem finem Di dederunt.' Vide et ad Sueton. pag. 989. 990. lib. II. p. 35. 'Nec quisquam definire poterit, quantas latebras comminiscuntur:' ubi in Reg. *antur.* Lib. V. p. 95. 'Videsne, quantum tibi periculum velitatur fortuna.' Lib. X. p. 197. 'Accipe, quemadmodum homo curiosus cuncta cognovi.' Variant autem, ut sæpe, Mss. Ovidii lib. VIII. M. 392. 489. Plin. lib. XXXIV. 4. 'Hoc nescio an Romanum fuit inventum:' ubi tamen præfero Leidd. membranarum scripturam, *fuerit*, ut ibid. paullo post: 'Nescio an primi posuerint.' *Oud.* *Sub meo magisterio*] Magistratu et ædilitate. 'Magisterium' enim aliquando accipitur pro ipso magistratu: ut apud Plin. dicitur magisterium equitum, pro ipsa dignitate magistri equitum. Ita 'magistri' dicuntur, majores magistratus: unde 'magister populi' apud Antiquos is dicebatur, quem nos dictatorem dicimus: auctores M. Tul. Seneca, et Varro. 'Magistrare' enim moderari est, et regere, unde 'magisteria,' et 'magistri' et 'magistratus' dicti. M. Varro et Paulus jurisconsultus autumant, magistratus dici quasi per diminutionem, a magistris, tanquam minores hi magistri sint. *Beroald.* *Quemadmodum sub meo magisterio mali debeant coërceri*] Vide I. Petr. 2. 14. et bene *magisterio*. In lib. LVII. ff. de V. S. 'Quibus præcipua rerum cura incumbit, et qui magis quam cæteri diligentiam et sollicitudinem rebus quibus præsunt debent, hi magistri appellantur: quinetiam ipsi Magistratus, per derivationem a magistris cognominantur.' Hinc sæpe in Codice *magisteria potestas.* Onomasticon vetus: 'Magisterium: ἀρχή.' Paulus Festi abbreviator: 'Magistrare, regere, temperare, moderari: unde magistri non solum Doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum: quia omnes hi magis cæteris pollent.' *Pric.*

Officialem suum] Onomasticon vetus: 'Officialis, ὁ περὶ τοῦ καθήκοντος.' Glossarium: 'Ταξιώτης, Apparitor, officialis.' *Idem.* *Officialem*] Ministrum. Antiqui prætores, quia cum officio mittebantur in provincias, 'officia provinciæ' nominaverunt: unde 'officiales' dicti apparitores, ministrique ipsorum magistratuum: et hæc est vera verbi significatio. Vulgo 'officialis' accipitur pro ipso magistratu. Julius Capitolinus 'officia Palatina' appellat, intelligi volens officiales, hoc est, ministros imperatorios, sic enim scribit in Gallienis: 'Cum iret ad hortos nominis sui, omnia Palatina officia sequebantur.' *Beroald.*

Obterere] Conterere, conculcare, ignominiæ causa. Plautus in Rudente evidenter ostendit ædilis officium hoc fuisse, ut merces venales, si improbæ forent, jactaret conculcaretque, sic enim scribit: 'Neptunus quamvis fastidiosus ædilis est, si quæ improbæ sunt merces, jactat omnes.' *Idem.*

Severitudine] Severitate acerbitateque castigatoria: sicut quoque ni-

nihil interest, 'suavitudo' dicas an 'suavitas,' 'sanctitudo' an 'sanctitas,' 'acerbitudo' an 'acerbitas,' 'castitudo' an 'castitas;' ita nihil refert, 'severitudo' dicas an 'severitas.' Plaut. in Epidico: 'Quid illuc est, quod illi caperat frons severitudine?' Ubi 'caperare' significat, rugis frontem contrahere et asperare: unde 'caperata frons' dicta, pro tristi et severa. *Idem.*

O Luci] Appuleius significatur. *Id.*

Seniculi] Piscatoris. A sene diminutivum nomen: cui subest occulta contemptio. *Id.* *O Luci, &c.*] 'Gaudent prænomine molles Auriculæ.' *Pric.*

Prudentis] Ironicως: intelligi enim vult a contrario, imprudentem fuisse Pythiam ædilem, qui tali consilio Appuleium privaverit, et nummis quos impenderat piscatori, et cœna, cum pisces pedibus minister obtrivisset. *Beroald.*

Valido] Oxon. Guelf. *valido.* *Callido* ironice probat etiam Ferrarius lib. I. El. c. 20. *vapido* conjecit Barth. lib. XXXV. Advers. cap. 1. Sed nihil verius est emendatione aliorum et Pricæana *calido*, confirmata a m. sec. Cod. D'Orvilliani. 'Validum,' 'calidum,' et 'callidum,' consilia æque bene dici possunt pro re de qua agitur, ut videbimus suis locis, ut lib. IV. p. 70. 'Remedium e re nata validum,' (sic vulgo) 'comminiscimus.' Paullo post: 'Callido decepti astu.' Lib. V. p. 95. 'Validum consilium requiramus:' ubi certe nihil mutandum. Frequentissime autem inter se confunduntur. Adi Comm. ad Sil. XV. 337. ad Liv. lib. XXXV. 32. ad Valer. Flacc. lib. I. 260. Burm. ad Lucan. V. 511. Cort. ad Cic. lib. III. ad Fam. 8. 'Quod si me astutiorem fingit, quid potest esse calidius?' sive ferocius et inconsultius. Est enim 'calidum consilium,' extemporaneum et cito raptum præ mentis agitatæ calore, et quidem hic juvenili ac præcipiti. Adi et Davis. ad Cic. lib. I. de N. Deor. cap. 25. 'Nihil horum, nisi calide:' ubi et *callide, valide*, in Mss. de Invent. l. II. c. 9. 'Idcirco aliquem calidum vocari, quod temerario et repentino consilio sit.' Plaut. Mil. Gl. II. 2. 70. 'Hanc rem age: res subitaria est. Reperi, comminiscere, cedo calidum consilium cito.' Gell. lib. VII. cap. 3. 'Confidenter et nimis calide.' Ejus ingenii homo vocatur θερμόβουλος. Æliano lib. VIII. de An. cap. 17. Immo C. Rittershus. ad Gunth. lib. I. 665. et Barth. lib. VII. Advers. c. 19. *calidum* hic jam probarunt, exemplisque confirmarunt. Contrarium ei est *frigere*. Sil. XVI. 598. Dein *ex numis* Pith. *Oud.* *Valido consilio*] Ita Cod. Oxon. germanam scripturam puto *calido consilio*. Plautus Milite: 'Cedo calidum consilium cito.' Hirtius inter Epistolas Ciceronis ad Atticum, XV. 6. 'Exorentur ne quod calidius consilium ineant.' Aristophanes Pluto θερμὸν ἐμόν: ubi Scholia: Παράδοξον, ἢ τολμηρόν. Sic Livius XXXV. 'consilia calida et audacia' dixit: ubi omnes plerique vulgati *callida* legunt. *Pric.*

Lautus] Modo lotus in balneis: alias splendidus et nitidus: unde et lautitia dicitur, epularum magnificentia. Epigrammatarius poëta: 'Lauta quidem cœna est, fateor, lautissima.' Locus extra urbem Romam dictus est 'Lautulæ:' quia cum illuc aqua flueret, lavandi usum exercebant. *Beroald.*

Ad hospitium M. ac de cubiculo] Vulgo *cubiculum*. Colvius. *Cubiculum.* Alii *cubiculo*. Elmenhorstius. Aliquot sane Codd. ut Flor. Pal. Oxon. Pith. Fux. cum Edd. ante Colv. præbent *cubiculum*, ut respondeat τοῖς *ad hospitium*, quare id restituere Elmenh. et Scriver. Sed Lipsiano et Edd. Colv. Vulc. Wower. Pric. &c. accedunt Reg. Guelf. et Par. *cubiculo*, ut lib. III. p. 60. 'Angulo concesseram stabuli' Sæpissime autem va-

rios casus uni verbo jungi, frequenter monuerunt viri docti et aliquoties in Appuleio occurret lib. II. p. 23. III. p. 41. IV. p. 78. ut ostendi olim ad Hirt. lib. VIII. B. G. c. 46. Adi et ad Suetonii Vespas. c. 19. 'Sicut Saturnalibus, ita per Kalendas:' et Virg. Ecl. v. 6. G. II. 414. 'Per silvam et ripis,' Burm. ad Æn. I. 41. Sic Salmas. legit quasi e Mss. in Solino p. 36. 'In usum mensarum vel medelis.' Vulgo, *medelæ magis*, ut in Mss. meis, nisi quod in optimo Voss. vel *medelas magis*, verissime Vitruv. lib. I. cap. 2. 'Fana constituantur Æsculapio, Saluti, et eorum Deorum.' *Oud.*

Rogat te (inquit) hospes] Lib. II. 'Rogat te (inquit) tua parens Byrrhæna.' *Pric.* *Hospes*] Milo significatur: hic enim *hospes* accipitur pro eo qui recipit: alias pro eo qui recipitur: hinc illud notissimum: 'Non hospes ab hospite tutus.' Græce ξένος dicitur: unde ξένιος 'Jupiter,' hospitalis, quem invocat Dido Virgiliana illo versu: 'Juppiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.' *Beroald.*

Abstinentiæ] Parsimoniæ, vel potius avaritiæ: modo ad vituperationem, alias ad laudem ponitur. *Idem.*

Somno diluendam] Moraliter locutus. Contingere enim fere semper solet, ut lassitudo magis somno discutiatur quam cibo: et ut homo delassatus ex itinere magis somnum cupiat, quam cœnam. *Idem.* *Non cibo sed somno censerem diluendam*] Apud Heliodorum ille lib. v. 'Εμοὶ τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, &c. κάκωσιν ὕπνῳ βραχεῖ γοῦν ἐστι παραμυθητέον. *Pric.*

Isto accepto] Cum hæc accepisset, audivissetque ex Photide Milo. *Beroald.*

Et injecta dextra] Lib. I. 'Injecta manu, ut adsurgat enitor.' Lib. IX. 'Manu pistori, &c. injecta.' Et XI. 'injecta dextra ducit me.' *Pric.*

Clementer me trahere adoritur] Lib. III. 'Clementi violentia secum attraxit.' *Idem.*

Dum contor] Remoror, et quasi resisto. *Berould.*

Non prius discedam quam] Hieronymus in Hilarionis vita: 'Non prius mulier discessit quam ille pollicitus est.' *Pric.*

Et dictum jurejurando secutus, &c.] Lib. III. 'Et verbum facto secutus,' &c. *Idem.*

Ingratis] Groslotius et Pricæus *ingratiis*. Certe *ingratiis* comicum est, ut docet Grævius ad Cic. IV. Verr. 9. 'Dicent ingratis,' i. e. invite; licet sæpe librarii vel contra metrum *ingratis* dederint. Adi ad Plaut. Cas. II. 5. 7. 'Vobis invitis atque amborum ingratiis.' Ter. Eun. II. 1. 14. 'Ingratiis ut dormiam,' Heaut. III. 1. 37. 'Ea coacta ingratiis,' quibus locis stare nequit *ingratis*, ut monuere viri docti. Bis quoque Ed. Junt. post. sic exhibuit in nostro, ut lib. II. p. 49. 'et ingratiis licet retexi.' Lib. VI. p. 129. 'Ingratiis ad promtum recurrens exitium:' ac Florid. lib. II. de Hab. Doctr. Plat. p. 628. 'Vi et ingratiis.' Sed Mss. et Edd. *ingratis*, ut constant in lib. II. p. 34. 'Ingratis cogebant effari.' Adi et Lambin. ad Lucret. lib. III. 1002. v. 55. Bos ac Staver. ad Nepot. Themist. cap. 4. § 4. 'Ingratis cogerentur.' Symmach. lib. I. Ep. 25. 'Ingratiis scævo proboque laudabilis es.' Sed illic veterr. Cod. Ausonii Voss. habet *ingratis*. Junctim *vi* atque *ingratiis* est in Plaut. Mil. Glor. II. 5. 39. 'Immo vi atque invitam ingratiis, Nisi voluntate ibis, rapiam te domum:' ac Gellio lib. XVII. cap. 1. 'Ea ingratiis vi ac necessitate naturæ nobis accidant.' Scipio apud Isidor. lib. II. Orig. cap. 29. 'Vi atque ingratiis coactus:' ut legendum. Nam male J. G. Voss. in Rhet. lib. v. delet quasi ex glossa τὸ *coactus*. Obvia enim est locutio 'vi cogere,' quæ vox male excidit Ed. Davis. Cæsaris lib. I. B. G. cap. 6. 'Vel vi coac-

turos.' *Oud.* *Ingratis obedientem*] Lego, *ingratiis o.* Donatus ad Eunuchum: 'Ingratiis, non ultro significat, quia ultronea grata sunt.' Donatus ad I. 1. Andr. 'Perducuntur necessitate coacti.' *Pric.* *Ingratis*] Invitum et nolentem: adverbium est, et, ut ait Donatus, significat non ultro: sicut 'ingratus' significat invitus et coactus: quæ enim ultronea sunt, 'grata' sunt, 'ingrata' vero, quæ ab inimicis fiunt, ac recusantibus. Plautus in Amphitryone: 'Hæc heri immodestia coëgit me, qui hoc noctis a portu ingratis excitavit.' *Beroald.*

Grabatulum] Græce κλινίδιον Lucianus appellat. *Idem.* *Ad illum*] Quasi contemptibilem et fastidiendum. Hæc enim pronomina, *Iste* et *ille*, ut scienter inquit Donatus, sæpe ad contemptum aut ad odium referuntur. In pronominibus magnum est pondus. Virgil. 'ille Sicheum Inpius ante aras: ille:' hoc est, sceleratus et nefarius, ut Donatus exponit. *Idem.*

Residenti] Mihi. *Idem.*

Quam salve] Quam prospere, quam feliciter: adverbium est, in hac loquendi consuetudine frequens. Apud Livium quærit maritus de Lucretia: 'Satin salve?' Illa respondens: 'minime,' inquit, 'quid enim salvi est mulieri, amissa pudicitia?' Apud eundem in x. 'Satin salve,' inquit Appius: 'Luci Volumni, ut sese insaniores habent?' *Idem.*

Quid uxor] Brevis interrogatio, quæ tamen multa complectitur, dum quærit quid agat uxor Demeæ, quid filii, quid tota familia. *Idem.*

Vernaculi] Male Pricæus conjicit *vernulæ.* Iidem intelliguntur. Gloss. 'Vernaculus, θρεπτάριον, οἰκοτραφὴς,' &c. Sic 'vernaculæ apes,' 'vernacula poma,' &c. Petronio c. 38. Priap. Carm. 20. Pro 'verna' usi sunt: etiam Inscriptionum fabri et Ambrosius et Prosper Aquitanicus. Vide et Beroald. ac Cl. Cannegiet. de Nomin. c. 11. p. 64. *Oud.* *Quid vernaculi*] Scilicet agunt. 'Vernas' autem servos dici voluerunt, qui, ut ait Pompeius Festus, ex ancillis nati essent vere, quod tempus anni maxime naturalis fœturæ est. Inde 'vernula,' et 'vernaculus' voce diminutiva, servus dictus: hinc 'vernaculum,' domesticum appellant, et domi quasi nostræ natum ac peculiare. M. Varro lib. de analogia novissimo, tria genera verborum esse prodidit: 'unum vernaculum ac domi natum, alterum adventitium, tertium nothum. Vernaculum est,' inquit, 'domi natum: ut sutor et pistor.' Idem in tertio de Re rustica: 'Præterea quoque volucres, cum partim advenæ sint, ut hirundines et grues: partim vernaculæ, ut gallinæ ac columbæ.' Columella in gallinaceis probat 'fœcunditatem vernaculam,' hoc est, nostratium et domesticorum gallorum. A 'verna' fit adverbium 'vernaliter,' quod significat serviliter. Horatius in secundo Sermonum: 'nec non vernaliter ipsis Funditur officiis prælambens omne quod affert.' Ubi exposuit Acron, 'Vernaliter,' id est, luxuriose: quæ interpretatio an satis proba sit, ipse viderit. Nonius Marcellus 'Vernaliter' exponit, pro adulatorie, a vernis, quibus hæc vivendi ars est. A Cicerone dicta est 'festivitas vernacula,' pro urbano lepore, salibusque Romanis. *Beroald.* *Quid vernaculi*] Cum præcedat de uxore et liberis, putem *vernulæ* legendum. Infra lib. VIII. 'Tali domo, tanta familia, tam caris vernulis, &c. desolata.' Et XI. 'Familiares ac vernulæ.' Habet *vernaculi* tamen Oxon. Ms. *Pric.*

Causas peregrinationis] Consimiliter Hipparchus Lucianum interrogat, quæ illa sit via, et quo proficiscatur. *Beroald.* *Percontatur accuratius causas etiam peregrinationis meæ, &c.*] Lib. VIII. 'Aliud de alio non desinit qua-

rere, denique de mansuetudine etiam mea percontatur anxie.' Seneca Epist. LXIV. 'Varius nobis sermo fuit, &c. nullam rem usque ad exitum adducens, sed aliunde alio transiliens.' Cicero in de Universit. 'At primum quidem tempus salutationibus, reliqua percontatione consumpsimus.' Claudit autem hunc primum librum Noster, ut et suum Virgilius: quem heic, ut omnibus paginis, perite exprimit. Ita ille: 'Nec non et vario noctem sermone trahebat Infælix Dido, longumque bibebat amorem, Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa: Nunc quibus Auroræ venisset filius armis, Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.' *Pric.*

Ubi protuli] In D'Orvill. *ut prot.* crebra variatione lib. VI. p. 115. 'ubi primum' et 'ut primum,' ac passim. Drakenb. ad Liv. lib. XXIII. c. 15. 'Ubi signa canere cœperunt.' Dein Edd. Junt. Ald. *et jam et de patria.* Ms. D'Orv. *Jam quod patr.* Forsan: *Jamque et de patr.* Fux. *p. mea.* Oud. *Protuli*] *Pertuli* habent cum Bert. Palat. Pith. Fux. omnes Edd. ante Colineam. Sed perperam id prætulit cum Roaldo Tollius. 'Aliud est perferre caussam' lib. VII. p. 139. Vide potius ad p. m. 51. 'Proferens vera.' et lib. IV. p. 84. 'Perlata fabula.' *Idem.* *Pertuli*] Enarravi atque percensui. *Beroald.*

Præside] Quis scilicet sit præses provinciæ nostræ. Romani enim præsides provinciarum rectores missitabant: quo nomine et proconsules et legati Cæsaris, et omnes provincias regentes appellantur. Est enim *præsidis* generale nomen, ut jurisconsulti prodiderunt: præsides autem provinciæ suæ celebrat Appuleius in Floridis et Apologia, Orfitum, et Severianum, et Maximum Claudium. *Idem.*

Scrupulosissime explorans] Infra lib. V. 'Scrupulose curioseque percontari non desinit.' *Pric.*

PAG. 20 *In media verba somnolentum desinere*] Ut solent nimio plus æquo ad fabulandum provocati. Hoc idem faciunt etiam aliorum garrulitate oppressi. Theophrastus loquaces ait narrationes suas in tantum extendere, ὥστε τοὺς ἀκούοντας ἤτοι ἐπιλαθέσθαι ἢ νυστάξαι. Statius Theb. X. 'Errare oculi, resolutaque colla, Et medio affatu verba imperfecta relinqui.' Quæ diverso quidem argumento prolata, non male tamen Appuleianis quadrant. *Idem.* *Somnulentum desinere*] Expressit id quod naturaliter accidere solet, ut somnulenti et jam dormitantes in mediis verbis deficiamus, veluti balbutientes: nec explicate satis explanateque loquamur. *Beroald.*

Nequidquam] Edd. Junt. Ald. *nequicquam.* Vic. Ber. Colin. Bas. pr. *nec quicquam.* At id significat nihil. Hic 'frustra.' Sæpe tamen ita corrupere. Vide Drak. ad Liv. V. 43. IX. 18. Vir doctus maluit *nequiquam:* uti crebro est in Mss. integerrimis. Adi eumdem ad lib. XL. 47. 9. me in VV. LL. Hirt. lib. VIII. B. G. c. 19. Sed Analogia et Ellipsis, quæ in hoc verbo est, suadent addi *d.* Contrahitur enim ex *ne ad quidquam*, vel *ne quidquam* sc. fit. Consule Gron. ad Liv. XLII. 64. *Oud.*

Incerta verborum salebra balbutire] Lib. X. 'Ore semiclauso balbutiens nescio quas affanias effutire.' *Elmenh.* *Verborum salebra*] Asperitate. *Verba* enim *salebrosa* et asperata merito dici possunt in balbutiente et somnulento, propterea quod neque facile, neque expedite, neque tota enunciantur, quasi aspredine quadam et salebra atque offensaculo fistulam spiritalem offendentia. 'Salebras' appellant asperitates et loca aspera. M. Tullius in quinto de Finibus: 'Venit ad extremum, hæret in salebra.' Idem de Oratore: 'Alter sine ullis salebris, quasi sedatus amnis fluit.' Hinc salebrosum dixere. Virg. 'non tam

salebrosus ut ante.' *Beroald.* *Incerta verborum salebra balbutire*] Lib. VIII. 'Incertum sermonem balbutiens.' *Pric.*

Patitur cubitum concedere] *Concederem* verissime exhibent Oxon. Reg. Fux. D'Orvill. Wass. et Edd. omnes ante Colvium, qui male mutavit, et inepte Bas. pr. *ut* inseruit. Abest elegantius. Vide ad Suet. Calig. c. 27. 'Tradidit, per vicos agerent.' Lib. II. p. 30. 'Da veniam, maturius concedam cubitum.' Lib. IV. p. 69. 'Placuit, ferremus aditum.' Lib. IX. p. 177. 'Mutuoque commune exitium protelarent, cohortati:' ubi plura. Vulgo et illic interponunt *ut.* Dein *raucidi* Oxon. *r. seminis* Palat. *Oud.* *Tandem patitur cubitum concedere*] Melius Oxon. Cod. *concederem:* ita legunt etiam Romæ et Vicentiæ primi omnium editi. Notetur heic vox *tandem.* Horatius: 'Ut ventum ad cœnam est, dicenda tacenda locutus, Tandem dormitum dimittitur.' Virgilius: 'Conticuit tandem:' ubi Servius: 'Diuturnitatem narrantis expressit.' *Pric.*

Exasi aliquando rancidi senis loquax et famelicum convivium] In Plauti Capt. 'Redibo hinc ad senem ad cœnam asperam.' Apud Petronium: 'Subduxisti te inquam a præceptoris colloquio. Quid ego homo stultissime facere debui? an videlicet audirem sententias et somniorum interpretamenta?' *Idem.* *Rancidi senis*] 'Rancidum senem' festiviter, necnon et mordaciter appellat hospitem Milonem, vocabulo inamabili, et avaritiæ sordes exprimente. Horatius 'rancidum aprum' appellat insuavem. Ita a M. Tullio 'caro rancida' dicitur in eo significatu, quo vulgus usurpat. *Beroald.* *Loquax et famelicum convivium*] Tales sunt cœnæ sordidorum et deparcorum, ut plus loquacitatis habeant, quam liquaminis esculenti. *Idem.*

Cœnatus solis fabulis] Jlocaliter tanquam in cœna verba tantum et fabulas propinaverit, vice obsoniorum: 'cœnatus' autem et 'pransus' et 'potus,' diversum valent quam indicant: ut docet Quintil. in primo. *Idem.* *Cœnatus solis fabulis*] Ἀντὶ ἀλφίτων ῥήματα, ut in Græcis Proverbiis. Aristophanes Equit. Ὃς ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης ὑμᾶς ἀριστίζων ἀπέπεμπεν, Ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος μάττων ἀστειοτάτας ἐπινοίας. Lucilius Antholog. 4. 20. Ποιητὴς πανάριστος ἀληθῶς ἐστιν ἐκεῖνος, Ὅστις δειπνίζει τοὺς ἀκροασαμένους· Ἢν δ' ἀναγιγνώσκῃ, καὶ νήστιας οἴκαδε πέμπει, Εἰς αὐτὸν τρεπέτω τὴν ἰδίην μανίην. In Varronis Menippæis: 'Consurgimus jejunis oculis.' *Pric.*

In cubiculum reversus] Regius et Fux. caret præpositione, ut lib. VII. 'Civitatem revenire' vel 'reverti:' ubi vide. Lib. IX. p. 194. 'Revenire Larem:' &c. Adde notata ad pag. m. 27. 'Thessaliam pr. civitatem perveneritis.' *Oud.*

Optatæ me quieti reddidi] Lib. IX. 'Rursum se reddidit quieti.' Et X. 'Vespertinæ quieti traditum.' *Pric.*

METAMORPH. LIB. II.

Dum Hypatæ loca singula curiosius contemplatur, Byrrhenam matronam opulentam recognoscit: statuamque in ejus domo faberrime factam explicat: a qua commonitus, ut ab uxore Milonis hospitis caveat, perinde ac maxima magarum, in ancillæ amorem propensus labitur, cum qua complexus et colluctationes veneriæ referuntur. Cœnaticus Byrrhenæ apparatus describitur. Inibi inseruntur et fabellæ convivales, licentiosique cachinni constrepentes: mortui custodia: custodis nares auresque præsectæ: mox regressio Lucii nocturna ad hospitium, non sine sudore et cæde, qua non tam homicida factus est quam utricida. *Beroald.*

Ut primum] Appuleius post somnum excussum in Milonis Hypatini hospitio, singula loca illius civitatis cœpit curiose contemplari: utpote magiæ noscendæ cupidissimus: et cum videret se esse in mediâ Thessalia, quæ domicilium et officina est magicarum vanitatum, existimabat, quicquid spectaret, id totum vi cantaminum esse in alias effigies transfiguratum. Ex hac contemplandi curiositate incidit in matronam summatem, nomine Byrrhenam, cujus opulentia et cultus graphice referuntur. *Idem.*

Sol novus diem fecit] Caius Matius apud Agellium lib. xv. c. 21. 'Jam jam albicassit Phœbus, et recentatur Commune lumen hominibus voluptasque.' *Elmenh.* 'Novus sol' est renascens. Vide Misc. Observ. vol. II. pag. 96. et Cerdam ad Virgilii Georg. I. 288. 'Aut cum Sole novo terras inrorat Eous.' Claudiano in Fescenn. O. 2. 'Novo Phœbo.' Alio sensu sive de primo anni die dixere alii. Vide Burm. et Serv. ad Æn. VII. 720. item Auson. de Urb. XIV. 'Brumæque novo cum Sole tepentes:' ut ibi legendum alibi docebimus. Virgilius quoque ultimo loco de prima æstatis parte posuit. *Oud.* *Sol novus*] Recenter exortus. Virg. 'Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent.' *Beroald.*

Emersus] Optimo verbo est usus, tanquam sopitus mersus sit in barathrum oblivionis. *Idem.*

Anxius alioquin] Τὸ *alioquin* delet Bertinus. *Elmenh.* Hinc Scriverius aliique uncis eam vocem incluserunt: sed perperam. Neque hic, sed infra *suspensus alioquin*, ea vocula caret Bertinus. At passim hanc inserit Auctor. Supra: 'Sititor alioquin novitatis.' p. 12. 'Putris alioquin et vetus funis.' p. 26. Ed. Pric. 'Lepida alioquin et dicacula puella.' p. 32. 'Inquies alioquin et petulans.' Lib. III. p. 46. 'Potulentus alioquin.' Lib. IV. init. 'Insolitum alioquin:' ubi et aliis locis deest eidem Codici. p. 59. 'Pannosus alioquin.' p. 72. 'In prospectu alioquin adtonitum.' Lib. v. p. 102. 119. Lib. VIII. p. 158. 'Præceps alioquin et temerarius.' Adde Indic. Floridi, et Comm. ad Sueton. Vitell. c. 1. In Edd. Ald. Junt. post. *alioqui.* Tum Oxon. dat *alioquin nimis c.* sine copula. Dein Guelferb. *quæ rata.* Oud. *Anxius alioqui*] Ordinatio verborum sic struitur: Anxius curiose singula considerabam. *Beroald.*

Thessaliæ loca tenere, quo artis magicæ] Scholiastes Horatii Epode v. 'Thessalia regio est Græciæ vicina; ubi magia viget plurimum, et herbæ magicæ abundant. Quare ab aliqui-

bus illa dicitur inventum Thessalum.' Hinc D. Chrysostomus in Epist. Pauli ad Ephesios cap. 4. homil. xv. *Thessalam* pro venefica ponit, inquiens: Καὶ ἀπειλεῖς δήσειν, καὶ μυρία πρότερον λοιδορησαμένη τῇ ἀθλίᾳ καὶ ταλαιπώρῳ, Θεσσαλίδα δραπέτριαν προεστῶσαν καλοῦσα. Plin. lib. xxx. c. 1. Suidas Θετταλὴ γυνή. *Elmenh.* *Mediæ Thessaliæ loca*] Tanquam Hypata in meditullio Thessaliæ sita sit. *Beroald.*

Nativa cantamina] Significat artem magicam sedes habere originales in ipsa Thessalia, perinde ac ibidem nata sit, non aliunde advecta. Ita Lucanus in sexto Pharsaliæ cantamina, hoc est, incantamenta magica, veluti nativa atque vernacula peculiariaque Thessaliæ fuisse demonstrat. Menander quoque apud Græcos, 'Thessalam' cognominavit fabulam, complexam ambages fœminarum detrahentium Lunam. Autumat Plinius, magiam in Perside inventam a Zoroastre, transisseque illinc ad Thessalas urbes. Hinc Plautus 'Thessalum veneficum' scite dicit, intelligi volens maximum præstigiatorem, omnisque magici ludibrii gnarissimum. *Idem.*

Celebrentur] Colvium secuti sunt reliqui: ac Lipsiano Codici accedunt Flor. Pal. Oxon. Guelf. &c. Sed non abhorreo ab Indic. *celebrantur*, ut servat Fux. D'Orvill. cum Edd. primis. *Quo* enim hic valet 'ubi,' 'quo loco.' Tum Fux. *hujus civ.* Oud. *Fabulamque illam*] Subaudi reputans: hoc est, recolens. *Beroald.*

Civitatis] Hypatæ. *Idem.*

Id esse crederem] Lucius habens persuasissimum, in Thessalia plurimum pollere magicas artes, credebat, quæcunque videbat, ea esse omnia vi cantaminum transformata, demutataque. *Idem.*

Ferali murmure] Magico cantamine, susurramineque pestifero. *Idem.* *Omnia prorsus, &c. in aliam effigiem translata*] Florus iv. 12. 'Ea denique in Germania pax erat, ut mutati homines, alia terra,' &c. *Pric.*

Lapides quos offenderem, de homine duratos] Quid credendum sit de transformationibus, quæ arte Dæmonum hominibus videntur accidere, docet nos Augustin. de civit. Dei lib. xviii. c. 18. et de *spiritu et anima* c. 26. fol. 618. lib. ii. ad Simplic. Quæst. 3. et in Quæstion. Vet. et Nov. Test. Qu. 27. Bodin. de magorum dæmonomania lib. ii. cap. 6. Del-rio Inquis. Mag. lib. ii. cap. 18. *Elmenh.* Cave, ne cum Oxon. et Par. Cod. mutes participium in *duros*. Lib. v. p. 94. 'Duratos in lapidem digitos.' Λιθωμένους Luciano. Huc autem pertinet quoque locus Minucii Felicis cap. 20. 'De hominibus et feras omnes et de hominibus arbores atque flores.' Sic lege cum Scheffero Misc. Obs. vol. ix. p. 166. *offenderam* Ms. D'Orvill. *Oud.* *Lapides de homine duratos*] Lucianus in hanc sententiam, θεάσασθαί τι παράδοξον, ἢ πετόμενον ἄνθρωπον, ἢ λιθώμενον· Cupiebam, inquit, spectare aliquid inopinabile, vel hominem volaticum, vel lapideum. *Beroald.*

Aves indidem plumatas] Pricæus, quia invenit in Oxon. *in idem*, conjecit legendum *ibidem*. Sed bene Beroaldus et Floridus explicuere 'ex iisdem hominib.' ut lib. iii. p. 57. 'Impartire nobis unctulum indidem:' i. e. ex illa pyxide. Supra p. 14. 'Aliquid indidem sumo.' Lib. x. p. 225. 'De stanneo vasculo, &c. meque indidem largissime perfricat.' p. 229. 'Indidem de potione gustavit ampliter.' Plura vide ad Gell. lib. vi. c. 10. 'Indidem Megaris erat.' ad Cæs. lib. vii. B. G. c. 62. 'Indidem pervenit:' ad Flor. lib. iv. c. 12. 48. 'Totam indidem implexus Cantabriam:' ubi Mss. præbent *in diem*, et citat Freinshemius hunc locum. Mox Palat. Fux. cum Ed. Junt. post. *simil. foliatas*. Oud. *Indidem*] Ex homine. *Beroald.*

Foliatas similiter] Scilicet ex humanis corporibus; tanquam homines

potentia magica in lapides, in aves, in arbores, in fontes transfigurari possent: sicuti metamorphosis poëtica multiformiter tradit. *Idem.*

Latices] Aquas. Supra dictum est, laticem dici omnem liquorem. *Idem.* *Fontanos latices*] In Vett. Catalectis: 'Fontanos latices, et lucida pocula vitro.' Virg. 'Sparserat et latices simulatos fontis Averni.' *Pric.*

De corporibus humanis] Frustra *corporibus* tentant viri docti. Ipsa hominum corpora in fontanos latices mutata innuit Appuleius, instar Arethusæ apud Ovid. lib. v. Met. 633. 'Cæruleæque cadunt toto de corpore guttæ, Quaque pedem movi manant lacus, eque capillis Ros cadit, &c. In laticem mutor.' Vel Byblidis apud eumdem lib. IX. vs. 662. 'Sic lacrymis consumta suis Phœbeia Byblis Vertitur in fontem.' Vel Egeriæ lib. XV. 549. 'Liquitur in lacrymas: donec pietate dolentis Mota, soror Phœbi gelidum de corpore fontem Fecit, et æternas artus tenuavit in undas.' Quomodo et Proteus 'Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum Flumen erat,' apud eumdem lib. VIII. 736. Dein *in statuas* Pith. *Oud.*

Fluxos] Solutos, liquefactosque. Allusit ad naturam aquarum, fluidam ac fluentem. Alias fluxus dicitur mollis et effœminatus, ut Martialis: 'Cinædo eviratior fluxo.' A Cypriano fluxura accipitur pro libidine, et mollitia veneria; scribit enim, castitatem exarmaturam esse fluxurarum: hoc est, libidinum. *Beroald.*

Statuas et imagines] *Statua* proprie lapidea est, sive ænea, et ex quacunque materia solidiore. *Imago* cerea est, et picta. Sed sæpe indiscriminatim ponuntur. Sensus est: Ex persuasione magicæ disciplinæ credebam incredibilia: et ut Lucianus dixit Græce παράδοξα, hoc est, inopinabilia: quod imagines ambularent, boves pecudesque loquerentur; quod sane prodigiosum est, et contra naturam, *Idem.*

Incessuras] Ambulaturas. *Idem.*

Id genus pecua dictura] *Id genus* exsulat ab Par. et Fux. sed prave. p. 23. 'Surculis, lapillis, et id genus frivolis.' Adi ad l. VIII. init. 'ceteris omnibus id genus viris.' Tum perperam Reg. Fux. *pecora.* Alterum magis amat Auctor, ut lib. VI. p. 117. 124. 'Gregalia pecua.' Lib. IX. p. 201. 'Pecua trucidando.' p. 244. 'Pecua etiam cujuscemodi.' Adi etiam Beroald. et Drak. ad Liv. l. v. c. 48. 'vulgatis velut in pecua morbis.' Schwartz. ad Mamert. Genethl. c. 9. 'pecua agrique deserta:' quod malo. Hinc *pecuaria.* Adi ad Virg. G. III. 65. Auct. ad Herenn. l. IV. c. 34. 'Cuinam præsidio pecua credemus.' Sic e Mss. legendum Leidd. Vulgo *cui.* In primo ibi *pecuaria.* In aliis *penuria pecora.* Solin. cap. 22. 'Ut pecua nisi interdum a pastibus arceantur.' Sic legendum e Mss. optimis. Dein *dicturas* est in Pith. *dicturos* in Reg. Fux. Oxon. D'Orvill. per syllepsin. Verissime. Adi Burm. et me ad Suet. Cæs. cap. 75. 'Conjurationes conventusque nocturnos esse sibi notas.' *Oud.* *Id genus*] Hujus generis. Eloquutio elegans, scriptoribusque usitatissima, 'Id genus,' 'hoc genus,' pro ejus generis, et hujus generis. *Beroald.* *Pecua*] Vetustissimi *hoc pecu* singulariter, et *hæc pecua* pluraliter dicebant: ut docet Priscianus in sexto. Nonius Marcellus: 'Pecua,' inquit, 'et pecuda ita ut pecora, Veteres dixerunt.' Plautus in Mercatore: 'Nec pecua ruri pascere, nec pueros nutricare.' Idem in Rudente, 'Squamosum pecu,' pro piscibus posuit: et Solinus in Polyhistore sic refert: 'Ita pabulosa, ut pecua, nisi interdum æstate a pastibus arceantur, ad periculum agat satietas.' Mendosi codices non *pecua* habent, sed *pecuaria.* Nævius in gymnastico: 'Homines, pecua, belluas.

que.' Hinc 'pecuarius' homo dictus a M. Tullio, qui habet pecuarias grandes: hoc est, qui pascit armenta et greges, ex quibus exuberant uberes quæstus. M. Varro in secundo de Re rustica: 'Et ipse pecuarias habui grandes, in Apulia oviarias, et in Reatino equarias.' Et hoc est quod intelligi voluit Porcius Cato, agricolationis totius scientissimus, qui quærenti, quid maxime in re familiari expediret, respondit: 'Bene pascere:' quid secundum: 'Satis bene pascere:' hoc enim verbo declaravit, rem pecuariam esse in agricolatione quæstuosissimam. *Idem.* *Dictura præsagium*] Apud priscos in prodigiis erat, bovem loquutum esse: quo nunciato senatum sub divo haberi refert Plin. qui alibi quoque sic tradit: Canem loquutum in prodigiis, quod quidem annotaverim, accepimus: et serpentem latrasse, cum pulsus est regno Tarquinius. Invenitur in annalibus, olim in villa Galerii locutum esse gallinaceum semel: quæ omnia quia fiunt contra quam est nota natura, prodigiosa existimantur, creduntarque facere præsagium: hoc est, prognosticon rerum futurarum. *Idem.*

PAG. 21 *Jubaris orbe subito vent. oraculum*] Friget valde hoc adverbium: quod et sensisse videtur Pricæus, malens *lucido*. De qua voce dicam ad l. IX. p. 196. 'Rota solis lucida diem peperit:' ubi minime opus est reponi *lucidam*. Sed nec id satisfacit hic loci. *Muto*, vel simile, sententiæ acumini responderet. *Oud.* *Jubaris orbe*] Solis globosum corpus significat. *Beroald.* *Et jubaris orbe subito venturum oraculum*] Ita et Ms. ille: at malim *lucido:* sic infra lib. IX. 'Rotam Solis lucidam' dixit. *Pric.*

Venturum oraculum] Quæcunque incredibilia impossibiliaque naturaliter sunt, ea credebat Appul. fieri posse Hypatæ magici cantaminis vi atque potentia. *Beroald.*

Attonitus, immo, &c. stupidus] Probabilis est Oxon. Cod. lectio *obstupidus*, ut lib. I. p. 19. 'Consternatus ac prorsus obstupidus.' Vide Pricæum, et Gron. ad Gell. V. 1. 'Attonitos et obstupidos,' seu *obstipidos* e Mss. teste Heinsio ad Æn. I. 513. Plaut. Mil. IV. 6. 39. 'Adstitisti obstupida.' Mox *cuncta* deest D'Orvilliano. *Attonitus*] Stupefactus. *Attonitos* proprie appellamus, ut auctor est Corn. Celsus, quorum et corpus et mens stupet. Quod genus mali fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: hunc 'apoplexiam' Græci appellant. De attonito Servius sic: 'Attonitus proprie dicitur, cui casus vicini fulminis, et sonitus tonitruum dant stuporem.' *Beroald.* *Immo vero*] Correctio est. *Idem.* *Attonitus, imo vero, &c. stupidus*] Seneca Natur. quæst. II. 27. de tonitru percussis: 'Quidam vero vivi stupent, et in totum sibi excidunt, quos vocamus attonitos.' Florus II. 12. 'Attonitum adhuc, tanquam subito malo stupentem.' Pro *stupidus* tamen non male *obstupidus* legas. Sic 'attonitos et obstupidos' V. 1. A. Gellius. Sic supra I. Miles. 'Consternatus ac obstupidus:' et 'studio obstupidum' Pacuvius apud Nonium Marcellum. *Pric.*

Cupidinis meæ] Cupiditatis, scilicet magiæ noscendæ. Interdum masculino genere *cupido* accipitur pro cupiditate. Horat. 'cupido sordidus aufert.' Idem in Sermonibus: 'At bona pars hominum decepta cupidine falso.' *Beroald.*

Dum luxu temulento simili] Errant viri docti, Palatino Cod. adscribentes Gruteri conjecturam margini adlitam; quam in contextu expresserunt Scriverius et Floridus: *incessu, temulento similis.* Becichemus Epist. LXXIV. ait, in suis Mss. simpliciter legi, *dum temulento* vel *tenui vento simul:* unde resectis ceteris emendat, *dum temulento similis.* Vide Colv.

Et sic pag. 24. 'Dum amenti similis accelero vestigium:' in Flor. N. 16. 'Cogitanti similis.' Estque adjectivum *similis* in Mss. plerisque. Huc facit Censorinus de Die Nat. cap. 12. 'Tibicinibus permissum urbem personatis temulentisque pervagari.' Verum Ms. Lipsiano accedunt Regius et Guelferb. *dum luxu temulento similis:* unde nata est Scaligeri conjectura *lixæ*, in Vulcanii Ed. sec. jam lecta, et a J. Meursio quoque prolata lib. IV. Exerc. Crit. cap. 17. quam arripuit etiam Pricæus, motus Isidori loco in Glossis: 'Lixabundus ambulat, qui voluptatis caussa ambulat:' ubi vide Grævium. Sed amplius Mss. VIII. et Edd. Vett. præbent *in luxu.* Hinc Wasseo incidit *semilixæ*, ex Livii lib. XXX. cap. 28. 'Statorius semilixa.' Sopingius conjecit *in lusu.* Solent enim hæ voces passim confundi. Adi Comm. ad Propert. lib. II. 23. 79. Livium lib. I. 57. Verum enim vero, cum optimi Mss. Florent. et Bertin. cum Edd. primis exhibeant; *dum in luxu nepotali simul* vel *similis*, et Pithœanus det, *d. in luxu nepotalem simul*, existimo, utramque vocem esse admittendam, quarum alteram altera exclusit, et legendum: *dum in luxu nepotali, temulento similis.* Sive dum instar vel modo et habitu luxuriantium nepotum, seu per luxum nepotalem, et ebriosimilis. Passim Nostro abundat præpositio *in*, ubi caussa vel instrumentum actionis intelligitur. Vide ad p. 3. 'In mollitie decorus.' Et egregie huc pertinet lib. XI. p. 249. 'Comitare pompam in ovanti gradu.' *Nepotalis* vocem jam illustravit Beroaldus. Ammianus Marcell. Nostri imitator, ait l. XXXI. c. 5. 'In nepotali mensa discumbens.' Editor Junt. post. vulgavit utrumque: *dum temulento similis, in luxu nepotali simul.* Sed tunc mallem: *dum in luxu nepotali, simul temulento similis:* quomodo habebimus omnia, quæ in Mss. inveniuntur. *Oud.* *In luxu nepotali*] 'Luxus nepotalis' significat immodicam profusionem, et victus largitatem: 'nepos' enim prodigus dicitur: unde 'nepotalis' derivatur. Eleganter a Tertulliano dictum est, 'Aristippus in purpura nepotatur:' pro eo quod est, luxuriatur, et lautius vivit. 'Nepotatus' quoque, ut apud Tranquill. annotavimus, dicitur ipse luxus atque prodigentia. *Beroald.*

Ostiatim] Per singula ostia: adverbium est: consimilia sunt 'templatim,' 'vicatim,' 'pagatim,' et id genus prope infinita. Quintil. in v. 'Scrutanda singula, et velut ostiatim pulsanda.' *Idem.* *Dum lixæ temulento similis ostiatim singula pererro*] In editis *luxu* erat, pro quo bene Scaliger *lixæ* substituit. Isidorus in Glossis: 'Lixabundus ambulat, qui voluptatis caussa ambulat.' Heliodorus ἀλύειν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ σχολὴν διατίθεσθαι vocat. Censorinus, 'urbem temulentus pervagari.' 'Ostiatim singulæ pererrare,' heic, est quod Petronius dixit, 'per totam civitatem errare, atque omnes porticus circumire.' Solomo cap. 3. Cantici, ἐν τῇ πόλει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις κυκλοῦν. *Pric.* *Ostiatim*] Onomasticon vetus: 'Ostiatim, κατὰ θύρας.' Lactantius II. 15. 'Et omnes ostiatim domos occupant.' *Idem.* *Forum cupedinis*] Forum piscarium, et in quo esculenta venduntur: relege quæ in primo commentario copiosius annotata sunt super hac dictione. *Beroald.*

Et ecce mulierem quampiam] Lucian. Κἂν τούτῳ γυναῖκά τινα ὁρῶ προσιοῦσαν ἔτι νέαν εὐπορουμένην, ὅσον ἦν ἐκ τῆς ὁδοῦ συμβαλεῖν· ἱμάτια γὰρ ἀνθινὰ καὶ παῖδες συχνοὶ καὶ χρυσίον περιττόν. ὡς δὲ πλησιαίτερον γίγνομαι, προσαγορεύει με ἡ γυνὴ, καὶ ἀμείβομαι αὐτῇ ὁμοίως. *Elmenh.*

Famulatione] Accedunt Reg. Fux. Guelf. Oxon. D'Orvill. Sed tum *famulitio* debuit scribi a *famulitium*,

quo turbam servorum notat Noster. Vide Flor. N. 22. item Martianum Cap. lib. vi. p. 227. viii. p. 271. 'famulitium Veneris:' et alibi sæpissime. Eadem varietas l. vi. p. 114. 'Una de famulatione Veneris.' In Glossis 'famulatio, θεραπεία.' jam Pricæo citatis. Male etiam in Oxon. est *sequenti*: in Par. *gaudentem*. Oud.

Famulatione] Famulorum ancillarumque multitudine, quod et famulitium dicitur, ut idem Appuleius ait in Floridis: 'Frequens famulitium, domus amplo ornata vestibulo.' Græce ait Lucianus, παῖδες πυκνοί, id est, frequentes ministri. *Beroald.* *Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione*] Aristænetus i. 8. Γυνή τις ἐν ἀγορᾷ προϊοῦσα, &c. ὑπὸ τῶν οἰκετῶν περιεστοιχίζετο κύκλῳ. Bardesanes de Bactrorum mulieribus, (apud Eusebium): Ὑπηρετούμεναι ὑπὸ παιδίσκων καὶ νεανίσκων μᾶλλον ἢ οἱ ἄνδρες. 'Frequenti' (inquit) 'stipatam famulatione.' Virgil. de apibus: 'Stipantque frequentes:' ubi Servius: 'Quodam quasi satellitio ambiunt.' Onomast. vetus: 'Σωματοφύλαξ, satelles, stipator.' Ibidem: 'Δορυφόρος, stipator, satelles.' 'Famulatio' heic est 'famulitium,' ut et vi. 'Una de famulatione Veneris.' In dicto vet. Onomast. 'Famulatio, θεραπεία.' Pollux iii. 8. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν οἰκετῶν, θεραπεία. Ms. Oxon. *sequente*, quod non amplector. Florid. ii. 'Lectum genus, frequens famulitium.' Infra lib. iv. 'Officio frequenti cognatorum et affinium stipatus.' Virgilius supra adductus, 'Stipantque frequentes.' *Pric.*

Accelerato vestigio] Infra: 'Dum accelero vestigium.' *Elmenh.*

Aurum in gemmis] *Mirum* Fux. *et in gemmis* Pith. Quia debuisset ex Scioppii opinione lib. iii. Susp. lect. c. 10. potius dici *gemmæ in auro*, ille, sequentibus Elmenhorstio, Scriverio, et Pricæi contextu, prætulit e Cod. Bert. cui accedere videntur Anglicani, *in genis*; ut intelligantur inaures, ex auribus in genas, si Dis placet, dependentes. Sed quis umquam inaures locavit *in genis*; aut quis Latine dixit *aurum inflexum in genis*? Ad hæc aurum solum tunc temporis parum ornamenti vel dignitatis erat auribus matronarum, elenchos et margaritas tum certatim gestantium. Quare unice veram puto vulgarem ante lectionem, et intelligi monilia χρυσόδετα, sive auro vincta et inclusa, quibusque aurum circumflexum, et incurvatum ac circumdatum est. Possuntque tam 'inaures,' quam 'collaris torques,' et 'crinalia' ornamenta designari. Ac passim hac in re 'aurum' et 'gemmæ' junguntur; ac 'de gemmis auro inclusis' adi Jurisconsultos, et Isidori Glossas in v. *Bæn.* Eleganter Ovid. lib. v. Met. 51. 'Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat Aureus, ornabant aurata monilia collum.' Lib. iii. Art. 128. 'Vos quoque non caris aures onerate lapillis, Nec prodite graves insuto vestibus auro.' Virgil. lib. x. Æn. 134. 'Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum, Aut collo decus, aut capiti.' Senec. Med. vs. 572. 'Auro textili Monile fulgens, quodque gemmarum nitor Distinguit aurum, quo solent cingi comæ.' Juvenal. S. vi. 458. 'Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil, Cum virides gemmas collo circumdedit, et cum Auribus extentis magnos commisit elenchos.' Adde Val. Flacc. vi. 669. &c. et Pricæum. Sed et sæpe Noster junxit, ut p. 26. 'Auro, veste, gemmis exornata mulier incedat.' Lib. v. p. 93. 'Auro facto, gemmosisque monilibus onustas sorores.' item p. 94. ut conjecit Lipsius, ita exhibet Ed. Vulcanii sec. 'Aurum in gemmis inplexum sive circumvolutum. Verum eo sensu construit cum aliis Appuleius id participium tertio casu: ut videbimus ad

lib. III. p. 53. 'Colloque meo manibus ambabus inplexa.' Plin. l. XXIII. 3. 'Crinibus aurum inplexum.' Nec raro *inflecti* et *inplecti* confunduntur. Vide Davis. ad Cæs. lib. II. B. G. cap. 17. Ac de verbo *confiteri* consule Burm. ad Petron. cap. 41. 'Lyæum Eviumque confessus.' *Oud. Aurum in gemmis*] Lucianus: ἱμάτια ἀνθινὰ καὶ χρυσίον πεπτὸν, id est, vestimenta florida, et aurum copiosum. *Beroald.*

Inflexum] Scilicet in gemmis. Sabinus jurisconsultus ait, gemmas inclusas auro cedere. Etenim cedit, cujus major est species. Unde si margaritæ auro ornandi gratia adhibitæ sunt, auro cedunt: si contra, aurum margaritis cedet. Idem, ut Ulpianus inquit, et in gemmis est, annulis inclusis: sed si gemmæ, ut habiliter geri possint, inclusæ auro fuerint, tunc aurum gemmis cedere autumat Paulus. *Idem.*

Hic intextum] Moris olim et etiamnum vestes auro intexere. Hier. Ep. XXII. de custo. virg. ad Eustoch. 'Quæ maritorum inflammantur honoribus, quas Eunuchorum greges sepiunt, in quarum vestibus attenuata in filum auri metalla texuntur.' Ovid. III. Met. vs. 556. 'Et pictis intextum vestibus aurum.' Cydonius de contemnenda morte pag. 11. Τὸ δὲ αὐτῷ μηχανᾶται καὶ περὶ τὴν ἀμπεχόνην, οὐ πρὸς τὰς τῶν ὡρῶν μόνον ὑπερβολὰς τοῖς ἱματίοις φραττόμενος· ὀλίγης γὰρ ἂν ἔδει πρὸς τοῦτο φροντίδος. νῦν δὲ ἐκεῖνο μὲν τῇ φύσει καὶ ζώοις ἀπέῤῥιψεν· ὁ δὲ λόγος πολλὴν κἀν τοῖς ἱματίοις ἐξεῦρεν αὐτῷ τὴν ἁβρότητα, καὶ γῆς καὶ ὕλης διαφορὰν ἐξέτησε, καὶ ἄνθος ἐξεῦρε καὶ χρυσὸν συνύφηνε, καὶ παντοδαπῶν ζώων τε καὶ φυτῶν ἰδέας ἐν τούτοις διέγραψε, καὶ ἱματίων ἰδέας ἄλλας ἄλλοις ἀπένειμεν, ὡς ἂν ἕκαστος γένους ἢ ἀξίας, ἢ ἡλικίας ἔχων τυγχάνῃ. *Elmenh.* Cyprian. de bono pudicitiæ: 'Vestibus aurum intexere quasi pretio est vestes corrumpere. Quid inter fila staminum delicata rigida faciunt metalla?' &c. Virgil. VIII. Æn. 'chlamydemque auro dedit intertextam.' *Brant. Hic intextum*] Scilicet in tunicis. Aurum intexere vestibus, invenit Attalus rex: unde nomen Attalicis: auctor Plin. in octavo. Fiunt ex auro textili vestimenta, sine alia materie: quali paludamento indutam Agrippinam vidisse se refert idem Plin. netur enim aurum, ac texitur lanæ modo, et sine lana. Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius tradit. *Beroald. Aurum, &c. heic intextum, &c.*] Lib. IV. 'Vestes sericæ intextæ filis aureis.' Æneid. IV. 'Tyrioque ardebat murice læna Demissa ex humeris, dives quæ munera Dido Fecerat, et tenui telas discreverat auro.' Scriptor de bono Pudicit. in Cypriani Operibus: 'Vestibus aurum intexere, quasi pretio est vestes corrumpere. Quid inter fila staminum delicata rigida faciunt metalla,' &c. Infra hic lib. IV. Hieronymus ad Eustoch. 'Quos Eunuchorum greges sepiunt, in quarum vestibus attenuata in filum auri ramenta texuntur.' Basilius (Homil. εἰς τ. πλουτοῦντας) de uxore sumptuosa: Χρυσὸν, τὸν μὲν χαλκεύουσα, τὸν δὲ ἐξυφαίνουσα. Gloss. 'Intertextum, παρύφαντον.' *Pric.*

Matronam confitebatur] Ex cultu ornatuque matronali apparebat, eam esse matronam summatem. Cultus magnificus, ut Græco versu testatum est, addit hominibus auctoritatem. *Beroald. Aurum in gemmis et in tunicis, &c. matronam profecto confitebatur*] Justinus lib. XX. 'Ut matrona auratas vestes, cæteraque dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ, deponerent.' Capitolinus in Galieno: 'Gladiatores pompabiliter ornatos cum auratis matronarum vestibus.' Hieronymus ad Demetriadem: 'Ut taceam de inaurium pretiis, candore margaritarum, &c. ad quæ ardent et insaniunt studia matronarum.' Idem I. contra Jovinianum: 'Multa

esse quæ matronarum usibus necessaria sunt: pretiosæ vestes, aurum, gemma,' &c. Propertius: 'Matrona incedit census induta nepotum.' 'Confitebatur,' est, ostendebat, palam faciebat. Juvenalis: 'Mors sola fatetur Quantula sunt hominum corpuscula.' Idem: 'Et quos præcipue fugiam properabo fateri.' Et alibi: 'Mollissima corda Humano generi dare se Natura fatetur.' Seneca Epist. CXX. 'Non ille gradus lassitudinem facit in quo deficimus, sed ille profitetur.' Cyprianus Epist. 62. 'Quantum dedecoris et criminis confitetur!' Lactantius VII. 7. 'Ea ipsa ratio qua constare ac regi omnia sentiuntur, solertissimæ mentis artificem confitetur.' Seneca Suasor. I. 5. 'Confessio servitutis est, jussa facere.' Hoc sensu infra heic VIII. 'clamare' occurrit. 'Quem circum capellæ pascentes opilionem esse profecto clamabant.' *Pric.* *Matronam p. confitebatur*] Virgilius: 'Quæ te sola puer multis e matribus unam Prosequitur.' Ubi Servius: 'E matribus, e nobilibus: nam Matres non nisi nobiles dicimus, unde et Matronæ dictæ.' Clemens de rebus Petri: Τῶν εὐγενῶν τὰς ἐπιφανεστάτας, καὶ ἃς ὁ λόγος ματρῶνας οἶδε καλεῖν. *Idem.*

Jam gravis in annis] Ms. D'Orvill. *en! ann.* a Vulc. Ed. sec. exsulat τὸ *in.* Vide Pricæum. Sed contra Appuleii stylum, ut jam monui, et l. XI. latius videbimus. Ex Sophoclis Ajace, apud Suidam in Δύσοργος· ἐν γήρᾳ βαρύς. Immo p. 27. 'Vini in ætate pretiosi:' quo loco adi Pricæum. L. IV. p. 81. 'Major in ætate.' L. VI. p. 112. 'in laboribus defessus:' ubi rursus alia vide. *Oud.* *Hujus adhærebat lateri senex jam gravis annis*] Ut matronam decebat. Seneca Controvers. II. 7. 'Matrona quæ se adversus sollicitatores tutam volet, prodeat intantum ornata, ne immunda sit: habeat comites ejus ætatis, qui impudicos, si nihil aliud, verecundia annorum submoveant.' Macrob. Saturn. II. 5. 'Averterant in se populum in spectaculo Livia et Julia comitatus dissimilitudine: quippe cingentibus Liviam gravibus viris: hæc juventutis, et quidem luxuriosæ, grege circumsedebatur.' Et nota, in hoc, et Senecæ loco, 'matronarum comites:' sic 'matronæ' et 'comitis' mentio in l. XV. ff. de injur. 'Senex gravis annis:' ut infra VIII. 'Senex annis gravatus.' Plinius lib. VI. Epist. 20. 'Se et annis et corpore gravem.' Calpurnius IV. Ecloga: 'Num precor informis videor tibi? num gravis annis?' Theocritus: Πολλοῖσι βαρὺς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς. Virgilius: 'Annis gravis, atque animi maturus Acestes.' Isidorus Orig. XI. 2. 'Quinta ætas, senioris: id est, gravitas: quæ est inclinatio a juventute in senectutem.' Scholiastes ad Sat. II. Juvenalis: 'Vir gravis' (id est, annis gravis) 'corrumpitur a juvenibus.' Ait, 'adhærebat lateri.' Martialis: 'Deinde hærere tuo lateri, præcedere sellam.' Hieronymus ad Furiam: 'Nec procurator calamistratus, nec formosus collactaneus, nec candidulus ac rubicundus assecla adhæreat lateribus.' Infra hic lib. IX. 'Nequissimæ anus adhærens lateri temerarius adulter.' *Pric.*

Est, inquit, Hercules hic Lucius] Delevi pronomen *hic*, auctoribus Mss. quinque. Uncis jam incluserat Scriverius. In Ms. Oxon. *Et tu, inquit, Hercule Lucius.* Reg. Fux. *En! inquit, Hercules! Lucius.* Quod verum censeo. Auctorem nostrum maluisse dicere *Hercules*, quam *Hercule*, vel *me Hercules*, infra probabimus. *Oud.*

Et offert osculum] Sic 'osculum offerre' lib. XXXIV. Justinus. *Pric.*

Obganniit] D'Orv. *obgannuit.* Oxon. *obgannivit.* Par. *agganiit.* Sic 'aggarrire' Martiano Cap. init. At imitatus Noster est Terentium Phorm. V. 8. 41. 'Ei quod ad aurem obganniat.' Vide ad l. V. p. 107. 'in aures

gauniebat.' *Oud.* *In aurem obganniit*] Ita Mart. 'Gannis in aurem semper omnibus Cinna.' Unde et 'obgannire' ductum est, quod significat murmurare. Et 'gannitio' apud Veteres significat canum querulam murmurationem. 'Gannitum' quoque nonnulli humanam vocem vocaverunt. Unde 'obgannire in aurem,' est secreto loqui, et veluti immurmurare. Afranius: 'Gannire ad aurem nunquam didici.' *Beroald.*

Quin, inquit, etiam, ipse parentem t. accedis et saluta] *Ipse* sine τῷ *vel* exhibent Flor. Reg. Fux. Oxon. Par. D'Orvill. *et ipse* Lips. Ac recte quidem *ipse* pro *ipsam*, quod est in Edd. Vett. Sed *vel* non temere damnem, ab iisdem et aliquot Mss. expressam. In Pith. *vel ipsam.* Emphatice eam particulam addi vel pueri sciunt. Vide ad l. IV. p. 82. 'Vel anxiatum iri:' et seq. τῷ *ipse.* Cic. l. II. Ep. ad Fam. VI. 'Vel ex hoc ipso.' Nam male vulgo separant *inquit etiam:* prius senex mulieri in aurem obganniit, ut alloqueretur Lucium, sed tum conversus ad ipsum inquit etiam: 'Quin vel ipse accedis parentem?' Dein perperam *accedas* est quoque in Guelf. et D'Orvill. et *salutes* in Fux. *saluta* in Guelf. *Quin* sensu adhortantis jungitur indicativo. Adi ad l. III. p. 46. 'Quin aggredimur.' Roaldus, qui inseri e codice volebat *prope*, ut infra, videtur ob oculos habuisse verba p. 23. Ed. Pric. 'Et utpote pignori meo longe provisum cupio,' ac legisse, *ut prope pign.* Oud. *Vel ipsam parentem*] Verba sunt senis, hortantis Appuleium, ut matronam salutet, veluti parentem ac matrem: id enim venerationis nomen est. *Beroald.* *Accedis, et salutas*] Luc. XXII. 47. Ἤγγισε τῷ Ἰησοῦ φιλῆσαι αὐτόν. Josephus Bell. Jud. I. 20. Ἤγγισεν, ὡς ἀσπασάμενος. Florid. IV. Noster: 'Adeunt ac salutant.' *Pric.*

Vereor ign. m. feminæ] Ἀρχαϊσμός. *Elmenh.* Male Beroaldus existimat extrinsecus subintelligendum esse *me offerre, tradere*, vel simile quid. Genitivum enim Appuleius posuit antique pro Accusativo: cujus exempla aliquot ex Afranio, Pacuvio, Accio, Varrone protulit Nonius cap. de numer. et casib. et quidam legunt etiam in Plauto Mil. Gl. IV. 6. 51. 'Mei veretur.' Vide etiam J. Palmer. Spicil. in t. IV. Thes. Crit. p. 733. et Stewech. infra ad voces 'porcum opimum.' Pith. *mihi ign.* Oud. *Vereor, inquam, ignotæ mihi fœminæ*] In Menechmo Plautina: 'Certe hæc mulier aut insana est, aut ebria Messenio, Hominem quæ ignotum compellat me tam familiariter.' Orientius sequiorem sexum in Commonitorio instruens, 'Oderit ignotis audax attollere vultus.' De Augusto Nicol. Damascenus: Ἀσπάζεσθαι, &c. ὃν οὐκ ᾔδει ὁπόθεν εἴη, &c. χαλεπὸν ἦν. Adde Joh. X. 5. *Pric.* *Ignotæ mihi fœminæ*] Extrinsecus subintelligendum, me offerre, vel tradere, vel aliquid simile. *Beroald.*

Rubore suffusus] Passim Appuleium adhibere præpositionem *in* pro *per* sive sensu caussæ, modi, vel instrumenti, monui jam sæpius: quod mutare non debuerat Salm. in Solin. p. 18. 'Adolevit puer in spiritu regii sanguinis:' ut est in Mss. optimis et Edd. Vett. Et sic cum participio mox, 'in adspectu micantes.' L. VI. p. 112. 'In laboribus defessa.' Quia tamen Mss. Flor. Lips. Palat. Bert. Reg. D'Orv. non agnoscunt hic loci præpositionem, neque Edd. Vett. præter Juntinas et Aldinam, vix ausim eam hic admittere. Vide ad Virg. G. I. 430. In D'Orvill. male *fusus.* Ex Aldina lectione faciebat Groslotius *in ruborem s.* Oud. *In rubore suffusus, &c.*] Petronius: 'Perfusus ego rubore,' &c. Ovidius: 'Subitusque invita notavit Ora rubor.' Idem: 'Confusa pudore Sensi me totis erubuisse genis.' Virgilius: 'Plurimus ignem Subjecit rubor, et

calefacta per ossa cucurrit.' Seneca Epist. XI. 'Ubi se collegit, verecundiam, bonum in adolescente signum, vix potuit excutere.' *Pric.*

Rejecto capite] Temere nimis mutarunt hæc viri docti quidam, in quibus perperam omnino Vulc. Ed. sec. et Wower. ediderunt *retecto*. Rectius omnino foret, quod cum Colvio conjecit Lipsius, et edidit Scriverius, *dejecto*, sive in terram submisso vultu, ut solent pudibundi. Vide ad Suet. Aug. cap. 79. Hinc in simili plane re Achill. Tat. l. VII. p. 453. εἰς γῆν κατένευσα. Verum hic plus fecit Lucius, nec tantum præ pudore vultum submisit, sed nolens nec audens accedere, vel oculos in Byrrhæna defigere, avertit se Lucius, et resistens caput in tergum rejecit. Ac videtur Auctor respexisse ad Græcum ἐντρέπεσθαι, præ pudore faciem avertere. Utrumque reverentiæ caussa junxit Herodianus l. III. c. 11. Μήδ' εἰς αὐτὸν βλέπειν, ἀλλ' ἀποστρέφεσθαι καὶ κάτω βλέπειν. Huc pertinet quoque circumversio corporis in adoratione. Vide Brisson. de Form. l. I. p. 37. 'Rejicere' passim homo dicitur ea, quæ in dorsum versus removet. Vide ad Phædr. Fab. 83. Similiter puella, quam mediam a tergo amplexus erat amator, se convertens, 'rejecit se in eum' apud Terent. Andr. I. 1. 109. ut apud Mart. Cap. l. IX. p. 302. 'Resupina paululum recliuisque pone consistentis sese permisit amplexibus voluptatis.' Sic enim leg. e Mss. Vulgo *consistens* sine sensu. Sic 'se in grabatum rejicere' Petron. c. 91. ubi vide Burm. Contra de annuente videbimus in loco, quem hic citant viri docti, p. 223. Ed. Pr. e Mss. esse legendum: 'Quod nollem, relato; quod vellem, dejecto capite monstrarem.' *Oud.* *In rubore suffusus, rejecto capite restiti*] Officium mutuæ salutationis præ verecundia vitavit. Apposite Seneca pater jam citata controversia: 'Ferat jacentes in terram oculos, adversus officiosam salutationem inhumana potius quam inverecunda sit, etiam in necessariam resalutandi vicem multo rubore confusa.' Scripsimus in Appuleio nostro *rejecto*, non *dejecto*. Ita et Cod. Oxon. Infra lib. X. 'Verbis nutum commodare, ut quod vellem relato, quod nollem dejecto capite monstrare:' quo et loco *rejecto* scripserim. *Pric.*

Obtutum in me conversa] D'Orv. *reversa*. Palat. Guelf. *conv. in me*. Minus autem bene edidit Scriverius *obtutu*. Est enim Græcismus notissimus et Auctori frequens, 'conversa obtutum,' sive conversos in me habens oculos vultumque. L. VIII. p. 158. 'Toro faciem inpressa.' Alibi 'revincta corpus,' 'infectus manus,' 'æstuans nares,' &c. Vide ad l. VIII. p. 172. 'Faciem pigmento deliti.' De *obtutu* vide Burm. ad Val. Flac. VII. 88. 'Obtutu consurgit ab alto:' de Deo Socr. 'Obtutu hebeti visuntur.' Solin. p. 36. 'Obtutu terram contuentur:' p. 37. 'In obtutu sine nutatione contendit.' *Oud.* *Obtutum in me conversa*] Infra heic: 'Omniumque, &c. obtutus in unum quempiam, &c. conferuntur.' Et, 'Obtutum acerrimum in me destituit.' *Pric.* *Obtutum conversa*] Oculis in me defixis. *Berould.*

En, inquit] Verba matronæ Byrrhenæ ad Appuleium, quem recognovit ex lineamentis vultuque materno: nihil enim dubium est (ut Columellæ verbis utar) quin ipsa natura sobolem matri similem esse voluerit: et parentum notæ plerunque natis inhærent. *Idem.*

Salviæ] Nomen est matris Appuleii. Alias herba est cana, odorata, mentæ similis: vulgo nota. Herbarii Græce 'Elelisphacon' vocant: a qua fortassis 'salviatum' deducitur, quod genus est liquaminis sive potionis, cujus Columella et Plinius meminerunt. Quidam non *salviatum* legunt, sed *saliviatum*, a saliva, hoc est, succo, in-

clinata dictione. *Idem.*

Generosa proles] Miror, Vulc. Ed. sec. Elmenhorst. Scriverium, &c. potuisse huic ultimæ voci substituere τὸ *proles.* Quod si vel maxime in quibusdam Mss. reperiretur, glossam tamen esse pateret satis. Sed Mss. bene retinent *probitas,* et optime defendit Pricæus. Est enim verecundia matris, in ore Lucii filii elucens, cujus signa dederat per ruborem ingenuum et capitis rejectionem. Ea igitur voce simul et mater et filius maxime laudantur. Immo sic legendum esse docent sequentia, *sed et cetera corporis,* quæ non cohærerent, si *proles* scripsisset Auctor. Ineptius multo Wowerius novam vocem finxit *prolitas.* Oud. *En, inquit, sanctissimæ Salviæ matris generosa proles*] Virgilius v. 'Veterumque agnoscunt ora parentum.' Idem VIII. 'Et totum lustrabat lumine corpus :' ubi Servius : 'Paterna in eo lineamenta cognoscens.' Communis lectio *proles* non est incommoda. Virgilius : 'Deum certissima proles.' Et, 'Salve vera Jovis proles.' Posset et *soboles* legi : sic infra heic lib. X. 'sobolem generosam' dixit : prætulerim veterem tamen scripturam, *generosa probitas :* quomodo et clare legitur in Oxon. Cod. 'Probitatem' vocat maternam in Lucio oris verecundiam. Statius : 'Dulci probitate rubentem.' Idem de Crispini puero : 'Tunc hilaris probitas, et frons tranquilla,' &c. Plinius XXXVII. 2. de Pompeio : 'Illius probi oris, venerandique per cunctas gentes.' Donatus ad I. 1. Andriæ, 'vultus probitatem' dixit. Sic Seneca Epist. LXVII. 'vultum probum.' Jam et αἰδήμονας in linguæ Latinæ usu 'probi oris,' ἀναιδεῖς 'improbos' dici, qui bonos terunt Scriptores facile concedent mihi. *Pric.*

Sed et cetero corporis exæquabiliter ad regulam, quamd. a. adfigunt, sunt congruentia] Vitiose *cetero* Edd. Ber. Col. *cuncta* Flor. pr. Pal. Guelf. et Beroaldi notæ cum Ed. Scriverii. Non male. Eadem varietas l. III. p. 61. Dein quod Colvius dedit e Ms. Lipsii, cui favet Palat. *inexplicabiliter,* omnes dein secuti sunt pro *exæquabiliter,* quod, probante G. Vossio, ante vulgo edebatur, vel *exæqualiter,* ut in Bas. pr. Sic 'inexplicabilis voluptas simulacri divini' l. XI. p. 257. i. e. ἄῤῥητος, ἀνεκδιήγητος, seu quæ verbis explicari nequit. Vulgo etiam 'inexplicabilis admiratio' de Mundo p. 707. Ed. Flor. et 'inexplicabilis sitis' de Phil. Mor. p. 613. Sed cum duobus illis locis non in laudem, at vituperium loquatur, malim ibi cum aliis Mss. *inexplebilis,* Gr. ἄπληστος, ut de Phil. Mor. p. 599. Apol. p. 437. Flor. N. 20. Florus l. III. c. 21. Vide Burm. ad Lucan. l. I. 509. 'Plenus abit visu.' Immo cum in ceteris Mss. sit *inexecrabiliter* vel *exsecrabiliter,* in Reg. *inexsacrabili,* Fux. *inexaciabili,* Heinsius aliquando conjecit *exasciabiliter,* sed dein maluit, *en! exæquabiliter.* At non inepte suspicari licet, ab Auctore relictum fuisse *inextricabiliter,* cujus vocis meræ glossæ sunt *inexplicabiliter* vel *inexæquabiliter,* ut maluerunt alii. Est enim *inextricabiliter* tam apte, tam pulchre, ut nequaquam *exæquari* vel *explicari* queat. Belg. *onnavolgbyk en onuit drukkelyk.* L. X. p. 216. 'Morbi inextricabilis veterno inplicitus :' ubi in Mss. aliquot etiam *inexecrabilis.* Plin. l. V. Ep. 9. dixit 'inexplicabili morbo.' L. XI. p. 257. 'Fatorum inextricabiliter contorta retractas licia :' ac sæpius Appuleius hac voce utitur eodem sensu, quem præbet vox *inexplicabilis,* de qua adi Periz. Misc. Obs. V. VIII. T. I. Corrupta etiam hæc vox in *explicabile* contra metrum erat apud Sil. Ital. l. IV. 585. 'Inextricabile litus.' Virg. Æn. VI. 25. 'inextricabilis error.' Solin. c. 29. 'Ad quam diu iter inextricabile fuit :' ubi in Voss. qu. etiam *inexplicabile :* ex Plinii l. V. c. 5. Sopingius

autem conjecerat ad marginem, *Polycleti ad regulam:* ut respexerit Auctor ad regulam Polycleti, de qua apud Lucian. περὶ ὀρχήσεως t. II. p. 308. et de morte Peregrini t. III. p. 331. aliosque. Sed passim simpliciter *ad regulam* seu πρὸς κανόνα, et *ad amussim* dicitur. Vide Gruter. Ceterum adsentior viris doctis, in quibus Sopingius, Salmasius, N. Heins. illa, *qua d. a. affingunt* vel *adfigunt*, aut *adsignant*, vel *effingunt*, *sunt*, delentibus, uti nata ex glossemate hominis explicantis τὸ *regulam*. Nec comparet τὸ *sunt* in Palat. Oxon. Par. Fux. Reg. D'Orvill. *Sin* Pith. E textu jam ejecerunt Vulc. Ed. sec. Scriv. Pric. Florid. *Oud.* *Æqualiter ad regulam*] Quasi dicat, cuncta corporis in Appuleio membra congruere maternis membris, veluti ad amussim, quæ regula est fabrorum, qua architecti utuntur ad opus probandum: de qua ait et Maro: 'nil ut deliret amussis.' *Beroald.* *Sed et cætera corporis ad regulam inexplicabiliter, &c. congruentia*] 'Ad regulam,' πρὸς κανόνα; exactissime nempe et faberrime facta. Theophylactus ad Philipp. III. 16. Ὁ κανὼν οὔτε πρόσθεσιν ἔχει, οὔτε ἀφαίρεσιν. Niceph. Gregoras lib. X. de Logotheta Metochita: Πάντα (τοῦ σώματος) σύμμετρα κεκτημένος, ὥσπερ ὑπὸ κανόνι καὶ σταθμῇ τῆς φύσεως τελεσιουργησάσης αὐτῷ τήν τε ἡλικίαν ὁμοῦ πᾶσαν, καὶ αὖ καθ' ἕκαστα τῶν μελῶν καὶ μερῶν. Ammianus de Juliano Imperat. 'Humeris vastis et latis, ab ipso capite usque ad unguium summitates lineamentorum recta compage.' Suetonius de Tiberio: 'Latus ab humeris et pectore: cæteris quoque membris omnibus usque ad imos pedes æqualis et congruens.' Herodianus de Commodo, τὴν ὄψιν ἀξιοθέατος σώματος συμμετρίᾳ. De psittaco Noster in Floridorum Excerptis: 'Corpus tam concinnum, ut neque oppido parvum, neque nimis grande sit, sed quantum satis ad usum decoremque.' Contra de Caio Suetonius: 'enormi corpore:' id est, ad regulam sive normam minus congruo. Sic 'flexi et enormes vici' apud Tacitum XV. Annali. Gloss. '῎Αρυθμος, &c. enormis.' In vet. Onomast. 'Enorme, ἄμετρον.' *Pric.*

Succulenta proceritas] Dictiones præposteræ, quæ ita in ordinem redigendæ sunt: *Inenormis proceritas, succulenta gracilitas:* ut, quasi per antitheton, singulis singula opponantur: quæ locutio splendida est. Vult enim significare, in Appuleio fuisse corporis proceritatem, sed inenormem, hoc est, moderatam, non immodicam: et ob hoc decoram fuisse gracilitatem, sed succosam, ut ita ex contrariis fiat temperamentum formositatis. Tale enim corpus habilissimum est, ut ait Corn. Celsus: nam longa statura, ut in juventa decora est, sic matura senectute conficitur. Gracile autem corpus infirmum, obesum, hebes est. Talis statura quadrata ab eruditis nuncupatur, de qua scripsimus in X. commentario apud Suetonium: qui tradit, Vespasianum fuisse statura quadrata. *Inenormis* significatur non enormis: hoc est, non nimia, neque immodica. Cic. in Topicis: 'privativa' appellat, quæ Græce στερητικὰ dicuntur, in quibus adjecta est præpositio *in:* hæc enim syllaba cum fuerit apposita, demit fere aliquid ex ea vi quam esset res quælibet habitura, si *In* syllabam præpositam non haberet: ut humanitati 'inhumanitas,' dignitati 'indignitas.' *In* namque adposita id de quo dicitur humanitate ac dignitate privavit. Unde et Boëtius scienter, hanc orationis particulam 'privatoriam syllabam' vocat, in quarto commentario Topicorum. Sicut autem *enormis* dicitur grandis et prolixus, ita *inenormis* proceritas significatur statura quidem longa, sed non enormitate deformis, et quæ mediocritatis temperamento decora sit. Consimiliter 'gracilitas

succulenta' dicitur, cum neque nimis gracile, neque nimis obesum corpus est: quæ res hominem venustat. 'Succulentum' dicimus succi plenum, et quasi succosum: quod tamen neque obesum aut pingue sit: qualis habitudo laudatur. Sidonius Apollinaris tradit, Theodericum regem fuisse colli non obesi, sed 'succulenti.' *Beroald.*

Inenormis proceritas] Lucianus in de Saltat. Μήτε ὑψηλὸς, καὶ πέρα τοῦ μετρίου ἐπιμήκης, μήτε ταπεινὸς καὶ νανώδης τὴν φύσιν, ἀλλ' ἔμμετρος ἀκριβῶς. Sidonius de Theodorico: 'Corpore exacto, longissimis brevior, procerior eminentiorque cæteris.' 'Decoram proceritatem' Tacitus Annal. dixit. Ejusmodi vocant Græci κεκανονισμένην ἡλικίαν: de qua, et id genus cæteris exactam venustatem implentibus, videantur quæ ad prædictam Sidonii Epistolam annotavit in de Pictura Veterum, eruditione, vitæque integritate vir illustris, Franciscus Junius. 'Inenormem proceritatem' autem dum dixit Noster, Suetonium sectatus est. De Vitellio ille: 'Erat enim in eo enormis proceritas.' *Pric.*

Succulenta gracilitas] Maximianus: 'Quærebam gracilem, sed non quæ macra fuisset.' Lucianus in de Gymnas. Τὴν ἕξιν οὔτε ῥικνὸς καὶ κατεσκληκὼς, οὔτε περιπληθὴς εἰς βάρος· ἀλλ' εἰς τὸ σύμμετρον περιγεγραμμένος. Idem ibidem: Οὔτε πολύσαρκος, οὔτε εἰς ὑπερβολὴν λεπτός. Et in hac medietate laus. Celsus II. 1. 'Gracile corpus infirmum, obesum hebes est.' *Idem.*

Rubor temperatus] Plinius I. Epist. 14. 'Facies liberalis, multo sanguine, multo rubore suffusus.' Sidonius ubi supra: 'Lactea cutis, quæ propius inspecta juvenili rubore suffunditur.' Statius: 'Purpureo suffusus sanguine candor.' Petronius: 'Mellea purpureum depromunt ora ruborem, Lacteaque admixtus sublimat pectora sanguis.' Servius ad Æn. VIII. 'Formosos dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat.' Ita locus ille corruptissimus emendandus. Theophylactus Simocatta: Αἱ παρειαὶ οὔτε κατέρυθροι, γυναικῶδες γάρ· οὔτε πάλιν ὠχρότητι τὴν εὐπρέπειαν ἐπεστύγναζον. *Idem.*

Rubor temperatus] Galenus ἐν μικροτέχνῃ, inter signa craseos, hoc est, complexionis, vel (ut Latinius loquar) constitutionis bonæ, enumerat colorem ex rubore candoreque concretum, capillos flavescentes, et modice crispos. *Beroald.*

Flavum] Flavi capillitii magna olim cura, magnus honos. Statius Achil. I. vs. 162. 'Fulvoque nitet coma gratior auro.' Ovidius de Cydippe: 'Hoc faciunt flavi crines et eburnea cervix:' et lib. II. Fast. de Lucretia: 'Forma placet, niveusque color, flavique capilli.' *Elmenh.*

Capillitium] Coma et capilli. Sic enim a 'capillo' dicitur 'capillitium:' ut a 'famulo' 'famulitium,' a 'satellite' 'satellitium.' *Beroald.*

Inaffectatum] Ipse in Apologia capillos sese habuisse tradit non amœnos ac delicatos, nec ad lenocinium decoris promissos, quales *affectati* dicuntur, cum affectatione quadam et cura studiose colantur ab his qui (ut ait Seneca) 'solicitiores sunt de capitis sui decore quam de salute: qui inter speculum pectinemque occupati sunt, qui concinniores esse malunt quam honestiores, qui rempublicam suam turbari minus curarent quam comam.' Archigenes medicus cosmotica, hoc est, medicamenta ad capillos venustandos composuit: quibus docet, flavos et crispos capillos fieri spuma salis, myrrha commixta. Galenus quoque non parum multa commemorat cosmoticorum, quæ nigricant, candicant, ruffant capillos: quæ fœminarum effeminatorumque peculiaris cura est: aitque vidisse mulieres complusculas immodica affectati capillitii curiositate defunctos, cum caput hujuscemodi pharmacis medicamentisque letifera frigiditate vexarint. 'Calliblephara' dicuntur a

Græcis, et a Plin. nostro, medicamenta, quibus oculorum palpebræ et supercilia venustantur, et capilli inficiuntur: quod et alibi annotavimus. *Idem.* *Flavum, &c. capillitium*] Infra lib. x. 'Flavis crinibus usquequaque conspicuus.' In Veterum Catalectis: 'Capillulos, Flavos, lucentes ut aurum nitidum.' Tertullianus de Cultu fœmin. cap. 6. 'Ecce (inquiunt) pro albo vel atro, flavum facimus gratiæ faciliorem.' Herodianus de Commodo: Κόμη ἦν φύσει ξανθὴ καὶ οὔλη. Ælianus de Atalanta: Ξανθὴ ἦν αὐτῆς ἡ κόμη, οὐ πολυπραγμοσύνῃ καὶ βαφαῖς, καὶ φαρμάκοις, ἀλλ' ἦν φύσεως ἔργον ἡ χροιά. 'Inaffectatum' heic est, quod in re simili Petronius 'suo flexum ingenio' vocavit: vel (ut Noster de hoc ipso capillitio suo in Apologia) 'ad lenocinium decoris minime compositum.' *Pric.*

Oculi cæsii] Cærulei, viridisque coloris. Cæsius enim color viridis cæruleusque significatur, quem et alio nomine 'glaucum' nuncupant: a Latinis veteribus 'cæsia' dicta est, quæ Græcis 'Glaucopis' dicitur: ut Nigidius ait, de colore cœli, quasi 'Cœlia.' Catullus 'cæsium' leonem appellat, a colore oculorum cæruleo. Corn. Celsus in VII. 'Pupillæ,' inquit, 'color vel niger est, vel cæsius, cum summa tunica tota alba sit.' Aristot. in primo de Animalibus, cæsium in oculis colorem aliis esse tradit, aliis caprinum, quod morum optimorum indicium est, et ad cernendi claritatem primatum obtinet: et hoc est quod intelligi voluit Plin. cum ait in XI. conditos oculos clarissime cernere, sicut in colore caprinos. *Beroald.*

In aspectus micantes prorsus aquilinos, quoquo versum floridi] *In adspectu* verissime exhibent Mss. omnino omnes et Ed. Junt. post. pro quibus duabus vocibus male Vulc. Ed. sec. sive Scaliger et Wow. junctim expresserunt *inadspectu*, sive intuitu. 'In adspectu' passive significare potest 'cum adspicias,' ut apud Vitruv. l. III. præf. 'Non sunt inlustria neque adparentia in adspectu.' Male ibi exsulat præpositio ab Ed. Lætii. l. VII. c. 3. 'Fulgentes in adspectu imagines.' Hygin. Astron. l. IV. c. 16. 'Στίλβων totus acuto lumine, sed in adspectu non magnus.' Sic enim Mss. et Ed. Munker. non *adspectum*. Ad hæc *non* exsulat ab aliis, et in Cod. Voss. scribitur, *i. a. nagnus*, forte *nanus*, μικρός, vel active, per frequentem præpositionis pleonasmum, de ipsius Lucii adspectu, ut hic sumendum esse probat adject. *aquilinum*; ut apud Silium l. VIII. 564. 'Flagrabant lumina miti Adspectu.' Plura e Nostro vide apud Pricæum, qui monet, nonnullos legere *in adspectum*, de quo vide ad pag. 32. 'In adspectum dirige.' Sed hos ego nullos scio. Sed ante Vulc. Ed. sec. legebatur vulgo, *in adspectus aquilinos*, vel corrupte, ut in Edd. Junt. pr. Aldi, *aquilonis*. Sic enim viri docti in Mss. invenientes *aquilinos*, quod exstat etiam in D'Orvilliano, putarunt, se emendasse, dum pejus corruperunt. *Aquilini* exaratur etiam in Palat. Reg. Oxon. Guelf. probante Pricæo, nec male. Sed aliud quid latere videtur, atque ad sequentia pertinere 'quoque versum floridi;' ut quidem est etiam in Ms. Palat. Guelf. (in quo *rursum*) et Par. rescripsitque Colvius: quum in prioribus Edd. item Mss. Bertin. et D'Orvill. a manu sec. sit *floridus*: quod vel ad ipsum Lucium, vel ad ejus incessum referebat duriuscule Beroaldus. At variæ lectiones *aquilino, aquilinos, &c.* monent aliud ab Appuleiana esse manu. Inque optimis membranis Florentinis invenitur, *aquilino, os q. v. floridum*, et in Pithœano etiam, *aquilinos q. v. floridum.* Hinc opinor rescribendum: *in adspectu micantes, prorsus aquilini; os quoquo versum floridum.* Adi me ad Suet. Aug. c. 79. et de 'florido ore' Broukh. ad Tib. I. 1. 16. Porro pro *micantes*

in Bertin. est *mutantes*, in Reg. *minores*, quod nescio qui probare potuerit Roaldus. *Micaces* posset verum videri: uti ait Elmenh. scribi in Codd. lib. x. p. 234. 'Oculis' (Minervæ) 'in adspectu micacibus.' Sed falso. Nam *minacibus* illic habent et bene: ut illic videbimus. Lib. III. p. 56. 'micantibus oculis.' Lib. v. p. 109. 'micantium oculorum.' Adi Pric. Sil. lib. XI. 341. 'lumenque corusco Igne micat.' *Oud.* *Micantes*] Fulgentes et mobiles. *In aspectus aquilinos*] Aquila clarissima oculorum acie præcellens est, ut Plin. in x. et Appuleius in Floridis prodiderunt: unde 'aspectus aquilinus' dictus, quo acutissimus clarissimusque significatur. Antiqui aquilum colorem, qui est fuscus et subniger, ab aquila dictum esse autumant: alii ab aqua denominaverunt, cujus incertus est color. Aristoteles in nono de animalibus: 'Aquila,' inquit, 'acie oculorum valens sedulo advolat.' Halietus, quod aquilarum genus est, et interpretari potest marina aquila, inter cæteras clarissima oculorum acie præditus est: pullosque adhuc implumes cogit intueri adversus Solis radios; et si conniventem flentemque animadvertit, præcipitat e nido, velut adulterinum ac degenerem: illum, cujus acies firma contra steterit, educat. Hoc intelligi voluit Silius, cum ait: 'Phœbea dubios explorant lampade fœtus.' *Beroald.* *Oculi in aspectu micantes, &c.*] Maximianus: 'Grata, micans oculis, nec minus arte placens.' Pollux II. 4. Ὀφθαλμοὶ λάμποντες, φωσφόροι, &c. μαρμαρωγὰς ἀφιέντες, αἴγλην, αὐγήν. Rectum autem, *in aspectu*, non *aspectum*, ut nonnulli legerunt. Interpres vetus Judith. XI. 19. 'Non est talis mulier super terram in aspectu,' &c. Infra hic lib. x. 'Oculis in aspectu minacibus.' Et XI. 'In humano jam meo aspectu attonitus.' Τὸ *in* abundat. *Pric.* *Prorsus aquilinos*] Melius Oxon. Ms. *aquilini*. Idem.

Quoquo versum floridus] Ex omni parte corporis speciosum, et decenter amabilem Appuleium fuisse significat, et hic erit distinguendum, ut *floridus* ad hominem referatur. In hanc sententiam est illud Tibulli, in laudem Sulpitiæ depromptum: 'Illam, quicquid agit, quoquo vestigia movit, Componit furtim sequiturque decor.' Potes connectere et cum subsequentibus, ut ita sensus ordinetur: Quoquo versum floridus incessus. Post laudationem superiorum membrorum, laudatur et incessus, ex eo quod floridus esset, nec affectatus, quancunque in partem vestigia moverentur: 'impudicum' enim, ut inquit verissime Seneca, 'ostendit incessus, et relatus ad caput digitus.' M. Tul. præcipit in primo de Officiis, cavendum esse, ne incessu molliores simus, ne similes pomparum ferculis videamur. Quin etiam in Decretis canonicis, d. XLI. monentur sacerdotes, ut incessu ornati sint, ut gravitate itineris mentis maturitatem ostendant. In compositio enim corporis, ut August. ait, qualitatem indicat mentis. Unde Sallustius inter cætera hoc quoque Catilinæ probro dedit, quod ejus incessus modo citus, modo tardus foret. Laus ergo incessus in homine est, ut immeditatus sit, neque affectione infractus, suspensusque. Scribit Julius Firmicus, eos, qui Pleiades habent in horoscopo, molliter ambulantes vestigia suspendere; eosque pœnitere, quod viri nati sint. Ambrosius olim clericum, ne sibi unquam præiret, commonefecit: quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos sanctissimi hominis feriebat, qui mox ab ecclesia recessit: in cujus incessu lucebat imago quædam levitatis, scurrilisque discursatio. Gressus autem probabilis est, ut idem Ambros. refert in primo de Officiis, in quo sit species auctoritatis, gravitatis pondus, tran-

quillitatis vestigium. *Beroald.*

Immeditatus] Edidit Scriverius, *sed immed.* Cur ergo supra non reposuit, *flavum, sed inaffectatum capill.* ubi eodem modo copula *et* inseritur? Cave vero mutes *immeditatus*, licet in Oxon. et Ed. Vicent. sit etiam *immediatus*. In Flor. N. 17. 'Avium immeditatos sonores:' ubi olim idem vitii, male defensum ab Er. Puteano, insidebat. *Oud.* *Immeditatus incessus*] Ovidius: 'Est et incessu pars non temnenda decoris.' Cantic. Solomonis 7. 1. Τί ὡραιώθησαν διαβήματά σου ἐν ὑποδήμασί σου! In veteri Epigrammate: 'Sermone lepido, tum autem incessu commodo.' Cicero I. de Officiis: 'Cavendum est autem ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur; aut in festinationibus nimias suspiciamus celeritates.' Idem II. de Finibus: 'Si vultum, si incessum fingeres, quo gravior viderere.' 'Composita gravitate incedere,' Ammianus ib. XXVIII. dixit. *Pric.*

O Luci] Abest exclamandi particula ab Edd. Bas. Colv. Wow. contra Mss. Sed et p. 23. 'O Luci carissime.' p. 24. 'O Luci.' Lib. XI. p. 255. &c. Eadem varietas in Mss. quoque lib. III. p. 56. et lib. V. pag. 126. Ceterum Barthius lib. XXXIII. Adv. cap. 23. nomen *Lucii* putat esse amatorum aut amasionum, adlato Tertulliani loco in Apol. c. 3. 'Qui juvenis, quam Lucius, quam amasius.' At Cl. Haverk. ibi legit *pusus* vel *pusius*. Oud. *Ego te Luci meis istis manibus educavi*] Aristænetus I. 25. Τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, ἣν ταῖς ἐμαῖς ἀγκάλαις ἀνέτρεφον. Infra hic lib. VI. 'Adolescentem istum, quod meis manibus alumnatus sit, profecto scitis omnes.' Vide ad Act. 20. 34. notata. *Pric.*

Quid ni] Dictio comica est, quæ significat, cur non? Hor. 'Militia est potior quid ni? concurritur horæ Momento.' *Beroald.*

Non modo sanguinis, verum alimoniarum etiam socia] Lib. IV. 'Meus alioqui consobrinus, meçumque primis ab annis nutritus et adultus.' *Pric.*

Socia fui] Recte viri docti ejecerunt denuo *fui*, uncis a Scriverio inclusum: licet Lipsiano codici suffragetur D'Orvill. Sed in Pith. est *sociam*: unde vir doctus conjecit *socium*. In Oxon. *etiam alim.* Oud.

Nam ex familia Plutarchi ambæ prognatæ sumus] Voluit dicere, 'Genus ambarum se sanguine findit ab uno.' Γένος δέ μοι ἔνθεν ὅθεν σοι. *Idem.*

Et eamdem nutricem simul bibimus] Ὁμογάλακτες Arist. lib. I. Polit. eodem lacte nutriti, collactanei. *Brant.* Sic et ὁμογάλακτοι Longo in Pastor. lib. IV. p. 111. Male in Regio, Fux. *eadem nutrice vivimus.* Ceterum videtur *nutricis* vox de mamma posse capi. Adi P. Victor. lib. XX. Var. cap. 5. Barth. lib. XXXIII. Advers. cap. 12. Pier. ad Virg. lib. III. Georg. 55. Is. Voss. ad Catull. Nupt. Pel. et Teth. vs. 18. 'nutricum tenus.' Nec tamen ita hic sumas necesse est. *Oud.* *Eandem nutricem*] Idem lac nutritium hausimus. Vult intelligi, se fuisse collacteos. 'Collacteus' enim dicitur, qui uno eodemque lacte educatus est: auctor Caper grammaticus. *Beroald.*

In nexu germanitatis, &c.] Hieronymus: 'Individua mihi germanitatis caritate connexus.' Ammianus XXII. 'In nexum germanitatis a Maximino dilectus.' 'Necessitudinem germanitatis' Arnobius IV. et Lactant. VI. dixerunt. *Pric.* *Innexu*] Vinculo: una dictio est. *Beroald.*

Una coaluimus] Simul crevimus, adolevimusque: hoc enim significat 'coalescere:' sicut 'inolescere' est coaugmenti, 'exolescere' evanescentis, ut docet Agretius. *Idem.*

Aliud nos quam dignitas] Bas. pr. pro *quam* dat *præter*, quod valebit *præterquam*, ut Libr. περὶ ἑρμηνείας p. 645. Ed. Flor. 'Præter quod acce-

pit :' et alibi sæpius. Vide ad Cæs. lib. I. B. G. c. 5. 'Præter quod secum portaturi essent.' Sed in ceteris nulla est varietas. *Oud.*

Discernit] Disseparat, disjungit. *Illa*] Mater scilicet Appuleii. *Beroald.*

Clarissimas] Num proconsuli nupta? num præsidi? num senatori? Hi passim et præcipue in juris nostri libris *Clarissimi* vocati. *Colv.*

Privatas nuptias] Semel positum *nuptias*, bis debemus accipere: ut sit sensus: illa mater tua clarissimas nuptias fecit, ego vero privatas nuptias. Fœminæ autem nubentes clarissimis personis, clarissimarum personarum appellatione continentur: ut scribit Ulpianus. Radiis enim maritorum coruscare uxores dicuntur. *Beroald.*

PAG. 22 *Byrrhena*] Lucianus pag. 342. Καί φησιν, ἐγὼ Ἄβροιά εἰμι, εἴτινα τῆς σῆς μητρὸς φίλην ἀκούεις, καὶ ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐξ ἐκείνης γενομένους φιλῶ, ὥσπερ οὓς ἔτεκεν αὐτή. ὅτι οὖν οὐχὶ παρ' ἐμοὶ καταλύεις, ὦ τέκνον; ἀλλά σοι μὲν, ἔφην, πολλὴ χάρις· αἰδοῦμαι δὲ οὐδὲν ἀνδρὶ φίλῳ ἐγκαλῶν, ἔπειτα φεύγων τὴν ἐκείνου. οἰκείαν. ἀλλὰ τῇ γνώμῃ, ὦ φιλτάτη, κατάγομαι παρὰ σοί. ποῖ δὲ, ἔφη, καὶ κατάγῃ; παρὰ Ἱππάρχῳ τῷ φιλαργύρῳ, ἔφη; μηδαμῶς εἶπον, ὦ μῆτερ, τοῦτο εἴπῃς. λαμπρὸς γὰρ καὶ πολυτελὴς γέγονεν εἰς ἐμὲ, ὥστε καὶ ἐγκαλέσαι ἄν τις τῇ τρυφῇ. *Elmenh.* *Byrrhena illa*] Apud Lucianum consimilis matrona Ἄβροια, hoc est, Abræa, nuncupatur, quæ amicam familiaremque Luciani matris sese fuisse demonstrat. *Beroald.*

Educatores] Non solum ergo mulieres, verum etiam viri educandis pueris olim adhibiti. Noster lib. x. 'Ad quemdam compertæ gravitatis educatorem senem protinus refert.' Imperator Institut. lib. I. Tit. qui et ex quib. cau. man. non po. 'Veluti si quis patrem aut matrem, filium filiamve, aut fratres sororesve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat.' *Colv.* *Educatores*] Glossæ: 'Τροφεύς. nutritor, educator,' &c. In lib. III. de manumiss. vindict. 'Si collactaneus, si educator, vel capsarius.' Infra hic lib. x. 'Ad quendam compertæ gravitatis educatorem.' *Pric.*

Fiducia] Cum fiducia, hoc est, fidenter, et, ut vulgo dicitur, fiducialiter. Lucianus in hanc sententiam: τί οὖν οὐχὶ παρ' ἐμοὶ καταλύεις; id est, quid igitur apud me non devorteris? *Beroald.* *Accede itaque hospitium fiducia*] In Plautin. Trucul. 'Cur obsecro ante ostium pro ignoto alienoque adstas? I intro: haud alienus tu quidem es.' *Fiducia* nomen est pro verbali. Sic in vet. Onomast. 'Fiducia, τεθαῤῥηκώς.' Addit Byrrhæna, 'imo proprium Larem.' Apud Plautum Menechm. 'Mihi mira videntur Hic te stare foris, fores cui pateant Magis quam domus tua, domus cum hæc tua sit.' In Ejusdem Mostellaria: 'Perambula ædes oppido tanquam tuas.' *Pric.*

Sermonis ipsius mora rubore digesto] 'In verba jam fidentior,' ut infra lib. IX. loquitur. Ovid. VI. Metam. 'Subitusque invita notavit Ora rubor, rursusque evanuit, ut solet aër Purpureus fieri, cum primum aurora movetur, Et breve post tempus candescit Solis ab ortu.' *Idem.* *Rubore digesto*] Sequestrata verecundia, et depulso rubore, qui faciem occupaverat. *Beroald.*

Inquam, parens] Malit Pricæus, *inquam, mi parens*: ut alibi. Sed lib. I. in f. 'Remoto, inquam, joco, parens optima, dic:' dein *afficiis offici* Fux. *Oud.* *Parens*] Mater: reverentiæ nomen: sic et Lucianus, ὦ μῆτερ. *Beroald.* *Absit, inquam, parens ut Milonem hospitem, &c. deseram*] Cicero de Verre: 'Hæc ut audivit,' (de pulchra nempe Philodami filia,) 'sic exarsit, &c. ut statim ad Philodamum migrare se velle diceret. Hospes Ja-

nitor, qui nihil suspicaretur, veritus ne quid in se offenderit, hominem summa vi retinere cœpit.' Theophylactus ad 10. Matth. ubi de Christo discipulos emittente: Κελεύει προσμένειν, καὶ μὴ ἐξ οἰκίας οἰκίαν ἀμείβειν, ἵνα, &c. δόξωσι τοὺς πρῶτον δεξαμένους ὑβρίζειν. Pro *parens*, melius *mi parens* legas. Infra lib. IV. 'Parce, inquam, mi parens,' &c. Sic IX. 'mi herilis.' *Pric.*

Officiis integris] Tanquam officium mutiletur, si hospes deseratur. *Beroald.*

Quoties] Ita malui cum Ed. Junt. post. et viris doctis aliorum auctorum editoribus; licet in Mss. ubique *n* addatur librariorum more, ut fit multis vocabulis, de quibus ad Cæsarem dixi. *Oud.*

Apud te devortar] Perperam *apud* exsulat ab Ed. Junt. pr. In Ms. D'Orv. Guelf. est *divertar*, Fux. *devertar*, in Ed. Wow. *divortar*. *dev.* esse scribendum hoc sensu, constat inter eruditos. Mox *hujus* sine *modi* prave D'Orv. ut et alibi. Vide ad lib. II. p. 28. III. p. 54. *Idem.* *Devortar*] Verbum est hospitale: sic et Plautus in Pseudolo: 'Ego devortor extra portam huc in tabernam.' *Beroald.* *Quoties itineris hujus ratio nascetur, nunquam erit ut non apud te divortar*] Vide 4 Reg. 4. 8. apud Latinum Interpretem. *Pric.*

Altercamur] Altercationem quasi quandam usurpamus, vicissatim intendentes, depellentesque. *Altercari* pars est rethoricæ disciplinæ, constans aut intentione aut depulsione. Præcipit Quintilianus in VI. ut bonus altercator vitio iracundiæ careat, et ne turbidus et clamosus sit. Valet in altercatione plurimum acumen. *Beroald.* *Dum hunc et hujusmodi sermonem altercamur, &c. ad domum Byrrhenæ pervenimus*] Infra lib. VI. 'Dum sic mecum fustem quatiens benignus jocatur comes, jam domus eorum extremam loricam perveneramus.' Ibidem: 'Dum secum mitissimi homines de mea nece altercantur, jam ad domum perveneramus.' Achilles Tatius lib. VI. Ταῦτα διαλεγόμενοι, παρῆσαν ἐπὶ τὸ τῆς Λευκίππης δωμάτιον. Philostratus III. 15. Διαλεγόμενοι περὶ τῶν δρωμένων, ὁποῖα εἰώθησαν, ἀφίκοντο ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Scholiastes ad Plutum Aristoph. Παρεπεγραφὴ ὅτι εἰς τὴν οἰκίαν ἔφθασαν, τοὺς δὲ λόγους ἐκείνους πάντας ἐν τῇ ὁδῷ ἔλεγον. Lucianus Icaromenippo: Τοιαῦτ' ἄττα διεξιόντες, ἀφικνούμεθα ἐς τὸ χωρίον ἔνθα ἔδει αὐτὸν καθεζόμενον, &c. Virgilius: 'Talibus inter se dictis, ad tecta subibant Pauperis Evandri.' Terentius: 'Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum venimus.' Plutarchus Conviv. 7. Sapient. Ἐν τοιούτοις λόγοις γενόμενοι καθ' ὁδὸν, ἀφικόμεθα πρὸς τὴν οἰκίαν. Seneca de Vitæ brevit. cap. 9. 'Sermo, aut lectio, aut aliqua interior cogitatio, iter facientes decepit: pervenisse se ante sciunt quam appropinquasse.' Vide Luc. 24. 28. *Pric.* *Jam ad domum Byrrhenæ pervenimus*] Propertius: 'Et jam ad mandatam venimus ecce domum.' *Idem.* *Sermonem altercamur*] Mutarunt in *alternamus*, at injuria. Glossæ: 'Altercatio, &c. ἀμοιβαῖοι λόγοι.' Sic 'sermonem altercabilem conserere' apud Arnobium. *Idem.*

Atria longe pulcherrima, columnis, &c.] Ammianus lib. XXII. 'Atriis columnariis amplissimis.' *Idem.* *Atria longe pulcherrima*] Descriptio est Byrrhenæ domus; cujus atria cum primis extollit, quæ proxima januis sunt. Indicat M. Tul. epistola quadam ad Quintum fratrem, atriolum quasi minusculum atrium fieri solitum in majoribus ædificiis, in quibus est atrium majus. Atriorum longitudines quomodo formari debeant, docet Vitruvius. Grammatici *atrium* ab Adriatibus populis, sive ab atro fumo deduci autumant. Græci in ædificiis non utebantur atriis. *Beroald.*

Columnis quadrifariam stantibus] Quadratum atrium fuisse significat: sicuti in magnis domibus cavum ædium, peristylonque conspicimus. *Undique columnis septum:* quæ quadrifariam, hoc est, in quatuor partes excurrunt. Columnæ autem in angulis stantes, hoc est, ultimæ, dicuntur *antes,* quibus fabrica maxime sustinetur. Præcipit Vitruvius in III. columnas angulares crassiores faciendas esse quam medianas, propterea quod graciliores esse videntur aspicientibus. Columnarum genera quatuor: Doricæ, Ionicæ, Tuscanicæ, et Corinthiæ, quæ cæteris graciliores: præter has sunt Atticæ, quæ ternis angulis quadratæ. Græci στύλον columnam dicunt. Inde tetrastylon, decastylon, a numero columnarum. Inde et pycnostylon dictum ædificium, in quo densæ spissæque sunt columnæ. *Idem.*

Attollebant] Accedunt Mss. Becichemi Ep. LXXIV. D'Orv. Oxon. Par. cum Edd. Scal. et Scriv. quod non temere proscribere debuerat Pricæus. Recte N. Heinsius mutavit sententiam, qui olim conjeçerat *alternabant,* adscriptis Ovidii et Nostri exemplis. Lib. III. Trist. I. 61. 'Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis:' et inf. pag. 31. 'Frequens alternat poculum.' Passim enim *tolerare* pro ferre, gerere, tenere usus est Appuleius; (vide Indicem;) et atria non tam attollunt statuas, quam sustinent et gerunt in suo vacuo ambitu. In Pal. etiam Guelferb. Bertin. ac Pithœano est *ac tolerabant* vel *tollerabant;* ut sub prioribus intelligas *erant.* Sunt Edd. quæ distinguant post *statuas;* quæ vel sic capiendæ sunt Victoriæ signa. Quomodocumque vero distinguas, perperam *facies* dicuntur *inhærere* et *credi volare,* et omnino opinor corrupta esse *facies quæque,* ut ante Stewechium, vel *facies quaqua,* uti dein editum fuit, et videtur in Mss. esse plerisque, sive in quamcumque partem. Lib. VI. p. 127. 'quaqua decideres:' si quidem hæc ibi vera est lectio. Lib. XI. p. 240. 'quaqua tamen pallæ perfluebat ambitus.' dein p. 257. 'Quaqua tamen viseres:' et sæpissime. Adi etiam ad p. 26. 'Eximiæ quaqua feminæ:' ad lib. XI. p. 262. 'Quaqua raso capillo.' Verum pinnæ non explicantur *quaqua,* sed *utrimque.* Guelferb. simpliciter habet *que.* in Ms. Pith. *quaque.* Par. Anglico legitur *faciemque p.* Hinc forsan legendum: *adtolerabant statuas palmaris Deæ faciem, quæ p.* per vulgarem Græcismum pro *facie,* vel *in faciem:* quod forsan reponendum. Plura de eo ad finem libri III. 'In asini faciem fœna rodebam.' Si quis vel sic *quaqua* retinendum putet, legat, *quæ pinnis quaqua expl.* Heinsio vox *facies* etiam corrupta videbatur. *Oud.* *Deæ palmaris*] Victoria significatur, quæ a palma arbore 'Palmaris' nominatur: quam in certaminibus victoriæ signum placuit esse. August. in IV. Victoriæ Deæ meminit, qua favente et propitia, ait gentes omnes subditas futuras, etiam Jove feriato. Idem alibi ludens, vel potius illudens ait: 'Si Victoria Dea est, cur Deus non et triumphis et victoriæ jungitur, vel maritus, vel frater, vel filius?' A palma quoque manus dicitur 'palmaris,' ut apud Quintilianum 'in pariete palmato.' 'Palmare' vestigium dictum, quod ex palmæ impressæ nota factum sit. *Beroald.* *Attolerabant statuas, &c.*] Scribe *attollebant.* Sic infra VIII. 'præacutas sudes attollebant:' et ibidem: 'vacuam faciem attolle.' Iterum: 'Attollentes immanes gladios:' et XI. 'Attollens canis cervices arduas.' *Pric.*

Pinnis explicitis] In singulis columnis angularibus singula erant simulachra Victoriæ, ex lapide effigiata: tam fabre, tamque eleganter, ut pennis expansis volare viderentur. Idque decenter: figuratur enim Victo-

ria alata, pinnataque. Unde et 'præpes' est cognominata a poëtis. Victoriolas aureas simulachrorum porrectis manibus sustineri solitas, M. Tullius Valeriusque notificant. *Beroald.*

Sine gressu pilæ] Vulgo hæc exponunt, absque motu pilæ rotundæ: satis frigide, et sine sensu, ut arbitror. Beroaldus legit *volubiles*, i. e. volatiles facies, dum tamen pila maneat inmobilis. Inepte, si quid video; et tamen ita maluit etiam Groslotius, et ediderunt Colvius et Wowerius, immo N. Heinsius conjecit: *nisæ gressus pila volubiles, et inst.* *Pila volubilis* dicitur globus seu σφαῖρα rotunda, quæ quasi circumvolvi videtur, ut jam vidit Colvius. De dogm. Plat. l. I. 'Vicenalis sphæra: hujus forma fluida et volubilis:' ut legi debet. Virg. Æn. VII. 383. de turbine puerili: 'mirata volubile buxum.' Veget. lib. IV. cap. 8. 'Saxa maxima pondere formaque volubili.' Cap. 17. 'Rotæ lapsus volubilis.' In Guelferb. sic *sīu gressu.* Ut in Fuxensi, sic in Regio Cod. est *supergressu*, rectius sane, nisi illa glossa sit vel explicatio verioris lectionis *in egressu*; ut conjecit Lipsius ad oram Ed. Colv. et alius vir doctus ad Ed. Juntin. ac Schickeradus. Quod expono, 'in fine et margine rotundi globi, columnis inpositi, quasi pendentes statuæ.' Quales Victoriæ effigies seu sigilla frequentia sunt. Vide J. Smetii Antiq. Neom. p. 140. ac passim in nummis occurrunt. Vide et Lil. Gyrald. Synt. X. de N. D. Similis fere est Phædri descriptio de Occasione lib. V. F. 8. 'Cursu volucri pendens in novacula:' vel Fortunæ, quæ 'fluxa pilæ credit vestigia' apud Avien. in Arat. p. 89. Ed. Grot. de qua vide Salm. in Plin. Exerc. p. 872. et Heinsios apud Burm. in Catal. Lat. tom. I. p. 195. Ampel. cap. 8. mirifice narrat: 'Inter columnas est Victoria ferrea pendens sine aliquo vinculo in aëre ludens.' Et sic quatuor statuæ Victoriæ τανυπτέρυξι νώτοις describuntur, εἰς Ὄλυμπον νεῖσθαι, κατ' εὐόροφον γραπτὸν τέγος, Gaii Romani in Anthol. lib. I. p. 104. Ed. Brod. *Oud.* *Pilæ*] Columnæ: a 'pila' fit adverbium 'pilatim,' quod per columnas significat: quo utitur Vitruvius. *Beroald.* *Volubiles*] Laus structuræ, ut volubiles volaticæque viderentur effigies victoriarum, cum tamen pilæ essent stabiles. *Idem.* *Gressu pilæ volubilis*] Chrysostomus Orat. I. de Dea ista: Οἱ μὲν ἐπὶ ξυροῦ αὐτὴν, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς σφαίρας. et post: Ἡ δὲ σφαῖρα (μηνύει) ὅτι εὔκρλος ἡ μεταβολὴ αὐτῆς ἐστι. *Pric.*

Plantis roscidis decitantes] *Rosidis* Fux. In Oxon. *detitantes.* Nihil muto, et expono cum Indice Elmenh. 'depproperantes' a 'citare.' Sopingius explicabat 'devolventes.' Beroaldus inepte decorantes, et venustantes, quasi frequentativum a 'decere.' Divinarat Heinsius: *plantis procidius testantes* vel *cernuantes* vel *titubantes* vel *cespitantes.* In Guelferb. *plantisque r.* Oud. *Decitantes*] Nove dictum, sed eleganter: pro eo quod est decorantes, venustantesque. Forma frequentativa, ab hoc verbo 'Decet,' 'decitat:' unde *decitantes* inclinavit. *Beroald.*

Nec ut maneant inhærent, et jam volare creduntur] Lege: *at jam.* Non ita (inquit) inhærent pilæ illi, ut infixæ maneant, at tali arte exprimuntur, ut jam volare credantur. Virgil. Æneid. VIII. 'Ipsa videbatur ventis Regina vocatis Vela dare, et laxos jamjamque immittere funes:' ubi Servius: 'Jamjamque, scilicet aviditate fugiendi: et bene jamjamque addidit, quia tempus operis in pictura declarare non poterat.' Alibi Virgilius: 'Orpheaque in medio posuit, sylvasque sequentes:' ubi Servius: 'Non secutas, sed, quasi adhuc sequentes, ut artificis peritiam laudet.' *Pric.*

Ecce lapis] Adi Becichem. Ep. 73. 74. et viros doctos ad Tacit. Ann. lib. XII. cap. 47. Sed *e contra* medii ævi est Latinitas, ac barbarorum sordes olet. Vide Burm. ad Virg. Æn. I. 76. Nec video, quid hic illud *contra*, ut est in Ed. Scriv. vel *e contra*, quod est in omnibus Edd. ante Colv. sibi velit. *Ecce* dant Mss. tantum non omnes: quare puto, Auctorem hic quoque, ut sexcenties, reliquisse: *Et ecce lapis*. Vide lib. I. p. 3. 12. 13. 17. 19. 20. et plura congesta ad lib. IV. p. 78. 'Et ecce plurimi:' ubi itidem, ut alibi, copula erat elapsa. Confunduntur quoque *ecce* et *contra* p. 26. 'Et contra Solis aciem.' *Oud.* *Lapis Parius*] Paros insula est una ex Cycladibus, marmore nobilis: quam primo Plateam, postea Minoida vocaverunt: auctor Plin. in IV. Idem scribit in XXXVI. marmor Parium fuisse candidum, cœptumque appellari lapidem Lychnitem, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur. Ob candorem lapidis Parii Virg. 'niveam' Paron appellavit, qui alibi quoque ait: 'Pariusque lapis circumdatur auro.' De lapide Pario sic refert Strabo in X. Paros lapidem producit, quem 'Parion' appellant, ad marmoreas sculpturas aptissimum. Quintil. in II. 'Etsi Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallem rude.' Ex Paro fuit Archilochus poëta, iambici carminis repertor. Mendum est apud Strabonem, apud quem non Archilochus, sed Antilochus, Parius fuisse legitur. Ob hoc dixit Horatius in Epistolis: 'Parios ego primus Iambos Ostendi Latio.' ubi exposuit Porphyrion, 'Parios iambos' dici quasi Archilochios: quia Parios fuit Archilochus, iambici carminis repertor. *Beroald.*

In Dianam factus] Oxon. *Diana*. Sed contra Nostri stylum. p. 33. 'Succinum cavatum in capides.' ibid. 'Gemmas formatas in pocula:' et similia passim. In notis N. Heinsii ad Valer. Flacc. lib. V. 188. citatur *fractus*, typothetarum, credo, vitio. Nam ipse, probante, ut videtur ad Silium l. VI. 522. A. Drakenborchio, scribi hic voluit *fictus* ad Ovid. lib. IV. ex P. I. 32. 'Bellica Phidiaca stat Dea facta manu:' ubi etiam *ficta* contra Mss. mavult. 'Opera manu facta' est formularis locutio, et *facere* de statua bene dictum patet ex Horatio lib. I. S. 6. 1. 'Cum faber incertus, lignum, faceretne Priapum, Maluit esse Deum.' Virg. III. G. 28. 'pugnam ex auro solidoque elephanto Gangaridum faciam,' &c. Claudian. de L. Stil. vs. 22. 'facta metallis Oppida.' Sed adi Burm. et me ad Sueton. Ner. cap. 21. 'Dearum personis effectis ad similitudinem.' Dein *profecto lucul.* Fux. *Oud.* *In Dianam*] Simulachrum. *Beroald.*

Signum] Statua, simulachrum. *Id.*

Luculentum] Nitidum, pulchrum, perspicuum: a luce dictum. Lutulentum vero, cœnosum sordidumque, a luto. *Idem.*

Veste reflatum] Ed. Junt. post. *relatum*. Pessime. Significat a vento quasi flante renudatum, veste remota, sive, ut clarius legetur, *reflata*, ut 'reflato sinu' lib. IV. in f. et lib. X. 'laciniam ventus reflabat:' quæ loca jam citavit Pricæus. Lucr. IV. 936. 'Aër reflatur.' Vide et Heins. ad Ovid. Met. X. 591. ubi vitiose *vegetus* citatur: 'Aura refert oblata citis talaria plantis.' *Oud.* *Veste reflatum*] Quasi flante vento renudatum. Consimile est id quod scribit Plin. Venerem rejectam nudamque a Praxitele factam fuisse, inter cæteras statuas famigeratam. 'Reflatus' nomen est quarti ordinis, quo significatur flatus contrarius et noxius. M. Tul. in epist. ad Atticum: 'Navis relata in Uticam reflatu.' *Beroald.* *Veste reflatum*] Lib. X. 'Quam quidem laciniam curiosulus ventus satis

amanter nunc lasciviens reflabat,' &c. et IV. 'Vibratis hinc inde laciniis, et reflato sinu.' Claudianus de statuis Anapii et Amphinomi: 'Rejectæ vento chlamydes.' Onomasticon vetus laudatissimum: 'Reflatus, ἀντιπνοή.' *Pric.*

Procursu vegetum] In de Deo Socratis: 'Ad speciem honestus, ad cursum vegetus.' *Idem.* *Procursu vegetum*] Laus statuæ, quæ procurrere et moveri videbatur. Canes utrinque secus a lateribus statuæ erant fabrefacti ex eodem lapide, canes quasi laterones: hoc est, latera Deæ cingentes. Dianæ enim sunt dicati canes, utpote Deæ venatrici. Hinc 'turba Diania' dicuntur, poëtica periphrasi. Laribus quoque canes assignantur: ut docet Ovidius in Fastis. *Beroald.*

Canes utrimque secus] *Secus* hoc sensu illustratur ad Suet. Aug. cap. 44. 'muliebre secus omne.' Nihilominus male hoc loco, ut opinor. Alibi 'utriusque sexus' dixit. Lib. XI. p. 244. Levioris momenti est dicere, 'canes utriusque sexus fuisse.' 'Utrimque secus' significat ab utraque laterum parte, a dextra et sinistra Deæ. Lib. IX. in f. p. 208. 'Gliscit utrimque secus contentio militum, &c. adseverantium, et illius negantis:' ubi etiam in Edd. multis est *utriusque*. Lib. X. p. 210. 'Utrimque secus jactatæ laterum vicissitudines.' p. 214. 'Utrimque secus allegationibus examinatis.' p. 220. 'Utrimque secus sermone prolato.' Sed in his tribus exemplis N. Heins. ad Ovid. lib. V. Met. 450. citat *utrimsecus*, ut legit Lips. quasi dictum foret ut 'circumsecus,' 'altrinsecus,' 'extrinsecus.' Vide Voss. in Etymol. v. *Secus.* Menken. in Misc. Nov. Lips. v. III. p. 4. p. 687. &c. Sed alia in iis est ratio. 'Utrimsecus' esset ab utra parte, sive una duarum, si Latine ita dici liceret; cum Auctoris sensus flagitet ab utraque parte. Immo Lucret. ait lib. IV. 937. 'Quare utrimque secus cum corpus vapulat.' Lucil. lib. XXII. Satyr. 'Zopyrion labeas cædit utrimque secus.' Ammian. Marcell. lib. XXI. cap. 12. 'Missilibus vicissim se petunt utrimque secus alte locati.' Solin. cap. 10. 'Hujus latera urbes utrimque secus ostentant.' C. 27. 'capite utrimque secus nitibundo:' ubi male id exponit Camers. Martian. Capell. lib. VI. p. 228. 'Lineæ punctis utrimque secus includuntur.' Eidem passim dicitur 'undique secus:' ut p. 195. 196. 201. 275. &c. unde e Mss. etiam id restituendum p. 234. 'Undique secus constipato agmine.' Vulgo *secum.* Vide et Solin. cap. 27. p. 38. 'Lucus emicat, undique secus agris arentibus.' Sic leg. cap. 51. 'colles undique secus objecti.' Ne mutes cum Struchtmei. Anim. p. 176. *Lapis,* minus bene Ed. Bas. pr. *lapides.* Adi omnino Heins. ad Virg. Æn. VI. 209. In Ed. Vicent. *oculis.* Sed id correxit jam Becichem. Ep. 71. *Oud.*

His oculi] Laus artificii, manuumque artificis, quæ veritatem sic fuerant imitatæ, ut mutæ ac inanimales formæ vivere ac moveri viderentur: quasi fiant ex natura, quæ fieri videntur ex arte. Canes autem hi potissimum laudantur, veluti generosiores, qui oculis sunt nigrantibus aut ravis. Columella, villaticum canem describens, ait eum esse eligendum, qui conspectu terreat, qui dejectis et propendentibus auribus sit, vasti latratus, sonorique. *Beroald.* *His oculi minantur*] Supra: 'Oculis in aspectu minacibus.' *Pric.*

Aures rigent] *Prick-ear'd curs.* Infra lib. VII. 'Porrectis auribus, &c. rudivi fortiter.' *Idem.*

Nares hiant] Seneca Hippol. 'Naresque hiulcis haustibus patulæ fremunt.' Vide quæ pag. 113. ad Apologiam notata. *Idem.* *Nares hiant*] Patulæ sunt. 'Nares' autem appellari putant, quod per ea quasi foramina, odoris cujusque *nari*, hoc est, periti

fiamus. Sed melius dici a Græco videntur, per inversionem literarum, quod Latinis consuetum est: ut ῥῖνες nares, τέρην tener, et multa hujusmodi. Ad vestigandas feras accommodatissimus est canis, nares sagax. *Beroald.*

Ora sæviunt] Huc spectant ista in Glossario: "Οταν κύων ἀπειλῇ ὑλακτῶν: *Hirrit.* et illa, Κυνὸς ἀπειλὴ ὅτε ὑλακτεῖ; *hirrit.* lege, *hirritus.* Pric.

Sicunde latratus] Suffragatur Guelferb. *Lapideis* deinceps ediderunt omnes, et citavit Drak. ad Sil. II. 417. Liv. II. 64. In prioribus, et Mss. quantum scio, reliquis est *lapidis.* Quod vitium passim in hoc adjectivorum genere usu venit, ut 'aëris,' 'regis,' 'gladiatoris,' &c. pro 'aëriis,' 'regiis,' 'gladiatoriis.' Nisi quis defendere vellet per loquendi figuram, qua Genitivus pro adjectivo seu prædicato ponitur, de quo vide ad Suet. Aug. c. 94. p. m. Ed. 328. 'Tunica lati clavi.' Val. Flacc. v. 467. 'Sideris ora ferens:' ubi Heins. malebat *siderea.* Infra lib. VIII. pag. 155. 'Tegumentis frondis.' Pric. *frondeis.* Lib. IX. 179. 'Veneris colluctationibus.' Stew. *Venereis.* Immo mox, 'inter medias frondes lapidis Actæon,' sive *lapideas.* Verum et illic rectius cum aliis puto legi, *lapideus Actæon.* In Ms. Fux. ibi *lapis.* Oud. *Sicunde*] Si ex aliqua parte, ex aliquo loco: adverbium est: ut 'alicunde' apud Plautum, quod significat ex aliquo loco. *Beroald.*

Signifer] Corrige *signifex,* hoc est, statuarius, et signi, hoc est, simulachri fictor: ut enim ab arte 'artifex,' ab auro 'aurifex,' sic a signo faciendo *signifex* denominatur. Alio nomine 'significus' dicitur ab eodem, sic scribente in dæmonio Socratis: 'Sed non pudet me esse significum:' nisi forte velis legere *significem,* ut 'artificem.' A Marciano quoque in nuptiis Philologiæ *signifex* usurpatur pro statuario, et artifice signorum: consimiliter Sidonius Apollinaris in VI. Græcia cementariis pictoribusque illustris. Divus August. in lib. de Grammatica, sic refert: 'Ad hanc formam declinabis aurifex, artifex, carnifex, et alia.' *Idem.*

Sublatis canibus in pectus arduis] Sic jam olim emendavit e suis Mss. Becichemus, et expressit Ed. Junt. post. quibuscum faciunt Mss. mei omnes. Similis est locutio Ovidii lib. X. Met. 338. 'Celsum in cornua cervum:' et vs. 753. 'Spatiosum in guttura mergum:' quod bene propugnat Bentlei. sed prave *torvus* substituit ad Manil. lib. II. 246. 'Ariesque in cornua tortus:' ubi vide plura, et apud Burm. ad Lucan. lib. IX. 512. me ad vs. 719. 'In geminum surgens caput Amphisbæna:' item Barth. ad Stat. II. Theb. 128. 'Tigris Horruit in maculas.' i. e. maculis distinctos pilos subrigit. Juven. S. IV. 128. 'Erectas in terga sudes.' Corrigendus etiam est Plinius lib. VIII. cap. 40. e Mss. 'mox in cervicem adsultans.' Alii aliter legunt. Offendit tamen me quoque conjunctio τῶν *sublatis arduis;* licet 'arduus insurgens' inveniatur apud Silium lib. X. 260. Et nisi legas *sublatum,* facile accedo Roaldo, eam vocem, ut glossam τοῦ *arduis,* expungenti. Sed obstat locus lib. VII. p. 149. 'Arduaque cervice sublimiter elevata.' In Palat. Guelf. et Pith. vitiose *impetus arduis.* Oud.

Sublatis canibus] Signifex ita figuraverat canes ex lapide, ut sublatis pedibus prioribus, impetum facere et procurrere velle viderentur: pedibus vero posterioribus innixi consistebant, quæ omnia ad laudem signorum mirique artificii dictæ sunt. *Beroald.* *In quo summum specimen operæ fabrilis egregius ille signifex prodidit, &c.*] Sirachides IX. 20. 'In manu artificum opera laudabuntur.' *Pric.*

Currunt priores] Si Mss. addicerent, mallem *primores:* quia sic solet Appuleius, ut l. III. in f. 'Quantum extensis primoribus pedibus adniti poteram:' ubi in Edd. aliquot etiam *prioribus*. L. IV. p. 83. 'Primore digito in erectum pollicem residente.' Ibi consule Colvium lib. VII. p. 143. 'Arduus capite et sublimis cervice, primoribus in me pugilatur ungulis.' L. X. p. 223. 'Sublatis primoribus pedibus:' ubi eadem confusio, pro more. Adi ad lib. I. p. 15. Ed. Pr. Plin. l. XI. c. 37. 'primores dentes:' ubi in Mss. aliquando *priores*, aliquando *primos*. Cic. pro Cæl. c. 13. 'Primoribus labris.' Sil. l. XI. 143. 'Primori Marte.' E Mss. ita etiam legendum in Hyg. Astr. l. III. c. 5. 'Primoribus digitis.' C. 9. 'In pede primori dextro.' C. 21. 'In utrisque pedibus primoribus.' Solin. c. 45. 'Equi primores pedes:' ubi in duobus recentioribus Codd. *priores*, e Plinii l. VIII. c. 42. *Oud.* *Pedes imi resistunt, currunt priores*] Philostratus de lepore Icon. 2. Κάθηται ἐπὶ τῶν σκελῶν, ὑποκινῶν τοὺς προσθίους. *Currunt* est, videntur currere, ut supra, de Fortunæ statuis, 'Jam volare creduntur.' Julianus Epist. VIII. ubi de Alexandri venantis effigie: 'Ο δὲ ἵππος (αὐτοῦ) ἐν ἄκρᾳ τῶν ποδῶν τῇ βάσει τὴν στάσιν φεύγων, ἐν τῇ τῆς ἐνεργείας κλοπῇ τῇ τέχνῃ κινεῖται. Cassiodorus VII. 15. 'Mirabitur formis equinis etiam fervores inesse: crispatis enim naribus, ac rotundis constrictisque membris, auribus remulsis credat forsitan cursus appetere, cum se metalla noverit non movere.' *Resistere*, est fixum stare immotumque. Sic VIII. 'Draconem supinato illi mandentem resistere.' Quintilian. x. Decl. 'Invitus vanescebat ex oculis, multum resistens, sæpe respiciens.' Seneca CX. Epist. 'Nec ob hoc resistimus, aut circumspectius pedem posuimus.' Tacitus Annal. XV. 'Diffugiunt imprudentes, at quibus altior intellectus, resistunt defixi.' *Pric.*

Pone tergum] Post tergum, a tergo. *Beroald.*

Deæ] Dianæ, ex Pario lapide effigiatæ. *Idem.*

Muscis et h.] Par. *immistis et h.* Ed. Junt. post. *musicis:* unde ibi vir doctus conjecit, *muscidis herbis.* Sine dubio; quod *musci* in plurali haud facile invenitur. Quid si legas, *in speluncæ modum muscidæ, herbis, &c.* ut 'muscidi pumices,' sive musco vestiti apud Sidon. Apoll. l. VIII. Ep. 16. pro quo alii maluerunt *muscosum*, ut Virgil. Ecl. VII. 45. Propert. l. II. El. 15. in f. *Oud.* *Muscis*] Sicut a Virg. 'muscosi' fontes dicti sunt, quia naturaliter musco herba obumbrantur, ita et speluncæ lanugine musci viridiore et arbusculis vestitæ conspiciuntur. A 'musco' fit verbum 'muscare,' quod significat convelare et contegere musco, quo prope peculiariter usus est Columel. Idem scriptor in V. 'muscum' ferro distringendum et eradendum esse, qui more compedis crura vitium devincta comprimit, situque et veterno macerat. Idem in VI. supra insitos surculos 'muscum' imponendum esse tradit, et ita alligandum ne pluvia dilabatur. 'Muscus' qui in aqua fuerit, Plinio teste, podagris illitus prodest. *Beroald.*

Herbis, et foliis et virgulis] Par. *virgultis.* Oxon. D'Orv. et incertus cum Ed. Bas. pr. *virgultis*, ut monui ad Cæs. lib. VII. B. G. c. 73. 'viminibus et virgultis integebatur.' Et sic emendare sibi visus est N. Heinsius. Atque ita hic generale nomen Auctor subjecisset *herbis et foliis*, ut *herbis et virgultis vepribusque* obsitum rivum ait Liv. lib. XXI. c. 54. Flor. N. I. 'Spelunca frondibus obumbrata.' Malim tamen *virgulis* retinere, sive parvis virgis et viminibus. Ovid. lib. III. Met. vs. 29. 'Est specus in medio virgis ac vimine densus.' Deminutivo hoc usus est Auctor lib. X. et l.

xi. init. 'Trajectæ mediæ paucæ virgulæ.' Eadem est confusio in Vitruvio l. ii. c. 1. 'De luto et virgultis facere loca, quæ subirent, et furcis erectis et virgultis interpositis.' Utrobique Mss. duo Voss. et Franek. *virgulis.* Dein *arbustulis* D'Orvill. Fux. Ill. Heinsius conjecit *et labruscis*, e Virg. Ecl. v. 7. 'Aspice ut antrum Silvestris raris sparsit labrusca racemis.' Vel quia pomorum postea meminit, 'et arbutis.' Ibid. 'Surgit et in solis formosior arbutus antris:' ac sæpe. *Oud.*

Splendor] Purior lectio est *Splendet:* ut sit sensus, umbram signi, hoc est, ipsius statuæ, propter nitorem lapidis Parii, qui purissimus est, intus splendescere. *Beroald.*

PAG. 23 *Sub extrema margine*] Dicitur 'hic margo,' et 'hæc margo,' masculino genere et fœminino. Hinc fit verbum elegans 'Emargino,' quod significat extremitates supervacaneas auferre, et margines ulcerum erodere: quo verbo utitur noster Plinius; *Margam* Britanni et Galli vocant pinguem terram, qua injecta aluntur agri: cum sit quidam terræ adeps, et pinguitudo. *Idem.*

Faberrime] Elegantissime, perfectissimeque: adverbium est, deductum a 'fabre,' quod significat polite et nitide: 'adfabre,' quod valet valde fabre, nitideque. Pronunciatur prima acuta, sicuti 'admodum' et 'adprobe' dicuntur: quod Annianus poëta sentiebat, et probat Gellius. E diverso 'infabre' dicitur, ineleganter et impolite. Horatius: 'Quod sculptum infabre, quod fusum durius esset.' *Idem.* *Uvæ faberrime politæ, &c.*] Ammianus lib. xxix. 'Oblato thorace polito faberrime.' *Pric.*

Ars æmula naturæ] Author Rhetor. ad Herennium lib. iii. 'Ars imitatur naturam.' Plin. l. xxxiii. 'Accessit ars picturæ, didicit homo naturam provocare.' Chalcidius in Platonis Timæum p. 268. 'Imitantur naturam ars et disciplina.' *Elmenh.* *Ars æmula naturæ*] Imitatrix, studiosa effectrix: ars enim naturam imitatur, eamque usque quaque effingere ac repræsentare contendit: libro iii. Rhetoricorum ad Herennium: 'Imitatur,' inquit, 'ars naturam, et quod ea desiderat inveniet, si quod ostendit sequatur.' Celebratum est Eupompi pictoris responsum, qui interrogatus quem sequeretur antecedentium, dixisse fertur, demonstrata hominum multitudine, naturam ipsam imitandam esse, non artificem. Plato volumine decimo de Legibus tradit omnia natura et arte fieri, artemque ipsam simulachra veritatis genuisse. Me ista condente, artem æmulam naturæ esse evidenter ostendit municeps meus Francia, inter pictores aurifex maximus, inter aurifices pictor absolutissimus, utroque in opere mirandus artifex atque fœcundus; cujus tabulæ multæ oculos tenent animosque spectantium: palmam habet tabula Franciæ illa, quæ dici potest exopolis, id est, extramurana; eam namque extra muros in æde Misericordiæ suburbana dedicavit sidus aureum nostrum, et decus antistitum, pronotarius Bentivolus Antonius Galeacius: qui omni vitæ colore tersissimus, liberalissimusque, in primis religionis cultor illustris, cum peregrinationem Hierosolymariam feliciter obiisset, e vestigio curavit ut tabula hæc manu Franciæ picta, omnique pretioso cultu exornata, dedicaretur: qua nihil absolutius plerique omnes judicant. In templo quoque divi Jacobi spectatur tabula altera, eodem artifice nobilitata, quam illustrissimus princeps noster Jo. Bentivolus, et ipsius religiosi cultus servantissimus, in sacello suo dicavit, quam æmuli artifices non sine livore suspiciunt. In his Franciæ tabulis ars æmula naturæ in tantum cognoscitur, ut vultus imaginum spirantes vivere et anhelare videantur. Hæc

obiter dicta sint de artifice nunquam satis laudato, cujus manus certantes cum manibus priscorum, tam in pictorum quam aurificum opificio, naturam in primis repræsentat: artes autem ipsæ naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt: pictura vero, peculiariter ex discordibus pigmentorum coloribus confusione modica temperatis, imagines, his quæ imitatur similes, facit. *Beroald.*

Cum mustulentus autumnus] L. IX. 'Post mustulentas autumni delicias.' Columella l. x. de cultu hortorum: 'Cum satur autumnus quassans sua tempora pomis, Sordibus et musto spumantes exprimit uvas.' Vide Boëthium lib. I. de Consolat. Philos. Nonnum Dionysiac. l. x. Oppianum de Venat. lib. I. Arnob. l. I. *Elmenh. Mustulentus autumnus*] Optimum autumni epitheton, ut *mustulentus* dicatur, propterea quod hoc tempore 'spumat plenis vindemia labris,' ut ait poëta: et ab Ovidio decenter dictum est: 'Stabat et autumnus calcatis sordidus uvis.' Cyprianus, verborum novitate luxurians, *autumna* dixit neutraliter, sic scribens in epistola ad Demetrianum: 'Nec adeo arboris fœtibus autumna fœcunda sunt.' Nec minus venuste Portius Cato 'autumnitatem,' autumni tempestivitatem: sicuti Antiqui 'olivitatem' dixerunt, quando olea legebantur: et 'ficitatem' fructus fici maturitatem. 'Fidicula occasu suo autumnum inchoat,' ut ait Plinius in decimo octavo. Autumat Festus Pompeius, 'autumnum' dictum esse ab augendo, quod tunc maxime augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Consensus medicorum autumnale tempus infamat veluti pestiferum, noxiumque. Causas refert Galenus in expositione Aphorismorum duas potissimum: quarum altera, quia eadem die aliquando frigus est, aliquando calor: altera, quia mali chymi, hoc est, mali succi in corporibus id temporis exuberant, ex pomorum fructuumque esu largiore. Corn. Celsus in secundo: 'Ex tempestatibus,' inquit, 'optimæ æquales sunt, sive frigidæ, sive calidæ: pessimæ, quæ variant maxime: quo fit, ut autumnus plurimos comprimat:' nam fere meridianis temporibus calor, nocturnis atque matutinis simul etiam vespertinis frigus est: corpus ergo et æstate, et subinde meridianis caloribus relaxatum, subito frigore excipitur. Ob hoc dixit Ovidius, 'inæquales autumni.' Idem alibi ait: 'Cum modo frigoribus premimur, modo solvimur æstu, Aëre non certo corpora languor habet.' Dicitur autem 'mustulentus' ea formula, qua vinolentus, fæculentus, turbulentus. Plautina dictio est: sic enim scribit ille: 'Ita mustulentus ventus nares obtigit.' *Beroald.*

Qui Deæ vestigio discurrentes, &c.] Idem Oxon. Codex: *q. D. vestigia discurrunt.* Pric.

In l. vibrantur undam] Palat. a m. pr. et Oxon. dant *umbram.* Par. *in len. undantur umbram.* Reg. Fux. *in levem umbram undam.* In Guelferb. quoque *levem.* Significaret, fontes vibrari contra superinpendentes frondes; at illæ potius vel earum *umbra* vibrat undis et tremit in illis, ut Sil. l. II. 662. 'Resplendet imagine flammæ Æquor, et in tremulo vibrant incendia ponto.' Huc egregie faciunt doctorum virorum Commentarii ad Valer. Flacc. lib. v. 109. 'Pelago tremit umbra Canopes.' Sil. l. VII. 143. 'Sicut aquæ splendor radiatus lampade Solis Dissultat per tecta, vaga sub imagine vibrans Luminis, et tremula laquearia verberat umbra:' ubi intelligitur umbra aquæ inerrans laquearibus, ut lib. XIV. 565. 'Splendet lucente profundo Mulciber, et tremula vibratur imagine pontus.' Contra, ut hic, umbra rostri micat in mari. Sil. VI. 358. 'Micat æreus alta Fulgor aqua trifidi splendentis

in æquore rostri.' Rutil. l. I. Itin. 284. 'Pineaque extremis fluctuat umbra fretis.' Et illic consule Comm. et ad Auson. Mos. 190. item ad Virg. Æn. VII. 9. Rectius igitur vulgatum retinebimus *in lenem undam;* sive lenissime se movent et tremulis undis micant. Passim *lenis unda* dicitur. Adi ad p. m. 59. 'lenis fluvius.' Dicitur autem *in lenem undam* locutione plane Appuleiana, rei modum et speciem significante. Vide ad lib. I. p. 3. 'In mollitiem decorus.' Lib. VII. p. 137. 'Veste in sinus abundante.' Virg. l. XI. Æn. 770. 'aënis In plumam squamis:' ubi vide Servium. *Unda* autem aliquoties abiit in *umbra*. Vide Drakenb. ad Sil. l. IV. 68. et VV. LL. ad Lucan. lib. V. 667. VI. 716. IX. 818. 'Stygias descendis ad umbras.' Qui locus admonet me, contra pro undis Statio reddendas esse *umbras*, l. III. Silv. 5. 37. 'Qualem te nuper Stygias prope raptus ad undas, Cum jam Lethæos audirem comminus amnes, Aspexi.' Ubi quis non videt ineptam repetitionem τῶν *undas* et *amnes?* Sed egregie Codex D'Orvillii servavit *umbras*. Quod miror fugisse acutissimum Marklandum. *Oud. In lenem vibrantur undam*] Lib. IV. 'Vibrantium fluctuum summum rorem calcavit.' In Oxon. tamen *umbram*. Sic infra hic, 'in lenem umbram deprimitur.' *Pric.*

Credes] Ms. D'Orv. *credent.* Legi posset *crederes* cum Pricæo, vel *credas:* uti vel 'putes' aut 'putares' in illa dubitationis formula millies a Nostro aliisque dicitur. Vide Drak. ad Sil. II. 417. 430. V. 390. Burm. ad Phædr. F. 55. Ovid. XI. Met. 83. 'brachia veros Esse putes ramos.' Verum tamen et hic non spretum fuisse Futurum Indicativi modi tempus, patet ex hoc ipso loco paullo supra, 'eum putabis de faucibus lapideis exire.' Vide et l. V. init. 'jam scies.' *Oud.*

Vite pendentes racemos] *Ut vite* Aldus cum Junt. post. ita expressit forsan ex notula Beroaldi *tamquam in vite pendulos;* eamque lectionem unice veram existimo, confirmatam a Codice Reg. et Fux. In ceteris, item Edd. primis, ac Junt. pr. Bas. pr. est *rure,* nimis generaliter. Brantianum *vere* hic locum habere nequit. Præcesserat enim jam 'uvæ dependent, quas ars æmula naturæ veritati similes expressit,' et sequitur 'inter cetera veritatis.' Verisimilius conjecit Putschius *rupe.* Nam ibidem præmittitur, uvas dependisse 'sub extrema saxi margine.' Virg. Ecl. IV. 29. 'Incultisque rubens pendebit sentibus uva.' Sed in ea lectione me male habet vocula *ut,* quæ tunc abundat, vel legendum, *illos ab rupe pendentes r.* De ipsa re vide ad Stat. lib. I. S. 3. 17. 'Nemora alta citatis Incubuere vadis; fallax responsat imago Frondibus, et longas eadem fugit umbra per undas:' ubi f. leg. *fluit.* Certe non cum Markl. *unda per umbras: eadem unda* non est, sed *eadem umbra.* Nihil tamen in notis monet Markl. Auson. Mos. 194. 'Tota natant crispis juga motibus, et tremit absens Pampinus, et vitreis vindemia turget in undis:' et ad vs. 223. 'Vitreo reddit sub gurgite formas, Et redigit pandas inversi corporis umbras.' In Palat. et Guelferb. est *racemus.* In Oxon. *agnitionis.* Idem. *Ut vite*] Tanquam in vite pendulos. *Racemos*] Non solum de vitibus, sed de aliis quoque plantis 'racemos' dici, testis est Plinius in decimo sexto, de hedera scribens: 'Aliis,' inquit. 'densus acinus, et grandior racemus, in orbem circumactis, qui vocantur corymbi:' a 'Racemo' fit 'racemosum,' quod significat racemis plenum: inde et 'racematio,' qua dictione significantur vindemiarum reliquiæ: sicut messibus peractis superest spicilegium. Tertullianus scite usurpat hoc verbum translatione oppido quam decenti, cum ait in Apologetico:

'Post vindemiam parricidarum racematio superstes.' De spicilegio ait M. Varro proverbialiter, 'Nemo reprensus qui e segete ad spicilegium relinquit stipulam.' Idem in primo de Re Rustica: 'Ad corbem messi facta spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam.' *Beroald.* *Vite pendentes racemos*] Junius Phylargyrus ad II. Georg. 'Videtur Virgilius opinionem illorum sequi, qui in honorem Liberi patris putant oscilla suspendi, quod ejus sit pendulus fructus.' *Pric.*

Credes illos, &c. inter cætera veritatis, nec agitationis officio carere] Philostratus Icon. I. Μὴ γεγράφθαι δοκῶν αὐτοὺς, εἶναι δὲ, καὶ κινεῖσθαι. In Apologia Noster: 'Et motus, qui præcipua fide similitudinem repræsentat.' Horatius: 'Prælia rubrica picta, aut carbone, velut si Revera pugnent.' Scholiastes: 'Ita bene pictos, ut illos dimicare crederes.' Josephus in descriptione Regiæ a Solomone structæ: Καὶ τὸ μὲν ἀπ' αὐτοῦ κάλλος ἐπὶ τριστοιχίαν ἦν ἐνυφασμένον, τῇ δὲ μοίρᾳ γλυφέων παρεῖχε θαυμάζειν ἐπιστήμην, ὑφ' ὧν πεποίητο δένδρα καὶ φυτὰ παντοῖα σύσκια τοῖς κλάδοις, καὶ τοῖς ἐκκεκραμένοις αὐτῶν πετάλοις, ὡς ὑπονοεῖν αὐτὰ καὶ σαλεύεσθαι δι' ὑπερβολὴν λεπτότητος, &c. Ait, 'inter cætera veritatis.' Nicephorus Gregoras lib. VIII. Ἐνταῦθα (ἐν ταῖς ζωγράφων τέχναις), &c. εὑρήσομεν σκηνὴν ὑποκρίσεως γέμουσαν, καὶ ἀμωσγέπως τοῖς χρώμασιν ἐπιπλανωμένας ἔχουσαν ΤΟΥ ἈΛΗΘΟΥΣ τὰς ἐμφάσεις. Petronius: 'Protogenis rudimenta cum ipsius Natura veritate certantia.' Isidorus XIX. 16. 'Sunt quædam picturæ quæ corpora veritatis studio coloris excedunt, (*accedunt* scripserim,) 'et fidem dum augere contendunt, ad mendacium provehunt.' Cicero in Bruto: 'Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora quam Canachi, nondum Myronis satis ad veritatem adducta, quæ tamen non dubites pulchra dicere.' Tertullianus II. advers. Marcionem: 'Imago, cum omnes lineas veritatis exprimat, vi tamen ipsa caret.' Idem cap. XXX. in de Resurrect. 'Figmentum veritatis in imagine est.' Pro *credes* lege *crederes:* sic X. 'Crederes fluctuare vaporibus febrium:' et I. 'Diceres Dei medici baculo,' &c. Tacitus (quem ubique sectatur Noster) 'Crederes lætari,' &c. Annal. XVI. *Idem.*

Nec agitationis] Sensus est: Racemi lapidei veros racemos ita repræsentabant, ut in undis subjectis agitari, ludere, moveri viderentur. *Beroald.*

Frondes lapidis] Frondes ex lapide fabrefactæ significantur. *Idem.*

Actæon simulacrum] Scal. sive Vulc. Ed. sec. ejecerat *simulacrum*, uncisque incluserat Scriverius: rectius certe hoc quam scriptura *Actæonis*, ut cum Mss. Anglic. edidit Pricæus; cum sequatur *projectus*, non *projecti*, vel *projectum*. Sed ne credas etiam *simulacrum* esse glossema, ecce! sic Græce locutum Ælian. lib. V. An. 47. Λίθον, ᾧπερουν ἐνείργαστο γλύμμα σαῦρος. Immo et Virgil. Ecl. III. 40. 'In medio duo signa Conon: et quis fuit alter?' Et sic per appositionem Schefferus edidit in Hyg. Astron. II. 17. 'Delphin simulacrum.' Sed alii et Mss. *Delphini.* De *lapidis* vide pag. præc. *Oud.* *Actæon*] Actæonem a Diana in cervum deformatum fuisse, quia nudam viderat in fonte lavantem, et a canibus suis discerptum mordicus quis ignorat? Fabula apud poëtas notissima. Laudatur ab Appuleio inter cætera Byrrhenæ domus ornamenta, simulachrum Actæonis, ex marmore factum tam fabre, tam scienter, tam graphice, ut obliquato aspectu, et in tergum reflexo, jam cervus factus, videretur expectare Dianam sese in aqua fontana lavaturam. Mythologi tradunt, ideo fingi Actæonem in cervum esse transfigaratum, quia timidus fuerit, quasi corde cervino præditus: ideo a canibus

devoratum, quia dum venaticos canes pascit, venationis studiosissimus omnem substantiam perdidit. Plin. noster Actæonem et Cippum in Latina historia fabulosos retur. *Beroald.*

In dorsum projectus] *Inde jam pr.* reperias in Guelf. Palat. Reg. Fux. Oxon. Par. D'Orvill. Hinc *in deam* conjecit quoque G. Vossius, et edidit Scriverius, atque in notis præposuit Pricæus. Recte. Nam Actæon *in dorsum* projectus videre nequivit Dianam in fonte. Nisi sequeretur *Dianam,* posset credi scriptum hic olim fuisse *Deanam;* ut sæpe fit in veterrimis membranis. Sic in fragmento Plinii Longobardico lib. II. c. 85. ac sæpe restat in Inscriptionibus. Vide Grut. Inscr. pag. 139. Donii Inscr. Etrusc. p. 67. Bert. ad Ortelii Tab. de Gallia. Quin et *Deana δέαινα* pro *Dea* occurrit. Adi Montfauc. D. Ital. p. 223. Sed et *dorsum* aliunde est corruptum. Bertin. *in deorsum.* Ed. Junt. post. *in deum deorsum.* Pith. *obtutum in deum sum.* Flor. pr. *in d̄am versum:* unde lego, *in d. vorsum.* Nam præpositio 'versum,' 'vorsum,' 'versus' crebro sic construitur. Consule Comm. ad Vell. lib. I. 15. 'in Italiam versus.' Longol. ad Plin. lib. X. Ep. 32. 'in urbem versus:' nos ad Front. lib. I. Strateg. c. 4. § 11. 'in Italiam versus:' et alibi. Dein Ms. incertus, *porrectus.* Pith. mox, *visus erit.* Oud. *Curioso obtutu in Deam projectus*] Διακύψας. Vide ad I. 25. Jacobi notata. Scriptor de Pudicitiæ bono: 'Nihil consideretur curiose in alienis vultibus.' In Oxon. et alii Mss. *Inde jam p.* Pric.

In cervum ferimus] Lego *ferinus:* ut ita eleganter nominetur Actæon, quasi in ferinam cervinamque effigiem transfiguratus. A 'fero' enim, 'ferinus' dictus. *Beroald.*

In fonte] Fontem, quo se lavit Diana, ita describit Ovid. 'Fons sonat a dextra, tenui perlucidus unda, Margine gramineo patulos succinctus hiatus.' *Idem.*

Hæc idemtidem rimabundus] Ms. D'Orv. *hinc* pessime: *hoc* Pith. Sæpe adverbia in *bundus* retinent casum sui verbi. Vide Voss. de Anal. lib. III. c. 9. Comm. ad Suet. Tib. c. 65. 'Speculabundus signa:' et crebro apud Nostrum; ut docebimus ad lib. IV. p. 74. 'Mirabundi bestiam:' ubi male intruserunt *ad.* Quem locum miror, nec a Brantio, nec a Pricæo prolatum; dum hic quoque legi volunt *mirabundus,* ut temere edidit Scriverius. Nam *rimari* Noster sæpissime posuit pro 'adtente contemplari,' ut liquido probabo ad lib. V. pag. 89. 'Prolectante studio visionis rimatur singula.' Vulgo et illic *miratur.* De Deo Socratis pag. 667. Ed. Flor. in Mss. 'intellectu eos rimabundi contemplamur.' Alii *mirab.* Pith. mox *delectator.* Oud. *Identidem*] Frequenter, subinde. *Beroald.* *Rimabundus*] Speculabundus, vehementerque contemplans: nomina enim in *bundus* desinentia, non tam significant similitudinem, ut Grammatici hallucinantur, quam vim et copiam et quasi abundantiam rei: sicuti in notis Servii, citatis classicorum scriptorum testimoniis, diligenter annotavimus. *Idem.* *Dum hæc identidem rimabundus eximie delector, Tua sunt* (*inquit Byrrhena*) *cuncta quæ vides*] Apud Horatium ille: 'Quicquid mihi, quicquid et horum Cuique domi est, id crede tuum.' Infra lib. V. 'Quid (inquit) Domina tantis obstupescis opibus? tua sunt hæc omnia.' Æneid. IV. Dido ad Æneam: 'Quid si non arva aliena domosque Ignotas peteres?' ubi Servius: 'Aliena, blande: quasi hæc jam tua sint.' Pro *rimabundus* conjecimus *mirabundus* scribendum: post, alii viro docto id in mentem venisse deprehendimus. *Pric.*

Sermone secreto] *Sermoni* margini adleverat Groslotius. In Pith. est *sermones.* Hinc vir doctus conjecit rectius, *sermonis secreto.* Oud. *Cæ-*

teros sermone secreto præcepit decedere] Phædra apud Senecam: 'Commodes paulum precor Secretas aures, si quis est, abeat comes.' *Pric.* *Sermone secreto*] Ne arbitri dicta eorum arbitrari possent: itidem Plautus in Captivis: 'Ut sine hisce arbitris nobis detis locum loquendi.' *Beroald.*

Dispulsis] In diversa semotis, amandatisque. *Idem.*

Per hanc deam] Dicticωs est. Dianam autem significat, cujus signum in meditullio domus Byrrhenæ visebatur. *Idem.*

Ut anxie tibi metuo] Lucianus: Ἡ δὲ μειδιάσασα, καί με τῆς χειρὸς λαβομένη ἄγει ποῤῥωτέρω, καὶ λέγει πρὸς ἐμὲ, φυλάττου μοι, ἔφη, τὴν Ἱππάρχου γυναῖκα πάσῃ μηχανῇ· μάγος γάρ ἐστι δεινὴ καὶ μάχλος· καὶ πᾶσι τοῖς νέοις ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμόν. καὶ εἰ μή τις ὑπακούσει αὐτῇ, τοῦτον τῇ τέχνῃ ἀμύνεται, καὶ πολλοὺς μετεμόρφωσεν εἰς ζῶα, τοὺς δὲ τέλεον ἀπώλεσε. σὺ δὲ καὶ νέος εἶ τέκνον, καὶ καλὸς, ὥστε εὐθὺς ἀρέσαι γυναικί. Καὶ ξένος, πρᾶγμα εὐκαταφρόνητον. ἐγὼ δὲ πυθόμενος, ὅτι τὸ πάλαι μοι ζητούμενον, οἴκοι παρ' ἐμοὶ κάθηται, προσεῖχον αὐτῇ οὐδὲν ἔτι. ὡς δέ ποτε ἀφείθην, ἀπῄειν οἴκαδε, λαλῶν πρὸς ἐμαυτὸν ἐν τῇ ὁδῷ· ἄγε δὴ σὺ ὁ φάσκων ἐπιθυμεῖν ταύτης τῆς παραδόξου θέας, ἔγειρέ μοι σεαυτὸν, καὶ τέχνην εὕρισκε σοφὴν, ᾗ τεύξῃ τούτων, ὧν ἐρᾷς. καὶ ἐπὶ τὴν θεράπαιναν τὴν παλαίστραν ἤδη ἀποδύου· τῆς γὰρ γυναικὸς τοῦ ξένου καὶ φίλου πόῤῥω ἵστασο, κἀπὶ ταύτης κυλιόμενος, καὶ γυμναζόμενος, καὶ ταύτῃ συμπλεκόμενος, εὖ ἴσθι, ὡς ῥᾳδίως γνώσῃ. Δοῦλοι γὰρ τὰ δεσποτῶν ἐπίστανται καὶ καλὰ καὶ αἰσχρά. *Elmenh.* *Ut anxie*] Quam sollicite, quam vehementer: ita Virgilius: 'Ut vidi ut perii, ut me malus abstulit error!' *Beroald.* *Tibi metuo*] Metuimus homini, quem diligimus ne periclitetur, tanquam amico: metuimus hominem, ne nobis noceat, tanquam inimicum. *Idem.* *Anxie tibi metuo*] Supra lib. I. 'Eximie metuens mihi:' et IV. 'Iræ Deum metuens.' Sic 'alii timere' Sallustius Catilinario. In Senecæ Hippolito: 'Anxiam me cura sollicitat tui.' Paulus ad Colossenses: Ἀγῶνα περὶ ὑμῶν ἔχω. *Pric.*

Et, utpote pignori meo, longe provisum cupio] Cæsar ad milites suos apud D. Cassium: Ἀγαπῶ τε ὑμᾶς, καὶ ἐθέλοιμ' ἂν, ὡς πατὴρ παῖδας, καὶ σώζεσθαι, καὶ εὐδοξεῖν. Vide 1 Thess. II. 11. *Id.* *Utpote pignori meo*] Tanquam filio ex me ipsa nato: filii enim pignora sunt, et nexus quidam: ut tradit Aristot. in VIII. Ethicorum. *Cave*] A malis artibus Pamphiles. Consimiliter Luciano suadet matrona Abrœa, ut caveat ab uxore Hipparchi in magia præcellente, φυλάττου, ἔφη, τὴν Ἱππάρχου γυναῖκα πάσῃ μηχανῇ, μάγος γάρ ἐστι δεινὴ καὶ μαχλός. 'Cave,' inquit, 'tibi ab uxore Hipparchi omni studio: maga enim est potens, et impudica.' *Beroald.*

Pamphiles] Verissime Colvius conjecit *Pamphilæ*, more Latino. Nam etiam Reg. Pal. Fux. Guelf. Oxon. D'Orv. præbent *Pamphile*. Valer. Ædit. apud Gell. lib. XIX. c. 9. 'Dicere quum conor curam tibi, Pamphila, cordis.' Et Gell. lib. XV. c. 17. 'In commentario Pamphilæ.' Lib. XI. c. 23. *Pamphilæ*: ut *Pasiphaæ* lib. X. p. 224. Sed constant tamen sibi libri pag. seq. 'a cautela Pamphiles abfui.' Verum innumeris locis tum Prosaici, tum Poëtæ nomina Græca feminina in η, ης, ην expresserunt promiscue vel Græca *e*, *es*, *en*, vel Latina terminatione *a*, *æ*, *am*, ut in eodem Cod. Voss. Hygini Astron. lib. II. c. 24. 'Crinem Berenices,' et 'Berenicæ patrem.' Virg. Ecl. X. 12. 'Aoniæ Aganippæ.' Sic etiam Cod. Medic. et ad Virg. Æn. III. 483. 'Andromachæ testentur amorem.' Vide ibi N. Heins. Auson. in Technop. p. 484. 'Andromachæ glos.' Cic. I. de Div. c. 13. 'Andromacham Ennii ab ea posse describi.' Propert. II. 7. 83. 'Antigonæ tumulo:' ibi vide Broukh. Cic. III. de Nat. D. c. 21.

'Piero natæ et Antiopa.' II. Acad. 7. 'Antiopam esse aiunt aut Andromacham.' Auson. in Technop. in f. 'Crinis velut Antiphilæ.' Eidem in Nomin. 'Aphrodita et Philomela:' pag. 486. 533. 'Closter filius Arachnæ.' Plin. lib. VII. c. 56. sic enim cum Chiffl. Leid. antiquissimus exhibet: 'Ariadnæ amores.' Pomp. Mel. lib. II. c. 7. 'Arsippi et Arsinoæ filius.' Ovid. IV. F. 70. 'Circæ nomina litus habent:' ut in optimis libris. Plin. lib. VII. c. 2. 'Simile et in Italia Marsorum genus durat, quos a Circæ filio ortos ferunt.' Ita lege e Reg. et Leidd. Mss. vetustissimis, non *gentis d. q. a Circes f. o. servant.* N. Heins. legit *observant* ad Virg. Æn. III. 386. 'Æææque insula Circæ:' ubi vide plura huc pertinentia, et ad lib. VIII. 139. 'Cyllenæ vertice.' Lib. XIII. c. 16. 'In deliciis Circæ.' Sic Leid. pr. in quatuor *Circe*, non *Circes.* Vide etiam Salm. ad Solin. p. 667. Gell. lib. XVI. c. 11. 'Gens in Italia Marsorum orta esse fertur a Circæ filio:' uti et exaratur in Ms. Voss. Fest. v. *Romam.* 'Latinum Telemachi Circæque filium:' et in Mss. O. Solini p. 11. ubi vide Salmas. p. 60. Atque ita Plauto, Horatio *Circam, Circa.* Adi Salm. ad Solin. p. 543. Broukh. ad Propert. II. 7. 83. Bentleii. et Cuningh. ad Hor. lib. I. O. XVII. et Ep. XVII. 17. 'Volente Circa:' et corrige Ciceronem lib. III. de N. D. c. 21. 'Qui Colchis fertur Æetam et Circam procreavisse.' Sic Mss. tres Leid. Bibl. non *Circen.* Virg. lib. III. Æn. vs. 111. 'Mater cultrix Cybelæ:' ibi rursus Heinsium consule. Pervigil. Ven. I. vs. 9. 'Ipse Amor, puer Dionæ.' Cic. III. de N. D. c. 23. 'Jove nata et Diona.' Hinc corrigendus Martian. Cap. lib. IX. p. 306. 'E famulitio Dionæ.' Sic tres Leidd. Vulgo *Dione.* Plaut. in Pseud. I. 2. 65. dixit quoque *Dircam.* Septim. de B. Troj. lib. VI. c. 4. 'Erigona victa dolore.' Cic. lib. I. de Inv. 50. 'Eriphyla auro viri vitam vendit:' ut est in optimis Codd. uti Ennio apud eumdem lib. I. de Div. c. 20. 'Euridica prognata.' Plauto in Cist. I. 1. 50. 'Hecala' vel 'Hecata fies.' Infra lib. XI. p. 241. 'Bellonam alii, Hecatam isti.' Nam ita e Mss. legendum suo loco videbimus. Vulgo *Hecaten.* Cic. lib. III. de N. D. c. 18. 'Quo modo potes, si Latonam deam putas, Hecatam non putare?' Ita inveni in veterrimis membranis duabus Voss. non *en.* Horat. ex Edit. Cuningh. lib. I. S. VIII. 33. 'Hecatam vocat altera.' 'Harmoniæ monile' et 'Harmoniæ decus' Mss. plurimi Statii lib. II. Th. vs. 268. 272. Auson. Cup. Cruc. aff. vs. 26. 'Harmoniæ cultus.' Passim *Helena, Helenæ, Helenam* occurrere nemo nescit. Hinc eidem ex venerandæ vetustatis membranis Voss. restitue in Grypho vs. 10. 'Triplexque Helenæ cum fratribus ovum.' Insuavis ibi est sonus syllabæ *es:* et idem ex ipso Virgilio lib. I. Æn. 650. in Centone ait: 'Ornatus Argivæ Helenæ.' Sept. de B. Tr. VI. 10. 'Hermionam Menelai in matrimonium susceperat:' ita Mss. et Ed. Artop. ut et c. 12. 'Confirmato cum Hermiona matrimonio.' Vulgo *nem* et *ne.* Vide Solin. p. 18. Idem scribit lib. IV. c. 22. 'Petitu Hesionæ,' et, 'Hesionam quippe Danai filiam:' ut est in Mss. et Ed. Artop. Vulgo *Pleionam.* Hygin. F. 89. 'Hesionæ sors exisset:' quod frustra alii mutant, et Cl. Valckenar. in diss. de Byrsa mavult *nes sors.* Contra hæc ipsa terminatio ex optimis Mss. a me et Heinsio in Advers. p. 192. restituenda est Lucano, ut vitetur nimius sibilæ litteræ *s* concursus, lib. IX. 970. 'Adspicit Hesionæ scopulos, silvasque, latentes Anchisæ thalamos.' Vulgo *nes.* In Propertio etiam lib. II. 20. 47. e Mss. plerisque rescribendum *Lernæ palus*, pro *Lerne.* Adi virum Doct. in Misc. Obs. V. V. p. 305. et passim *Lerna.* In Statio iti-

dem lib. I. Silv. III. 5. 'Nec gravis adspexit Nemees frondentis alumnus Talis hiems tectis:' malim cum D'Orvill. *Nemeæ:* ut Virgilio lib. VIII. Æn. 295. 'Vastum Nemeæ sub rupe leonem:' citato per Lutatium ad Stat. lib. I. Theb. 355. 'Jam Nemea, jam Tænareis contermina lucis Arcadiæ capita alta madent:' ubi in aliquot Mss. item vidi *Nemeæ.* Val. Flacc. lib. VIII. 125. 'Inachia Nemeæ antra.' 'Niobæ filiorum' Gell. lib. XX. c. 7. Suet. Ner. c. 21. 'Niobam:' sicut eidem cap. 12. 'Pasiphaam,' de cujus vocis aliarumque Latina terminatione illic vide plura, et ad Aug. cap. 65. 'Phœbæ patrem.' Sic Omphala apud Hygin. lib. II. Astron. c. 14. 'Ripam frugibus orbabat. Pro quo facto ab Omphala,' &c. ubi in Ms. Voss. *a ripa;* unde emendo *arva.* 'Parthenopæ' Solin. p. 9. ut recte e Mss. O. Salmas. reposuit. *Penelopæ, Penelopam* Mss. antiquissimi tum a me, tum aliis collati in Horat. lib. II. S. v. 76. 80. Epist. I. 2. 23. 28. quibus locis consule Bentlei. *Penelopa* Cic. III. de N. D. c. 22. Et sic lege ex antiquissimo Codice Auson. Epist. IX. 14. 'Penelopæ nebulonum mensa procorum.' Monuit jam Heins. ad Virg. Æn. VIII. 139. Item Septim. de B. Tr. VI. 6. 'Cognoscit Penelopam,' et, 'de Penelopa ejusque pudicitia.' Sic Mss. et Ed. Artop. non *Penelope.* Longe plurimi etiam Codd. et meliores Propertii l. II. El. 28. 48. habent: 'Nec tu Persephonæ conjux sævior esse velis.' Similiter passim *Semelæ, Semelam, Semela* in optimis libris per me et alios visis apud Horat. l. I. O. 19. Tibull. III. 4. 45. 'Proles Semelæ Bacchus.' ubi adeatur Broukh. et Drak. ad Liv. l. XXXIX. 12. 'In luco Semelæ.' Hygin. Astron. II. 5. 'Semelam matrem.' Accius apud Non. v. 'Affari' et 'Simulanter.' Voss. Anal. lib. II. c. 2. Genitivus restituendus est quoque Martiano Capellæ pag. 3. ubi Mantice dicitur 'Pronoë major filiarum:' in uno Codd. *Pronœes,* sed in tribus *Pronœæ.* Vere. Πρόνοια Ciceroni et aliis. *Oud.*

Carminis sepulchralis] 'Sepulchrale carmen' magicum est, quo utebantur ad sepulchra, ad manes eliciendos, in necromantia: quale est illud Lucani, quod Erichtho magarum maxima immurmurat ad sepulchrum: 'Eumenides, Stygiumque nefas, umbræque silentum.' Tibullus: 'Manesque sepulchris Elicit.' *Beroald.*

Surculis et lapillis] Scite *surculos* dixit, et *lapillos:* quoniam talibus rebus vis magica inest. Pythagoras atque Democritus consectati magos, herbas magicas non paucas celebravere, portentosa tradentes: in primis 'Aglaophotim,' quam et 'marmaritidem' vocant: magos ea uti, cum velint Deos evocare. 'Gelotophilida' quoque herbam memorant, quæ si bibatur cum myrrha et vino, varias observari species, ridendique finem non fieri: unde et nomen. Gemmæ quoque et lapilli a magis complusculi memorantur: ut 'ananchitis,' qua in necromantia dicunt evocari imagines Deorum: ut 'atizoe,' necessaria magis regem constituentibus: ut 'heliotropium,' porracei coloris, quam gerentem admixta herba heliotropio conspici negant: ut 'glossopetra,' linguæ similis humanæ, quæ lenocinanti necessaria creditur. Innumera sunt prope surculorum et lapillorum genera, quibus magicæ vanitates fulciuntur, quas Platonici quoque nobiles adstruunt, et in primis Proclus: qui scribit, sympathia quadam mutua et cognatione rerum terrenarum ad cœlestia, posse talia effici: ideoque sacerdotii veteris auctores miscebant plura invicem, quia videbant simplicia nonnullam habere numinis proprietatem, non tamen singillatim sufficientem ad numinis evocationem: quam ob rem ipsa multorum commixtione attrahebant su-

pernos influxus: nonnunquam herba una vel lapis unus sufficiebat ad divinum opus: sicut carduus credebatur sufficere ad subitam numinis alicujus apparitionem: in lapidibus enim et herbis luminum supernorum participatio est. *Idem.*

Inhalatis] Afflatis, anhelitu verborum magicorum saturatis. 'Inhalare' enim est, veluti halitum inspirare: ut 'exhalare,' halitum emittere, quod morientium est. M. Tul. in Pisonem: 'Cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.' *Idem.*

Imis Tartari et in vet. Chaos] Accedunt membranæ Palat. Guelf. Oxon. Par. Reg. Lips. Bertin. quo modo e suis correxit Becichemus Epist. LXXI. et edidit Scriverius. D'Orv. Cod. *in ima Tartara.* Nolim tamen contra Florentinos Codd. quidquam mutari. De casuum variatione vide ad f. lib. I. 'Ad hospitium et cubiculo me reporto.' Lib. IV. p. 71. 'Non sociis suis, sed in alienos Lares abjiceret.' Imitati et in eo sunt Græcos. Sic Apoll. R. I. 1000. Κράατα μὲν ψαμάθοισι, πόδας δ' εἰς βένθος ἔρειδον. IV. 1704. Adi J. Gronov. ad Arrian. lib. VII. c. 6. *Oud.* *Chaos*] Chaos (quod carminibus poëtarum cantatissimum est, de quo ait Lucanus: 'Et chaos innumeros avidum confundere mundos') appellatur confusa quædam ab initio, informisque materia, hians patensque in profundum. *Beroald.* *In vetustum Chaos submergere novit*] Ita Palat. Ms. et Vicent. editus: male in recentioribus quibusdam, *submergit.* Cassiodorus cap. 9. de Anima: 'Quantum proficimus cum rectis, tantum deteriores novimus esse cum pessimis.' Isidorus Orig. v. 27. 'Gladius, sine graviore cruciatu, compendiosa morte vitam finire novit.' *Pric.*

Mergit] In Regio et Par. etiam *mergit:* cum Edd. Vulc. et Wow. *demergit* Fux. Sed recte ceterorum Codd. et priscarum Edd. lectionem vindicavit quoque Pricæus, quem consule, et Gron. lib. IV. Obs. c. 22. Infra lib. V. p. 94. 'Nec uti recte divitiarum copia novit.' Immo hoc lib. pag. 25. 'Et ollam et lectulum suave quatere novi.' *Oud.*

Cum quemquam] Prave Colv. et seqq. pro *simul* ediderunt *cum;* licet adstipulentur Palat. Reg. Fux. in quo *quemque,* Oxon. et plures. In Guelferb. *nam cumque quemquem.* Mera enim est glossa veræ vocis *simul,* sive simulac, quum, quam cum Edd. prioribus servant quoque Florentini et Pithœanus; quod patet e Cod. D'Orvilliano, in quo est *simul cum quemq.* Pro *cum quemquam* conjecerat non male Heinsius *quemcumque.* Ad hæc in Pith. Edd. primis, item Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. est *conspexit.* Quod, quamvis subjunctivum eo sensu illi voci addi videri possit ex Comm. ad Cæs. lib. IV. c. 26. Drak. ad Liv. lib. VI. c. 1. Lamb. ad Horat. I. O. IV. 17. &c. tamen ob frequentem Nostri usum pæne præfero, ut lib. IV. p. 65. 'Simul cum prostratum despexi.' Lib. VII. p. 137. 'Simul namque sonum percepit.' p. 149. 'Quam simul conspexi.' Lib. VIII. p. 172. 'Me simul domi conspexit.' Lib. IX. p. 203. 'Qui simul incens ieunt.' In eadem voce, auctoribus Mss. sæpe etiam est emendandus Vitruvius. Ex. Gr. lib. I. c. 6. 'Simulac autem fervere cœperint.' Latinæ aures hoc non tulerint Vitruvii ætate. *Simulatque* saltem dicendum fuisset. Sed Mss. Voss. et Franek. dant, *simul autem ut ferv.* sicut lib. II. c. 7. 'Simulque ut sunt ab eo tacta, dissiliunt.' At illic Voss. sec. et Franek. carent *ut,* uti hic Ed. Junt. Verissime. Amat Auctor jungere *simul autem* pro *simulac vero.* Sic lib. II. c. 8. 'Simul autem humida potestas fuerit exsucta.' Sic lege, non *exusta,* ut malebat vir doctus; de quo alibi. Lib. II. c. 9. 'Simul autem vetustate sunt aridæ factæ,' &c. Lib. VIII. c. 2. 'Si-

mul autem plus humoris habet:' et crebrius. Hinc repone etiam lib. VIII. c. 3. 'Simul autem latius sunt aperti:' ex Mss. Voss. Cotton. Franek. Vulgo, *s. atque*. Lib. VII. c. 1. 'Quæ simul ac undecim aut duodecim sunt factæ:' immo *simul autem* cum Franek. vel potius cum Voss. per polysyndeton *aut und*. Non enim semper sequitur *autem*, ut lib. VI. 1. 2. VII. 1. 'Querni simul ac humorem perceperunt.' Dele *ac* Mss. Voss. Franek. jubentibus. C. 4. 'Simul cadit, siccescit.' Ita rursus Voss. Cotton. Franek. Vulgo, *s. atque c.* Idem. *Cum quenquam conspexerit speciosæ formæ juvenem, &c.*] De Eadem lib. III. 'Nec unquam magis artis hujus violentia nititur, quam cum scitulæ formulæ' (mel. *formæ*) 'juvenem libenter adspexit.' *Pric.*

Capitur] Male Roaldus prætulit *capitur*. Ea potius est glossa rarioris hoc sensu verbi *sumitur*, sive ultro *capitur*: ut 'sumere animos,' 'arma,' 'bellum' millies dicuntur illi, qui ultro et sponte primi se irritant et accingunt. *Uritur*, vel *consumitur*, *absumitur* hic locum non habent. Pal. *sumnitur*. D'Orvill. *suanitur*. Vide num aliud quid lateat. Sed et Pontan. in Anal. I. 4. *Oud. Sumitur*] Capitur, illaqueatur. *Beroald. Venustate*] Pulchritudine: acyrologia est: venustas enim proprie fœminis assignatur, sicut dignitas viris. M. Tullius in primo de Officiis: 'Cum pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas; venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem.' A *venustate* fit verbum *Venustare*, quod significat decorare et exornare. Ambrosius in I. Hexameri: 'Ideo primum fecit Deus, postea venustavit, ut eundem credamus ornasse qui fecit.' *Idem.*

In eum, &c.] Vide Musæum de Herone et Leandro vs. 69. *Elmenh.*

Detorquet] Deflectit. *Oculum*] Qui in amore dux, et amoris origo est. Oculus impudicus, impudici cordis nuncius. 'Oculi,' ut verissime scribit Quintil. in declamatione quæ inscribitur Cæcus in limine, 'nos in omnia quotidie vitia præcipitant: mirantur, adamant, concupiscunt.' Lucianus in hanc sententiam: καὶ πᾶσι τοῖς νέοις ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμόν: id est, omnibus adolescentioribus injicit oculum. *Beroald.*

Serit blanditias] Ovidius Amor. III. 'Et mihi blanditias dixit, Dominumque vocavit.' *Pric.*

Pedicis] Laqueis, quibus sicut pedes illaqueantur, ita amatoris animus alligatur. Virg. 'Tunc gruibus pedicas et retia ponere cervis.' Livius libro XXI. 'Ut pleraque velut pedica capta hærerent in dura et alta concreta glacie.' *Beroald. Amoris profundi pedicis æternis alligat*] In vet. Epigramm. Πυρσὸς ἔρωτος ἀεὶ αἰώνιος. Lucretius I. 'Veterno devinctus vulnere amoris.' Bene et *pedicis*. Proverb. 7. 22. de incauto juvene: 'Ο δὲ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ (meretrici) κεπφωθείς. Infra lib. XI. 'Cum me Fotis malis incapistrasset erroribus.' *Pric.*

Minus morigeros] Terent. I. 5. Andr. 'Seu tibi morigera fuit,' &c. Donatus: 'Hoc quasi amanti utile fuit.' *Id.*

Fastidiens] *Ut viles* edidit Scriver. sed male. Recipienda erat, ut jam vidit Sopingius, Mss. lectio *fastidio*, quam firmant quoque Reg. Fux. Oxon. Pith. Par. D'Orv. Propter ipsorum fastidium magæ isti vilescunt juvenes, eosque idcirco illa odit, et quibusvis adficit suppliciis. Lib. X. p. 215. 'Indignatus fastidio novercæ juvenis.' Mox τῷ *et* ante *quodvis animal* caret Fux. *alios* pro *anim.* Pith. *Oud.*

In saxa, in pecua] Lucianus: καὶ πολλοὺς μεταμορφώσει εἰς ζῶα: id est, Et multos transformat in animalia. *Beroald.*

Puncto reformat] Ἐν στιγμῇ χρόνου. Luc. 4. 5. ad quem locum de *puncto* plura. *Pric.*

PAG. 24 *Hæc tibi prædico*] Timeo, ut *trepidare quid alicui* pro metuere, sollicitus de aliquo esse, Latinum sit. Alio tamen sensu hæc explicari nequeunt. Nam quod Beroaldus etiam adjective exponi posse putet pro *festinanti*, errat. Nusquam enim Lucius Byrrhænæ indicarat se 'trepidare.' Non ergo eum 'trepidum' poterat vocare. Præterea tum abundat conjunctio *et*: quam vel sic cum Florent. malim delere, quam recipere interpolatam, ut reor, scripturam Codd. in quibus et D'Orvillianus, item Edd. Ald. et Junt. poster. *trepidanda*: præfero Fux. Cod. lect. *trepida*, ego Byrrhæna, vel *trepide*, quod placebat N. Heinsio, delenti etiam τὸ *et*. Ipsa hinc *satis anxia* Appuleio dicitur. Et lib. v. quoque ait p. 104. 'Hæc tibi idemtidem cavenda esse censebam.' Val. Flacc. I. 669. 'Nec vana pavet trepidatque futuris.' Si *prædico*, quod ingeniosus Marklandus quasi de suo etiam proposuit Epist. Crit. p. 18. a manu Auctoris esset, id non corrupturi fuisse videntur librarii. Ceterum male quidam *trepida* pro verbo ceperunt in Lucano lib. VII. 295. ubi vide Burm. *Oud.* *Hæc tibi trepido, et cavenda censeo*] In Trinummo Plautina: 'Hæc ego doleo, hæc sunt quæ me excruciant: Hæc dies noctesque tibi canto ut caveas.' Infra hic lib. v. 'Hæc tibi identidem cavenda censebam.' *Pric.* *Trepido*] Timeo: verbum est: vel expone festinanti, ut sit nomen. *Beroald.*

Perpetuum] Ms. D'Orvill. *perpetuo*. Sicut contra lib. XI. p. 258. 'Conditum perpetuo custodiens:' in Bertin. est *perpetuum*, sive *in perpetuum*, ut *æternum* init. lib. I. 'Æternum libris felicioribus conditæ:' ubi vide. Terent. Adelph. IV. 1. 6. 'Perpetuum degere.' Nisi credas in Appuleio utrumque ex interpretatione hic et lib. XI. natum pro *perpetim*, quod servat etiam Regius, et edidit Scriverius, ac margini adlevit Wasseus. In Apolog. p. 520. Ed. Flor. 'perpetim adsiduo convictu.' Plin. lib. XX. cap. 6. 'Perpetim humor emanans.' Gloss. 'Perpetim, ἀεί.' Dein Guelf. *Byrreia*. Oud.

Puer ætatem] Ætate puerili, ut sit archaismos. Sincerior lectio est, *Per ætatem*. Beroald.

At ego] D'Orvill. rursus prave *ac ego*. Paullo ante Edd. Vic. Ber. Bas. pr. *puer* pro *per*, quod ipse correxit Beroald. *puer ætatem* posset dici per Græcismum, ut 'ora puer' apud Silium lib. VIII. 456. Sed vox *pulchritudinem*, quæ ad Pamphilam pertinet, docet, *per* unice verum esse. *Oud.*

A cautela abfui] Ita procul eram ut mihi caverem ab illecebris Pamphiles, ut ultroneus cuperem me illius dedere disciplinæ: tanta magicæ artis cupiditate rapiebar. *Beroald.* *A cautela Pamphiles*] Passive, ut apud Sallustium 'Pompeii metus.' Vide XII. 9. A. Gellium. De cervo Phædrus: 'Ut venatorum fugeret instantem necem.' *Pric.*

Ultro gestirem, &c. volens, &c.] Seneca Hippol. 'At si quis ultro se malis offert volens.' *Idem.* *Gestirem*] Cuperem: 'gestire' enim cupere est: gestire est lætum esse, et lætitiam habitu corporis significare, ut Servius et Nonius prodiderunt: et jam ante dictum est. *Beroald.*

Tali magisterio] Disciplinæ scilicet magicæ, cujus magistra et sciens erat Pamphile. *Idem.*

Prorsus in ipsum barathrum saltu concito præcipitare] Plaut. Trinum. sc. 'Multas res,' &c. 'Qui in amorem se præcipitavit, pejus periit, quam si saxo saliat.' *Elmenh.* *In ipsum barathrum*] In ipsam artis magicæ voraginem et profundum. Translatio sumpta ab eo qui se præcipitat in vastam infernamque profunditatem. Barathrum locus apud Inferos est profundus. Proprie autem apud Athenienses barathrum est locus, in quem noxii præcipitabantur: ut docet Dio-

medes grammaticus. Hinc *barathrum* ad alia quoque transfertur. Hinc epigrammatarius poëta non minus scite quam lepide, 'barathrum fœmineum' dixit, pro locis muliebribus. Idem stomachi imum hiatum appellavit 'barathrum,' illo versu: 'Extremo rectus si venit a barathro.' Horatius quoque in Sermonibus ait: 'quid enim differt barathrone Dones quicquid habes an nunquam utare paratis?' ubi 'barathrum' accipitur pro ingluvie et voragine ventris: unde et 'barathrones' dicti, gulones, qui in barathrum gulæ mittunt totum patrimonium. *Beroald.* *Saltu concito, &c.*] Phædrus: 'Veloci saltu fovea se liberat, Et in cubile concito properat gradu.' *Pric.*

Vecors animi, &c.] Lib. III. 'Pamphile, jam vecors animi, tectum, &c. conscendit.' *Idem.* *Vecors animi*] Vetus locutio, ut 'infelix animi,' 'præstans animi,' 'falsus animi,' pro animo: per figuram antiptosim. 'Vecors animi' dicitur insanus, turbati ac mali cordis: auctor Festus. M. Tul. in prima Tusculana: 'Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur:' contra qui sapientia præstiterunt, ob id 'Cati Corculi' apud Romanos cognominati sunt, ut refert Plin. in septimo. *Beroald.*

Manu ejus, velut quadam catena memet expedio] Hieronymus in Epistolis: 'Multitudines hominum, et officia, et salutationes, velut quasdam catenas fugias.' *Pric.*

Salve propere addito, &c. evolo] Artemid. lib. I. c. 85. Ἔῤῥωσο δὲ καὶ ὑγίαινε, οὔτε λέγειν, οὔτε ἀκούειν ἀγαθόν. οὐ γὰρ προσιόντες ἀλλήλοις, οὔτε μέλλοντές τι πράττειν, ταῦτα λέγουσιν ἄνθρωποι· ἀλλὰ ἀπαλλαττόμενοι ἀλλήλων, καὶ πρὸς ὕπνον τρεπόμενοι. *Elmenh.* Annon reponenda litera, quæ negligentia librariorum, seu potius inveterata scribendi consuetudine geminata non est, *perniciter revolo*. Pariter et apud Ammianum Marcellinum libro undevigesimo: 'Ita curate pollinctus.' Anne, inquam, scribendum? *Ita accurate.* In Appuleio equidem hac ratione plura emaculare conabor, apud quem libro tertio: 'Ipse denique dux et signifer validissime aggressus.' Iterum libro quarto constituenda etiam hæc: 'Quanquam valido, repentino tamen pulsu:' dicta de vetula: constituenda, *Quanquam invalido.* Itidem in oratione Veneris ad filium dicto libro, his verbis: 'Et in pulchritudinem contumacem reverenter vindica.' Vides, scio, geminandam denuo ac retrahendam syllabam, quæ in fine præcedentis vocis hæserat: *in pulchr. contumacem irreverenter vindica.* Pertinet etiam huc illud libri sexti: 'Dum secum mitissimi homines altercaut de mea nece:' legendum, *immitiss.* Lib. XI. de Asino in omnibus adhuc editionibus adhæsit: 'Tu rotas orbem, luminas soles.' Scribere enim debuerant, *rotas orbem, illuminas solem.* Recurro ad librum quintum, ubi illa: 'Instructique varie, partim gladiis armati, in lemures reformant:' rescribo: *in lemur ES reformant:* quod valet, *in lemures se ref.* Non aliunde juvanda sententia libro octavo de Asino: 'Ad istum modum saluti quisque suæ consulebat: interea quidam,' &c. non aliunde, quam quomodo dixi, *ad istum modum, dum saluti.* Etiam in Scholastica illa Ciceronis oratione in Sallustium medicina egent hæc verba: 'His moribus amicum tibi facere non potes, videris velle inimicum habere:' lego, *amicum cum tibi.* Dabo alia, in quibus putatione opus. Appuleius: 'Interim, dum Psyche quæstioni Cupidinis intenta populos circuibat, ille vulnere ingemebat.' Perversa enim istic editorum librorum scriptio, interpunctio, *circuibat. At ille vulnera.* Simile hodieque mendum initio libri undecimi de Asino: 'Ne quicquam rerum mearum reformides.' Scribe, *rerum earum.* Quin et in pri-

ma Apologia hujus scriptoris depravata lectio, ob literam male geminatam: 'Idque se ait Crassus, quanquam meo tempore vel Alexandriæ fuerit;' recta scriptura erit, *eo tempore.* Redeo, quanquam longo intervallo, ad ea, unde digressi sumus, hoc est, ad formulam, 'Et Salve addito.' Quod a discedente hic dictum observandum putavi, cujus loco vulgus magis frequentatum putat 'Vale.' Itidem, ut in conclusione literarum juxta illud Ovidii libro quinto Tristium Eleg. XIV. 'Accipe quo semper finitur Epistola verbo, Atque meis distent ut tua fata, Vale.' Ceterum non semper et in literis eam formulam servatam ostendam. Tullius Cicero Tironi lib. XVI. Epistola nona: 'Etiam atque etiam, noster Tiro, vale.' Disertim in membranis præscriptum: 'Tiro, salve.' Eodem modo in extremis Catilinæ literis ad Q. Catulum, ut apud Sallustium videre est, additur 'Aveto.' *Stewech.* *Revolant* si quidam scripti confirmarent, non aspernarer. Nunc nihil muto. Ita Septimio de B. Troj. lib. II. c. 46. 'Ad naves evolant,' de recurrentibus dicitur. Vide Wopk. in Misc. Nov. Obs. v. 1. t. II. pag. 42. Plura de hoc verbo ad Suet. Aug. c. 94. Infr. lib. III. p. 58. 'ad meum nidum subinde devolem.' Eodem, quo hic, sensu. *Oud.* *Salve addito*] Verbum est tam abeuntis quam adeuntis: in discessu enim et in accessu usurpatur: hinc M. Tul. in epistolis ad Tironem, junctim locat 'Vale salve;' ideo mortuis 'salve et vale' dicebatur, ut scribit M. Varro, et repetit Servius: quod ab his recedimus, eos nunquam visuri. In hanc sententiam Ausonius: 'Dicto ave, dic vale, et actutum redi.' *Beroald.*

Perniciter] Celeriter, velociter: 'pernix' enim velox est. Silius: 'gens pernicibus ignea plantis.' Catullus: 'Viden' ut perniciter exiluere.' 'Pernix' quoque dicitur, perseverans, a 'pernitiendo,' si credimus Servio in commentario Maroniano. *Idem.*

Amenti similis] Seneca Thebaid. vs. 427. 'Vadit furenti similis.' *Elmenh.* *Amenti similis*] Sallustius, ad notandam in Catilina vecordiam, dixit ejus incessum modo citum, modo tardum esse. 'Habitus' enim 'mentis,' ut inquit Ambros. 'in corporis motu cernitur: ut plerumque festinantes celerare vestigium videmus, quibus nemus amentiæ et furoris subest.' *Ber.* *Amenti similis, accelero vestigium*] Sic v. ubi de gradu citatiori: 'Amens et trepida, &c. procurrit e domo:' et VIII. 'Amens, et vecordia percita, per plateas, &c. fertur.' *Pric.*

Accelero vestigium] An Colvius invenerit in Lipsiano *accelero,* dubitem. Nam ceteri Mss. O. cum Edd. Vett. præbent simplex *celero,* quod audenter revocavi: uti plus semel adhibet Virgilius, quem Noster præ aliis imitari amat, (Æn. IV. 641. Vide Burm. v. 609.) uti et Tacitus, cui, invitis Codicibus, *accelero* sæpe inculcarunt. Vide J. Gronov. ad lib. XII. Ann. c. 46. Sil. Ital. lib. XV. 207. 'Progreditur, celeratque vias.' Plautus apud Nonium in v. 'Laverno:' 'In furtis celerassit manus.' Sic enim Mss. optimi. Al. *celebrassit, scelerassit.* pag. 134. Ed. Merc. Vide Stew. ad lib. X. pag. 231. Idem in Pseud. I. 2. 35. 'Intro abite atque hæc cito celerate.' Male vulgo *celebrate.* Martian. Cap. lib. VIII. p. 171. 'Silicerniumque nutans Tentat celerare cursum.' Verum vitiose et contra metrum supervacua syllaba *le:* unde N. Heinsius emendabat *citare* ad Valer. Flacc. lib. VIII. 66. In Mss. et Edd. pp. *cedere,* vel *celere.* Quare malim *ciere.* In Guelf. legitur, *propero celero.* Oud.

O Luci, evigila, et t. esto] D'Orvill. resectis ceteris: *O Luci, et t. esto.* Pro *habes* in Palat. *es.* Dein pro *poteris* Reg. Fux. *rumoptimis.* Hinc conjecturis indulgeat, cui otium et volun-

tas est. Gulielmius conjiciebat: *voto diut. poteris. F.* antique pro *potiris*; de quo alibi: ut 'explere pectus' dictum sit Ἑλληνικῶς. Pro *et voto* margini adlevit Burm. *ex voto*. Idem.

Age, inquam, o Luci, evigila] Horatius: 'Vigila, hoc age.' Plautus: 'Menechme vigila.' Idem Milite: 'Age, si quid agis: vigila, ne somno stude.' Servius ad Æn. I. 'Is qui belli susceperat curam, sacrarium Martis ingressus, primo ancilia commovebat: post, hastam simulachri ipsius, dicens, Mars vigila.' Nero apud Suetonium: Ἄγε, ἔγειρε σεαυτόν. Apud Philonem in de Legat. ad Caium: Σὸς νῦν ὁ καιρός ἐστιν, ἐπέγειρε σεαυτόν. Apud Eundem in de Mosis vita: Συνεκρότουν ἄλλος ἄλλον, μὴ ἀποκάμνειν' ἀνεγειρώμεθα, λέγοντες. *Pric.* *O Luci*] Sic secum sermocinatur. *Bero* *Et tecum esto*] Horatius: 'Non horam tecum esse potes.' Simplicius in cap. 45. Epicteti: Γρηγορείτω τὸ προσεκτικὸν τῆς ψυχῆς, καὶ φυλαττέτω ἑαυτὴν ἐν ἑαυτῇ μένουσαν. Et ad cap. 49. Ἐντετᾶσθαι δεῖ τὴν προσοχὴν ὑμῶν, ὥστε ἐν ἑαυτοῖς εἶναι. *Pric.*

Habes exoptatam occasionem] 'Habes tota quod mente petisti.' In Eunucho Terentii: 'An ego occasionem Mihi ostentatam tantam, tam brevem, tam insperatam Amitterem?' 'Exoptatam occasionem' hic vocat qualem IX. 'occasionem optatissimam:' neque enim τὸ abundat. Glossæ: Εὐκταιότατος, exoptatus, valde optatus.' *Idem.*

Fabulis miseris] *Miscellis* edidere Vulc. Ed. sec. Elm. et Pricæus, idque J. Gruterus in Palatino esse adnotavit; ut 'miscella satyra' apud Mart. Capell. in fine; de quo loco corruptissimo consule N. Heins. ad Ovid. Epist. Her. VII. 4. Burm. ad Suet. Cæs. cap. 37. *Milesiis* placuit etiam Sopingio. Scriverius in Anecdot. Philol. p. 40. conjecit *mulseis*, sive dulcissimis. Verum cum constanter Mss. et Edd. Vett. exhibeant *miseris*, neque tamen ea vox hic ullum idoneum sensum habeat, non dubitavi, post eumdem Scriverium et Floridum, conjecturam Beroaldi *miris* admittere in textum. Quæ vox passim dicitur de raris, egregiis, et exspectationem superantibus; ac crebro ab Auctore usurpatur. Sic 'mira responsa Chaldæi' lib. II. pag. 28. Plura vide ad lib. I. p. 13. 'mire adficto joco:' et omnino Pricæum ad lib. VIII. p. 173. 'mira præsumtione.' Is. Voss. ad Catull. p. 296. Quo satis defendi potest nonnullorum Mstorum, in quibus et Leid. pr. atque Edd. lectio apud Solin. c. 46. 'Amaritudinis miræ.' Hinc et fabulæ sæpe *miracula* audiunt. Vide Heum. in Misc. Nov. Lips. v. VII. p. 443. ad Min. Fel. c. 20. 'Alia monstrosa, mira miracula:' et Vonkii Obs. Misc. p. 141. Ad hæc nihil frequentius est, quam depravatio τῶν *miri* in *miseri*, et *mirari* in *miserari*. Adi, suadeo, notam N. Heinsii ad Ovid. lib. IX. Met. 394. et meam ad Lucani lib. IX. 832. J. Gronov. ad Gell. lib. XV. 16. Hinc etiam cum Barthio ad Claud. p. 1039. et aliis in Catalecticis Scalig. p. 173. de Sirenibus corrigo: 'Et solito miros ore ciere modos.' Vulgo *miseros*. Stat. lib. XI. Theb. 453. 'movet et geminas miserabile Divum Prodigium turmas.' Sic vulgo legitur inepte. Mss. multi et Lutat. *venerabile* e glossa τοῦ *mirabile*, quod optime servat Ms. D'Orvillii chartaceus. Eadem confusio apud Justin. lib. XLIV. c. 4. 'Tot periculorum miseratione ad regnum pervenit.' In Ed. Junt. *admiratione*, ut ibid. 'admiratione tot casuum periculorumque.' Sed cur non *miratione?* Ceterum *pabulis* pro *fabulis* conjecit Heinsius. Acute. Sed invitis Mss. hoc non intrudendum, præsertim, si *miris* aut *Milesiis* recipias. *Oud.* *Fabulis miseris*] Corrige *miris*: hoc est, mirandis incredundisque; quales sunt magorum præstigiæ. Vel potius lege *Milesiis*, de quibus repete

quæ annotavimus in principio commentariorum, explicantes quid significet sermo Milesius. *Beroald.*

Implere pectus] Petronius: 'Ite nunc, mortales, et magnis cogitationibus pectora implete.' *Elmenh.*

Cominus] Prope, cujus contrarium est 'Eminus,' quod significat longe et procul. *Beroald.* *Gnaviter*] Strenue, vigilanter, celeriter: a 'gnavo' enim, qui dicitur industrius et vegetus et celer, fit adverbium 'gnaviter,' quod et 'naviter' dicitur: sicut 'navus' strenuum celereque significat, a navium velocitate dictus: cujus contrarium est 'ignavus.' *Idem.*

A nexu Venereo, &c.] Lib. IX. 'Tenacissimis nexibus expeditum adulterum.' Sic, 'nexu infando implicitum' Declam. III. Quintilianus. *Pric.*

Hospitis] Pamphiles. *Beroald.*

Probi Milonis] Lib. III. 'Ad probum Milonem civem vestrum devortor.' *Pric.*

Genialem torum suspice] Lib. X. 'Torus scilicet noster genialis futurus.' Glossæ: 'Genialis, γαμήλιος,' &c. *Id.* *Genialem thorum*] Conjugalem lectum, qui nuptiis sternitur in honorem genii, ut Fest. M. Tul. in oratione pro Cluentio, 'lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ suæ nubenti straverat, in eadem domo sibi ornari et sterni, expulsa atque exturbata filia, jubet.' Horat. 'Lectus genialis in aula est.' De genio et geniis alibi plura, ex auctoritate August. et M. Censorini. *Beroald.*

Suspice] Venerare et cole tanquam inviolabilem, et castitate religiosa vallatum. *Idem.*

Verum enimvero Fotis famula] *Puro* D'Orvill. Sed *puero* etiam Palat. uterque Guelferb. (nam hic incipit eorum antiquior) Oxon. Par. adlevitque Cl. Wasse *quasi puera.* Vide Suetonium. scil. in Calig. c. 8. 'Antiqui puellas pueras dictitarunt:' ubi vide. Sed tum rectius abesset *famula.* Utrumque autem *verum enim* et *verum enim vero* optimis in usu esse, nemo nescit. An *puero* pro mihi? an *puero* i. per servum meum? Vix puto. *Oud.* *Verum enimvero*] Particula ratiocinativa est, ut Grammatici dicunt. *Beroald.*

Annixe] *Enixe* Palat. Fux. Guelf. uterque, Oxon. Par. D'Orvill. ut primus edidit Elmenhorstius. Errat enim hoc Beroaldo adscribens Pricæus, qui tamen præfert *adnixe,* ut est in Regio et Flor. Frequenter occurrit quidem 'adnitor' et 'adnixus.' Sed adverbii *adnixe* exemplum adhuc quæro pro *enixe;* quod corruptum etiam aliquando est in *obnixe.* Vide Drakenb. ad Liv. lib. IV. 26. 'enixe obeditum.' *Oud.* *Annixe*] Vehementer, omnique nixu et viribus. *Beroald.* *Enimvero Fotis famula petatur adnixe*] Juvenal. 'Sed tua nunc Migale:' ubi Scholia: 'Nomen mulieris, ex ipsa coitione:' unde de Fotidis nomine supervacuum monere. Beroaldus hic *enixe:* quomodo in Oxon. et aliis Mss. legitur. mihi altera lectio sincerior. Noster in Apologia: 'Adnixus in impenso studio,' &c. *Pric.*

Scitula] Elegans, pulchra, venusta. Græce scitus ὡραῖος dicitur. *Beroald.* *Forma*] Septimus est casus. *Idem.*

Moribus ludicra] Nullam caussam video, cur elegantissimus N. Heinsius in Epist. ad Græv. tom. IV. p. 329. legere hic maluerit *lubrica,* ut apud Sil. lib. V. vs. 18. 'Lubrica mentem.' Horat. I. Od. XIX. 'Vultus puellæ lubricus adspici.' Talem enim tam paucis horis noscere eam non potuit Lucius, sed viderat eam *ludicram,* sive ludis amatoriis deditam, ut patet e seqq. Passim autem de amoribus et inlegitima Venere *ludum,* et quæ eo pertinent, usurpari nemo nescit. Immo Noster ait in Apolog. 'Fecit versus ludicros et amatorios:' et paullo post: 'Virgilii bucolicon ludicrum,' pro amatorio. Sed et lib. IX. Met. p. 181. 'Maritum astu me-

retricio tractabat ludicre.' Mox *et* deest Guelf. pr. *Oud.* *Argutula*] Loquela dicacula, venustula: 'argutari' dixerunt Veteres, loquaciter loqui. Nævius: 'Totum diem argutatur quasi cicada.' 'Argutus' dici ait Probus grammaticus, qui multam ac celeriter loquuntur: ut 'arguta hirundo:' unde 'ὑποκοριστικῶς argutula.' *Beroald.* *Forma scitula est*] Lib. III. 'Scitulæ formæ juvenem.' *Pric.* *Forma scitula est, et moribus ludicra, et prorsus argutula*] In Glossis: 'Κομψός. scitus, bellus, &c. mulier commoda et faceta est.' *Pric.*

Cum somno concederes] Succumberes somno, et ob hoc ires cubitum. Sermocinatio est cum ipsomet, qua causam suam tutatur, et se Fotidi nunquam ingratum, neque inamabilem videri colligit. *Beroald.*

Et in cubic. te duxit] Primo male Scriverius, ejecta copula, ut proposuit Anecd. Philol. p. 38. edidit, *te in cubic.* Nam pleonasmum istum copulæ cum optimis passim amavit Noster. Lib. I. p. 16. 'Et cujatis sit, et q.' ubi etiam vide. Dein prave in solis Edd. Bas. Colv. Vulc. sec. *duxit.* Proprium hac in re compositum est *deduxit*, quod est in ceteris Mss. nisi quod in Guelf. pr. a m. pr. sit *devexit.* Terent. Ad. IV. v. 60. 'In cubiculum iri deductum domum.' Ovid. Met. x. 462. 'Cunctantem longæva manu deducit, et alto Admotam lecto.' Tibull. I. 7. 65. 'Hæc me deducit tenebris:' ubi consulatur Broukhus. et quæ scripsi ad Cæs. lib. v. B. G. cap. 14. 'Quo primum virgo quæque deducta est.' Male ibi erat vulgo, *virgines ductæ.* Oud.

Et blande lectulo collocavit, et satis amanter cooperuit] Theophylactus ad I Tim. v. 10. Τὴν σωματικὴν ὑπηρεσίαν εἰσφέρειν προτρέπεται· οἷον κλίνην στρῶσαι, ἀναπαῦσαι· πρὸς ἃ αἱ γυναῖκες ἐπιτηδειότεραι. Heliodorus II. de ancillis hospitem curantibus: Ἡ μέν τις ἀπένιψε τὼ πόδε, &c. ἡ δὲ ἐφρόντιζε τῆς εὐνῆς, καὶ μαλθακὴν ἐντρέπιζε τὴν κατάκλισιν. *Pric.* *Satis amanter cooperuit*] Lib. x. 'Quam laciniam curiosulus ventus satis amanter, &c. reflabat.' *Idem.*

Vultu prodidit] 'Quis enim bene celat amorem? Eminet indicio prodita flamma suo.' Medea Jasoni apud Ovid. Ep. XII. vs. 39. *Oud.*

Retrorsa respiciens substitit] Gabriel Rolandius *subdidit.* *Retrorsus* legi voluit Sciopp. etiam, in Susp. Lect. III. 10. et ediderunt Elm. Scriv. et Florid. Sed perperam. *Retrorsa* exhibent Mss. reliqui, nisi quod *retrorsum* sit in Oxon. *retorsa* Ald. *Retrorsa* est *retroversa.* Videturque Pricæus sumsisse in Nomin. singulari. Sed malim capere in accusativo plurali adverbialiter pro *retrorsum*: ut pluribus cum alibi, tum ad p. 25. 'Vasculum crebra succutiens:' et lib. III. p. 62. 'Nos crebra tundentes:' docebo. Tum *sustulit* Pith. *sustinuit* solus edidit Vulcan. Ed. sec. *subdidit* probavit Sciopp. in Susp. Lect. quasi sequentia verba 'Quod bonum,' &c. fuerint Fotidis. Sed perperam omnino. Lucius hoc opus amatorium adgressurus, ista secum disputans loquitur. Adi, quos laudant Beroald. et Pricæus, cujus exempla, *substitit* unice verum esse, satis evincunt. De hoc verbo adi quoque Comm. ad Suet. Cæs. cap. 81. 'Paullum substitit.' *Idem.* *Quam invita discederet vultu prodidit: denique sæpe retrorsa respiciens, substitit*] Lucianus Cataplo: Ἐπιστρέφονται εἰς τ' ὀπίσω, ὥσπερ οἱ δυσέρωτες. Heliodorus VII. Ἀπεχώρει δὲ καὶ ἡ Ἀρσάκη, μόλις μὲν, καὶ ἀναστρέφουσα. Philostratus de Gymnosophistis Apollonio valedicentibus: Ὑπέστρεψαν εἰς τὸ φροντιστήριον, ἐπιστρεφόμενοι πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ δηλοῦντες ὅτι ἄκοντες αὐτοῦ ἀπαλλάττονται. Silius lib. VIII. 'Respiciens, ægerque animi tum signa reliqui Vestra.' Ovidius Metamorph. x. 'O quoties, cum jam posset transire, morata est!

Spectatosque diu vultus invita reliquit.' Et I. Trist. 'Sæpe vale dicto, rursus sum multa locutus, Et quasi discedens oscula summa dedi: Sæpe eadem mandata dedi, meque ipse fefelli, Respiciens oculis pignora cara meis.' Paterculus de Barbaro quodam lib. II. 'Impetratoque ut manum contingeret, reversus in naviculam, sine fine respectans Cæsarem, ripæ suorum appulsus est.' Quintilianus Declam. X. de spectro filii, matri apparente: 'Nec jam nisi cum luce certa fugatisque sideribus, invitus ille vanescebat ex oculis: multum resistens, sæpe respiciens: et qui proxima nocte promitteret se venturum.' Tertullianus (hunc morem valedicentium respiciens): 'Cum vero et tertium illum prius suis valedicere parantem prohibet retro respectare, sectam Creatoris consequitur.' Nec amicos, sed et consueta loca hic mos liquentium. Virgilius Ceiri: 'Et notas sæpe (heu frustra) respectat Athenas.' Rutilius Numantianus: 'Respectare juvat vicinam sæpius urbem, Et montes visu deficiente sequi.' Adde quæ de Pompeio Lucanus initio tertii. *Pric.* *Retrorsa, &c.*] Onomasticon vetus: 'Retrorsus, ὀπίσθιος.' Infra lib. VI. 'Iter retrorsum porrigens.' *Idem.* *Vultu prodidit*] Significavit: vultu enim et oculis et nutu et superciliis interiora animi produnt amatores. *Beroald.* *Retrorsa*] Reflexa, obliquata, retro conversa: quod ab amorabunda puella fieri solet cui convenit illud Virgilianum: 'Et fugit ad salices, et se cupit ante videri:' inclinato vocabulo ab adverbio *retrorsum*. Horat. 'retrorsum Vela dare atque iterare cursus.' Dictio est in vulgari sermone frequens. *Id.*

Quod bonum, felix, et faustum] Recte post *faustum* delevit τὸ *sit* Colvius. Carent eo verbo omnes Mss. et jam Ed. Junt. post. Sequentia vero *licet salutare non erit* videntur corrupta. Nam quomodo non erit *salutare*, si bonum et faustum? Contra jungit loco per Colvium citato p. 261. Ed. Pric. Hoc perspexerunt quoque Edd. Vett. ante Colvium, in quibus est *insalutare*. Sed varie distinxerunt. In Edd. Beroald. et Bas. pr. sic: *faustum sit: itaque insalutare non erit.* Junt. post. *faustum. Itaque licet. insal. n. e.* Sed tum malim hoc pacto: *faustum itaque. Licet. Insal.* i. e. permissum est, licet mihi, tentetur F. insalutare non erit. At *salutare* præbent Mss. O. unde Groslot. simpliciter reponebat: *f. sit atque salutare.* An *ei sal.* scil. Fotidi, vel *mi* pro *mihi*, ut passim est apud Vett. aliosque. Nec obstat quod *erit* videatur indicativus. Nam *licet* posterioribus scriptoribus, ut Ammiano, Martiano Cap. et similibus, cum indicativo sæpe construitur. Adi Cl. Munk. ad Fulgent. Myth. l. I. p. 23. 'licet subit.' Daum. et Reinesii Epist. 104. 106. In Pith. pro *erit* est *ei*. Oud. *Quod bonum felix*] M. Tull. in primo de Divinatione testis est, majores nostros in rebus omnibus agendis præfari solitos. 'Quod bonum faustum fortunatumque esset:' quia scilicet valere censebant voces, quæ vocant omina. *Beroald.* *Quod bonum, fælix et faustum, &c.*] 'Sic Veteres dicebant, aliquid aggressuri.' Donatus ad I. 2. Phorm. *Pric.*

Pedibus in sententiam vado] Lib. VI. 'Totis animis latrones in ejus vadunt sententiam.' *Elmenh.* *Pedibus in sententiam vado*] Ex more Romano sumptum, apud quos ibatur pedibus in sententiam, quam probabant. Hinc ait Livius: 'Sed tum quoque aut verbo assentiebat, aut pedibus in sententiam ibat.' Idem alibi: 'Quibus hæc salutaria videntur, agite dum in dextram partem pedibus transite: omnes transierunt.' Sensus est: Mihi animo voluntanti approbatur ea sententia, ut abstineam ab uxore Milonis, et Fotis ancilla ametur. *Beroald.*

Nec tamen domi Milonem, &c. offen-

do] Apud Heliodorum II. Εἰς τὴν εἰσαγωγὴν ἀφικνοῦνται, καὶ τὸν μὲν τοῦ οἴκου δεσπότην οὐ καταλαμβάνουσιν. *Pric.*

Pag. 25 *Suis dominis*] Uncis inclusit Scriverius, nec comparet in Guelf. sec. immo *suis dominis* exsulant a Mss. D'Orvill. Fux. et Par. Lucian. Δεῖπνον ἡμῖν εὐτρεπίζοντα. Sed verebantur forsan librarii, ut *domini* dici possint de domino et hera. Sed cur minus, quam reges de rege et regina, fratres de fratre et sorore, soceri de socero et socru, ac similia passim obvia? Vide Serv. ad Æn. II. 456. J. Gronov. ad Tacit. l. XII. Ann. cap. 3. Burm. ad Valer. Flacc. lib. V. 274. Drakenb. ad Liv. lib. II. c. 2. § 11. Infra p. 36. 'principum filius:' p. 47. 'domo hospitum,' ut leg. lib. V. p. 95. 'genitores, pater et mater, seu parentes.' Virg. Æn. II. 579. 'patres,' si tamen is locus a Virgilio profectus. Immo ut hic 'domini,' sic de Baucide et Philemone Ovid. lib. VIII. Met. 685. 'Quem Dis hospitibus domini mactare parabant.' Longus in Pastor. lib. IV. p. 125. Ed. Moll. Dionysophanen et Clearistam τοὺς δεσπότας vocat. Quin Lucianus tom. II. pag. 575. in eadem hac narratione ait: κατακοιμήσῃ τοὺς δεσπότας. et Noster ipse de Tlepolemo et Charite lib. VII. p. 147. 'corinm dominis referemus.' Iidem lib. VIII. p. 153. 'novi mariti' dicuntur. Excidit hæc elegantia sive vox *regum* ex Edd. Mart. Capell. lib. I. p. 18. contra Mss. quos vidi, plurimos: 'His igitur regum indumentis ornati,' Jupiter sc. et Juno, quos p. 15. dixerat 'regum conjugum utrumque.' *Oud.*

Juscum fartim circumcisum] Credo Stewech. voluisse *isicium*, quod etiam suæ Ed. margini adlevit G. Vossius pro vulgato ante Colvium *juscum*. Alius conjecit *jusculum*. Th. Marcil. in not. ad Pers. S. II. 42. 'Tucetaque crassa:' conjecit *ileum*; quia cum Isidoro existimat *pulpam* et *viscus* esse eadem: unde etiam Salmas. ad Solin. p. 265. sequentia *pulpam f. consectam* glossam esse existimabat. Sed erravit Isidorus, vel librarii potius. Nam voces illæ cap. 2. 'Hanc pl. viscum vocant,' a nonnullis Mss. absunt. *Viscus* dicitur de carnosis partibus internis, *pulpa* de externis. Eas partes interiores farturæ aptas alii *ilia*, vel *hila*, et *exta* nominant, *des Tripes*. Vide D. Herald. ad Arnob. lib. VII. p. 230. 'In exiguas arvina est miculas aut hila minutim insecta.' In Priapeis Carm. XVIII. loco maxime adposito, quemque Nostri verbis contra Scioppium bene explicuit Tan. Faber lib. II. Ep. 53. 'Ecquando Telethusa circulatrix Quæ clunem, tunica tegente nulla, Extis aptius altiusque motat, Crissabit tibi fluctuante lumbo.' *Viscum* autem vel *juscum* præferunt Mss. tantum non omnes. At si ita scripsit Appuleius, nove eam vocem quarto in casu masculino genere posuit. Nam Veteres per *viscum* secundæ declinationis intellexerunt herbam glutinosam, seu gummi quoddam et glutinum aucupum, de quo visco et aucupio adi Gronov. lib. III. Obs. c. 18. Comm. ad Petron. cap. 109. et Propert. I. 15. 24. uti et Drakenb. ad Sil. VII. 674. Inf. lib. XI. p. 244. 'Alter aucupem cum visco.' Id quod et observavit Servius contra Nonium p. 184. Ed. Merc. de 'tractu visceris' male capientem verba Virgilii lib. I. G. 139. 'Fallere visco.' Vide et Isid. lib. XX. cap. 2. Per *viscus* vero, *visceris* tertiæ declinationis, intellexerunt carnem seu viscera. Nec enim bene hic Charisium advocat Colvius. Is nusquam dicit pro carne utrumque viscus, *eris*, et *viscus*, *ci* usurpari, sed tantum lib. I. p. 19. et p. 70. Ed. Putsch. docet, vocem diverso genere et declinatione adhiberi. At qua significatione, non definit. Quare fere inclino in senten-

tiam Salmasii d. l. *viscus* et hic legentis. Et ita sane non Scal. modo seu Vulc. Ed. sec. exhibuit, sed jam Ed. Junt. posterior. Exciditque syllaba, ut fuerit *viscus confartim conc.* Certe Edd. Rom. Vic. Beroald. Ald. Junt. pr. Col. Bas. pr. syllaba auctius dant, *f. circumcisum.* Sed *fartim* est lib. III. p. 44. 'fartim stipare.' Auson. in Mos. vs. 85. 'fartim congestus.' vs. 113. 'fartim pinguescis.' Plaut. Mil. Gl. I. 1. 8. 'fartum facere ex hostibus:' ut quidam non male legunt. *Conscissum* est in Palat. *conscisum* Guelf. et Fux. *concitum* in Pith. An *contunsum?* Idem. *Juscum*] Pulpamentum minutatim concisum, eleganti vocabulo *juscum* appellat, quod vulgo *jus* nominitant: hinc Ciceronis ille jocus amphibologicus: 'Ego coque tibi jure favebo:' et apud M. Varr. in tertio de Re Rustica consimiliter: 'Sic hos pisces nemo coquus in jus vocare audet.' Tria genera ganeatorum ciborum traduntur: primo assa, secundo elixa, tertio ex jure, uti cœpisse natura docet: unde jurulentum dictum, quasi jure conditum, quod et jussulentum vocatur. Cor. Celsus in secundo: 'Tum res eadem magis alit jurulenta quam assa, magis assa quam frixa:' jurulentam conditeram intelligi voluit Satyrographus, cum ait: 'et eodem jure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente:' a 'jure' fit 'juscum,' et hypocoristicως 'jusculum.' M. Cato: 'Infervefacito paulisper, postea jusculum frigidum sorbere, et ipsam brassicam esse.' Apitius, scribens de pulmentario ad ventrem: 'Jusculum,' inquit, 'facere et potare: melius etiam, si in eo pullus sit decoctus.' *Beroald.* *Fartim*] A 'farciendo' adverbium 'fartim' dicitur: hoc est, congestim et cumulatim. Talia autem condimenta fiunt in Gallia, ut caró minutim concisa, immo frustulenta, cum ovis et aromatibus in cacabum juris optimi conjecta discoquatur: fitque pulmentarium scitissimi saporis, inter instrumenta ganeæ præcellens. Apitius, porcellum farsilem, leporem farsilem, pisces farsiles vocat, qui in eduliis farciuntur variis condimentis. *Idem.*

Pulpam frustratim collectam ad pascua virulenta] *Conseptam* Oxon. *collectam* e Lips. cum Colvio dedit Vulc. Ed. pr. male, et contra Mss. atque Edd. Vett. mentemque Appuleii. Vide Donat. ad Terentii Hec. III. 4. 'Pulpa: quæ pulsetur et conscindatur.' Supra jam monui, male a Salmasio hæc, *p. f. consectam,* ejici: cum sine dubio *e viscere* et *pulpa* confecerit Fotis carnem minutatim et fartim consectam, qualem parabant vel in varias formas, nobis *fricadillas,* vel adhibebant ad *isicia* seu *insitia,* de quibus consule omnino. Ill. N. Heins. ad Ovid. lib. II. F. 548. et Tollium ad Palæphat. p. 194. ibique inedita tum Epigrammata. Corrigendus item Isidorus l. XX. c. 2. 'Farcimen, caro concisa et minuta dictum quod ea' (sic Mss. vulgo *eo*) 'insicium' (vulgo *institutum,* Mss. *intestinum*) 'farciatur.' Don. ad Eun. II. 2. 26. 'Fartores, qui insitia et farcimina faciunt.' Immo retinenda, *pulpam fr. consectam* luce clarius patet, quia *visceri* et *pulpæ* respondet vox *jurulenta;* vel *pulpæ* soli, si *jurulentam* præfers. Sed prius flagitant Mss. ut jam videbimus, postquam adposuerim locum Arnobii l. VII. p. 231. 'Quid diversis cum fartibus consectionis jure multiplici conditis.' Sic malo, quam *confectionis.* Oud. *Pulpam*] Inter Apiciana cibaria est et minutal, ex eo dictum, quod minutatim, hoc est, frustatim et tessellatim conciditur caro, aliaque scitamenta conciduntur. Quod multiformiter fit appellaturque aliud minutal Apicianum, aliud Matianum, aliud dulce; fit et ex jocinoribus et pulmonibus lepusculorum, ex spatulis porcinis frusta-

tim tessellatimque consectis: hoc est, per frustula et tessellas, quæ sunt frusta quadrata, unde adverbium 'frustatim' fit, quod significat per frusta et minutatim. Hoc pulmenti genus signare videtur Plautus in Curculione, cum ait: 'Vin' aquam? si frustulenta est, da obsecro; hercle obsorbeam.' Idem 'frustillatim' dixit diminutiva forma, quasi per frustilla: 'Jam ego te faciam ut hic formicæ frustillatim differant.' *Beroald.* *Pulpam frustratim consectam*] Donatus ad III. 4. Hecyræ: 'Pulpa proprie ea quæ manducatur, eo quod pulsetur ac conscindatur.' *Pric.*

In abacum ad pascua jurulenta] Inanes et vanæ sunt omnes doctorum virorum conjecturæ, in quibus etiam Th. Marcilii dicto Persii loco, *cacabum pascue jurulentum.* Scriv. in Anecd. Phil. p. 10. *et adposite vinulentam:* al. in Thes. Fabr. ineptissime, *abacum pascue vinolentum.* Salmas. pag. 265. Plin. Exerc. *et bamma compascue jurulentum.* Beroaldi conjecturam recepere Colin. et Bas. pr. Certe *abaco* nullus hic esse locus potest, quæ voces etiam *in abacum, εἰς κόρακας* abigendæ, in nullo Ms. comparent, temere e correctione Lipsii et commendatione Colvii ab Elmenhorstio et seqq. in textum receptæ. Flor. 1. Palat. Reg. Fux. Lips. Oxon. D'Orv. dant *ad pascua jurulenta*, vel prave *virulenta;* ut edidere Colv. Vulc. Ed. pr. Wow. item Ald. et Junt. post. præmisso *abacum* sine ullo sensu. In Par. est *ad pascuam jurulenta.* Sed in Edd. Rom. est *abacum ad pascuæ hyrulenta.* Vicent. Ven. Ber. Junt. pr. *abacum pascue hirulentam.* Hinc, quæ sit vera lectio, docebunt Mss. Flor. alter, *ambacu pascua jurulenta*, Pithœan. *ambacupascue hirulenta*, et Bertin. ut in meis est excerptis, *ambascum scocus pascua hirulentam.* Ac lego: *p. fr. consectam, embammatum pastu jurulenta.* Utraque scilicet et *viscus et pulpam* mixta, quibus addiderat Fotis *embammatum pastum;* unde erant *jurulenta* sive *jussulenta*, ut est in Apolog. p. 49. Ed. Casaub. *jurulenta* quoque jam legitur inter errata Ed. Junt. post. ac citat Barth. ad Claud. II. Stil. vs. 14. *pascua* sumens pro cibo vel prandio. Eodem vocabulo utitur et Noster l. IV. p. 79. ubi itidem in *virulentum* abiit: 'Hordeum tunsum minutatim et diutina coquitatione jurulentum.' Cels. l. I. cap. 6. 18. 'cibus jurulentus.' Plura vide apud Colvium. De *bammate* vel *embammate* consule Salmas. d. l. et ad Tertull. Pall. p. 123. 226. ac corrige etiam Isidori glossas: ubi vulgo *bombum, sorbellum. l. bamma m* abiit in *b.* quod passim in Græcis fit vocabulis. *Compascue* nec sensum idoneum, nec majorem, quam simplex *pascue*, habet auctoritatem. 'Compascuus' est 'ager,' 'locus,' ubi plura simul pascuntur pecora: 'cibus compascuus,' quem plures una edunt, 'jus compascuum,' pluribus pascendo commune. Vide l. IV. init. Cicer. in Topic. 3. Laurenb. Antiq. hac voce. At vox *pastus* est frequens. Eo fere sensu 'exoticum juris pastum' forsan dixit Auctor lib. X. p. 222. De *pastu* et *pastea* adi quoque Lips. Poliorc. l. III. Dial. 1. Si vel sic malis retinere *compascue*, quia *e æ a* in Mss. additur, vide, num e Bert. legas, *embammasi compascue.* Sic fere ipsa Codicum scriptura servabitur. Restituendum sic e Mss. l. I. de Dogm. Plat. p. m. 796. 'Et esse aplanesi primum ordinem, secundum Saturno datum,' &c. Vulgo sine sensu ἀπλανῇ. De Græco illo casu, Latine adhibito, consule Heins. ad Ovid. Epist. XIII. 137. 'Troasin invideo.' Vel inverso litterarum in voce *pascoe* ordine fingi forsan possit, *embammatum sapore*, ut l. IV. p. 68. 'Suavi sapore percocta pulmenta.' L. VIII. in f. 'Femur in protrimentis sapidissime percoctum.' L. X. p. 220. 'Sapidissimis intrimentis succuum,' i. e. embammatum sa-

pore condita pulmenta. Sed sequitur 'tucetum sapidissimum.' Hæc scripseram prius, sed adtentius dein considerans sequentia verba, illud *cibarium vasc.* concedere malui in Groslotii sententiam. Nam dicendo *illud*, Appuleius videtur id antea indicasse et nominasse *cacabum*, de quo vide Isidor. l. xx. c. 8. *Oud.* *Abacum*] Modo mensam potoriam significat, alias tabulam geometricam, alias ornamentum columnarum, alias calculos supputatorios. De abaco in quinto Tusculanarum quæstionum commentario satis multa. *Beroald.* *Pascue*] Opipare, laute, abundanter: adverbium est. *Idem.* *Hirulentam*] Quidam corrigunt *jurulentam:* cujus significationis jam mentio facta est. Ego lego *vinulentam*, ut sit epitheton mensæ vinariæ accommodatum, quæ omni vinorum genere copiose instructa sit. *Idem.*

Et quidem] Scriverius non male edidit *equidem:* pro quo contra *et quidem* rescribendam videbimus ad l. III. p. 60. 'corollis roseis equidem recentibus.' Sed in utroque Guelferb. et D'Orvill. bene *et quod:* ut rescripsi. Nam sic etiam in aliis esse vix dubito. *Oud.*

Jam mihi hariolabar] Flor. *j. inde hariolabar.* Elmenhorstius. Nec aliter Palat. Oxon. uterque Guelferb. Coll. Lips. ac puto recte; saltem addendam hanc esse voculam. Pithœan. *inariolabat.* Dein solito librariorum more *tucentum* est in nonnullis. Alii per duplex *c c* malunt. Vide Muncker. ad Fulgent. Expos. Serm. Ant. p. 180. l. v. p. 98. 'Edulibus atque tucetis oblectat.' Gloss. Isid. 'Tucetum, bubula condita apud Gallos Cisalpinos:' ut leg. cum Vulcanio. In Fux. *præquam.* Oud. *Naribus ariolabar*] Sagax nasus et acutior olfactus præsentit, et quasi ariolatur, hoc est, ex nidore divinat apparatum epularum. 'Ariolari' enim est vaticinari, et 'ariolus' dictus qui divina mente vaticinatur, quasi 'fariolus,' a 'fatis' et a 'fando,' sive ab 'halando:' nam halitu solent istiusmodi homines excludere velut mortalem animam, ut divinam recipiant: auctor Donatus. Præcipit M. Cato, ne villicus ariolum consuluisse velit. *Beroald.* *Tucetum*] 'Tuceta' dicuntur escæ regiæ, ut Callimachus: 'Ambrosio redolent tuceta sapore:' ut Persius: 'pingues patinæ, tucetaque crassa.' Obiter annotandum, inter militares cibos esse 'buccellatum,' ex eo opinor dictum, quod in buccellas et quasi tessellata frusta consectum sit: de quo 12. Codicis volumine legimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum et carnem vervecinam percipere debere. Ammianus videtur innuere, buccellatum id esse proprie, quod biscoctum dicimus: quod 'buccellatim,' ut ita dicam, tessellatimque formatur. Verba Ammiani hæc sunt ex lib. VII. 'Frumentum ad usus diuturnitatem excoctum, buccellatum, ut vulgo appellant, humeris imposuit libentium militum.' *Idem.* *Perquam sapidissimum*] Attende locutionis genus, contra morosas et prærancidas Grammaticorum observationes, qui duas hasce particulas, *Per quam*, jungi semper præcipiunt positivo, ut dicas *perquam sapidum.* Sed idonei scriptores, elegantiæ magis quam scripto grammaticali indulgentes, dicunt 'Perquam maximum,' 'perquam brevissimum,' 'perquam sapidissimum.' Q. Curtius, scriptorum elegantissimus: 'Bessum,' inquit, 'quoque Bactrianorum ducem, perquam maximo posset exercitu coacto, descendere ad se jubet.' Pomponius jurisconsultus, quo pene nihil limatius, tit. de origine juris, sic scriptum reliquit: 'Nam ante eum Servius duos libros ad Brutum perquam brevissimos ad edictum subscriptos reliquit.' Ex hoc colligimus, Latinitatis elegantiam, qua nihil fusius uberiusque est, haud quaquam

coërcendam esse intra cancellos normæ grammaticalis, nec astringendam regulis Donatistarum: cum et Grammaticos ipsos videamus regulas fulcire oratorum poëtarumque fulturis, et ad auctoritatem veterum scriptorum veluti ad ancoram confugere. *Idem.* *Et quidem naribus jam mihi hariolabar tucetum aliquod sapidissimum*] Quale ungentum illud de quo Catullus: 'Quod tu cum olfacies, Deos rogabis Totum ut te faciant Fabulle nasum.' Callimorphus apud Fulgentium: 'Ambrosio redolent tuceta sapore.' Gloss. 'Tucetum, ζωμὸς παχύς.' Vide et Persii Scholiastem ad Sat. II. Elegantissime autem *hariolari naribus.* Donatus ad III. 3. Adelph. 'Nares a naritate dictæ, quod nos odoratu doceant præsto et prope esse, quæ adhuc oculi non vident.' 'Nidorem naribus præsentire,' Noster in Apologia dixit. In Cataplo Luciani: 'Η κνῖσσα τῶν σκευαζομένων εἰς τὸ δεῖπνον ἀνέπνευσέ με. *Pric.*

Linea tunica] Perpetua hæc est variatio Nostro et aliis. Vide Indic. Quamquam si addicerent plurimi Mss. præferrem *lintea.* Vide l. II. p. 39. 'Linteis amiculis:' in uno *lin.* L. IV. p. 71. 'Veste linea:' in duobus *lintea.* L. XI. p 392. Ed. Flor. 'Linteis intectum.' Contra in Festo voce *Minora templa* pro *linteis* e Ms. Voss. a m. pr. rescribendum *lineis,* uti et habet Serv. ad Æn. IV. 200. Ibi enim vox est substantiva *lineæ,* præstantes repagulorum vicem, sive ligneæ trabes, ut docet Burm. ad Servii locum. L. XI. de Isiacis sæpe. Cic. V. Verr. 55. Suet. Oth. in f. 'lintea veste.' *Oud.* *Ipsa linea tunica mundule amicta*] 'In tantum ornata, ne immunda esset,' ut Seneca Controv. II. 7. locutus. Tertullianus de Cultu femin. cap. 5. 'Non supergrediendum ultra quod simplices et sufficientes munditiæ concupiscunt.' Cato apud Livium: 'Non magistratus et sacerdotia, et triumphi, &c. iis possunt. Munditiæ, ornatus, et cultus, hæc fœminarum insignia sunt.' Marius apud Sallustium: 'Ex parente meo, &c. ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire.' *Pric.* *Mundule amicta*] Eoque oculis grata magis, et animo illabunda. Plaut. Menech. 'Munditia est illecebra animo amantium.' Ovidius: 'Nec prodite graves insuto vestibus auro: Per quas nos petitis, sæpe fugatis opes. Munditiis capimur.' Lucretius: 'Facit ipsa suis interdum fœmina factis, Morigerisque modis, et mundo corpori' cultu, Ut facile insuescat vir secum degere vitam.' *Idem.* *Mundule*] Eleganter, nitide, et sine sordibus: adverbium est. *Beroald.* *Tunica linea*] Vestimentum puellæ lineum, quo induta erat Fotis: quod quidam 'interulam,' quidam 'camisiam,' quidam 'supparum' appellant. Juxta illud Afranii: 'Puella non sum, suppare si induta sum.' 'Subucula' quoque dicitur, de qua est illud Horatianum: 'Si forte subucula pexæ Trita subest tunicæ:' et Hieronymus adversus Jovinianum: 'Tunc pexa tunica et nigra subucula vestiebaris, sordidatus et pallidus.' Sed quod cum bona pace sanctissimi scriptoris dictum sit, qui Horatium æmulari volens, pexam tunicam pro lacera et sordida accepit: quod longe secus est: *pexa* enim *tunica* significatur elegans, pretiosa, concinna: unde et 'pexatus' dictus, vestibus pexis indutus. Mart. 'Pexatus pulchre rides mea Zoile trita.' A Quintiliano quoque 'pexus doctor' decenter accipitur pro eleganti, terso, et exculto. Plin. ait in VIII. 'lanam Histriæ vestibus pexis alienam esse.' Idem Mart. 'Emi seu puerum, togamve pexam.' Denique ut breviter multa comprehendamus, pexum vestimentum opponitur trito, tanquam pretiosum abjectissimo: et ita intelligi voluit Horat. tanquam inconcinniter reprehensibiliterque copuletur vestis pexa cum trita subucula: nec enim aliter

Horatiana sententia elegantiam satyricam redoleret. Videri potest hallucinatus esse divus Hieronymus, ut crederet pexam tunicam accipi pro lacerata et vili, ex illo Terentiano: 'Adeo depexum dabo, ut dum vivat meminerit semper mei.' Ubi Grammatici exponunt, 'depexum' pro 'laceratum.' Sed longe aliud pexa vestis est, aliud homo depexus: hæc enim particula *de*, modo auctiva est, modo privatoria: ut 'depexum' dicamus pexo contrarium, sicut 'dehonestum' verbum dicitur turpe et contrarium honesto, et mille alia: quamvis tamen apud Terentium verbum illud 'depexum' accipi conducenter posset pro expolito et exculto, sicut hodie quoque in communi loquendi consuetudine usurpatur, ut minitabundi dicamus, 'Ego comam tibi pectam atque exornabo.' Et ita ego autumo hoc sensu dictum illud Terentianum: 'Ego si vivo, adeo depexum dabo, ut dum vivat meminerit semper mei:' nam exornatum et depexum in eodem significatu accipiuntur: quamvis contrarium subintelligi velit. Hæc judicent volentes: quæ a me dicuntur causa juvandi, non obtrectandi. Dii enim mentem meliorem mihi. *Idem.*

Russea fasciola] *Rursus sea* vel *rursus se* est in Pal. Par. D'Orv. et Ed. Vicent. *rursusea* Guelf. pr. *Russa* citat Cuper. ad Apoth. Hom. p. 153. ut Trebell. Poll. in Claudio c. 14. 'Tunicis russis militares:' *russeola* Spanhem. ad Callim. p. 135. Æque possis legere *russula*. Confer viros doctos ad Vopisci Probum c. 4. Salmas. ad Lamprid. Anton. Diad. c. 2. J. Capitol. in Cl. Albino c. 5. 'Russulis fasciolis illigarentur:' et ibid. 'udæ essent russulæ fasciolæ.' Sed recte se habet *russea*. Sic enim Florent. Guelf. sec. Reg. Vide Muncker. ad Hyg. F. 69. et Epist. Corp. t. v. p. 413. Heins. ad Petron. c. 27. 'tunica vestitum russea:' et Virg. Æn. VII. 712. In Bas. pr. legitur *rubeas*, ut ad *papillas* referatur. Sed frustra. *fasceola* Guelf. *altiusculo* Fux. *Oud.* *Et rursus se a fasciola*] Mendosus locus, quem ego sic emendo, *et russea fasciola:* ut sit sensus: Fotidem succinctam fuisse fasciola rubentis coloris. 'Russus' enim et 'Russeus,' appellationes sunt ruffi coloris. Sicut enim fulvus et flavus et rubidus et phœniceus, et rutilus et luteus, et spadix, ruffum colorem significant, quadam varietate distantes; ita 'russeus' vocabulum est ruboris, quod in vernacula lingua hodie quoque vulgo est usitatissimum. Catullus: 'Dentem atque russam defricare gingivam.' Quidam apud Catullum legere malunt *ruffam*, reformidantes videlicet vetustam dictionem, perinde ac inelegantem. Flavius Vopiscus: 'Tunicas ducales russas quatuor, pallia proconsularia duo.' In epistola Valeriani scriptum legimus, tunicas russas militares annuas, sagos, chlamydes annuas duas. Hinc aurigas russeos sive russetos dictos esse opinor, a russo scilicet colore quo utebantur: sicut factiones aurigarum Veneta et Prasina nomen a coloribus sortiuntur, de quibus apud Suetonium affatim, et in lib. Annotationum non indiligenter explicavi, demonstrans quid sit apud Plautum Thalassicus ornatus. Apud Plin. mentio fit russei sive russati aurigæ. De auriga russato dictum est illud a Satyrographo poëta: 'Parte alia solum russati pone Lacertæ:' et si aliter legimus exposuimusque locum hunc in libro Annotationum, tamen verior lectio et sensus purior hic videtur, ut ad aurigam russatæ factionis nomine Lacertam referatur qui lucrosior erat et opulentior ex aurigandi studio, quam causidici exactione causarum. Fas enim est mutare sententiam, ubi posteriores cogitationes meliores sunt prioribus, et post inventa magis quadrant. Est et rusceus color a rusco

virgulto dictus: unde ruscea facies, infecta colore rusci. Cato lib. VI. originum: 'Mulieres opertæ auro, purpureaque ruscea facie.' *Beroald.*

Prænitente] Valde splendente, et fulgente. *Idem.* *Sub ipsas papillas*] Videtur signare strophium: hoc est, fasciam pectoralem, qua papillæ cohibentur. Turpilius: 'Me miseram, quid agam? inter vias epistola excidit mihi, inter strophium ac tunicam collocata.' De strophio in hoc significatu ait Catullus: 'Non tereti strophio lactentes vincta papillas.' Alias Antiqui strophia coronas tenuiores appellitant: unde nata strophiola, auctor Plin. in XXI. Præterea Græce στρόφιον vocatur, quod Latine 'stroppus:' insigne autem capitis sacerdotale est. Quidam coronam esse dicunt, ideoque apud Faliscos festum fuit nomine Strupearia, quia coronati ambulabant. Nostri vernacula lingua adhuc 'stropum' vulgo vocitant, quod in usu utilium est, et coronamenti rusticani vicem repræsentat. *Idem.*

Succinctula] Passim quidem Auctor luxuriatur in deminutivorum usurpatione. Sed, an alibi id fecerit in participiis verbi passivi, vehementer dubito. Favet vox 'argutula' paullo ante ab 'argutus.' Sed ea vox meri nominis naturam induit. Propius accedunt 'semiadopertuli oculi' lib. III. p. 52. IX. p. 203. 'pollutissimus dives.' Vitiosum tamen visum est Scriverio. Edidit enim *succincta jam*, et sic citavit T. Faber. *Succitula* Bas. pr. *succintula* al. De 'succinctis' et 'altecinctis' servis vide ad Phædr. lib. II. F. 6. Mox in Palat. et Guelf. sec. *parmulis* pro *palm.* frequenti librariorum aberratione. *Oud.* *Fasciola, &c. sub ipsas papillas succinctula*] Apoc. I. 13. Πρὸς τοῖς μαζοῖς περιεζωσμένη. et 1 Macc. 3. 19. ὑπὸ τοὺς μαζοὺς περιεζωσμένη. Cinna apud Isidorum Orig. XIX. 33. 'Strophio lactantes vincta papillas.' Infra heic lib. X. 'Tænia quoque, qua decoras papillas devinxerat,' &c. Isidorus ubi supra: 'Fascia est qua tegitur pectus, et papillæ comprimuntur.' Nonnius: 'Strophium est fascia brevis, quæ virginalem tumorem papillarum cohibet.' Hieronymus de vitand. susp. contub. 'Papillæ fasciolis comprimuntur, et crispante cingulo angustius pectus arctatur.' *Pric.*

Floridis palmulis] Venustis manibus. Ideo autem per ὑποκόρισμα dixit 'palmulis,' ut ostenderet, in fœmina tales manus esse elegantiores, cum enormitas sit inamabilis ac invenusta. Videtur Nævius dixisse 'manciolas' diminutivo vocabulo, quasi parvas manus. 'Manciolis,' inquit, 'tene illis:' pro manibus. *Beroald.*

Rotabat in circulum] Lib. VIII. 'Crinesque pendulos rotantes in circulum.' *Pric.*

In orbis flexibus] Lib. X. 'In orbe rotatim flexuosi.' *Idem.*

Crebra succutiens] Expressit gestum motumque puellæ, coquinariam facientis, quæ sæpe succutitur, rotans pulmentarium in cacabo, sive lebete coquinatorio, et ollula escaria. *Crebra* autem dixit, pro *crebro:* nomen pro adverbio: ut Virg. 'pede terram Crebra ferit.' *Beroald.*

Illubricans] Lubricitate quadam insinuans: simul allusit ad lubricum puellæ corpus, lævoremque membrorum prænitentium. 'Lubricus' autem dicitur locus, in quo labimur, et corpus: ut 'pavimentum lubricum,' 'anguis lubricus.' *Idem.*

Lumbis sensim vibrantibus] Exponunt vulgo 'paullatim,' quod non capio. Rectius interpreteris 'leniter;' ut præcedit. Adi ad p. 31. 'orificio sensim dehiscente:' et p. 32. 'Super me sensim residens:' ubi alii *cessim*, alii *cossim*. Plura iis locis. *Sensum* Guelf. sec. *Oud.* *Vibrantibus*] Fluctuantibus. *Beroald.* *Lumbis sensim vibrantibus*] Martialis: 'Vibrabunt sine fine prurientes, Lascivos docili tremore lumbos.' *Pric.*

Mobilem spinam quatiens placide] Quod infra lib. x. 'Spinulam leniter fluctuare.' *Idem.* *Spinam mobilem*] Spina tereti structura compacta est, per media foramina, a cerebro medulla descendente: quæ animali hoc est, quod navi carina. Ex medulla hominis spinali anguem gigni proditum est, quod et Pythagoras apud Ovid. tradit his versibus: 'Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro Mutari credant humanas angue medullas.' *Beroald.*

Undabat] Errat Elmenh. Mss. Florent. Palat. Oxon. Regius, Fux. cum utraque Vulcan. et Wowerii editione præferunt *undabat*, et vitiose D'Orv. *nudabat*. Motu suo erat undarum agitationi quasi similis, et 'lumborum crispitudine fluctuabat,' ut ait Arnob. lib. IX. p. 73. ubi vide Comm. ac 'clunium fluctus' lib. v. p. 177. 187. Inf. p. 32. lib. x. p. 235. 'fluctuante spinula.' Compositum hujus loci sensu alienum est. Alibi quoque *in* hic addiderunt librarii, ut apud Boëth. lib. I. Cons. Phil. pr. 2. 'Oculos fletibus undantes.' Ms. Leid. *inund.* sed male. *Oud.* *Inundabat*] Undatim agitabat. Quidam legunt *nudabat*. Beroald.

Isto adspectu defixus obstupui] 'Defixis oculis, animoque et corpore torpens.' Virgil. 'Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno.' Catullus: 'Simul te Lesbia aspexi, nihil est super mi Quod loquar amens. Lingua sed torpet,' &c. Ad Helenam Paris in Ovidianis Epistolis: 'Ut vidi, obstupui, præcordiaque intima sensi Attonitus curis intabuisse novis.' Suidas: Ἐκπήγνυσθαι, ἐκπλήττεσθαι. Virgilius x. 'Stupet in Turno.' Servius: 'In Turnum intuens.' Et alibi: 'Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido:' ubi Servius: 'Obstupuit, quod est signum futuri amoris.' *Pric.* *Defixus obstupui: et mirabundus steti*] Ovidius: 'Hæsit, et in vultu constitit usque tuo.' *Idem.*

Steterunt et membra] Honestis verbis genitalia arrecta fuisse designat, quæ membra nominitant. Hinc in carmine obscœno: 'Priapus dictus membrosior æquo:' hoc est, mentulatior justo. Hinc Annæus Cornutus in illo carmine Virgiliano: 'Optatos dedit amplexus, placidumque petivit Conjugis infusus gremio per membra soporem:' dixit, membra paulo incautius nominata esse, tanquam per membra signarentur genitalia. 'Seminale membrum' dicitur ab Ovid. a semine et genitura. *Beroald.*

Ollulam] Inter *o* et *au* cognatio non parva est: unde 'plostrum' et 'plaustrum,' 'cotes' 'cautes,' 'lotus' 'lautus.' E contrario 'austrum' pro 'ostrum,' 'ausculum' pro 'osculum' Antiqui dixerunt. Sic 'ollam' et 'aulam' indiscretim usurpant: unde 'exta aulicoctia' dicta, quæ in ollis coquebantur, id est, elixa: 'auxilla' dicitur 'ollula,' id est, olla parvula. Ab 'olla,' 'ollares uvæ' dictæ, quæ in ollis fictilibus optime condiuntur. Statius in Sylvula: 'Ollares rogo non licebat uvas.' In ollis pultes coquebantur: hinc dixit M. Varro: 'Oculis observate ollam, pultis ne aduratur.' De quibus Epigrammatista: 'Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas.' Ab olla, 'ollera' dicta, quia in ea decoquebantur. Græco vocabulo 'chytropodas' appellant ollas, quæ pedibus sustentantur. In Levitico mendose legitur: 'Sive clibani, sive sytropodes destruentur, et immundi erunt.' Tu lege, *chytropodes*: et accipe pro ollis pedatis. Nicolaus de Lyra super eo loco deliramenta loquitur. *Idem.*

Cum natibus intorques] Nescio, unde Pricæus, inepte sane, ediderit, *natibus circumtorques*. Ollam simul et nates intorquebat: et ita Lucianus: τὴν πυγὴν τῇ χύτρᾳ ὁμοῦ συμπεριφέρεις καὶ κλίνεις. Vide Epigr. inedit. p. m. 46. *Oud.* *Cum natibus intorques*] Lucian. ὦ καλὴ παλαῖστρα, τὴν πυγὴν τῇ χύτρᾳ ἅμα συμπεριφέρεις καὶ κλίνεις. *Beroald.*

Pulmentum] A pulte, qua longo tempore Romani vixerunt, 'pulmenta' et 'pulmentaria' dicuntur: auctores M. Varro et Plin. *Idem.* *Quam mellitum pulmentum apparas*] Sic x. 'mellita edulia.' Oxon. *Quam pulchre m. p. a.* Pric.

Certius beatus] Sic Mss. et Edd. constanter, nihilominus male. Priceus conjicit *centies* vel *ter beatus*, ut nonnumquam cum aliis loquitur Auctor. Ego tamen potius excidisse puto vocem *certo*. Nam alibi hoc pacto loqui amat Madaurensis noster. Lib. IX. pag. 207. 'Certo certius dedere.' Lib. X. p. 231. 'Mox urguente spiritu jam certo certior:' idque libri sui margini adlevisse etiam Cl. Wasseum deprehendi. *Oud.* *Et certius beatus*] Scribe, *et centies beatus*. Infra lib. V. 'Prius centies moriar,' &c. *Pric.*

Cui permiseris illic digitum intingere] Τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου βάπτειν. Luc. 16. 24. *Idem.* *Illic*] In olla, quamvis symbolicωs referri posset ad fœminæ genitalia. *Beroald.* *Intingere*] Hinc 'intinctus' oppido quam eleganti vocabulo vocatur liquor, quo intingimus obsonia, ut commendatioris jucundiorisque saporis sint: ideoque vulgo sapor nuncupatur. Plin. in XV. ait, plerunque ad intinctus addi baccas myrti. Græco vocabulo 'embamma' nominatur, ἀπὸ τοῦ ἐμβάπτω, quod significat 'intingo.' Columella lib. novissimo: 'Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam specioso uteris.' In Evangelio scriptum est: 'Qui intinxerit mecum manum in paropside.' Græce dicitur, ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ. Consimiliter, ex eademque æschrologia, Lucianus μακάριος ὅστις ἐνταῦθα ἐνέβατο, id est, fœlix quicunque illic intinxerit. *Idem.*

Dicacula] Dicacitas a dicendo ducta est, quæ proprie significat sermonem cum risu aliquos incessentem: ut ante dictum est. Hinc 'dicax' et 'dicaculus,' qui dicacitate et jocorum mordacitate præpollet. Demosthenem urbanum fuisse dicunt, dicacem negant: multi, ut auctor est Quint. in conviviis et sermonibus dicaces sunt. Hic dicacula puella significatur loquacula, petulans, venustula, et in verbis faceta. Græce dixit Lucianus, σφόδρα γὰρ ἦν ἰταμὸν καὶ χαρίτων μεστὸν τὸ κοράσιον, id est, Erat puella valde proterva, et plena venustatis. *Idem.*

A meo oculo] Bert. et Ald. *a me, a foculo.* Elmenh. Sic etiam Palat. et Edd. ante Bas. sec. quæ cum Colv. et Vulc. pr. dat *a me, foculo*, ut est in Regio et Guelf. pr. a m. pr. Nam a m. s. est *meo f.* ut in ceteris Mss. et Ed. sec. Vulc. seu Scalig. *a meo f.* Haud dubie vere. Sed ita distinguas velim: *disc. inq. miselle, quam p. a meo foculo: discede.* non junctim cum sec. *discede.* In Pith. *facto.* in Guelf. *fuculo.* Oud. *A foculo discede*] Eleganter 'Foculus' dictus pro puella, quia amator uritur, et amor ignis est. Et sic et Terentius: 'Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.' Diomedes grammaticus ait, acyrologiam esse apud Terentium, 'Accede ad hunc ignem:' ubi nomine *ignis* significat meretrix. *Ber.* *Quam procul a meo foculo discede*] In Plauti Mostellaria: 'Exi e culina sis foras mastigia, Qui mihi inter patinas exhibes argutias.' *Pric.*

Nam si te vel modice meus igniculus afflaverit, ureris intime] Artemidorus lib. II. cap. 6. Οὐδὲν οὕτως τὰ σώματα θερμαίνει, ὥσπερ πῦρ καὶ γυνή. 'Nihil tam corpora calefacit, quam ignis ac femina.' Noster lib. VIII. 'Flamma sævi amoris parva quidem primo vapore delectat, sed fomento consuetudinis exæstuans immodicis ardoribus totos adurit homines.' Petron. Arbiter: 'tenta modo tangere corpus: Jam tua flammifero membra calore fluent.' Sulpicia ad Cerinthum apud Tibul. lib. IV. 'Uror ego ante alias: juvat hoc, Cerinthe, quod uror. Si tibi

de nobis mutuus ignis adest.' Plura nos ad Terent. Eunuch. Act. I. Sc. 2. 'Accede ad ignem hunc: jam calesces plus satis.' *Brant.* *Si te vel modice meus igniculus afflaverit, uretis intime*] In Plautina Epidico: 'Ille quidem Vulcani irati est filius, Quaqua tangit, omne amburit: si prope adstes, æstu calefacit.' Paulus Silentiarius: Οἶστρος ὀλισθήεσσαν ἔχει φύσιν, ἣν τις ὀϊστοῦ Ἄκρον ἕλῃ φλογέου, δύεται ἐντὸς ὅλος. Chrysologus Serm. XCIV. 'Mulieris, &c. tactus urit male conscium.' Licinius Portius apud Gellium tali flamma contactus: 'Si digito attigero, incendam sylvam simul omnem, Omne pecus.' Et nota hic τὸ *igniculum.* Ambrosius de Samsone: 'Incendit alienas messes, sed ipse unius mulieris igniculo accensus, messem suæ virtutis amisit.' Hegesippus I. 23. 'Amoris igniculus adolescentulo obrepsit.' Terentius Eunuch. 'Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.' ubi Donatus: 'Potius ignem meretricis accipimus, quam aram Apollinis.' *Pric.* *Meus igniculus*] Amoris flamma et uredo. Virg. 'At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.' Cyrus, apud Xenophontem, amorem ostendit igne esse longe potentiorem, quod ignis urit homines tangentes, at amor formæ eos etiam accendit qui procul spectant, in tantum, ut ardenter æstuent. *Beroald.*

Nullus extinguet] Lepidius sane venustiusque id totum apud Lucianum Græcum est, ubi ait Palæstra: θεραπεύσει σε οὐδεὶς ἄλλος, οὐδὲ θεὸς ἰατρὸς, ἀλλὰ κατακαύσασά σε μόνη ἐγὼ, id est, Sanabit te nullus alius, neque medicus deus, sed ego sola quæ te combussi. et mox paulo: ἄνθρωπον οἶδα ἔγωγε καὶ σφάττειν καὶ δέρειν καὶ κατακόπτειν, id est, Ego hominem novi et jugulare, et excoriare, et trucidare. *Idem.* *Nec ullus exstinguet ardorem tuum nisi ego*] In vetere Mimo: 'Amoris vulnus idem qui sanat facit.' In vetere Epigrammate: 'Julia sola potes nostras exstinguere flammas.' Æditnus vetus Poëta apud Gellium: 'Hunc ignem Veneris, si non Venus ipsa, Nulla est quæ possit vis alia opprimere.' Lucret. 'Namque in eo spes est, unde est ardoris origo, Restingui quoque posse ab eodem corpore flammam.' Parthenius in Eroticis, cap. 4. de Œnone: Ἐξηγεῖτο δὲ ὡς δεῖ αὐτὸν (Alexandrum Priami) τρωθῆναι, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτὸν οἷός τε ἔσται ὑγιῆ ἢ αὐτὴ ποιῆσαι. *Pric.*

Quæ et ollam et lectulum suave quatere novi] Juvenalis: 'Antiquum, et vetus est alienum Posthume lectum Concutere.' Ovidius: 'Spondaque lasciva mobilitate tremens.' *Idem.* *Et ollam et lectulum quatere*] Fotis quatenus coqua est, ollam rotare novit et quatere: quatenus amorabunda est, lectulum concutere, qui instrepere solet ex colluctatione veneria. Catullus: 'Tremulique quassa lecti argutatio, inambulatioque.' *Beroald.*

Habitudinem] Corporis filum, habitum et membraturam. 'Habitior' apud priscos dicitur pro pinguiori, 'habitissimus' pro pinguissimo et corpulento usurpatur: e contrario 'male habitus' pro emaciato attenuatoque Gellius: 'Equum nimis strigosum et male habitum, sed equitem ejus uberrimum et habitissimum viderunt.' Ubi annotandum est, 'strigosum' dici pro macro, exhaustoque, quasi stringosum: sic enim apud Veteres dicitur, cujus corpus stringitur aut fame aut macie, aut alia vitii causa. Sic apud Livium strigosiores equi, pro exhaustis, et macie attenuatis. *Idem.* *Quam diligenter omnem ejus explorassem habitudinem*] 'Quam totum lustrassem lumine corpus.' Hoc ipsum illud est quod παιδίσκης περιεργίαν (id est, κατανόησιν περίεργον) Sirachides XLI. 27. vocavit, et ibi Vetus versio 'ancillam scrutari.' Theocritus Eidyll. XXI. Καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε σύννεχες εἶδεν. Philo de Pharaonis filia Mosem curiose lus-

trante: Ἀπὸ κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν καταθεωμένην, τήν τε εὐμορφίαν καὶ εὐεξίαν ἀποδέχεσθαι. Ἀνδριαντοποιοῦ δίκην ζωγραφεῖν καὶ θεωρεῖν τινα, IV. 8. Philostrati. 'Diligenter explorare' autem etiam Ammianus l. XXVIII. dixit. *Pric.*

Sed quid ego] Passim in transitionibus ita loquuntur. Vide Burm. ad Virg. Æn. II. 101. me ad Lucan. l. II. vs. 642. lib. VII. p. 134. 'Sed quid ego pluribus conqueror?' Ter. And. v. 3. 15. 'Sed quid ego?' Liv. lib. XXXVIII. 48. 'Sed quid ego hæc ita argumentor?' Auson. de Ludo VII. Sapientum in prol. 'Sed quid ego istæc?' Sic ex vetustissimo Cod. Voss. legendum, neglecta synalœpha pro Ausoniano more, de quo alibi. Restituenda est adversativa particula Lactantio de Ira Dei c. 15. 'Sed quid opus est de humanis adfectibus dicere.' Sic enim in Ms. veterrimo Bononiensi. Vulgo abest *sed*. Oud.

Sedulo publice et prius] Hæc non intelligo. Sic tamen est in Palat. aliisque forsan, et ediderunt Elmenh. Scriv. Pric. ac Floridus. Conjecit Sopingius, *et privitus*. Sed illud idem est τῷ *domi*. Flor. Reg. Lips. cum Edd. Colv. Vulc. Wow. *sed et publice et prius*. Non melius. Scilicet scribendum fuerat cum Guelf. pr. D'Orvill. Bertin. Oxon. Pith. Fux. et Edd. Vett. nisi quod *sedula* sit in Junt. et Ald. *sedulo et publice prius i. et domi postea p.* Vel sic tamen semel τὸ *et* abundat per polysyndeton, Nostro frequens, ut innumeris monendum est locis. *Idem. Postea perstrui*] Apertior sensus, si legas *perfrui*. Beroald.

Sitque judicii hujus apud me certa et statuta ratio] *Sicque judicii, &c. ratio est.* Sic edidit Elmenhorst. sequentibus eum reliquis, et quidem, ut ait, e Florent. At in illo Ms. non comparet verbum *est*. Antea vulgo circumferebatur *ratione*, ut etiam in plerisque Mss. frustra defensum a Colvio. Beroaldus etiam legi voluit *ratio*, ut habent Edd. Junt. Ald. Bas. pr. Et recte, modo pro *sicque* legas *sitque*: quod servarunt Mss. Fux. Reg. Pith. Junt. Ald. Jungenda hæc sunt cum præcedentibus: 'Cum mihi fuerit cura, et sit hujus judicii apud me, &c. ratio.' Postquam *sitque* abierat in *sicque*, librarii addidere *e* pro est: unde alii fecere *ratioe*, hinc *ratione*. Istud *sicque* ubi ubi me vehementer offendit, sæpius Nostro intrusum a Colvio, sed bene rejectum a recentioribus; ut pag. 33. 'sicque paratus.' pag. 42. 'sicque prœliatus.' Lib. x. p. 230. 'sicque elisus,' pro *sic*: ut p. 37. 'sic desolatus.' Sustulimus id olim etiam Frontino Mstorum ope lib. I. c. 3. § 8. Restat tamen etiam nunc in Curtio lib. VII. cap. 8. § 11. 'Sicque locutos esse:' et Apollin. Sidonio lib. I. Ep. 2. 'Sicque præ foribus immurmurat.' Lib. IV. Ep. 21. 'Sicque omnes,' &c. Ceterum in Fux. et Regio Mss. est *judicium*. Quod vero Stewechius hic et alibi simili in re *stata* inculcare conatur, errat vir doctissimus. 'Statuta apud me ratio' dicitur, ut 'statutum est mihi' apud Cic. et alios. Quid differant 'statum' et 'statutum,' vide ad Suet. Calig. c. 40. 'Pro eduliis certum statutumque tributum exigebatur.' *Oud. Statura ratione*] Legas *ratio*, ut sit casus rectus. *Beroald.*

Pars ista corporis] Caput et capillitium. *Idem.*

In aperto et perspicuo] Ms. D'Orvill. *et in ap.* Fux. *p. illa corp. et aperta.* Non video vero, cur hic melius fore scribat Pricæus *conspicuo*. Nam aliquoties Noster sic *perspicue* dixit; et consule ipsum Pricæum ad lib. IV. p. 85. 'perspicua pulchritudo.' In Oxon. dein, *primis n. lum.* Oud. *Pars ista corporis in aperto et perspicuo posita*] Melius *conspicuo* legas. In Apologia: 'Præsertim os, cujus in propatulo et conspicuo usus homini creberrimus.' *Pric.*

Et quidem] Lege, *et quod.* Beroald.

Floridæ vestis] Quæ mulieribus ple-

rumque gestata. Noster lib. VII. 'Sumpta veste muliebri florida in sinus floccidos abundante.' D. Basilius ad Gregorium Theologum: Μήτε δὲ ἐν χρώματι τὸ ἀνθηρὸν διωκέσθω, μήτε ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ λεπτὸν καὶ μαλακόν. τὸ γὰρ τὰς ἐν ἐσθῆτι εὐχροίας περισκοπεῖν, ἴσόν ἐστι γυναικείῳ καλλωπισμῷ, ὃν ἐκεῖναι ἐπιτηδεύουσιν, ἀλλοτρίῳ ἄνθει παρειὰς καὶ τρίχας ἑαυτῶν καταβάπτουσαι. Martianus Capella lib. I. de Nupt. Philo. et Merc. 'Ejus conjux grandæva corpulentaque mater, quamvis fœcunda circumfusaque partubus, tamen floridam discoloramque vestem herbida palla contexuerat.' Notat Suidas: Νόμος Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν. Denique hominum delicatiorum erat, florida veste uti. Lucianus Nigrino: Τὴν δὲ ἐσθῆτα τὴν ποικίλην καὶ τὰς πορφυρίδας ἐκείνας ἀπέδυσαν αὐτὸν, ἀστείως πάνυ τὸ ἀνθηρὸν ἐπισκώπτοντες τῶν χρωμάτων, ἔαρ ἤδη λέγουσιν, καὶ, πόθεν ὁ ταὼς οὗτος; *Colv.*

PAG. 26 *Nitor nativus*] Sicut membra corporis cultu vestis nitidioris conspectiora fiunt et venustiora, sic caput nitore capillorum, qui nativi sunt, condecoratur. Dixit Plautus, ornamenta purpurea et aurea convenire turpi mulieri. Cæsaries autem speciosa et crinita cumprimis decet fœminam, quæ (ut auctor est Ambrosius in VI. Hexameri) reverenda est in senibus, veneranda in sacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adolescentibus, compta in mulieribus, dulcis in pueris. Tolle arboris comam, tota arbor ingrata est. Tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flaccescit. Hic ornatus est capitis obvius omnibus, et perspicuus, quo cerebrum munitur et vestitur, ne aut frigore vexetur, aut æstu: sicut nihil fœdius est in fœ[illegible], quam caput capillitio depop[illegible]m; ita nihil venustius cæsariato [illegible]omatoque. In capite homini plurimus est pilus: inde cognomina capillatis Alpium incolis, Galliæ Comatæ. Myconii populi insulani carentes capillo gignuntur. Defluvium capillorum in muliere rarum, in spadonibus non visum. Tanta est decoris affectatio in mulieribus, ut aliena quoque coma caput exornent: adeo liquet capillum esse amabilem, illicibilemque. Ovid. sententialiter scribens ait: 'Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus: Et sine fronde frutex, et sine crine caput.' *Beroald.* *Nitor nativus*] Gloss. 'Nativa: ἰδιόχρωμα.' *Pric.*

Gratiasque suas probaturæ] Mss. Reg. Fux. Guelf. uterque, Palat. D'Orvill. Par. *gratiamque suam*, quod merito Pricæus sola Oxon. Cod. auctoritate prætulit, motus lib. x. p. 233. 'Gratia ambrosei coloris designans Venerem.' Passim *gratia* in Appuleio de forma et pulchritudine corporis usurpatur. Sic pag. seq. 'in contrariam gratiam variat adspectum:' dein, 'addebat gratiam:' p. 33. 'Calices variæ quidem gratiæ, sed pretiositatis unius.' Non æque bene idem Pricæus pro *probaturæ* voluit legi *adprobaturæ:* cum sciamus, potius *probare* sumi de eo, qui demonstrat, opus sive rem suam bonam esse. Adi Lexica. *Oud.* *Indolem gratiasque suas probaturæ, lacinias omnes exuunt, nudam pulchritudinem suam, &c.*] Lactant. de Opif. Dei cap. 7. 'Ipsa nuditas hominis mire ad pulchritudinem valet.' Propertius: 'Non juvat in cæco Venerem committere motu: Si nescis, oculi sunt in amore duces. Ipse Paris nuda fertur periisse Lacæna, Cum Menelaëo surgeret e thalamo. Nudus et Endymion Phœbi cæpisse sororem Dicitur, et nuda concubuisse Dea.' Lucianus Asino: Ἀποδύομαι, καὶ ἵσταμαι γυμνὸς, ὡς δῆθεν ἔτι μᾶλλον ἀρέσκων. Chrysostomus Homil. 29. ad 1 Cor. 12. Ὥσπερ ἂν εἴ τις σωμάτων οὐκ εἰδὼς διακρίνειν κάλλος, ἀλλὰ τὸ πᾶν τοῖς ἱματίοις τιθέμενος, καὶ τῷ περικειμένῳ κόσμῳ, τὴν μὲν ὡραῖ-

αν γυναῖκα, καὶ φυσικὸν κάλλος κεκτημένην ἰδὼν παραδράμοι, τὴν δὲ αἰσχρὰν καὶ δυσειδῆ, καὶ τὸ σῶμα ἀνάπηρον, καλὰ ἱμάτια ἔχουσαν θεασάμενος, γυναῖκα ἀγάγοιτο· τοιοῦτόν τι περὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν οἱ πολλοὶ πάσχουσιν, τὴν μὲν αἰσχρὰν φύσει προσιέμενοι διὰ τὸν ἔξωθεν αὐτῆς κόσμον, τὴν δὲ ὡραίαν καὶ εὔμορφον ἀποστρεφόμενοι διὰ τὸ γυμνὸν αὐτῆς κάλλος, δι' ὃ μάλιστα αὐτὴν ἑλέσθαι ἐχρῆν. Oxoniensis heic, *gratiamque suam p.* quod fortasse vulgato rectius: sic x. 'Gratia coloris ambrosei designans Venerem.' Pro *probaturæ* forsan et *approbaturæ* scribendum: ita 'opus suum expeditum approbare' infra vi. libro. *Pric.*

Amicula dimovent] Cave, quid mutes. Diducunt illæ, quæ non exuunt, suas vestes, ut vel sic aperiatur et nudetur corpus. p. 26. 'Crinibus ante pendulis hinc inde dimotis.' De hoc verbo consule dissert. meam ad Hor. [illegible] Od. 13. ubi *demoveas* leg. docui[illegible] Guelf. sec. a m. pr. *odmov.* Oud. *Amicula dimovent*] Vestimenta omnia amovent: ab amiciendo amictus, amicimen, amicula dicta. *Ber.*

Nudam pulchritudinem] Istiusmodi nuditas maxime viros ad libidinem incendit, ut notat Lucianus in Amor. pag. 189. et Propertius lib. ii. Eleg. 16. *Elmenh.*

De cutis roseo rubore] Juxta sententiam Plautinam, fœmina nuda pulchra est quam purpurata pulchrior. *Berould.*

Quam de vestis aureo colore] Scapha ancilla apud Plautum Mostellar. actu i. scen. 3. 'Quin tute exornas moribus lepidis, quam lepida tute es. Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum.' Vide Musæum vs. 37. *Elmenh.*

Neque sit hujus rei ullum tam dirum exemplum] *Ne quod* male in D'Orvill. Guelf. sec. Fux. et Pal. *nec quod* Pith. Edd. Ber. Bas. Ordinem verborum *ullum hujus rei*, qui est in Edd. Vett. restitui ex Mss. iisdem et Guelf. pr. *Dirum* sive exsecrabile bene reposuit Colvius, et alii, consentientibus Flor. Bert. Reg. Pith. D'Orv. Par. Miror vero, eumdem Colvium p. 30. *diram peregrinationem*, invitis Mss. mutasse in *duram*. Perpetuam harum vocum variationem esse, nemo nescit. *Oud.* *Neque sit exemplum*] Utinam, inquit, nulla calva et sine capillo reperiatur: ut nullum extet exemplum calvitii fœminei: et sane mulieres naturaliter non calvescunt, quoniam natura earum similis puerorum naturæ est: unde et spadones non canescunt, quoniam fœminam imitantur: auctores Aristoteles, Hippocrates, Galenus, cæteri. Annotatu dignum est obiter, id quod Seneca scripsit libro Epistolarum moralium xv. qui luxum carpens, mulieres tradit et calvas et podagricas fieri ex intemperantia: ut ita maximum medicorum Hippocratem faciant mendacem, qui in Aphorismis prodidit, fœminis nec capillos defluere, nec pedes laborare. Verum natura fœminarum mutata non est, sed vita, sed victus, sed ingluvies in causa est, ut calvescant fœminæ, contra Hippocratis sententiam, quod et Galenus refert. *Beroald.*

Cujuslibet eximiæ p. feminæ caput, &c.] Lips. Coll. Fux. Palat. Guelf. uterque, et Par. Mss. præbent *cuilibet*: qui Dativus elegantior videtur, quam librariorum fert captus. Vide ad Sueton. Ner. c. 1. Septim. de B. Tr. ii. 3. 'Telum jaculatus femur sinistrum ei transfigit.' Sic leg. e Mss. iv. 19. 'Sinistram manum hosti transfigit.' Adi etiam infr. lib. ii. p. 41. iv. p. 64. *cui* pro *cujus*. Dein *eximiæque* vel *eximiæ qua* in Pith. Edd. Ven. Vicent. utraque Junt. Ald. unde conjici posset *cuilibet eximiæ quaqua pulch.* i. e. omni corporis parte. Vide supra ad p. 22. 'pinnis quaqua explicitis.' Voss. de Anal. lib. i. p. 230. Alibi *cujuscujus, cuicui*. Sic legendum in Suet. Aug. c. 76. 'Quocumque tempore, quoquo loco.' So-

lin. c. 17. 'Astu quantolibet, quantalibet fuga.' Altera vox alteram expulerat, nec verum vidit Salmas. In Guelferb. pr. *pulcritudineque.* Oxon. etiam *pulcritudinisque.* Unde et effingere queas: *cuilibet eximiæ quaqua pulchritudinis fem.* Oud.

Capillo exspoliaveris] Præpositionem, quam Colv. Vulc. Wow. e Ms. Lipsii addiderunt, agnoscunt etiam Reg. Fux. Oxon. D'Orv. Ac sæpissime excidit illa præpositio, majorem tamen emphasin habens. Vide omnino Drakenb. ad Liv. lib. XXXVIII. c. 14. 'Ut se suosque spoliaret:' me ad Cæs. lib. VII. B. G. c. 77. 'Nolite hos vestro auxilio exspoliare.' *Idem.* *Si cujuslibet eximiæ pulcherrimæque feminæ caput capillo exspoliaveris*] Lactantius ubi supra: 'Cum ipsa nuditas hominum mire ad pulchritudinem valeat, non tamen etiam capiti congruebat; quanta enim in eo futura deformitas esset, ex calvitio apparet.' Basil. ad illa 3. Esaiæ, *ἀντὶ τοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς φαλάκρωμα ἕξεις· Τοῦ κατὰ φύσιν κόσμου ἀπεστερήθησαν, καὶ ἐγένοντο ἀωρότατον θέαμα, ἐν τῇ ἀποβολῇ τῶν τριχῶν, ὃς οἰκεῖος καὶ συγγενὴς κόσμος παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ταῖς γυναιξὶ παραβέβληται.* Confer Theodoretum Serm. IV. *περὶ Προνοίας*, et historiam II. 53. ab Isidoro Pelusiota narratam. In loco D. Basilii videtur *περιβέβληται* legendum. *Pric.*

Nativa specie] Nativo decore, et pulchritudine capillorum, qui homini congeniti sunt. In homine enim pili partim simul, partim postea gignuntur: hos congenitos appellant, qui (ut auctor est Plin.) non desinunt, sicut nec fœminis magnopere. *Beroald.*

Cælo dejecta] Ausonius: 'Orta salo, suscepta solo, patre edita cœlo, Æneadum genetrix, hic habito alma Venus.' *Elmenh.* *Licet illa cœlo dejecta*] Sensus est: Si Venus calva foret, et comæ honestamento viduata, haudquaquam placeret, fieretque inamabilis: adeo capillamenti decor fœminam decet. Venus autem ex spuma maris orta, et cœlo dejecta esse fertur. Aiunt mythici, Saturnum Cœli patris pudenda abscidisse: quibus in mare dejectis, Venerem procreatam, quæ a spuma, unde coaluit, Ἀφροδίτη nomen accepit. ἀφρὸν enim Græci spumam vocant. Hoc autem ideo fictum esse creditur, quia dicunt physici sudorem salsum esse, quem semper elicit coitus. Aristot. vero, cujus inventis nec ipsa natura dissentit, libro de Generatione animalium secundo, autumat genituram esse spumosam; ideoque Deam, quæ rei veneriæ præest, ab ipsa spuma Aphroditen nominatam. Annotandum est, Herodotum, Græcæ historiæ principem, errore fœdo lapsum esse, qui scripsit lib. III. Historiarum, genituram Æthiopum esse nigram, et ob id Æthiopas etiam nigros existere: cum, eodem teste Aristotele, omnium animantium sperma, hoc est, semen genitale, album sit. De Venere, quæ cœlo dejecta, mari procreata sit, scribunt poëtæ, et meminit Ausonius his versibus: 'Orta salo, suscepta solo, patre edita Cœlo, Æneadum genitrix hic habito alma Venus.' *Beroald.*

Fluctibus educata] Barth. ad Statii Theb. t. III. p. 1660. mavult *educta*, quod perinde et sexcenties cum altero confunditur. Sed lib. IV. p. 83. 'Dea, quam ros spumantium fluctuum educavit.' A Regio et Fux. mox exsulat *licet.* Oud.

Omni gratiarum choro] Ms. *omnium.* Sciopp. Frustra. *Omnis* est totus, sæpe in *omnium* depravatus. Lib. IV. p. 81. 'Omnis civitas.' Vide Drak. ad Liv. V. 9. VI. 22. XLV. 19. me ad Cæs. lib. II. B. G. cap. 3. Heusing. Antib. p. 476. Virgil. lib. V. Æn. 239. 'Omnis Nereidum chorus.' Lucan. lib. II. p. 431. 'Omnis Indigenas Latii populos.' Vulgo male *omnes* et Burm. Dein *tota* inepte Edd. Vett. ad Colvium usque. *Idem.* *Gra-*

tiarum choro] Gratiæ, quas 'Charitas' Græco vocabulo appellitant, in comitatu Veneris esse produntur. Ex quo est illud Horatianum: 'Fervidus tecum puer, et solutis Gratiæ zonis properentque nymphæ.' Nudæ Gratiæ, et sine nodis ideo figurantur, quia amici animos solutos ac nudos et apertos inter se habere debeant. Quidam Gratias Liberi et Veneris filias esse tradunt: nec immerito. Gratiæ enim per horum fere numinum munera conciliantur. Quarum una aversa pingitur, duæ nos respicientes: propterea quod profecta a nobis gratia, duplex solet reverti. Docet Seneca, quare tres Gratiæ, et qualiter sorores sint, et quare manibus implexis, quare ridentes, quare juvenes, et quare virgines soluta ac perlucida veste. Alii quidem videri volunt unam, quæ det beneficium; alteram, quæ accipiat; tertiam, quæ reddat. Alii tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium, simul et accipientium reddentiumque. Consertis manibus in se redeuntium chorus ob hoc est, quia ordo beneficii per manum transeuntis nihilo minus ad dantem revertitur, et totius speciem perdit, si unquam interruptus est: pulcherrimus, si cohæserit et vices servat. Hilares sunt, quales solent esse qui dant vel accipiunt beneficia. Juvenes, quia non debet beneficiorum memoria senescere. Virgines, quia incorrupta sunt, sincera, et omnibus sancta, in quibus nihil alligati esse decet, neque ascripti: solutis itaque tunicis utuntur: perlucidis autem, quia beneficia conspici volunt. Hesiodus Æglen maximam natu appellat a splendore: mediam Euphrosynem, a lætitia: tertiam Thaliam, a viriditate. Homerus uni nomen mutavit, Pasitheam appellando, lib. Iliados XIV. Chrysippus ait Gratias tres Jovis et Eurynomes filias esse: ætate autem minores quam Horas: sed meliuscula facie: et ideo Veneri datas comites. Diodorus auctor est, ad Gratias beneficii et gratiæ retributionem pertinere: et ob id eas coli. Socrates sculptor Charitas fecit in propylæis Atheniensium, in primis inclytas. *Beroald.*

Cupidinum populo] Plato in Symposio, duos tantum Cupidines celebrat, alterum cœlestem, alterum plebeium: de quibus et nos olim lusimus in carmine amatorio. Verum poëtæ innumeros Cupidines assignant Veneri: sic Propertius alios cupidines facul's, alios sagittis, alios vinculis instructos, sibi obvios factos esse commemorat. Sic Statius in Sylvulis de cupidinibus numerosis loquens inquit. 'pharetrati pressere silentia fratres.' Et Silius cecinit in VIII. Punicorum, 'Cupidines compluseulos:' ut merito Venus dicatur ab Appuleio, Cupidinum populo comitata. Quin etiam Alexander Aphrodiseus in problematis refert, plures esse Cupidines: quandoquidem aliter atque aliter quis concupiscit: et, ut inquit divinus Plato, amorem beluam esse multorum capitum, certum est: vel quod multis amoribus unus et idem sæpe succumbit. Arcesilaum magnificat Varro, qui leænam fecit marmoream, et cum ea aligeros Cupidines ludentes: quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogerent bibere, alii calciarent soccos: omnes ex uno lapide. *Idem.* *Toto Cupidinum populo comitata*] 'Circumfusa lætissimorum parvulorum populo,' ut x. de Eadem loquitur. Et bene hic *comitata* de Cupidinum populo. Claudian. Nupt. Honorii, &c. 'Prosequitur volucer late comitatus Amorum.' *Pric.*

Baltheo suo cincta] Loquitur de cæstu Veneris, de quo Homerus Iliad. XIV. vs. 216. et nos jam olim ad Arnobium. *Elmenh.* *Balteo suo cincta*] Ceston significat, qui balteus Veneris est, discolor et variegatus: cui insunt blanditiæ omnes Cupidinis, suadelæ, fraudulentiæ, omnia denique

amatoria veneficia, quæ vel prudentis deliniant mentem: auctor Homerus in XIV. Iliados, cujus hi versus sunt: Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα Ποικίλον· ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο· Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς, Πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. Ab hoc cesto autumant Grammatici adulteria dici incesta, quasi sine cesto, in quo copulæ ex matrimonio vis est. De hoc Epigrammatarius poëta: 'Collo necte puer meros amores, Cestum de Veneris sinu calentem.' Idem: 'Sume cytheriaco medicatum nectare ceston: Ussit amore quidem balteus iste Jovem.' *Beroald.*

Cinnama fragrans] Lib. VI. 'Et fragrans balsama Venus.' *Elmenh.* *Cinnama fragrans*] Id est, odorem cinnameum redolens. Cinnamum, idemque cinnamomum, frutex est odoratissimus, duorum cubitorum altitudine: præcipua bonitas est in tenuissimis virgultorum partibus; vilissimum, quod radicibus proximum; summa gratia in cortice: ipsum lignum in fastidio est, quod Xylocinnamum vocatur. Ex cinnamo fit unguentum *Cinnaminum* dictum, inter cætera crassissimum: summa unguentorum commendatio est, ut transeuntem fœminam odor invitet, etiam aliud agentem. *Beroald.* *Cinnama fragrans*] Lib. VIII. 'Odor corporis cinnamei.' In Vett. Catalectis: 'Sinus expansa profert cinnama.' Infra hoc libro: 'Patentis oris cinnameo inhalatu.' *Pric.*

Balsama rorans] Instar quasi roris guttas balsami fundens. Balsamum autem omnibus odoribus præfertur. Succum balsami 'opobalsamum' vocant, eximiæ suavitatis. 'Xylobalsamum,' lignum dicunt, surculumque balsami, quod et ipsum pro succo substituerunt officinæ: præcipua gratia balsamo est, secunda semini, tertia cortici, minima ligno. Summa balsami probatio, ut lac coagulet, et veste maculas non faciat. *Beroald.*

Nec Vulcano suo] Si Venus calva placere non poterit Vulcano, a quo ardenter amatur, tanto minus reliquis placebit. Merito Venerem Vulcano conjungunt, quia sine calore et ignis viribus res venerea peragi non potest. Et quia incidit mentio Veneris calvæ, scire debes, Romanos Veneri calvæ ædem consecrasse in honorem matronarum, cum urbe a Gallis occupata, obsessi in Capitolio ex mulierum capillis tormenta fecissent. Auctores Lactantius et Julius Capitolinus: e contrario Lacedæmonii coluerunt Venerem armatam, quam Græci dicunt Ἀφροδίτην ἔνοπλον, ex historia mulierum quæ Messenios hostes fuderunt, armatæque obviam exiverunt viris. Hinc illud Ausonii: 'Armatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas.' *Idem.*

Illucet] Resplendet et radiat. *Idem.*

Et contra Solis] Nonnus Dionysiac. Δ. vs. 135. de Cadmo: Εἴποτε δινεύων φρενοτερπέα κύκλον ὀπωπῆς Ὀφθαλμοὺς ἐλέλιξεν, ὅλη σελάγιζε σελήνη φέγγει μαρμαίροντι· καὶ εἴποτε βόστρυχα σείσας Αὐχένα γυμνὸν ἔθηκεν, ἐφαίνετο φωσφόρος ἀστήρ. *Elmenh.* *Ecce Solis*] Corrigo, *Et contra Solis aciem.* Beroald. *Et contra Solis aciem vegetus fulgurat*] Herodianus de Commodo: Κόμη ἦν φύσει ξανθὴ καὶ οὔλη, ὡς, εἴποτε φοιτῴη δι' ἡλίου, τοσοῦτον ἐκλάμπειν αὐτῷ πυροειδές τι, ὡς τοὺς μὲν οἴεσθαι ῥίνημα χρυσοῦ προϊὸν τι ἐπιπάσσεσθαι. Quibus hoc natura non datum, artificio quæsitum. Plutarchus in Erotico: Τὸ φάρμακον ᾧ τὴν κόμην αἱ γυναῖκες ἐναλειφόμεναι, ποιοῦσι χρυσοειδῆ καὶ πυῤῥὰν, &c. Josephus Antiquit. 8. de juvenibus qui Solomonis currus conscenderunt: Ἐπεκόσμουν δ' αὐτοὺς, &c. μηκίστας καθειμένοι χαίτας, &c. ψῆγμα δὲ χρυσίου καθ' ἡμέραν αὐτῶν ἐπέσηθον ταῖς κόμαις, ὡς στίλβειν αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τῆς αὐγῆς τοῦ χρυσίου πρὸς τὸν ἥλιον ἀντανακλωμένης. Eadem ab auratis vestibus Soli respondentibus φιλοτιμία. De Herode Agrippa Suidas:

Τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος προσπεσούσης τῷ ἐνδύματι, λαμπηδὼν τῇ αὐγῇ τῆς ἐσθῆτος ἀνακραθεῖσα τὰς ὄψεις τῶν περιεστότων κατήστραψε. *Fulgurat* hic, ut et infra de criminibus lib. v. 'Quorum splendore nimio fulgurante, etiam ipsum lucernæ lumen vacillabat.' *Pric.* *Contra Solis aciem, &c. fulgurat*] Plinius de Pavone: 'Gemmantes expandit colores, adverso maxime Sole, quia sic fulgentius radiant.' *Idem.*

Vel placid.] Nil mutandum in vocibus *vel placidus.* Sed solita litterarum *d* et *t* confusio deturpavit seq. verbum, pro quo rectissime vir doctus in ora Ed. Vicent. e Ms. ut opinor, adlevit, et Pontan. lib. II. Anal. c. 15. ac Pricæus, quem vide, conjecere *renidet.* Nam præcessit jam *nitor.* Eadem varietas in Horat. lib. II. O. v. 20. 'Albo sic humero nitens, Ut pura nocturno renidet Luna mari, Gnidiusque Gyges.' Sic etiam Ms. optimus D'Orvill. In altero *renitet* et *Gyges.* Virg. G. II. 282. 'Fluctuat omnis Ære renidenti tellus.' Stat. lib. x. Theb. 654. 'Orichalca renident.' Calpurn. Ecl. III. 81. 'Mille renidenti dabimus tibi cortice Chias.' Immo lib. II. p. 56. 'micantibus oculis, rubentibus bucculis, renidentibus crinibus.' quem locum alii male ex hoc corruperunt. Lib. IV. init. 'fulgentium rosarum mirus color renidebat:' ubi plura dicam. *Oud.* *Placidus renidet*] Ita melius quam *renitet.* Horatius: 'Non ebur atque aureum Mea renidet in domo lacunar.' Onomasticon vetus: 'Renideo, ἀντιστίλβω.' *Pric.*

Ac in contrariam] Nullus credo, Apuleium *ac* adhibuisse seq. vocali contra Antiquorum morem, innumeris tamen in locis corruptum. Quare licet Mss. plerique cum Editoribus Colvium sequentibus dent *ac*, puto ex Edd. Vett. et Pith. ac Palat. *at* reponendum *atque*, vel cum Groslotio scribendum *aut.* Plura vide ad p. 10. Ed. Pric. *Oud.*

Nunc ut aurum coruscans in levem deprimitur umbram] Lucianus in Amoribus pag. 250. *Γυναικὶ δὲ ἀεὶ πάσῃ ἡ τοῦ χρώματος ἐπιστίλβει χάρις, καὶ δαψιλεῖς μὲν ἀπὸ τῶν βοστρύχων τῆς κεφαλῆς ἕλικες ὑακίνθοις τὸ καλὸν ἀνθοῦσιν ὅμοια πορφύροντες οἱ μὲν ἐπινώτιοι κέχυνται μεταφρένων κόσμος, οἱ δὲ παρ' ὦτα καὶ κροτάφους πολὺ τῶν ἐν λειμῶνι οὐλότεροι σελίνων.* *Elmenh.* Deest *nunc* Guelf. pr. et Oxon. *ut* exsulat a Flor. Pith. et Edd. Colvio prioribus. Male. *Umbra lenis* num Latine dicatur, dubito. Vide ad p. 23. Ed. Pr. 'in lenem vibrantur undam.' Certe cum Mss. Guelf. pr. Lips. Flor. Reg. Fux. Pith. Oxon. Edd. Colv. et Vulcanii utraque præfero *levem.* Porro bene Wow. et Schikeradus revocarunt vocem *mellis*, exsulantem etiam ab utraque Vulcanii Ed. quam ipse Colvius hic monet se melius in textu relicturum fuisse: licet Lipsiano Codici consentiant Guelferb. et Oxon. Ait Appuleius, crines nunc esse flavescentis coloris, *μελιχροῦς*, sed ut aurum coruscans, nunc nigri, non vero in uno capite, ut exponit Pricæus, quasi desuper aurei, seu flavi, intus vero nigri essent. Sed formosarum capillamenta describit varia, nec convenit Pricæanæ explicationi *deprimitur*, sive descendit, demittitur. In Edd. aliquot *mellis lenem.* Est, qui legat *melis*, animalculi sc. flavi. *Oud.* *In mellis umbram*] Sunt capilli, in quibus mellis color placet umbroso quasi fulgore perspicui. Galenus in microtechne ait, capillos flavos, et rubentes, crispos que significare bonam corporis constitutionem. Domitius vero, capillos conjugis suæ Poppeæ succinos appellabat, a succino colore, qui in melle cognoscitur. *Beroald.* *In levem deprimitur umbram*] Quia desuper flavi, intus nigricantes. Anacreon ad pictorem, de Deliciis suis: *Λιπαρὰς κόμας ποίησον, Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας, Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἡλιώσας.* *Pric.*

Corvina nigredine] Lucianus fol.

222. *Αἱ μὲν γὰρ φαρμάκοις ἐρυθραίνειν δυναμένοις πρὸς ἥλιον μεσημβρίαν τοὺς πλοκάμους ἴσα ταῖς τῶν ἐρίων χροιαῖς ξανθῷ μεταβάπτουσιν ἄνθει, τὴν ἰδίαν κατακρίνουσαι φύσιν, ὁπόσαις δὲ ἀρκεῖν ἡ μέλαινα χαίτη νομίζεται, τῶν γεγαμηκότων πλοῦτον εἰς ταύτην ἀναλίσκουσιν, ὅλην Ἀραβίαν σχεδὸν ἐκ τῶν τριχῶν ἀποπνέουσαι, σιδηρᾶ τε ὄργανα πυρὸς ἀμβλείᾳ φλογὶ λιανθέντα βίᾳ τῶν ἑλίκων οὐλότητα διαπλέκει. Elmenh. Corvina nigredine, &c.*] Ovidius: 'Leda fuit nigra conspicienda coma.' In de Deo Socratis: 'Cum duo colores præstabiles forent, piceus et niveus, &c. utrumque colorem Apollo suis alitibus condonavit: candidum olori, nigrum corvo.' Cantic. Solom. 5. 11. 'Comæ ejus, &c. nigræ quasi corvus.' *Pric. Corvina nigredine*] Capillus coloris nigricantis expetitur a matronis, cum illa nigritia non parum venustet faciem candicantem. In dæmonio Socratis: 'Cum duo,' inquit, 'colores præstabiles forent, piceus et niveus, quibus inter se nox cum die differunt, utrumque colorem Apollo suis alitibus donavit, candidum olori, nigrum corvo.' *Beroald.*

Cærulos columbarum colli flosculos] *Cærulus* Pith. Par. ut ad *color* referatur, *cæruleus* Palat. Guelf. sec. *cæleus* Flor. sed terminationem *lus* amavit Auctor, ut l. IV. p. 83. 'Cærulum profundum.' p. 85. 'Cærulis barbis hispidus.' L. VI. p. 114. 'Cærulum supercilium.' L. X. p. 234. 'Corpus cærulum, quod mari remeat.' Dein *collis* cum Edd. Colvio antiquioribus dat D'Orvill. Putarunt nempe, quia *columbas* in plur. dicit Auctor, *collis* quoque scribendum fuisse. At singulæ habent unum. Et solent sic eleganter pluribus, sed singulis, adscribere unum membrum Plin. lib. XXXVII. 5. 'Columbarumque in collo plumis similes:' ubi *plumæ* Salm. ad Solin. p. 138. non opus est. Auson. Epist. III. 'Collum columbis æmulat.' Sed consule omnino notata ad Suet. Claud. c. 34. 'Ut exspirantium faciem videret.' L. IV. p. 83. 'Admoventes oribus suis dexteram.' Lucan. lib. VI. 176. VII. 100. 774. 'Juvenum videt ille figuram.' Item IX. 9. 380. Sæpe ita turbatur in Appul. ut pag. 42. 'Perforati vulneribus spiritum efflaverint:' ubi in Mss. aliquot *spiritus*. Lib. VIII. init. 'Quibus stilum Fortuna subministrat.' Mss. plerique *stilos*. L. IX. p. 185. 'Frontem litterati.' Vulgo *frontes*. Frontin. l. II. 5. § 18. 'Quosdam sub specie perfugæ:' ubi nil muta. Sic et Græci. Xenoph. p. 257. Στρεπτοὺς περὶ τῷ τραχήλῳ. ubi eadem in Mss. confusio. *Oud. Cærulus*] Cærulus color viridis est, et subniger, qualis in mari conspicitur: unde cærula maria a poëtis dicta. Ob id Thalassicus quoque nuncupatus, quasi marinus, a Plauto: Græci glaucum appellant, quo et nostri utuntur. Latinis veteribus cæsia dicta est, quæ a Græcis 'Glaucopis' dicitur: ut Nigidius ait, de colore cœli, quasi cœlia. Ferrugineus color cæruleus est, super quo in lib. Annotationum plura. *Beroald. Columbarum collis*] Columbarum pluma, quæ in collo est radians in Sole, varii coloris incertique conspicitur: modo enim rubra, modo viridis, et varietate quadam mutat colores: sicut et pavonis cauda, super qua re Lucretius lib. II. luculenter scribit, cujus hi sunt versus: 'Pluma columbarum quo pacto in Sole videtur, Quæ sita cervices circum columque coronat. Namque alias fit uti claro sit rubra pyropo, Interdum quodam sensu fit uti videatur Inter cæruleum viridis miscere smaragdos.' Hinc Arcesilas nobilissimus philosophus, varietate ista columbini coloris motus, asserere cœpit ἀκαταληψίαν, id est, incomprensibilitatem. Et hoc est, quod intelligi voluit Martianus lib. de nuptiis philologiæ: 'Arcesilas collum intuens columbinum, dubitabat.' Hieronymus quoque rei hujusce com-

meminit. Seneca lib. primo quæstionum: 'Columbarum cervix speciem falsi coloris et sumit et ponit, ubicunque deflectitur.' De quo Nero Cæsar disertissime lusit: 'Colla Tiberiacæ splendent agitata columbæ.' Plin. in x. tradit, columbis inesse quendam gloriæ intellectum, ut nosse credantur suos colores, varietatemque dispositam. Nunc Appuleius colorem in capillis gratum esse et amabilem significat, qui varietatem illam colli columbini imitatur, et reddit. *Idem.* *Cerulos columbarum colli flosculos, &c.*] Nero apud Senecam Natural. II. 1. 'Colla Cytheriacæ splendent agitata columbæ.' Philo in de Temulentia: Τὸν αὐχένα τῆς περιστερᾶς ἐν ἡλιακαῖς αὐγαῖς οὐ κατενόησας μυρίων χρωμάτων ἀπαλλάττοντα ἰδέας; ἢ οὐχὶ φοινικοῦν, καὶ κυανοῦν, πυρωπόν τε αὖ, καὶ ἀνθρακοειδὲς, &c. *Pric.*

Guttis Arabicis obunctus] Delicatiores crines solebant unguentis odoratis perfundere. Hieronymus contra Jovinian. c. 37. Photius Biblioth. fol. 780. Martialis l. IX. Epigr. LXXVII. 'Si sapis, Assyrio semper tibi crinis amomo Splendeat.' Ovid. Heroid. Epist. XXIII. 'Veste tegor vili, nullum est in crinibus aurum. Non Arabum noster dona capillus olet.' *Elmenh.* Per *guttas Arabicas* male Reinesius Inscr. Cl. I. 89. intelligit *balsamum.* Innuit myrrham vel *nardum.* Adi Beroald. et Spanh. ad Callim. in Apoll. vs. 38. *Oud.* *Guttis Arabicis*] Unguento nardino: vel potius myrrhæ lachryma, quæ in Arabia laudatissima progignitur. Sudat autem myrrha sponte, priusquam incidatur, guttam, stacten dictam, cui nulla præfertur: auctor Plin. in XII. A verbo Græco 'stazo,' quod significat stillo, 'stacte' nominata, qua dictione gutta sive lachryma liquoris significatur, de qua in expositione Psalmorum Hieronymus sic scribit: 'Stacten, id est, stillam vel guttam exhibent Domino.' Narrant et qui aromatum novere virtutes, 'stacten' florem esse myrrhæ. Hujus quoque meminit Columella in carmine de cultu hortorum. Myrrhæ unguento, hoc est, stactes liquore, capilli ungebantur causa deliciarum. Ovidius in epistola Sapphus: 'Non Arabo noster rore capillus olet,' id est, unguento myrrhæ: de quo Plin. noster in XIII. 'Myrrha et per se unguentum facit sine oleo, stacte duntaxat.' Arabiæ peculiaria sunt multa odorata, et ad unguenta pertinentia: ut thus, myrrha, mastice, ladanum, et alia complusculа: propter quæ felix appellatur, Græco vocabulo 'Eudæmon' dicta. *Beroald.*

Pectinis arguti dente] Vide quæ in Lexico Nomico. *Lindenb.* In marg. l. IV. c. de vestib. holoser. 'Arguto pectine fila decurrant.' Virgil. 'Arguto conjux percurrit pectine telas.' (Æn. VII. 14.) Lucianus p. 227. 'Ακόλουθοι δὲ καὶ παιδαγωγοὶ, χορὸς αὐτῷ κόσμιος ἕπονται, τὰ σεμνὰ τῆς ἀρετῆς ἐν χερσὶν ὄργανα κρατοῦντες,' οὐ πριστοῦ κτενὸς ἐντομὰς κόμην καταψήχειν δυναμένας, οὐδὲ ἔσοπτρα τῶν ἀντιμόρφων χαρακτήρων ἀγράφους εἰκόνας, ἀλλ' ἢ πολύπτυχοι δέλτοι κατόπιν ἀκολουθοῦσιν. *Elmenh.* *Pectinis arguti*] Æneid. VII. 'Arguto tenues percurrens pectine telas:' ubi Servius: 'Garrulo, stridulo, sonanti.' Imo, me judice, *acuto.* Glossarium: 'Argutus: ἀδόλεσχος, &c. σημαίνει δὲ καὶ ὀξύς.' vel certe *arguto pectine.* i. e. parvo, brevi. Eundem ad VII. Eclog. et III. Georg. vide. *Pric.*

Discriminatur] Distinguitur, digeriturque, positura quadam venustiore. 'Discrimen' vocant divisionem capillorum, quo mulieres in primis utuntur: de quo Ovid. 'Compositum discrimen erit, discrimina lauda:' 'Discerniculum' dicitur acus, quæ capillos mulierum ante frontem dividit atque discriminat: dictum a discernendo, eo enim discernitur capillus, sicut dente pectinis explicatur; quem argutum appellat, vel quasi parvum

et brevitate elegantem : vel quasi sonorum, dum pectitur coma. *Beroald.*

Et pone] A tergo, in cervice. Solet enim post cervicem coma nodari, et nodo quodam in summa parte constringi: ex quo fit, ut capillus spissior densiorque fulgorem reddat specularem. Virg. de Camilla: 'ut fibula crinem Auro internectat.' Idem de Didone: 'crines nodantur in aurum.' Græci κρωβύλην appellant 'retiolum' illud, sive 'reticulum,' quod comam continet, quod, ut ait M. Varro, a 'rete' dictum est. 'Capital' quoque Veteres dixerunt fasciolam, qua capillum in capite colligarent. *Idem.*

Coarctus] *Coarctus* cum Lips. edidere Beroald. Junt. Col. Bas. pr. Colv. *cōptus* Guelf. pr. a m. s. *conctus* Par. *coacti* Fux. Sed ceteri Codd. et Edd. primæ servant *coactus*, cujus alterum est glossema. 'Cogere' enim 'capillos,' est coërcere, cohibere, quæ omnia poëtis sunt frequentia, sive in artum cogere: ut aliquoties junctim occurrit. *Oud.*

Amatoris oculis] In membranis D'Orvillianis est per appositionem *amatoribus oculis* pro *amantibus*. Atque ita citavit Salmas. ad Solin. p. 537. a. Elegantissime. Singulis enim humanis membris adscribitur id, quod per illa homo præcipue facit, vel quod est indolis ejus et pectoris. Sic 'custodientes oculi' pro 'custodum oculis,' l. VIII. in f. Solin. c. 50. 'depositarum rerum pretia oculis æstimantibus:' ut bene e Mss. edidit Salm. 'Amantia lumina.' Ovid. Epist. Her. XIX. 25. 'canis latrantia colla' Prop. lib. III. 16. et similia innumera. Adi Heins. ad Ovid. Ep. II. 93. Comm. ad Sil. l. XIII. 171. et plura vide ad Lucan. l. XVI. 2. 'Cornua torva,' in Cur. sec. De tali epexegesi consule J. G. Vossium de Constr. c. 2. J. Jensii Lect. Lucian. p. 92. Broukhus. ad Tibull. I. 11. 46. 'Duxit aratores subjuga panda boves.' Horat. I. O. 15. 'adulteros Crines pulvere collines.' Sil. l. XIII. 375. 'Bellator ensis.' Arnob. lib. II. p. 45. 'carnifices unci.' Sed et Nostro l. V. p. 103. 'Deus amator.' Immo plane ita emendandum videtur ex ipso Auctore l. V. p. 104. 'Quod istos amatores tuos oculos gerit.' Joseph. Isc. l. II. vs. 479. 'Oculo censore:' et l. III. 244. 'Leno oculus.' Huc quoque pertinet Valer. Max. lib. II. c. 1. 'Subsessores alienorum matrimoniorum oculi.' Sic enim optimi Mss. Vide ibi notas. Plura similia vide apud Burm. in Catal. tom. I. p. 79. *Idem.*

Cum frequente sobole spissus cumulat verticem] Primo male doctissimus Vir H. pro *subole* vel *sobole* conjecit *globulo*, quia alibi hoc de capillis occurrit, ut mox ad verbum *conglobatos* videbimus. At *crinium subolem* optime jam vindicarunt Colvius et Scaliger his Varronis Senariis: 'Ante auris nodo ex subolibus parvuli Intorti demittuntur sex cincinnuli.' Dein pro *spiritus*, quod est etiam in Edd. Vicent. Junt. pr. Bas. pr. vel *spirisus*, quod etiam in Beroaldina, male omnino Colvius fieri posse putavit *sparsus*. Verticem nequaquam cumulat *sparsus* crinis, qui passim occurrit, sed aliis sensibus. Quare multo rectius conveniret *spirosus*, ut margini adlevit etiam Lipsius, et legi voluit cum Titio Salmas. ad Tertull. Pallium p. 246. Sed novum hoc et inusitatum est vocabulum. Hinc ergo Scaligeri conjectura, quam Salmasius quoque oræ libri sui adlevit, *spirisve*, sive *orbibus* et *sinibus*, de quibus consule Harduin. ad Plin. lib. IX. c. 35. Scriverium in Anecd. Philol. p. 80. et Comm. ad Ovid. Art. III. 148. 'Sustineat similes fluctibus illa sinus.' At nullam video rationem, cur Appuleius tum non potius scripsisset *spirisque*, quam *spirisve*; et nescio, cur damnari debeat Beroaldi lectio *spissus*, confirmata a Mss. in quibus est

spissus, spisus, spinsus, ut Palat. Guelf. utroque, Flor. Reg. Fux. Pith. Oxon. Dorv. et Edd. seqq. Quo faciunt et jam voces *frequens* et *cumulat*. Horat. l. III. O. XIX. 26. 'Spissa te nitidum coma.' Adde Salm. ad Solin. p. 537. Pro *cumulat* in Bert. et Pal. *emulat*. Oxon. *dorso permanat*. Idem. *Quid, cum frequenti sobole spissus cumulat verticem, &c.*] Isidorus XIX. 23. de virginibus: 'Quarum ornatus proprie sic est, ut concumulatus in verticem ipsam capitis sui arcem ambitu' (fors. *ambitus*) 'crinium contegat.' Suetonius de Nerone: 'Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus formatam, peregrinatione Arabica etiam pone verticem submiserit.' Gruterus hic pro *spissus*, *spirosus* corrigit. *Pric.* *Spirisus*] Corrigo *spissus*: nam densitas et spissitudo capillorum gratiam augent, sicut raritas est dehonestamento. *Beroald.*

Dorsa permanat] Decurrit, explicaturque per humeros, et spinam dorsualem. Antiqui 'dossum' dicebant, quod nunc 'dorsum:' et ita vulgo usurpatur. Inde 'dossuaria' jumenta a M. Varrone dicta, quæ dosso vehunt. 'Dorsualia' appellant velamenta, sive operimenta, quibus boum et equorum dorsa convelantur. Julius Capitolinus: 'Processerunt etiam altrinsecus centeni alteri boves, cornibus auro jugatis, et dorsualibus discoloribus præfulgentes.' *Idem.* *Vel prolixa serie porrectus dorsa permanat*] Infra lib. XI. 'Crines, &c. per divina colla passive dispersi.' Pollux II. 3. 'Ανασεσυρμένην τὴν κόμην ἔχων, &c. τῷ τε μεταφρένῳ περιῤῥέουσαν. Vide et Cupidinis statua Callistratum. Tertullianus de Cultu fœm. cap. 7. 'Quid crinibus vestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis, modo succinctis,' &c. Ovidius: 'Ponendis in mille modis præfecta capillis.' Idem: 'Nec genus ornatus unum est, quod quamque decebit Eligat, et speculum consulat ante suum. Altera succinctæ religetur more Dianæ, Ut solet, attonitas cum petit illa feras. Alterius crines humero jactentur utroque, Talis es assumpta, Phœbe canore, lyra.' *Pric.*

Capillum distinxerit] Pravo judicio Colv. et Elmenh. cum Edd. aliquot, in quibus et Junt. pr. et Vulc. sec. præferunt *distrinxerit*, contra omnium manu exaratorum codicum scripturam. Neque enim huc pertinet locus e lib. XI. p. 240. ut videbimus. Optime explicuit Beroaldus: 'quasi discerniculo digesserit et decenti positura discreverit.' Quod ipse Apuleius supra 'pectinis dente discriminare,' uti et in l. VI. p. 128. et in Apolog. vocat: unde sæpe 'capillorum discrimen,' et 'dividere capillos.' Consulendi unice Cl. Burmannus ad Ovidium lib. II. Art. 303. 'Compositum discrimen erit: discrimina lauda:' et Salmas. ad Solin. p. 534. 537. *Oud.*

Non possit abire] *Abire*, quod cum Colvio edidit Vulcanius, locum non habet, nisi quis se simul subducat. Vide Heins. ad Ovid. Met. lib. IX. 99. 'Sospes abit.' Sed *videri*, quod in aliis est libris, uti et Pith. et D'Orvill. glossam sapit. Quare, cum etiam Reg. Fux. Guelf. uterque, Oxon. Par. exhibeant *adire*, cum Lipsio, Pricæo, ac Wasseo malim *audire;* sive *esse* (quod e glossa inrepserat in Guelf. sec. post *ornata*) et videri, nominarique, seu censeri. Lib. V. p. 99. 'Si hæc mater audierit:' ubi itidem in Mss. *adierit*. p. 107. 'Omnem Veneris familiam male audire.' Lib. VI. pag. 115. 'Nepos Veneris audiet.' Lib. X. pag. 237. 'Quod oppidum audit nobilissimæ coloniæ.' Vulgo *adeunt*. Oud. *Ornata non possit abire*] Oxon. *adire*, unde rectum *audire* putem. *Pric.*

Inordinatus ornatus addebat gratiam] Ambr. lib. I. de Virgin. f. 77. 'In vobis rejecta decoris cura plus

placet, et hoc ipsum, quod vos non ornatis, ornatus est.' *Elmenh.* 'Erat ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerat, ut mulieres ideo bene olere, quia nihil olent, videntur :' ut scribit M. Tull. lib. II. Epist. I. ad Attic. Et in Oratore: 'Mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas id ipsum deceat. Quid? quod sæpe decor, cum prohibetur, adest.' Ut est in veterum poëtarum catalectis. *Brant.* Lipsius ad marg. et cum Rittershusio Piccard. Peric. Crit. c. 19. item Heins. legunt *inornatus ornatus*, Græce *κόσμος ἄκοσμος*. ut lib. V. init. 'Domus sine pretio pretiosæ.' Sed Mstam lectionem bene vindicat Pricæus Nostri loco de Mundo: 'Est Dei munere ornata ordinatio.' Apud Colum. lib. XII. cap. 3. 'Bene ordinata et ornata et salubria.' Sed Ms. Sangerm. cum aliis carent τοῖς *et ornata.* Bene, ut opinor. Paullo supra ibid. e Cod. Sang. leg. *emundanda*, ut lib. II. c. 15. lib. XII. cap. 50. ubi itidem pro *mundatum* Sangerm. *emund.* Oud. *In mea Fotide non operosus, sed inordinatus ornatus addebat gratiam*] Petronius: 'Neglectim quæ se mihi comit amica Suadet, et ornatus simplicitate valet.' Ovidius, tot amandi prætextus enumerans: 'Non est culta? subit, Quid cultæ accedere possit?' Philostratus e Palamede: Καὶ αὐχμηρὸν περὶ τῷ προσώπῳ ἔχειν πολὺν, ἥδίω τῶν Εὐφόρβου πλοκαμῶν τῶν χρυσῶν. Sic αὐχμὸν ἀγωγὸν III. 22. in Arriani Epictetæis. Κόσμον ἄκοσμον habemus Pædag. 3. Clem. Alexandrini: nec tamen *inornatus* hoc loci pro *inordinatus* scribendum. Appuleius de Mundo loquens: 'Est Dei munere ornata ordinatio.' *Ber.* *Non operosus*] Capillus interdum inordinatus incompositusque in fœmina luculenta, gratior est, et amabilior, quam operosus, hoc est, multa opera concinnatus. Sicut enim pulchra fœmina nuda est, quam purpurata, pulchrior: ita capillus quoque passus, prolixus, circa caput rejectus negligenter, ut ait Terent. in formoso corpore decentior est, quam compositus discriminatusque. *Idem.*

Uberes] Spissus namque, ut dudum dictum est, capillus densitate fit commendatior: sic autem textus ordinatur: *Nodus astrinxerat uberes crines, et per colla dispositos.* Idem.

Pag. 27 *Crines, leniter emissos*] Pricæus cum Groslotio mallet *demissos*, quod supra habuimus in Varronis exemplo. Verum hoc idem est, quod *dependulos.* Si quid mutandum, malim *inmissos.* Hæc enim composita millies confunduntur. Vide ad Lucan. VI. 291. IX. 823. Liv. lib. X. cap. 5. Sic Valer. Flacc. lib. I. 408. 'Phleias inmissus patrios de vertice crines.' Ovid. lib. VI. Met. 167. 'Movensque decoro Cum capite inmissos humerum per utrumque capillos :' ubi vide N. Heinsium. Hi etiam possent dici 'leniter effusi,' et 'prolixique molliter defluentes,' quos dein describit, et passim 'fluentes' ac 'fluctuantes' aiunt poëtæ. Vide Passerat. ad l. II. Propert. El. II. 23. ac Tibull. lib. III. 4. 17. Burm. ad Valer. Flacc. III. 525. 'tenui vagus innatat unda Crinis.' Voss. ad l. VI. 618. 'undantem crinibus Hebrum.' Huc pertinet Gell. lib. V. cap. 14. 'toris comisque cervicum fluctuantibus.' Male ibi Vir doctus *fluitantibus.* Ovidius in Arte supra citatus 'similes fluctibus sinus' ait. *Oud.*

Per colla dispositos] Lib. XI. 'Crines, &c. per divina colla passive dispersi.' Pro *emissos* placeat *demissos* scribi. Infra l. XI. 'Crines uberrimi prolixique, &c. molliter defluebant.' Quod hic *demitti*, ibi *defluere.* Pric.

Sinuato patagio] Inepte Floridus exponit, 'flexuoso limbo summæ tunicæ :' quasi illa vilis ancilla gesserit *patagium*, quod est in vestimento mulierum pretioso purpureus, vel 'aureus clavus.' Sic enim recte Salmas. ad Tertulliani Pallium p. 142. et hic

Sopingius ad marginem emendarunt Nonium, ubi vulgo, 'aurea chlamys.' Optime Scaliger explicat: 'Capillus ab imo ad verticem summum nodo collectus duplicatur, et humeros tegit patagii modo, et sinum ac delumbationem in collo facit, quo nomine sinuatum patagium vocavit.' Vide eum Animadvers. in loca Controversa Titii l. IV. cap. 7. Atque ita recte Pius ad Valer. Flacc. lib. III. 525. Cuperus etiam ad Apoth. Hom. p. 187. *patagium* sumunt ipsos crines in modum patagii a fronte per tempora in collum contortos. *Oud.* *Sinuato patagio*] 'Patagium' aurea chlamis est, quæ pretiosis vestibus immitti solet. Inde 'patagiata' fœmina a Plauto in Epidico dicta, quæ patagio induta est: et ab eodem in Aulularia, 'Patagiarii,' artifices patagii nominati. Nævius: 'Pallis patagiis, crocatis malacis.' In codicibus Nonianis, pro *malacis* mendose scriptum est *manicis*. 'Malacum' autem appellant, vocabulo Græcanico, molle et delicatum: 'malacum pallium' dixit Plautus in Bacchidibus, pro molli et delicato, et mollicino. Verbum vetus est 'malacissare,' quod significat mollire, mitigare, mansuefacere. Idem ait: 'Malacissandus es:' id est, mitigandus, molliendusque. 'Sinuatum' appellat a sinu vestimenti, quasi flexuosum et crispum. Festus ait: 'patagium id dici, quod ad summam tunicam assui solet: quæ et patagiata dicitur.' Quod et videtur verius, tanquam sit patagium id ornamenti genus, quod mulieres in summa camisiæ parte circa cervices assuunt crispissimum, et (ut inquit) sinuatum. Patagus vero morbi genus est. *Beroald.* *In summum verticem nodus adstrinxerat*] De quo ita lib. III. 'Adjuro per dulcem istum tui capilli nodulum.' Servius ad Æneid. IV. 'Crinem qui illi retrorsum in nodum collectus.' *Pric.*

Protinus] Temere sane Elmenh. Scriverius, et in contextu Pricæus ediderunt *protinus*. Durius ac sine ulla elegantia dictum foret: 'in eam impressi savium:' nec melior est lectio Regii, Fux. et D'Orvill. Mss. *in ea*. Lucius enim, ut vir procerus, ex p. 21. celsior erat Fotide: quare eam basiaturus inclinare se debuit. Hinc ergo 'pronus in eam' basiavit capillorum cacumen in vertice. Lib. v. p. 103. 'Prona in eum efflictim inhians patulis saviis,' &c. Plinius de palmis feminis lib. XIII. cap. 4. 'Nutare in marem pronas blandioribus comis.' Hinc plurimorum Mss. lectio videtur servanda in Ovid. lib. I. ex P. 18. 45. 'O ego Di facerent, talem te cernere possem, Caraque mutatis oscula ferre comis.' Vulgo nunc *genis*. Sed mulieris senescentis comæ magis mutantur quam genæ. Contra Martian. Cap. lib. IX. p. 302. 'Resupina reclinisque pone consistentis sese permisit amplexibus.' Ita enim Msstorum auctoritate legendum. Non *consistens*: ut in Ed. Grot. *Oud.* *Nec diutius quivi tantum cruciatum sustinere, sed pronus in eam, &c.*] Cicero Antonianarum II. 'Homo misericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum invasit.' *Pric.*

Qua fine] Reg. Fux. *fine qua*. Perperam vero Pricæus emendare conatur, *qua in f.* Infra p. 31. 'fine inguinum:' et sic alibi sæpius pro parte extrema, sive summa, sive infima. 'Scapularum fine' Flor. N. 15. Immo *qua fine* dixerunt et alii. Adi J. Palmer. tom. IV. Thes. Crit. p. 772. Bene Appuleii loca indicavit Ill. N. Heinsius ad Ovid. l. x. Met. 536. ubi consule quoque Burm. et me ad Cæsar. lib. VII. B. G. c. 47. 'Pectoris fine.' Cato de R. Rust. cap. 114. 'Ansarum infimarum fini.' Hygin. Astron. lib. III. cap. 12. 13. 'Genuum fine.' Quod itidem restituendum cap. 16. 'Occidit cum virgo exorta est capitis fine.' Sic enim Morell. nisi quod *a* inserat. Alii Mss.

ad capitis finem, vel, *a capite finem*. Oud. *Savium impressi*] Auctor libri de amicitia apud Augustinum tom. IV. cap. 6. 'Est osculum corporale, quod impressione fit labiorum.' Plautus in Casina, 'impingere suavium:' in Curcul. 'Savium oppegit.' Vide Notas ad Minutium f. 5. [cap. 2.] *Elmenh.* D'Orv. Guelf. uterque, et Palat. *sabium*, ex perpetua litterarum *b* et *v* confusione. Edd. Colv. et Flor. *suavium:* ut passim hæ voces mutantur. Sed male. Clare distinguit lib. VI. p. 114. 'septem savia suavia:' ubi D'Orvill. itidem *sabia*. Plin. lib. VII. Ep. 4. 'sibi debita savia:' e Mss. opt. Cort. Sic etiam *saviari* vel *sabiari*, non *suaviari*, in Mss. *Oud. Qua fine summum cacumen capillus ascendit, mellitissimum illud savium impressi*] Sic, 'oscula ferre comæ' Propertius. Aristænetus I. 16. Ἐκβακχευθεῖσα τῷ ἔρωτι, ἀνέκλασέ τε πρὸς ἑαυτὴν τὸν αὐχένα, καὶ πεφίληκεν, &c. *Savium mellitissimum*, ut et infra VI. et ibidem 'mellitis saviis:' nec non apud Longum Sophistam μελιτῶδες φίλημα. Pro *qua fine s. cacumen, &c.* legerim, *qua in summum cacumen, &c.* Pric. *Mellitissimum illud savium*] Significat, capillo se Fotidis impresisse basium illud dulcissimum, quod condimentis Veneris conditum, et (ut inquit Catullus) dulci dulcius Ambrosia est. Tria autem sunt osculandii genera, auctore Donato: osculum basium, et suavium. Oscula officiorum sunt, basia pudicorum affectuum, suavia libidinum vel amorum. In pronominibus autem magnum est dicendi pondus, magnusque ex his intellectus nascitur: nam dicendo *illud savium*, vult intelligi illud dulcissimum, illud quod amator amicæ ardenter infigit, illud quo labella labellis ferruminantur, illud quod Venus quinta parte sui nectaris imbuit: denique illud, quod libidinis est suscitabulum et subantis anteludium. *Beroald.*

Tunc illa cervicem intorsit] Horatius: 'Cum flagrantia detorquet ad oscula Cervicem.' Basilius in de Virginitate: Καθάπερ ἑταίρα τις ἀκόλαστος ἐγκύπτει πρὸς τὸν τέρποντα, τὸν αὐχένα κακῶς περιστρέφουσα. *Pric.*

Morsicantibus] Reg. Fux. dant quoque *mersitantibus*. Atque sic aliquot Mss. hoc verbum per *t* efferunt infra aliquoties. Vide ad lib. VII. 143. et lib. X. p. 226. 'dulces gannitus commorsitantibus oculis iterabat.' Magisque analogicum videtur, ut sit a 'mordeo,' 'morsito,' sicut ab 'hæreo,' 'hæsito,' 'edo,' 'esito,' et similia. Sed et a 'mando,' 'manduco,' a 'splendeo,' 'splendico,' a 'candeo,' 'candico.' Adi ad lib. V. p. 94. Verum quæro, qui sint 'morsitantes oculi.' Beroaldus explicat 'morsu quasi vitalia populantes, et depascentes medullas:' Malim ego intelligere oculos mobiles, identidem se aperientes claudentesque, oris manducantis instar. De talibus Venereis oculis late agit Barth. ad Claud. in Nupt. Hon. et Mar. vs. 7. Nisi velis pro *oculis* substituere *osculis, labiis*, vel tale; quomodo aliquot viri docti loco lib. X. *osculis* reponunt. Nævius apud Nonium cap. 2. p. 139. Ed. Merc. 'In labellis morsicatim lusitant.' Eoque pertineret verbum *ait*, sicut cetera 'ad me conversa' responderent τοῖς *limis*, subintelligendo *oculis;* uti apud Plaut. Bacch. V. 2. 12. 'limis intueri:' et Terent. Eun. III. 5. 53. 'Ego limis specto.' *Oud. Ad me conversa limis, &c. oculis*] Plutarch. in de solertia animalium: Σκαιὸν ὄμμα παραβαλὼν θύννου δίκην. *Pric. Limis oculis*] Quintilianus XI. 3. 'Oculi limi, et, ut sic dicam, Venerei.' Fulgentius Mytholog. II. 'Ad libidinem limaces visus intorsit.' Isidorus XII. 1. 'Cujus oculi ad libidinem in transversum aspiciunt.' Plinius XI. 37. ubi de oculis: 'Torvi, flagrantes, graves, transversi, limi,' &c. Donatus ad Eunuch. III. 'Cum limi dicantur ob-

liqui generaliter, hoc tamen proprie de oculis dicitur.' Et paulo ante: 'Limis, est transversis: unde limen dicitur, quod ingredientibus exeuntibusque transversum sit. Quum igitur dissimulant homines, se videre quod vident, et non recta facie sed transversa intuentur, limis aspicere dicuntur.' *Idem.* *Limis*] Obliquantibus et transversis; nam *limis*, ut docet Donatus, significatur transversus. Unde *limen* quoque dicitur in ostio, quod ingredientibus egredientibusque transversum est: et *limi* dicuntur obliqui generaliter: hoc tamen proprie de oculis dicitur, veneriis scilicet et amasiis. Plautus in Milite: 'Aspice limis oculis.' Scribit Solinus de leonibus: 'Nunquam limo vident, minimeque ita se volunt aspici:' ubi *limo* significat, obliquis oculis et transversis: quod Plinius apertius dixit, et planius, cum ait: 'Nec limis intuentur oculis, aspicique simili modo nolunt.' 'Limare' verbum vetus est, quod significat conjungere; ut apud Plautum: 'Nunquam cum illa limavi caput:' et Turpilius in Leucadia: 'Veritus sum ne amoris causa cum illa limasses caput.' *Beroald.* *Morsicantibus*] Significantissimo vocabulo vim venustorum oculorum expressit, qui illices sunt Veneris, et potentissimum amoris incitamentum: quorum fulgor et amabiles intuitus, quodam quasi morsu vitalia populatur, et morsicatim medullas depascitur. Expertus loquor, sensi ipse, nec dissimulabo. Sensi, inquam, oculos in Panthia et Martia morsicantes, quibus nihil venustius, amabilius, speciosius novit vetustas, nec noscet ipsa posteritas. Natura exhausit cuncta narthecia, et omnes pulchritudinis pyxidiculas in formandis duabus mulieribus, quas Zeuxis vel singulas contentus fuisset inspicere, qui Crotoniatarum virgines nudas, ut M. Tullius, vel Agrigentinorum, ut Plin. sentit, inspicere voluit, picturus Helenæ simulachrum: ut quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet. *Idem.*

Heus tu, schol. ait] De *scholastico*, id est, ineptulo, adi Casaub. ad J. Capitol. Maxim. Jun. c. 3. *Oud.* *Scholastice*] Scholastici diminutivum est 'scholasticulus:' qua dictione significatur, qui scholæ operam dat, et in scholasticis controversiis exercetur. Plinius secundo Epistolarum: 'Annum sexagesimum excedit, et adhuc tantum scholasticus est.' *Beroald.* *Scholastice*] Vide Casaub. ad Hist. Aug. Scriptores p. 416. Rittershusium ad Præfationem Salviani. *Pric.*

Dulce et amarum gustulum carpis] Plautus Pseudolo scen. 1. Act. I. 'Dulce et amarum una nunc misces mihi.' Trucul. Act. II. sc. 3. 'Postquam scio dulce et amarum quid sit ex pecunia.' Et in Cistellaria Act. I. sc. 1. 'Namque amor et melle et felle est fœcundissimus, gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.' Meleager Anthol. lib. VII. 'Ανθοδίαιτε μέλισσα τί μοι χροὸς Ἡλιοδώρας Ψαύεις, ἐκπρολιποῦσ' εἰαρινὰς κάλυκας; Ἢ σύ γε μηνύεις ὅτι καὶ γλυκὺ καὶ δύσπιστον Πικρὸν ἀεὶ κραδίᾳ κέντρον Ἔρωτος ἔχει; Et Plato amorem γλυκύπικρον nominat. *Elmenh.* Recte protulit Cod. Bertiniani verba Elmenhorst. Ita Medea γλυκερῇ κατείβετο θυμὸν ἀνίῃ. Apoll. R. III. 290. *Osculum* est conjectura Scioppii, ut Susp. Lect. lib. III. c. 10. patet. Sed nulla est verisimilitudo, eam vocem depravaturos fuisse librarios. Videtur autem id conjecisse Scioppius, quia in plerisque Mss. et Edd. antiquis *dulce* neutro genere scribitur, et hinc paullo infra ad 'istum igniculum' eo genere 'gustulum' sumtum existimat Colvius. Sed Mss. Flor. Guelf. pr. et Par. cum Edd. Vulc. sec. seu Scalig. et seqq. dant *dulcem*. Elegantissime autem *carptum*, ut centies occurrit, *osculum* vocat *gustulum*, *een proefje*, quia inde incipit amoris opus, ut cœna incepit ab ovo, quod

hinc etiam *gustulum* appellat Noster lib. IX. p. 200. Consule Lips. lib. II. Ant. Lect. p. m. 66. Cort. ad Plin. lib. III. Ep. 5. Huc pertinent Plauti loca in Pseud. I. 1. 61. II. 4. 1. Trucul. IV. 3. 25. Cistell. I. 1. 71. 'Amor et melle et felle est fœcundissimus, Gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.' 'Dulces et mœstas querelas' jungit Auson. in Cupid. vs. 44. *Oud.*

Ne nimia mellis dulcedine diutina bilis] Suidas: Τοῦτο γλυκὺ μέν ἐστι τὴν αἴσθησιν, πικρὸν δὲ τὴν ἀνάδοσιν. Χολῆς δὲ ποιητικὸν αὐτό φασιν εἶναι, καὶ τρέπειν τοὺς χυμοὺς εἰς τοὐναντίον τῆς γεύσεως. Hinc Anthol. i. c. 48. Πᾶν τὸ περισσὸν ἄκαιρον, ὅθεν λόγος ἐστὶ παλαιὸς, Ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή. *Elmenh.* De hac mellis vi adi Suidam in Μέλι, Plinium lib. XXII. c. 24. et confer Longum in Pastor. lib. I. p. 20. ubi pro vulg. *μαίνεσθαι* videtur legendum *πικραίνεσθαι.* Nam de Pontico melle, quod putat Lindenbrog. et alii, dicto ἔκφρονας ποιεῖν, ut apud Ælian. V. Anim. 42. Xenoph. p. 342. qui potuit scire rusticus in Lesbo puer? Anth. lib. I. p. 101. Ed. Brod. Λόγος ἐστὶ παλαιὸς, Ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή. Ceterum et ipsum *nimium* est χολή Aristoph. Ranis 4. et ex eo Suid. in Πάνυ, ac Palæphat. de Incred. p. 60. Ed. Toll. qui e Mss. et Apostolio cap. 6. § 32. est augendus. *Oud.*

Amaritudinem contrahas] Non damno *contraho*, quod plerique Mss. et Edd. post Colvium præbent, ut et alibi, 'noxam contrahere.' Vide supra. Sed tamen non plane ausim damnare simplex, quod etiam est in Pithœano, eodem sensu: ut passim, 'trahere nomen,' 'crimen,' 'formam,' 'gratiam,' 'prædam,' uti e Mss. legendum in Septim. de B. Tr. lib. II. 18. Lucan. lib. VI. 539. 'Tracta durescunt tabe medullæ:' quod male exponunt: et adposite lib. IX. 923. 'Si quis peste diurna Fata trahit.' Ovid. V. Trist. 13. 3. 'Æger enim traxi contagia corpore mentis.' III. e P. 2. 13. 'Ægri contagia vitat, Vicinum metuens ne trahat inde malum.' Solin. c. 49. 'Insolentia aëris morbos trahant.' C. 52. 'Tetriorem spiritum traxerunt:' ubi male Ed. Delr. *hauserunt* e glossa. *Idem.* *Bilis amaritudinem*] Per antitheton decentissimum significat, in amore plus esse amaroris quam dulcedinis: sicut enim mel dulcissimum est, ita bilis amarissima. Ex felle, ut physici tradunt, et memorat Plin. noster, bilis est, et magnum in hac parte virus: hinc it in mores crimen bilis nomine, cum se fundit in animum. De atra bili quam Græci 'melancholiam' vocant, de citrina, vitellina, prasina, adusta, scripsimus in commentariis Tusculanarum Quæstionum, et copiose dissertant Plato, Galenus, Albertus magnus, ceteri. *Beroald.* *Cave ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem contrahas*] Catull. 'Neve ex ambrosia tibi mutatum cadat istud Suaviolum tristi tristius helleboro.' Lucret. 'Nempe inamarescunt epulæ sine fine petitæ.' Æn. IV. 'Spargens humida mella:' ubi Servius: 'Non incongrue ad amaritudinem amorum mel adhibet.' Julianus in Epistolis: Χολῆς αὐτὸ (μέλι) ποιητικὸν εἶναι σύμπαντες ὁμολογοῦσι, καὶ τρέπειν τοὺς χυμοὺς εἰς τοὐναντίον τῆς γεύσεως. Vide Proverb. 26. 16. et 27. Sirachidem 37. 33. Scholiastes ad Ranas Aristophanis: Τὸ πολὺ, καὶ ἂν ᾖ γλυκὺ, πονηρόν ἐστι. Suidas, ex nescio quo Veterum: Τράγων γλυκερὰ πικρίας ἕξεις τρόπους. Hieronymus ad Furiam: 'Quasi coturnicum carnibus usque ad nauseam saturata es: amarissimam choleram tuæ sensere fauces.' Latet autem heic scitum certum et salubre: filias Voluptatis Mœrorem et Tristitiam esse. Venus in Psychen vindicatura post delectamentum suo cum Cupidine habitum, infra lib. VI. 'Ubi sunt Sollicitudo atque Tristities ancillæ

meæ?' quibus introvocatis tradidit torquendam eam.' Apposite ad Apuleium Solomo: (qui et a *melle* similitudinem sumpsit:) Μέλι ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, ὃ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὸν φάρυγγα, ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις. 5. 3. 4. *Pric.*

Cum sim paratus, vel uno suaviolo interim recreatus, super ignem istum porrectus assari] Dio Cassius lib. LXV. Εἰς τοῦτο μωρίας ἀφικνοῦνταί τινες, ὡς ἂν τι προσδοκήσωσιν ἀγαθὸν κακῷ μεμιγμένον λήψεσθαι, ἐπιθυμίᾳ τοῦ κρείττονος καταφρονεῖν τοῦ χείρονος. Claudianus: 'Suadentque brevem præsentia fructum, Et ruit in vetitum damni secura libido.' In Mimo vetere: 'Amans quid cupiat scit, quod sapiat non videt.' Notanda et emphasis verborum, 'uno vel suaviolo recreatus.' Scriptor ad Hebræos XII. 16. Ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. Plutarchus in de liber. educandis: Μίαν ἡδονὴν θανάτου τιμώμενοι. *Idem.* *Super hunc ignem*] Cum de igne elementali, quo cœna a Fotide coquebatur, loqui simpliciter videatur, non infestiviter referri potest ad ignem meretricium, juxta illud Terentianum: 'Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis:' ibi enim nomine ignis meretrix Thais significatur: id genus locutionis per acyrologiam fieri autumat Diomedes: a Virgilio quoque decenter dictum est: 'At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.' *Beroald.* *Assari*] Torreri, uri, excoqui, sicut assæ carnes percoquuntur. 'Primo,' ut auctor est M. Varro, 'fuit assa caro: secundo elixa: tertio jurulenta.' Dictum *assum*, quod ab igne assudescit: sudando enim assum distillat calorem. Alii *assum* dici interpretantur, quasi solum: quoniam in obsoniis sine pigmento saporis alieni assæ carnes inferebantur: Antiqui enim *assum* solum dixerunt: unde 'assa vox' dicta, non admixtis aliis musicis concentibus. Laudes majorum assa voce cantabantur, id est, ore prolata, et sine mixtura musices. Ab 'asso,' 'assaturæ' dictæ. Flavius Vopiscus scribit, Aurelianum imperatorem convivium de 'assaturis' maxime dedisse. Cibaria jurulenta, hoc est, jure condita, auctore Corn. Celso, magis alunt quam assa: magis assa, quam frixa. *Idem.*

Cum dicto] Cum hæc dicerem et loquerer. Locutio Appuleii prope peculiaris, et frequens. *Idem.* *Saviari*] Basiare, osculari. Catullus: 'Os oculosque suaviabor.' Tria sunt, ut proxime diximus, exosculandi genera: osculum scilicet, suavium, et basium: oscula officiorum sunt, basia pudicorum affectuum, suavia libidinum et amorum. *Idem.*

Et cum dicto arctius eam complexus, cœpi suaviari] Sisenna in Milesiis: 'Simul hæc dicens, suavium dedit.' Achilles Tatius II. Καὶ ἅμα λέγων, τὴν χεῖρα βιαιότερον περιέβαλον, καὶ ἐφίλουν. Infra heic: 'Et conversum amplexus osculatur arctissime.' *Pric.*

Congermanescenti] Cl. Quadrigarius Annalibus: 'Facite exemplo eorum, ut vos cum illis congermanescere sciatis.' Corrigendus Varro Rerum Humanarum lib. III. 'Postea cum his una rempublicam conjuncti et congermaniti tenuere:' ubi excusum *congerminati*, et propius ad veram scripturam, in scripto libro, *congermani.* A congermanesco, congermanitus, ut a coalesco, coalitus. *Colv.* Loca sunt citata a Nonio p. 90. Ed. Merc. in v. 'Congermanesco,' ubi Salm. ad Solin. p. 22. corrigi volebat *congerminasco.* Frustra. Ibi in Varronis loco Ms. Voss. habet *congermanita.* Vide etiam Salm. p. 677. *Oud.* *In amoris parilitatem congermanescenti mecum*] Suidas: Συσταθεύσω, σὺν σοὶ ὀπτήσω τῷ ἔρωτι· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κρεῶν. 'Congermanescere,' est quod apud Philonem (de Eva loquentem) γάνυσθαι καὶ ἀντιπροσφθέγγεσθαι. lib.

περὶ κοσμ. *Pric.* *Congermanescenti*] Vetusto verbo 'congermanescens libido' dicta, quæ compar est, et quadam quasi germanitate consimilis. Alii a 'congerminando' id deducere malunt, quod non placet: nam 'congermanescere' est evalescere, et consociari: unde 'congermanescens libido,' eleganter pro coalescenti et consociata usurpatur. Quadrigarius: 'Facit exempla eorum ut vos cum illis congermanescere sciatis.' *Ber.*

Patentis oris] Vide Comment. ad Petron. c. 26. 'Commovebat valgiter labra.' *Oud.* *Inhalatu cinnameo*] Anima et anhelitu odoris suavissimi, qualis est cinnami: amator enim amicæ animam anhelitumque suaveolentia quadam fragrantem, et odoramentis commixtum esse sensit. Et nos olim osculum Panthiæ præconio suaveolentiæ extollentes sic lusimus in idyllio: 'Cinnama quod fragrant, quod olet Cynireia myrrha.' *Beroald.*

Occursantis linguæ] Confer cum his Achillem Tatium p. 58. lib. II. ubi inter alia ait: Αἱ δὲ γλῶτται τοῦτον τὸν χρόνον φοιτῶσιν ἀλλήλαις εἰς ὁμιλίαν, καὶ, ὡς δύναται, βιάζονται κἀκεῖναι φιλεῖν. *Elmenh.*

Illisu nectareo] Oppido quam festiviter expressit mores amasiorum, qui linguam linguæ inter osculandum illidere consueverunt: quæ suaviatio mellitissima est, et nectaris dulcedine perfusa, nec non maximum quoque Veneris suscitabulum. In hanc sententiam est illud Plautinum: 'Fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam.' *Beroald.* *Et occursantis linguæ illisu nectareo*] Lib. V. 'Suavium blandientis appulsu linguæ longe mellitissimum.' Lucretius: 'Affigunt avide corpus, junguntque salivas Oris, et inspirant pressantes dentibus ora.' *Pric.*

Adlubescente] 'Adlubescere,' verbum vetus; quod significat, placet, aut placere incipit. Plautus in Milite: 'Hercle vero jam adlubescit primulum, Palæstrio.' Sicut a 'lubet' 'lubescit,' ita et 'adlubescit' dicitur. *Beroald.*

Pereo inquam] Verba deprompta ex intimo amoris promptuario, quibus amantes in complexus amicorum subinde uti consueverunt. *Idem.* *Pereo inquam: imo, jamdudum perii, &c.*] Apud Plaut. Bacchid. 'Nihili sum, Tactus sum vehementer visco, stimulo cor foditur.' *Pric.*

Propitiaris] Placata sis et propitia. *Esto*] Sis. *Beroald.*

Mutua voluntate] 'Mutuum' in amore dicitur, ubi par voluntas accipitur et redditur. *Idem.* *Mancipata*] Obnoxia, et quodam quasi mancipi nexu obligata, tanquam addicta. *Id.* *Tibi mutua voluntate mancipata sum*] 'Sic amor amborum tetigit rude pectus, et æquum vulnus utrique dedit.' Infra lib. IV. 'Affectione mutua mihi pignoratus.'

Prima face] Circumspecte Jo. Brodæus (lib. IV. Misc. c. 44.) notat ad hæc verba, quod 'prima fax' ideo Latinis 'Vesper' non dicatur, quoniam faces et lucernæ vesperi accenderentur; sed quia Venus et Vesperugo, fax cœlestis et stella post Solis occasum prima, tum lucere incipiat. Id quidem quodammodo innuit Macrobius lib. I. Saturnal. c. 3. extremo, item Gellius lib. III. c. 2. his verbis: 'Præterea tribuni plebei, quos nullum diem abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiscuntur, et post primam facem ante mediam revertuntur, non dicuntur abfuisse unum diem: quando ante horam noctis sextam regressi, parte aliqua illius in urbe Roma sunt.' Sed confirmat magis idem auctor l. XVIII. c. 1. 'Sed cum jam prima fax noctis, et densiores esse tenebræ cœpissent, prosecuti Favorinum in domum, in quam divertebat, discessimus.' Nam vix est, ut aliter accipiatur, tum quia in littore ambularent, tum quod adjecerit *noctis*. Vopiscus tamen de Ta-

cito narrat: 'Thermas omnes ante lucernas claudi jussit, ne quid per noctem seditionis oriretur.' Quod an huic nostræ opinioni adversetur, disputent curiosi. Ego pergo. *Gruter. in Susp.* Veteres per 'primam facem' non intellexisse Hesperum, sed 'lumina accensa,' docui ad Hirt. B. Afric. c. 89. 'Circiterque noctem luminibus accensis.' Adde Plin. l. xi. c. 19. Drakenb. ad Sil. l. i. 66. *Oud.*

Cubiculum tuum adiero] Rectius Colvio Sciopp. Wow. Elmenh. Pricæus e suis membranis edidere *adero*, quibus accedunt D'Orvill. Pith. Fux. Guelf. uterque, et Lips. quamvis *adiero* est in Regio. Amari ab Auctore Accusativum vi præpositionis *ad* verbo junctæ, sæpius jam monuerunt viri docti. Adi me ad lib. ix. p. 187. lib. v. p. 91. 'scopulum istum aderunt.' Unde forsan defendi posset vulgata Livii lectio lib. xlv. c. 28. 'Jussis Amphipolin adesse.' Sed aliter Livius, aliter Appuleius loquuntur. *Idem. Prima face tuum cubiculum adiero*] Rectior scriptura est *adero*. Infra lib. v. 'Scopulum istum protinus aderunt:' jam et *adero* in Oxoniensi video. *Pric. Prima face*] Horam vespertinam significat, qua faces accenduntur. Macrobius in primo Saturnalium scribit, quod post vesperam prima fax dicitur, deinde concubia. *Beroald.*

Ac te præpara] *Præpara* est in Oxon. Pal. Reg. D'Orv. Edd. Vulc. Wow. Flor. *propera* Bert. Præfero tamen cum Pith. Florent. Edd. Vett. item Elm. Scriv. Pric. *compara*. Vide Ter. Eun. i. 1. 2. Cic. ad Q. Fratr. c. 1. 'Te admoneo ut te ante compares.' Præsertim in re bellica, a qua hic metaphoram sumit Fotis, *comparare* pro *præparare* ponitur. Adi collectanea ad Nepot. viii. 2. 2. 'Tempore ad comparandum dato.' Dein *enimque* Guelf. pr. *Oud.*

Præliabor] Prælio scilicet Venereo, de quo Virgilius: 'At non in Venerem segnes, nocturnaque bella.' Et Epigrammatista: 'O quæ prælia, quas utrinque pugnas, Felix lectulus et lucerna vidit.' Sua est amori militia, ut Marti sua prælia, sui bellatores: et ut inquit ille: 'Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido.' *Beroald. Tota enim nocte tecum fortiter, &c. præliabor*] 'Tota nocte,' ut apud Propertium: 'Experta puella Officium tota nocte valere meum.' 'Præliabor,' ut infra lib. v. 'Veneris præliis velitari:' et i. 10. Aristæneti, νυκτομαχεῖν. Virgil. 'Nocturnaque bella:' ubi Servius: 'Quibus coitus.' 'Fortiter,' ut lib. ix. 'Ille adulterorum fortissimus:' et apud Petronium: 'Qui ne tum quidem, cum fortiter faceres, cum pura muliere pugnasti.' Juvenal. 'Solaque libidine fortes.' *Pric.*

Obgannitis sermonibus] Immurmuratis, magisque clara voce enunciatis. 'Gannire' enim, et 'obgannire,' obmurmurare est: unde et 'gannitio,' canum querula murmuratio significatur. *Beroald.*

Commodum] Tunc tunc, id horæ, eo momento: ut sæpe diximus. *Id.*

Mittit xeniola] Morem signat priscorum, qui hospitibus munera esculenta missitabant, quæ xenia, i. e. hospitalia, appellaverunt: nam, ut auctor est Vitruvius in sexto, cum fuerint Græci delicatiores, et a fortuna opulentiores, hospitibus advenientibus instruebant cubicula et triclinia, et cum penu cellas: primoque die ad cœnam invitabant, postero mittebant pullos, ova, olera, poma, reliquasque res agrestes, quæ xenia ab hospitibus appellaverunt: ξένος enim Græce hospes, ξένιος hospitalis, quo cognomento Jupiter colitur, ut meminit Dion. de quo intellexit poëta, cum ait: 'Juppiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.' Hinc 'xenia,' munera dicta hospitalia, et 'ὑποκοριστικῶς xeniola.' 'Xenia,' ut inquit Ecclesiastes, 'excæcant ocu-

los judicum.' Jurisconsultus xeniis non in totum abstinendum esse præcipit. Martialis celebrat 'xenia' et 'apophoreta:' ubi annotandum, 'apophoreta' non tam dici munera quæ remittuntur ab his qui xenia accepere, quam vasa et id genus alia, quæ convivis apponebantur, ut secum post convivium ea auferrent, donoque haberent: hæc enim 'apophoreta' vocabantur, ut auctor est Athenæus: et apud nostros divus Ambrosius id plenissime enarrat in libro de cohortatione virginum scribens hæc: 'Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum referre consueverunt:' ad hunc intellectum referri debet illud Suetonii in Caligula: 'Agitatori Citico comessatione quadam in apophoretis vicies sestertium contulit.' Scio me aliter tradidisse in commentariis: sed cum liceat quotidie meliora invenire præteritis, et posteriores cogitationes prioribus sint sapientiores, volui obiter retractare id quod in Tranquilli commentariis poteram videri dormitans, conniventibusque oculis inspexisse: verum id a me aliubi quoque fiet, quotienscunque repastinandi reformandique editos jam commentarios in meliorem sententiam dabitur occasio. Homines enim sumus: nec ullus inventus est ἀναμάρτητος, hoc est, impeccabilis. Hippocrates errores suos ingenue confessus est: Augustinus libro retractationum maculas priorum voluminum repurgavit: et M. Tullius non dubitavit aliquot jam editos libros aliis postea scriptis ipse damnare. Sed ad propositum. Idem Ambrosius apophoreta accipere videtur pro muneribus, cum de Vitali et Agricola martyribus scribens ait: 'Hæc apophoreta quidem plena sanctitate et gratia mecum detuli:' quod tamen per translationem de vasis dictum videri potest. *Idem.* *Mittit mihi Byrrhæna xeniola*] Suidas: Ξένιον: τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον ξένῳ. *Pric.*

Porcum optimum] Reg. Fux. *porrum optimum.* Pith. *postortum optimum.* Bene autem viri docti reposuerunt *opimum,* uti est quoque in Mss. Oxon. D'Orv. pro *optimum,* quod ante Colvium edebatur, et quomodo passim vox *opima* est corrupta. Vide Stewech. ad Front. lib. IV. 5. 4. Drakenb. ad Livium lib. XXXVIII. c. 8. Mox 'mercedes opimas.' Lib. VIII. in f. 'hostiis opimis.' Lib. X. p. 220. 'Partes opimas devorabam.' De Dogm. Plat. 'Opimæ partes:' in quibus idem error. Gell. lib. V. 14. 'Membra ferarum opimiora.' Horat. lib. IV. O. IV. 31. 'Quos opimus Fallere et effugere triumphus.' Sic enim ut locum cum Al. Cuninghamo legamus, antiquissimarum D'Orvil. mei membranarum suadet auctoritas. Vulgo *effugere est.* Dein *gallinas* Fux. *Oud.* *Porcum opimum, quinque gallinulas, et vini cadum in ætate pretiosi*] Horatius: 'Accipis uvam, Pullos, ova, cadum temeti.' Vitruvius lib. VI. 'Cum fuerunt Græci delicatiores, et a fortuna opulentiores, hospitibus advenientibus instruebant triclinia, cubicula, cum penis cellas: primoque die ad cænam invitabant: postremo' (lege *postero*) 'mittebant pullos, ova, olera, poma,' &c. *In ætate* sincera lectio est, nec debuit moveri: sic 'Episcopum in ætate antiquum' Cyprianus dixit. Jurisconsultus in lib. III. § 1. ad SC. Silan. 'In gravi valetudine affectum,' et Noster lib. VI. 'In laboribus defessum.' *Pric.*

Vini cadum in ætate pretiosum] Talis 'Nonum superantis annum Plenus Albani cadus' apud Horatium. Statius: 'Vinaque perpetuis ævo certantia fastis.' Et bene, 'pretiosum.' Horatius: 'Albani veteris pretiosa senectus.' *Idem.* *In ætate pretiosi*] Vina generosa vetustate censentur: phalerni ætas media a quinto decimo anno incipit, ut docet Plin. in XXIII. Salomon in Ecclesiastico: 'Vinum novum inveterascet, et cum suavitate

bibes illud:' et Plautus quoque in Casina inquit: 'Qui utuntur vino vetere, sapientes puto:' idem in Penulo, 'Vinum edentulum' eleganter appellat quod vetustum intelligi vult, et ob id pretiosum; sicut senes ob vetustatem seniumque edentuli fiunt, hoc est, sine dentibus. *Beroald.*

Veneris hortator et armiger Liber] 'Verbum hercle hoc verum erit, sine Cerere et Libero friget Venus,' ait Chremes Terent. Eunuch. Unde apud hunc Nostrum lib. v. 'Venus inimicam suam sobrietatem nominat.' E contra Horat. lib. III. Od. 18. 'Craterem Veneris sodalem.' *Brant.* *Veneris hortator et armiger Liber*] Ovidius: 'Vina parant animos Veneri.' Euripides Bacchis: Οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος οὐκ ἔστι Κύπρις. Theo in Aratum: Ὀρθῶς Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη λέγονται μετ' ἀλλήλων εἶναι. Achilles Tatius II. Οἶνος ἔρωτος τροφή. Porphyr. περὶ ἀποχ. 4. de Ægyptiorum sacerdotibus: Ἀφροδισίων ἔφασαν (οἶνον) ὀρέξεις ἐπιφέρειν. Scholiastes ad Theocriti Eidyll. x. Ὁ οἶνου κεραννύμενος πρὸς ἀφροδίσια ἐκκαίεται. Lucianus in Amoribus: Τερπνοτέρα Ἀφροδίτη μετὰ Διονύσου, καὶ τὸ παρ' ἀμφοῖν ἡδὺ σύγκρατον· εἰ δ' ἀποζευχθεῖεν ἀλλήλων, ἧττον εὐφραίνουσιν. Scholiastes Aristophanis: Ἡδονὴν καὶ ἀφροδίσια μέθη ἐξανίστησι. et post, Ἀκόλουθα τῷ Διονυσιακῷ ποτῷ τὰ ἀφροδίσια. Valer. Max. II. 1. 'Proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit.' Theophylactus ad illa Rom. XIII. Μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις, &c. Εἰπὼν περὶ τῆς μέθης πρότερον, νῦν λέγει περὶ τῶν ἐκ ταύτης γεννωμένων κακῶν· ἐκ γὰρ μέθης αἱ ἀσέλγειαι. *Pric.* *Veneris hortator Liber*] Hoc est, Bacchus, cujus nomine vinum significatur, maximum haud dubie est libidinis incentivum: ut merito armiger et hortator Veneris dici mereatur. Fabulantur Antiqui, filium Liberi ac Veneris Priapum fuisse, ducti conjectura verisimili: propterea quod qui vino indulgeant, sint natura ad Venerem propensiores: ut autem Vulcanum pro igne per tropicam locutionem vulgo usurpamus, sic et Venerem pro coitu, Liberum et Cererem pro vino et pane, non minus decenter quam licenter dictitamus: quod et Quintil. refert in VIII. Hinc illud vulgatissimum, 'Sine Cerere et Libero friget Venus.' Apostolica sententia interdicitur sacerdoti vinum, in quo est luxuria: et qui altari servit vinum, et siceram bibere prohibetur; venter enim mero æstuans facile despumat in libidines. 'Sicera' autem, ut inquit Hieronymus, et in decretis canonicis repetitum est, 'Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, qua quis inebriari potest.' Liberum autem Bacchum ex eo dictum autumat Seneca, quia liberat servitio curarum animum, asseritque, et audaciorem in omnes conatus facit. Quidam ob licentiam linguæ et libertatem loquitandi Liberum dici opinantur, tanquam ex ebrietate fiant homines linguæ liberioris petulantiorisque. Si Plutarcho credimus, Liber ex eo dictus est, quod pro Græciæ libertate pugnavit. Augustinus, quod annotatu dignum est, [&c. Vid. Not. Delph.] Diem festum dicatum Libero patri, 'liberalia' vocant, a Græco vocabulo 'Dionysia.' *Beroald.*

PAG. 28 *Pudoris ignaviam*] Inverecundus Deus Liber nuncupatur a priscis, ex eo quod inverecundi per vinolentiam homines fiant. Horat. 'Simul calentis inverecundus Deus Fervidiore mero arcana promorat loco.' *Idem.* *Vinum istud sorbeamus hodie omne, quod nobis restinguat pudoris ignaviam*] Ovidius: 'Nox et Amor vinumque nihil moderabile suadent.' Arnobius l. VII. 'Quid Deo cum vino est, venereis re proxima? &c. verecundiæ, pudoris, et castitatis inimica?' Lucian. in de Dea Syria: Ἅμα οἴνῳ εἰσιόντι παῤῥησία εἰσέρχεται. *Pric.*

Alacrem vigorem libidinis incutiat] Ambros. de Pœnitentia lib. I. c. 16. 'Pascitur libido conviviis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur.' Aretæus Cappadox de acutor. morb. curat fol. 163. Οἶνος γὰρ θάλψις μέν ἐστι νεύρωΰ, μάλθαξις δὲ ψυχῆς, ἐπανάκλησις δὲ ἡδονῆς, γονῆς γένεσις καὶ πρόκλησις Ἀφροδισίων. Vide notata ad Arnobium p. 120. lib. VII. Libanii Sophistæ progym. fol. þ. *Elmenh.* Recte *alacrem vigorem* defendit Pricæus. Ac *vigor* in re Venerea non raro adhibetur. Hinc infra p. 32. 'Arcum meum ipse vigor adtendit.' Lib. IX. p. 191. 'Vigoratus juvenis.' Pith. *inculiat*. Oud. *Et alacrem vigorem libidinis incutiat*] Minucius in Octavio: 'Ubi convivium caluit, et incestæ libidinis ebrietate fervor exarsit.' Scholiastes vetus Horatii ad Epist. Lib. I. 'Inter omnia quæ vino accidunt et illud est maximum, quod vires in Venerem præstat.' Isidorus VIII. 11. de Libero: 'Attributas ei mulieres dicunt, et vinum, propter excitandam libidinem.' Infra hic lib. X. 'Vino, &c. copioso memet madefeceram, et unguento fragrantissimo prolubium libidinis suscitaram.' 'Alacris vigor' heic, ut apud Serenum Sammonicum: 'Tunc poteris alacrem capitis reparare vigorem.' Infra hic lib. X. 'Saltationis agilem vigorem.' Gellius XIX. 12. vigores et alacritates' junxit. *Pric.*

Hæc enim sitarchia navigio, &c.] Nullum est dubium, quin recte emendaverit Beroaldus: *hac sitarchia navigium*, ac bene explicuerit de commeatu et alimento. Eum vide cum Pricæo. Confirmant quoque eam lectionem Mss. omnes, excepto Bertin. In Edd. Vicent. Ber. Bas. pr. *hæc s. navigio*. Guelf. sec. *siriachaia*. Par. *siriarchia*. Fux. *scytarchia*. Dein *ut vino* male Edd. Ald. Junt. post. *Oud.* *Hæc enim sitarchia navigio*] Emunctior lectio et tersior est: *Hac enim sitarchia navigium Veneris indiget sola:* ut sit sensus per metaphoram, [&c. Vid. Not. Delph.] nam, ut inquit ille: 'Si nescis, oculi sunt in amore duces:' et ab Epigrammatista dictum est: 'o quæ prælia, quas utrinque pugnas, Felix lectulus et lucerna vidit!' *Beroald.*

Ut in nocte pervigili, et oleo lucerna, et vino calix abundet] Infra heic: 'Lucerna prægrandis, et oleum ad lucem sufficiens, et calida cum œnophoris et calice.' *Pric.*

Nam Milonis, &c. Cum ecce] Frequentissimam esse confusionem vocum *jam* et *nam*, nemo nescit. Et vocula *jam* optime respondet seqq. *cum ecce;* ac bene transitioni hic inservit. Vide quæ laudavi ad Lucan. lib. II. 214. 'Jam sanguinis alti Vis sibi fecit iter.' Infra lib. VI. p. 119. et sic sæpe Auctori est *jamque*. Verum tamen, quia sæpe Auctor cum aliis, ut ibidem monui, vocula *nam* utitur in transitione, non temere quid mutem. p. 30. 'Nam et pueris extra limen,' &c. Lib. VIII. p. 248. 'Nam et illi pastores,' &c. ubi Colvio placebat *jam*. Oud. *Nam boni Milonis concinnaticiam mensulam, &c.*] Æneid. I. 'Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes:' ubi Serv. Fuldens. 'Bonus hic largus, liberalis:' ergo *bonus* hic Milo κατ' ἀντίφρασιν dictus. *Pric.* *Boni*] Ironicως: sic Terent. 'Virum æquum Parmenonem.' Hinc virtutes pro vitiis interdum usurpant. *Beroald.*

Concinnaticiam mensulam] Solinus in Præfat. II. 'Ut nec in eo prodiga sit copia, nec damnosa concinnitas.' Et c. 4. 'Egrediemur propositæ concinnitatis modum.' Concinnitas autem illa brevitas est. *Brant.* *Concinnatitiam mensulam*] Breviculam, modicam, deparcam. 'Concinnare' enim est, apte conficere, et quasi in arctum breveque colligere: unde 'concinnatitium' deducitur, pro brevi et collecto et apte cohibito. Supra dixit, 'exiguum grabatulum.' Lucianus

Græce ait, *κλινίδειον στενὸν*, id est, lectulum sive mensulam concinnatitiam. *Beroald.*

Quam pote tutus] Id est, quantum fieri poterat. *Idem.*

Inibi] Aspectu Fotidis. *Idem.*

Recreabar animo] Male Colvius cum Vulc. et Wow. exhibuere *animo*, licet in eam lectionem conspirent Palat. Reg. Fux. D'Orvill. Oxon. Par. Bene sit Elmenhorstio et Pricæo, qui *animi* revocarunt, et duobus Nostri exemplis confirmarunt. Lib. XI. p. 254. ' Recreatus animi.' Salm. ad Solin. c. 36. ' Quos ut animi firmaret:' ut est etiam in Mss. Leidd. 5. et Ed. Cam. Alii, *animo*, *animis*, *animum*. Vide et supra ad lib. I. p. 18. ' Voti gaudeo.' *Oud.* *Recreabar animi*] Elocutio vetus et usitatissima. Ita 'pendeo animi,' 'felix animi,' 'et præstans animi,' frequenter dictum. *Beroald.* *Assidue respiciens præministrantem Fotidem, inibi recreabar animo*] Dum Milo cum uxore dant mensæ operam, se Fotide sua Appuleius pascit. Apud Achillem Tatium ille lib. I. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι τῇ γαστρὶ μετρήσαντες τὴν ἡδονὴν, ἐγὼ δὲ εὐωχίαν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς φέρων, τῶν τε τῆς κόρης πρόσωπον γεμισθεὶς, καὶ ἀκράτῳ θεάματι, &c. ἀπῆλθον μεθύων ἔρωτι. Et 5. Τὸ μὲν δεῖπνον ἦν πολυτελὲς, ἡ δὲ ἐφαπτομένη τῶν παρακειμένων, ὡς δοκεῖν ἐσθίειν, οὐκ ἐδύνατο τυχεῖν ὁλοκλήρου τροφῆς, πάντα δὲ ἔβλεπέ με. οὐδὲν γὰρ ἡδὺ τοῖς ἐρῶσι πλὴν τὸ ἐρώμενον· τὴν γὰρ ψυχὴν πᾶσαν ὁ ἔρως καταλαβὼν, οὐδὲ αὐτῇ χώραν τῇ τροφῇ δίδωσι. Porro pro *animo* fidenter *animi* reponimus: certissima ex simillimo loco conjectura nostra: extat in hæc verba infra lib. V. ' Dum sæpius divini vultus intuetur pulchritudinem, recreatur animi.' ' Animi recreatur' etiam lib. XI. dixit. *Pric.*

Cum ecce jam vespera] Temere Wowerium secuti sunt ceteri editores. Nam Mss. reliqui cum Edd. vetustis servant, *cum, ecce, jam vespera.* Optime. *Vespera* est Ablativus. Lib. IV. p. 74. ' Ubi vespera argentum recondi viderat.' Sed adi ad lib. I. p. 3. ' Vespera, dum,' &c. *Vesperi* tamen est in Pith. *Oud.*

Lucernam intuens Pamphile, quam largus (inquit) imber crastino aderit] In Vespis Aristophanis: Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον Ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι. Ἔπεισι γοῦν τοῖσι λύχνοις οὐτοιὶ μύκητες. Φιλεῖ δ', ὅταν ᾖ τουτὶ, ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα. Vide Servium ad Virgilii ea, ' Testa cum ardente videret Scintillare oleum.' Georg. I. *Pric.* *Aderit crastino*] Eam divinationem magicæ artis significat, quæ per lucernas fit: de qua intelligi voluit Plinius cum lib. XXX. sic inquit, ' Species magicæ plures sunt: namque ex aqua et sphæris, et ex aëre et stellis et lucernis ac pelvibus, securibusque, et multis aliis modis divina promittit.' Quod autem ait Plin. ex pelvibus et securibus promitti divinationem a magica, signat lecanomantiam et axinomantiam, de quibus diximus in principio Commentariorum: sic Græce dicitur divinatio quæ fit per pelves et per secures; λεκανὴν enim pelvim, et ἀξίνην securim dicunt: hinc apud Strabonem lib. XVI. lecanomantici accipiuntur pro magis Persarum, per secures sive dolabras divinantibus. Præsagia autem sive prognostica ex ignibus terrenis fieri nemo non novit, et observant eruditi: unde orta pyromantia, et quæ nostri vocant ignispicia, quæ Amphiaraus primus invenit: namque pallidi murmurantesque ignes, tempestatum nuncii sentiuntur: pluviæ etiam, si in lucernis fungi: si flexuose volitet flamma, ventos præsagant: et lumina cum præ se flammas elidunt, cum in ea pendentes coacervantur scintillæ, vel cum tollentibus ollas carbo adhærescit, item cum carbo vehementer perlucet. *Beroald.*

Sibi lucernam prædicere] Ex Lucer-

nis divinasse Veteres, docet Plinius Natur. Histor. lib. XXX. c. 11. et Petrus Victorius Var. Lect. lib. XXXIII. c. 21. Theoph. de signis Tempestatum. fol. 437. *Καὶ ἐὰν λύχνος ἅπτεσθαι μὴ ἐθέλῃ, χειμῶνα σημαίνει, καὶ τέφρα πηγνυμένη νιφετόν. λύχνος εὐδίας ἡσυχαῖος καιόμενος, χειμῶνα σημαίνει. καὶ ἐὰν χειμῶνος ὄντος μύκαι μέλαιναι ἐπιγένωνται, χειμῶνα σημαίνει. καὶ ἐὰν ὥσπερ κέγχροις πολλοῖς κατάπλεων ᾖ, χειμερίζει, καὶ ἐὰν κύκλῳ περὶ τὸ λαμπρὸν ὦσιν, εὐδίας οὔσης, χιονικὸν ᾖ, τοῦ ὄνου φάτνη εἰσανίσταται, καὶ ζοφερὰ γίνεται, χειμῶνα σημαίνει.* Festus Avienus in Arati Prognostica p. 121. 'Cum procera salum repetit clangore frequenti Ardea, cum parvæ defigunt spicula muscæ, Et si nocturnis ardentibus undique tædis Concrescunt fungi, si flammis eminet ignis Effluus, aut lucis substantia langueat ultro, Convenit instantes prænoscere protinus imbres.' *Elmenh.* Vide Comm. ad Virg. G. I. 390. *Oud.*

Lucernæ Sibyllam pascimus] Recte Elmenhorstius pro *lucernæ*, quod est in Edd. Vett. reposuit *lucernam*, ut habent quoque bini Guelferb. Reg. Fux. Oxon. Par. D'Orvill. Nam *ipsam lucernam* vult considerari, ut alteram Sibyllam: uti Martialis lib. XIV. 40. 'Ancillam tibi sors dedit lucernam.' Sic enim, non *lucernæ*, docuit scribendum esse Is. Vossius ad Catull. p. 128. nisi quis cum Scioppio lib. III. Susp. Lect. c. 4. malit scripturam Codicis Bertin. *lucernæ fibram.* Modo tum addat tamen *Sibyllam*, quæ vox ad sensum est necessaria. *Lucernæ* enim *fibra* potest esse eminens illa lucernæ pars, quæ ignem et flammam facit. Uti *fibræ* sunt extremæ partes radicum, et aliarum rerum (Vide ad Virg. G. I. 128.) et præcipue extorum. Ut scilicet allusio simul fiat ad vaticinia de extis, quorum fibris poëtæ adscribunt *vocem*, easque *monere* et *prædicere* canunt. Adi me ad Lucan. lib. I. 621. 'fibrasque minaces:' et ibid. 'pulmonis fibra tacet.' Sed vehementer me offendit verbum *pascimus*, quod jam Beroaldus substituit pro vitiose edito in Edd. pp. *parcimus.* In Oxon. Cod. est *dicam:* quod Pricæo arrisit. Sed ut in Lips. Pal. Fux. sic etiam in utroque Guelferb. Reg. Par. D'Orvill. legitur *dicamus.* Quod jam Wowerio et Roaldo placuit. Nominemus istam lucernam, seu lucernæ fibram, grandem Sibyllam, quæ tam egregie prædicere novit. Videtur tamen aliud quid latere, ut *perhibeamus, prædicemus*, vel simile. In D'Orvill. est *Sybilen.* Fux. *illam l.* in Pith. *lucerno S. pcimus.* Idem. *Lucernæ Sibyllam*] Id est, divinatricem. Sibyllas enim dici fœminas Deo plenas, vaticinasque, tradunt omnes. *Beroald.* *Grandem, inquit, istam lucernæ Sibyllam pascimus*] Oxon. G. i. i. *lucernam Sibyllam dicam:* quod fortasse vulgatis rectius. Palat. et Lipsii Ms. *dicamus.* Pric.

Candelabri] Candelabrum idem cum lucerna esse vult Beroaldus. Separat tamen ab ea Paulus lib. III. D. de supel. leg. *Colv.* Prave Beroaldus *lucernam* et *candelabrum* eadem putat. Diserte Auctor distinguit, eamque ait contueri Solem 'de specula candelabri,' sive excelso loco, et quasi e turre. Nam in 'candelabro' et 'lychnucho' stat lucerna seu lychnus, ut passim. *Oud.* *De specula candelabri*] Attende, *candelabrum* et *lucernam* indifferenter usurpari, cum proprie candelabrum a candela dictum sit. *Beroald.*

Ad hæc ego] Oxon. et Par. *at ego.* Male utrumque. p. 22. 38. 'Ad hæc ego:' et passim. p. 33. 'Ad hæc ego subjiciens:' ubi male a quibusdam Edd. uti hic a Bertin. abest *subjiciens.* Lib. IX. p. 188. 'Ad hæc pastoris uxor subjiciens.' Vide plura ad lib. I. p. 16. 'Ad hæc ego risu subjicio.' *Oud.*

Sunt, aio, prima] Recte Pricæus

contra Colvium p. 67. Lib. IV. cum Bernartio ad Statium, lib. III. Th. vs. 636. et Lipsio in marg. legentem *priva*, defendit vulgatum. Lib. X. p. 210. 'Primis elementis Cupido nutriebatur.' Lib. XI. init. 'prima exordia.' Et sic passim Justin. Quinct. alii. Pro *aio* prave Edd. Junt. Ald. Bas. pr. *animo*. In Oxon. et Par. *supplementa* pro *rudim*. Idem. *Hujusce*] Palat. et D'Orvill. simpliciter *hujus*, Reg. cum Florent. Lips. *hujusce*, ut edidere quoque Vulc. et Wow. Oxon. et Junt. post. *hujusmodi*. Sed *hujuscemodi*, quod servat etiam Paræan. et Pith. cum Edd. Vett. crebro, vel *hujusmodi* est in Appuleio. Vide Indicem, licet sæpe temere mutarint Colvius, et alii, quia hoc vel illo Ms. excidit *modi*, ut lib. II. p. 21. 32. VII. 146. VIII. 171. &c. *Idem*. *Prima divinationis experimenta*] Idem Codex *supplementa*. Male pro *prima* autem *priva* eruditi reposuerunt. Infra lib. IX. 'prima facinorosæ disciplinæ arma:' sic Horatio 'elementa prima.' *Pric*.

Nec mirum, licet] Par. *ita nec mirum, l*. Ceterum bene Pricæus monuit, distinctionem ante *licet* esse tollendam. Sensus enim est: Nec mirum est, ignem istum, licet modicum, &c. scire et enunciare. *Oud*. *Nec mirum. licet modicum, &c.*] Tolle τελείαν στιγμὴν, et uno tenore lege. Ita sensus, alioqui involutior futurus, satis obvius erit. *Pric*.

Istum igniculum] In Fux. et Guelf. sec. est *id*. *Istud* est etiam in Pal. Bert. D'Orv. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. quod perperam placuit Colvio, quum sequatur *memorem*. Nec tamen id de nihilo putem, et scribendum, *istunc* sive *istum hunc*: quæ sæpe jungit Appuleius. Mox *hic iste*. Adi ad lib. I. p. 2. 'In verba istæc.' *Oud*. *Licet modicum istum igniculum*] Ignis iste terrenus, qui in usu est mortalium, cognatione quadam igni cœlesti et æthereo copulatus, potest nobis enunciare, quid divinus ille portendat: theologorum enim et philosophorum una vox est, mundum hunc inferiorem superioribus motibus esse contiguum, et hæc crassiora per corpora subtiliora regi atque moveri: unde dubium non est, igni illi cœlesti igniculum hunc terrenum elementariumque ancillari et subservire. Quod autem ignis hic noster immortalis illius et cœlestis ignis cognatus sit, argumento est institutum priscorum, qui, ut auctor est Plutarchus, ignem in lychno non extinguebant, sed per se languescere ac emori permittebant, quasi inextinguibilis ætherei ignis cognatissimum. De sympathia, hoc est, cognatione et concordia, quæ est rebus terrenis cum cœlestibus, subtiliter scribit Proclus Platonicus. *Beroald*.

Memorem illius majoris et cœlestis ignis, &c.] Lactant. VII. 21. itidem de igne terrestri loquens: 'Quem labes terreni corporis, quo tenetur, et fumus exilire cogit, et ad cœlestem naturam cum trepidatione mobili sublevari.' *Pric*.

Corinthi] Civitas est in Peloponneso, Achaiæ caput, Græciæ decus, inter duo maria Ionium et Ægæum quasi spectaculo exposita, quam Romani (ut inquit M. Tullius) diruendam esse censuerunt, perinde ac præpotentem, et aliquando Romano imperio nocituram: alio nomine Ephyre dicta, unde æra Ephyreia pro Corinthia apud poëtas, ut supra diximus. *Beroald*.

Chaldæus quidam] Hi enim fata vendebant, et quid cuique eventurum, accepta mercede, prædicebant. Inde Firmic. Astron. lib. VIII. c. 25. 'ars Chaldaica.' Ridet hos æruscatores egregie, et refutat Favorinus apud Agellium lib. XIV. cap. 1. ut et Sextus Empiricus contra Mathematicos fol. 93. et D. August. in quæst. mixtis quæst. 115. *Elmenh*. *Chaldæus*] Assyriorum magi ex gen-

tis vocabulo Chaldæi nominantur, qui diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut prædici posset quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus esset. Chaldæorum astronomicorum genera multa sunt: nam quidam Orcheni dicuntur, quidam Borsipeni, et alii complures: qui per sectas distincti sunt. Hi per omnem vitam philosophantur, multa futura prædicentes: qui tum auguriis, tum sacris, tum aliis quibusdam incantamentis et mala avertere ab hominibus, et bona afferre, somnia insuper et prodigia interpretari consueverunt: de quibus non parum multa Diodorus, Strabo, et M. Tul. Adversum Chaldæos, qui et genethliaci appellantur, Phavorinus philosophus olim disseruit egregia atque illustri oratione. ‘Vulgus,’ ut inquit Gellius, ‘quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, mathematicos dixit.’ De his poëta satyricus: ‘Chaldæis sed major erit fiducia: quicquid Dixerit Astrologus, credent a fronte relatum Hammonis.’ In Chaldaico sermone se etiam laborasse testatur divus Hieronymus, in tantum, ut vix posset anhelantia et stridentia verba proferre. *Beroald.*

Civitatem] Corinthum. *Idem.*

Turbulenta] Lego *turbulentat:* ut verbum sit, quod significat perturbat, vexatque. *Idem.* *Chaldæus quidam hospes miris totam civitatem responsis turbulentat*] ‘Improvida pectora turbat.’ Onomast. vetus: ‘Turbulento: διαθορυβέω.’ sic, ‘responsione consulentes conturbare’ II. 33. Firmicus. Horatius: ‘Irritat, mulcet, falsis terroribus implet, Ut Magus.’ Jul. Paulus Sent. v. 21. ‘Vaticinatores, qui se Deo plenos assimulant, idcirco civitate pelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad spem alicujus rei corrumperentur, vel certe ex eo populares animi turbarentur:’ simile Act. 15. 22. λόγοις ταράττειν. Proprie autem hoc loco *responsis:* sic in Apologia: ‘Mathematicos quosdam consuluit, qui (utinam illud non vere) responderunt,’ &c. Apud Julium Obsequentem: ‘Aruspex respondit,’ &c. In Plauti Curcul. ‘Conjectores a me consilium petunt: Quod eis respondi, ea omnes stant sententia.’ Recte porro mendicabulum hoc hominis *hospes* vocatur. Artemidorus III. 21. Οἱ μάντεις περινοστοῦσι. Infra de simili grege lib. IX. ‘Assiduis interrogationibus argumenti satietate defecti, rursum ad viam prodeunt:’ ad nova nempe hospitia quærenda. *Pric.*

Arcana fatorum] Cod. D'Orv. *futurorum.* Sed cave, ne mutes. E Virgilio, qui ita locutus est plus semel, sumsit Auctor. Vide Pricæum. Utrumque junxit Lucan. lib. IV. 149. ‘fatique arcana futuri.’ *Oud.*

Edicit in vulgum] Mss. Palat. Guelferb. Oxon. D'Orv. frustra præbent *vulgus.* Adi Drakenb. ad Liv. lib. VI. cap. 34. ‘Gratiam Fabio ad vulgum quæsierat:’ me ad Cæs. lib. VI. B. G. c. 14. ‘In vulgum efferre.’ Mss. Pliniani lib. II. c. 12. ‘Primus Romani generis in vulgum extulit.’ Auson. Epist. IX. 45. ‘Per vulgum mihi cognita.’ Nec aliter in plerisque Codd. Martian. Cap. l. VI. in init. ‘Quod pavidum stupidat sapiens sollertia vulgum.’ Nec mutandus erat Minuc. Fel. cap. 2. ‘Ut vulgus superstitiosus solet:’ in *superstitiose* vel *superstitiosius:* quasi rarior esset masculini generis usus, cum Heum. et Menken. in Misc. nov. Lips. V. VI. p. 483. et 745. Solin. cap. 1. ‘Quod numquam in vulgum venit:’ ut recte edidit Salmas. e consensu optimorum Codicum, in quibus IV. Leidd. cap. 39. ‘Fabula in vulgum data est.’ *Idem.* *Et arcana fatorum stipibus emerendis edicit in vulgus*] In libello de Mundo: ‘Prophetæ Deorum majestate effantur cæteris quæ divino beneficio soli vident:’ cui loco forsan mutilo supplendum

pleni. Vide locum Julii Pauli paulo supra adductum. Infra lib. VIII. 'Velut numinis divino spiritu repletus, simulabat sauciam verecordiam.' Ait Appuleius 'stipibus emerendis.' Sophocles: Τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος. Illud 'arcana fatorum' est a Poëtarum præcipuo, qui lib. I. 'Fatorum arcana movebo:' et VII. 'Fatorum arcana reliquit.' *Pric.* *Stipibus emerendis*] Lucro parando, et nummis congerendis: 'stipem' enim nummum, a 'stipando,' appellaverunt: nam cum asses librales essent, eos in aliqua cella stipabant, id est, componebant, ut inquit M. Varro, quo minus loci acciperent. Hinc 'stipulari' et 'restipulari:' 'stipendiarii' dicti, qui stipem pendebant: erant autem stipes æreæ: cujus nummi ponderandi pensatores, auctore Plinio, 'libripendes' dicuntur. *Ber.*

Copulam nuptialem] *Copulas nuptiales.* Insignis hæc Veterum superstitio, qui ab Astrologis et Chaldæis rerum agendarum tempora accipiebant. Ambrosius Epist. LXXXIII. 'Aliud est observare gentilitio more, ut, qua Luna quid adoriendum sit, judices, quintam fugiendam, nihilque ea inchoandum. Varios quoque cursus Lunæ obeundis negotiis commendare, vel cavere quosdam dies, quemadmodum plerique posteros dies vel Ægyptiacos declinare consueverunt.' Dixi de illa plura ad Epistolam Martialis Episcopi p. 207. In decreto Ivonis part. 3. c. 1. et sequent. Burchardo lib. I. p. 19. et pœnitentiali Romano tit. 4. c. 4. de incantationibus omnino hoc prohibitum Christianis. *Elmenh.* Ante Elmenh. edebatur *copulam nuptialem*: ut in Pith. ac Bert. Nec male. Notum est illud Horatii lib. I. Od. 13. 'Quos inrupta tenet copula.' Martian. Cap. lib. II. p. 26. in f. 'Soccatio copulam nuptialem constrinxit: ubi tamen Mss. habent *copiam* pro *coplam*, ut diserte est in uno Leid. de qua syncope alias. p. 15. 'Expers totius copulæ.' Sed tamen Mss. Lips. Pal. Flor. Oxon. Par. D'Orvill. Guelferb. agnoscunt pluralem. Quare eum numerum retineamus. Eidem lib. I. p. 11. 'Connubiorum copulis adlubescat.' In re connubiali dixit quoque Imp. seu Tribonianus Instit. lib. I. tit. X. § 1. 'Matrimonium sibi copulare.' Atque observari meretur, hanc vocem, quoquo demum occurrat sensu, numquam tamen in malam sumi partem. Quare suspecta mihi admodum est emendatio virorum doctorum in Valer. Max. l. VII. 4. in f. 'Aciem compluribus astutiæ copulatam laqueis,' pro vulg. *complicatam.* *Oud.* *Dies nuptiarum*] 'Plena sunt,' inquit Augustinus in enchiridio, 'conventicula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum a mathematicis accipiunt: jam vero ut aliquid inchoëtur aut ædificiorum, aut hujusmodi quorum libet operum, diebus quos Ægyptiacos vocant, sæpe etiam nos monere non dubitant.' Hinc in decretis canonicis 26. quæstione 7. præcipitur, ne observentur dies qui dicuntur Ægyptiaci, ne tempora aut Lunæ cursus: quia quicunque has divinationes observat aut consentit observantibus, inutiliter sine causa magis ad sui damnationem quam ad salutem tendit: idem Augustinus volumine quinto de Civitate Dei, vaniloquia mathematicorum illudens: 'O stultitiam,' inquit, 'singularem: eligitur dies, ut ducatur uxor: credo propterea, quia potest in diem non bonum nisi eligatur incurri, et infeliciter duci. A nonnullis prædicatur, quod quidam sapiens horam elegit, qua cum uxore concumberet, unde filium mirabilem gigneret.' Persuasum fuit Veteribus ex vana quadam superstitione, mensem Maium copulæ nuptiali esse infelicem ac infaustum: hinc illud poëticum, proverbii vice celebratum, 'Mense malum Maio nubere vulgus

ait.' E contrario mensis Junius nubentibus felix et accommodus existimabatur: causa autem hujusce superstitiosæ observationis illa fuisse videtur, quod cum Maius a majoribus natu nominatus sit: Junius vero a junioribus, nuptiis haud dubie accommodatiores sunt juniores quam seniores: nam, ut inquit poëta: 'Frigidus in Venerem senior:' quod et Plutarchus refert in Problematis. *Beroald.* *Qui dies copulam nuptialem adfirmet*] Sixtus P. 3. (lib. de castitate) de Idolorum cultu loquens: 'Hic in matrimoniorum celebratur auspiciis, quando certus auspicatur dies, quando conjunctionis hora signatur,' &c. Cicero in pro Muræna: 'Erant in magna potentia qui consulebantur: a quibus dies tanquam a Chaldæis petebatur.' *Pric.*

Fundamenta mœnium] Ita sua sunt civitatibus fata, sicut et hominibus: et Antiqui non solum diem, sed et horam et momenta captabant in auspicanda urbium ædificatione. Quod satis liquet exemplo Seleuci, a quo acciti sunt magi, qui diem et horam, qua fundamenta urbis Seleuciæ jaceret, eligerent, qui horam ementiti sunt: verum incumbenti fatali hora, qua civitas illa erat exædificanda, opifices a nullo commoniti, ultro ad opus advolarunt, urbis fundamenta jacientes. Tunc magi cognito vim fati esse ineffugibilem, a Seleuco rege veniam deprecantes: Fatalem (inquiunt) sortem, o rex, sive bonam sive malam, neque hominis neque urbis fas est permutare: quædam enim urbium, quemadmodum et hominum, sors est: auctor Appianus in Syriacis. *Beroald.*

Qui negotiatori commodus] Solent negotiatores, viatores, nautici, negotiationem, iter, navigationem auspicaturi, consulere mathematicum super hora felici, tanquam alii dies et horæ aliis sint fortunatiores, infortunatioresque. hinc prognostica illa Maroniana: 'Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna Felices operum:' et mox paulo: 'Septima post decimam felix et ponere vites, Et prensos domitare boves, et licia telæ Addere, nona fugæ melior, contraria furtis.' Hesiodus quoque novissimam mensis diem feriatam esse præcipit, et genialem: quarta die uxorem ducendam: octavam felicem esse castrationi, nonam plantationi, undecimam putationi: compluraque id genus commemorat, ex cujus racemis uberibus vindemiam sibi succulentam fecit Maro noster. *Idem.*

Pag. 29 *Inquirenti*] De hoc verbo consule Comm. ad Cic. de Off. lib. I. c. 3. 4. 'Quæcumque ad vivendum sunt necessaria, anquirat.' Drak. ad Liv. lib. VI. 20. Duk. ad Flor. IV. 12. 12. 'Anquisite' Gell. I. 3. Noster ipse aliquoties usus est in Apologia, ut p. 460. 464. 484. 'An factum sit, anquiritur:' et lib. X. Met. p. 227. 'Vilis anquiritur aliqua.' Restituendum etiam hoc compositum est Ciceroni de Timæo Platonis c. 4. 'Tertium aliquid anquirunt.' Sic enim vetustiss. Cod. Voss. Vulgo *requir.* Oud. *Mihi denique, &c. inquirenti, multa respondit, &c. et satis varia*] Apposite Declam. IV. Quintilianus: 'Tota in eo ratio fallendi est, non dare consulentibus quod deposcunt: sed caligine, magnaque promissorum varietate suspensos sic dimittere, ut quicquid casus attulerit, putent prædictum esse.' *Pric.*

Facturum] Cl. Wasse hinc adlevit, an *de me?* ut *futurum* sumatur ἄκλιτον pro *futuros*, de quo aliquot exempla producit Gellius l. I. c. 7. Adde Græv. ad Cic. V. Verr. c. 11. 21. 65. 'Eos præsidio sibi futurum sperant.' Conjeci aliquando *suturum* a verbo *suere*, ut 'suere mendacia' apud Nonium in v. 'Halophanta,' quomodo passim Græci ῥάπτειν, ὑφαίνειν, et Latini 'contexere libros' dixere. Vide modo Salm. ad Solin. p. 610. Noster

'prætexere' in Flor. N. 18. At 'suere gloriam' non rectius diceretur quam 'facere gloriam:' nisi ibi Ellipsin statuamus alius verbi, etiam sat frequentem, de qua alibi. Sed nunc placet tamen magis ipsum *futurum* retinere cum Rhœrio in Fer. Dav. p. 226. s. erit, quod diu ante illum monuerat Cort. ad Plin. l. VIII. Ep. 18. 'sunt omnes fabulæ Tullus:' ubi vide: ut dicat Lucius, sibi prædictum esse, quod ipse 'fieret gloria;' ut Ovidio ex P. l. IV. 8. 70. 'Gloria Pieridum summa futurus eras.' Item quod ipse 'historia et fabula fieret:' ut sæpe loquuntur Veteres. Propert. l. I. 15. 24. 'Tu quoque uti fieres nobilis historia:' ubi vide Livineium. Horat. Ep. XIII. 'Fabula quanta fui.' I. Ep. 13. 9. 'Cognomen vertas in risum, et fabula fias.' Adde Comment. ad Horat. l. I. Od. 4. Ovid. Art. II. 561. Solin. cap. 16. in Mss. recentioribus tamen: 'Fabulæ erant Hyperborei.' Sic et Græce Theocrit. Id. XII. vs. 11. γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδή. Denique 'libros se futurum' ait, scil. hunc *Lucium*, per quem intelligerentur ejus libri Metamorphoseon sive de Asino. Quomodo Livius, Maro, Ovidius, &c. passim pro illorum libris ponuntur. Hinc simul doctius, quam pro librariorum captu, pateret, harum Milesiarum titulum fuisse Lucium, ad exemplum seu imitationem Lucii Patrensis et Luciani, utriusque hujus fabulæ scriptoris. Cortius quoque ad Plinium laudat Florent. Cod. lectionem. *Oud.* *Incredendam fabulam et libros me facturum*] Signat sibi a Chaldæo prædictum fuisse, quod in asinum ex homine transfiguraretur, et quod libros hosce de hac historia componeret: quæ res haud dubie incredibilis est, et vix apud posteros invenit fidem. *Beroald.*

Renidens] D'Orvill. Cod. e glossa et male dat *irridens*. *Grimlacchen* dicitur renidere tam in malam quam bonam partem. Adi Soceri notas ad Valer. Max. l. III. 2. § 6. Ext. Burm. ad Val. Flacc. IV. 234. Heins. ad Ovid. l. X. Met. 558. 'renidens. Sic ait.' Gell. l. XII. c. 13. 'Sulpitius renidens inquit.' XV. 9. Min. Fel. c. 14. Noster ipse passim ita utitur l. III. p. 51. 'Hilaro vultu renidens.' VI. 120. 'Adpellat eam renidens exitiabile:' ubi in nonnullis quoque *ridens*. L. X. p. 221. 'Mollius renidentis mihi Fortunæ faciem:' quod itidem restituendum e plurimis Mss. Martiano Capellæ l. I. p. 20. 'Facie pueri renidentis.' Vulgo *renitentis:* de qua confusione egi ad l. II. p. 26. *Oud.* *Renidens*] Ridens: ita Catullus: 'Renidet usquequaque.' Luctatius Papinii interpres, *renidens* exponit: pro labra contrahens. Porphyrio commentator Horatianus, enarrans illud ex Sermonibus: 'nasum nidore supinor:' exponit *nidorem* pro risu: unde, inquit, fit renideo: alias 'renidere' est splendescere. *Beroald.*

Habitudine] Habitudo corporis, ut ante dictum, est corporatura. *Idem.*

Qua (inquit) corporis habitudine præditus, quove nomine nuncupatus est hic iste Chaldæus] Suetonius in Augusto: 'Et ita ut certior fieret, qua is ætate, qua statura, quo colore esset: etiam quibus corporis notis vel cicatricibus.' *Pric.*

Procerus et suffusculus] Glossator vetus ad Persii Sat. de Glycone Tragœdo: 'Fuit staturæ longæ, fusci corporis.' Suidas de Epaphrodito Grammatico: Τὸ σῶμα ἦν μέγας καὶ μέλας. Donatus de Terentio: 'Mediocri statura, &c. colore fusco.' *Idem.* *Suffusculus*] Ammian. de Ægyptiis: 'Suffusculi et atrati.' *Idem.* *Suffusculus*] Facie nigranti, et cum temperamento medice declinante in fuscum colorem: hæc enim particula *Sub*, in compositione, ut sæpe diximus, significat temperamentum. *Beroald.*

Ait] Scilicet Milo. *Idem.*

Optimas] Lege *Opimas*; significat enim, Diophanem suis prædictionibus

opulentas mercedes et uberes divitias consecutum esse. *Idem.* *Non parvas stipes, imo vero mercedes opimas jam consecutus*] Lib. VIII. 'Stipes æreas, imo vero argenteas multis certatim offerentibus.' Et IX. 'Divinationis astu captioso contraxerant non parvas pecunias.' *Pric.*

An sævam verius dixerim] Non extant in Oxon. Codice. *Idem.*

Severam an sævam] Annominatio elegans, ex dictionum proximitate, quæ est inter severam et sævam. *Beroald.*

Conseptus] Compositum bene restituit Elmenh. Sic enim Mss. Flor. Bert. Fux. Pal. Guelf. sec. Coll. Voss. cum utraque Ed. Junt. Aldi, et Colin. Huc faciunt etiam D'Orv. *confectus*, et Par. *conspectus.* In Guelf. pr. *consceptus* supr. *conspectus.* Sic de Deo Socratis in f. 'Ulyxes Charybdi conseptus.' Frequentius tamen ipsa loca dicuntur *consepta.* Adi Heins. ad Ovid. l. I. Met. 69. Drak. ad Liv. l. XXII. 57. Homo vero *circumseptus*, vel *septus*: ut hic olim legebatur. *Oud.*

Circulo septus] Corona populari circundatus: sicut sæpe videmus circumforaneos homines et pharmacopolas atque vaticinos circumvallari turba vulgi, satagentis ad hujusmodi vaniloquia et præstigias, quibus subinde illuduntur, et cum dispendio. *Beroald.* *Frequentis populi circulo septus*] Hesychius ex Appione: Ἀγύρτας, συναθροιστοὺς (lege, συναθροιστὰς,) μάντεις. *Pric.*

Coronæ circumstantium fata donaret, cerdo quidam nomine, negociator accessit eum diem commodum peregrinationi cupiens] Optime *donaret* Pricæus vindicat contra Wower. et Ed. sec. Vulc. atque Elmenhorst. adversantibus cunctis Mss. præferentes *enodaret.* Acute irridet magos istos, qui sibi potestatem adrogant fata mortalibus dispensandi, quasi ipsi essent Dii, Parcæve. L. VIII. p. 170. 'Mathematicus, qui stellas ejus disposuit, quintum ei numeravit annum.' Confer cum his Gell. l. XIV. c. 1. Sic Jupiter passim 'fata dare' dicitur. Vide Burm. ad Val. Flacc. I. 534. et Virg. Æn. I. 381. Infra l. XI. p. 260. 'De ejus ore, quo ceterorum fata dictat:' ubi plura. Immo *donaret* esse legendum, patet e seqq. 'diem cupiens, quem cum electum destinasset illi.' Hinc contra de iis, qui consulebant eos, *captare* dicit l. IX. p. 181. In Guelf. pr. a m. pr. erat *circumadstantium*, ut apud Tacit. l. IV. Ann. 62. 'spectaculo intentos, aut qui circumadstabant.' Atque ita Oxon. l. VIII. p. 169. 'circumadstantum animos.' *Oud.* *Cerdo quidam nomine, &c.*] Scioppius l. III. Susp. L. c. 4. legi posse contendit *domini negot.* qui domini negotia curabat. Gruterus vero Susp. lib. IV. 2. et Tollius substituunt *homo*, probante Burmanno ad Petron. c. 42. 'homo negotians.' Meursius autem Exerc. Crit. lib. III. c. 35. transponit, *negotiator quidam nomine Cerdo.* Frustra: et *nomine* firmiter retinendum recte docet Pricæus. De *Cerdone* tam proprio nomine, quam adpellativo vide Maff. in Mus. Ver. p. 129. Consule et Indicem Freinshemii in Justin. V. 'Nomine.' Heins. ad Vellei. l. II. c. 64. 'In hospitis cujusdam nobilis viri, Cameli nomine, domo.' Wopkens. Misc. Obs. V. VIII. p. 59. Suet. in Gramm. c. 4. 'Quemdam, Principem nomine.' Hygin. Astron. l. II. c. 16. 'Uxorem quamdam, nomine Ethemeam.' Et illic in Scheff. Ed. *nomine* desideratur. C. 17. 'Delphina quemdam nomine.' Cap. 37. 'Quemdam ducem, Cidaliona nomine.' Male etiam expungunt *quædam* l. VII. p. 136. ubi plura. *Idem.* *Eum d. c. p. cupiens*] Si retineamus *eum*, necesse est conjungi *accessit eum, d.* uti distinguendum etiam monuit J. Isacius. Sed abest non male quoque a D'Orvill. Oxon. Fux. Palat. Guelf. utroque. Perperam vero Sciopp. l. III. Susp.

L. c. 4. Pont. Anal. l. II. c. 5. cum Wowerio addi voluit *prævidere*: quod miror, secutum esse Scriverium, cum mera sit et inepta glossa, ut ex totius loci contextu et serie patet. Cupiebat diem commodum a Chaldæo, quasi ille posset donare dies, quos vellet. *Commode* Fux. *Idem. Coronæ circumstantium fata enodaret*] Elegantius in editis quibusdam *fata donaret*: atque ita in Oxon. Ms. Elmenhorstius ex loco quodam lib. IV. lectionem alteram stabilitam voluit: ibi autem de sorte jam data, heic de dandis sortibus agitur. *Donaret* ergo retineamus, quo nil potuit disertius, nec ad plenariam Magorum potestatem accommodatius dici: sic de Principe vetus Panægyristes: 'Et dedisse homini novum fatum.' Proprie et 'coronæ circumstantium:' sic II. Florid. 'A circumstantis coronæ obtutu,' &c. Suetonius in Augusto: 'Dimisso consilio, et corona circumstantium.' Plinius avunculus VIII. 40. 'Magna Pop. Rom. corona circumstante.' Plinius nepos Epist. lib. VI. 33. 'adstantium coronam' dixit. Servius ad Æneid. VI. 'Ne offendatur populi circumstantis corona.' Horatius Epistol. lib. II. 'Clamore coronæ.' Scholiastes: 'Suffragio multitudinis.' Idem de Arte Poët. 'Ne spissæ risum tollant impune coronæ.' Scholiastes: 'Ne rideat cœtus spectantium, qui in similitudinem coronæ, &c. circumdantur.' Sic 'circulum et coronam circumstantium' Donatus ad II. 3. Phorm. Lactantius IV. 6. 'Corona est circumstans in orbem populus.' *Pric. Fata donaret*] Tanquam fata in manu sint et potestate Chaldæi, ut illa disponere possit prout velit. Quod longe secus est, si philosophis credimus: qui tradunt, fatum esse immutabile, inexorabile, ineffugibile, quo stet et Jupiter ipse: vel expone *Fata donaret*: id est, prædicaret singulis quæ fata tam bona quam mala sint futura singulorum. *Beroald. Cerdo*] Græce 'cerdos' lucrum dicitur: unde 'cerdones' dicti, qui Latino vocabulo 'luciones' nominantur. Sunt autem artifices sordidi, quorum frequens mentio apud poëtas et oratores: vulgo cerdonem vocitant sutorem veterum calceorum, quem a Tranquillo diximus nuncupari veteramentarium. *Idem. Nomine negotiator*] Tanquam hoc nomine appellitaretur, ab excellentia negotiationis: sic enim solent aliquanti vulgo negotiatores nuncupari, quo nomine non secus quam proprio noscitantur. *Idem. Cerdo quidam nomine negotiator accessit*] A 'lucro' nomen apte negotiatori affictum. Scholiastes vetus Horatii ad Serm. II. 'Mercurius est Deus lucri, unde' (id est, *a quo*) 'negotiatores nomen habent.' Euseb. Histor. Eccles. IV. 11. Κέρδων τις ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Σίμωνα, &c. In l. II. ff. de oper. libert. 'Cerdonem servum meum manumitti volo.' Juvenalis IV. 'Et quæ Turpia cerdoni, Volscos Brutumque decebunt?' Scholiastes: 'Græce dixit turpem, vulgarem, lucricupidum:' ubi 'vulgaris' videtur esse qui Act. 17. 5. ἀγοραῖος. Pro *lucricupidum* melius *turpilucricupidum* substituas. Idem Scholiastes alibi ad eandem Satyram; 'Cerdonibus, ignobilibus, turpilucricupidis.' Τὸ *nomine* in Appuleio nostro modis omnibus retinendum. Sic infra lib. IV. 'Fama celebrem quendam nomine Democharem,' &c. et v. 'Puellam, Psyches nomine dicitur,' &c. Ammianus (frequentissimus imitator Nostri) lib. XIV. 'Nohodares nomine quidam, e numero optimatium:' et lib. XXI. 'Cujus disciplinæ Tages nomine quidam monstratur.' Ex quibus obiter videas etiam quam frustra ille [Meurs.] qui heic *quidem* substituit. *Pric.*

Jam deposita crumena, jam profusis nummulis, jam dinumeratis, &c.] Florid. IV. 'Jam jam miseri illius membra omnia aromatis perspersa: jam os ipsius odoro unguine delibutum: jam

eum pollinctum,' &c. Infra hoc libro: 'Jam tumore pectus extolli, jam salubris vena pulsari, jam spiritus corpus impleri,' &c. Ita Appuleium juvat cum seipso componere. Plautus Menechm. 'Jam ascendo in currum, jam lora teneo, jam stimulum in manu est.' Livius de Hannibale: 'Jam Tarentum, jam Arpinas, jam Capuam habebat.' *Idem.*

Centum denariis] Denarius ex argento erat, et, ut inquit Plin. placuit pro decem libris æris, sicut quinarius pro quinque: postea Hannibale Romanos urgente, placuit, denarium 16. assibus permutari, quinarium octonis: in militari tamen stipendio semper denarius pro 10. assibus datus est. Notæ denarii argentei fuere, bigæ atque quadrigæ: et inde bigati quadrigatique dicti. Fuit et 'victoriatus' nummus argenteus, Victoriæ nota insignitus, unde et nomen. Hoc ideo annotavi, quia mentionem sæpe fieri invenies victoriati apud scriptores idoneos. *Beroald.*

Quos mercedem divinationis auferret] Ed. Vic. *q. mihi cædem.* Beroald. Col. Bas. pr. *in mercedem.* Sed reliquis Mss. etiam meæ Coll. Cod. Lips. et Editis abesse elegantius videtur *in* per adpositionem, quæ frequens, et inprimis occurrit cum vocibus 'pretium,' 'præmium,' 'merces.' Infra: 'quos divinationis mercedi destinaverat.' Oxon. etiam *mercedem.* At nil temere ibi mutandum. Dein D'Orv. Guelf. pr. Par. *afferret.* Guelf. sec. *efferret mercede d. offerret* Fux. In Par. et Guelf. pr. deest τὸ *adolesc.* Groslot. malebat *adolescentibus.* Tum Oxon. *orrepens.* Lips. *ab t.* Oud. *Quos mihi cedem*] Corrige *mercedem*: significat enim pro mercede divinationis dinumeratos fuisse denarios, quos Chaldæus auferret. *Beroald.*

Ecce quidam de nobilibus adolescentulis, &c.] Qui agyrtis et æruscatoribus plerumque adstabant. Origenes contra Celsum 3. 'Ὁρῶμεν καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐπιῤῥητότατα ἐπιδεικνυμένους, καὶ ἀγείροντας, εἰς μὲν φρονίμων ἀνδρῶν σύλλογον οὐκ ἄν ποτε παρελθόντας· οὐδ' ἐν τούτοις τὰ ἑαυτῶν κατατολμήσαντας ἐπιδεικνύειν· ἔνθα δ' ἂν ὁρῶσι μειράκια, καὶ οἰκοτρίβων ὄχλον, καὶ ἀνοήτων ἀνθρώπων ὅμιλον, ἐνταῦθα ὠθουμένους τε καὶ καλλωπιζομένους. De hujusmodi 'nobilibus adolescentulis' quædam infra dicemus. *Pric.*

A tergo arrepens, eum lacinia prehendit] Terentius Phorm. 'Puer ad me accurrit Mida, pone apprehendit pallio.' Suidas in Βάρβιος, &c. Προσελθὼν ἡσυχῇ κατόπιν, θοιματίου λαβόμενος, &c. Plautus Trinum. 'Ille deprehendit hunc priorem pallio.' *Idem.* *Lacinia*] Parte vestis, de qua jam dictum est. *Beroald.*

Conversus] Lege, *et conversum amplexus*: est enim sensus, Conversum esse Chaldæum ex pressione laciniæ, quem amplexatus est adolescentulus. *Idem.*

Osculatur] Compositum servant Mss. omnes præter Regium, Fux. Guelf. pr. et Edd. veteres, quod bene revocarunt Wow. Elm. Scriv. Pric. ut aliquoties apud Nostrum et alios. Vide Indic. et Comm. ad Suet. Tib. c. 10. Ner. c. 32. ut et *deosculari*, quæ confundi solent. Adi ad Gell. I. 13. *Oud.* *Et conversum amplexus osculatur arctissime*] Apud Achillem Tatium: Καί μού τις κατόπιν βαδίζοντος ἐν τῇ ἀγορᾷ τῆς χειρὸς ἄφνω λαβόμενος, ἐπισχὼν, &c. περιπτυξάμενός με πολλὰ κατεφίλει. Bertin. et Oxon. Ms. *exosculatur.* Pric.

Juxta] In Edd. Vett. erat *juxta*, uti et in Oxon. Salm. ac Flor. et Ed. Vulc. sec. *juxta se* in Regio, Guelf. pr. Sed Lips. Pal. D'Orv. Fux. Pith. Guelf. sec. Par. *juxtim se*, ut Colv. Salm. et Elmenh. ceterique. Vide me ad Tiber. Suetonii c. 33. 'adsidebatque juxtim.' *Oud.*

Assideret] Ms. *assideat.* Al. *assidat.* Colv. Flor. *assidat.* Elmenh. *Assideat* dant D'Orvill. et Par. De hoc præ-

senti vide ad lib. I. p. 5. 'effeci sequatur.' Sed præfero tum *adsidat* cum Flor. Fux. et utroque Guelferb. Consule ad lib. I. p. 14. 'residamus.' In Pith. *assidit*. Oud. *Attonitus est rep.*] Restitui τὸ *et* per polysyndeton Nostro frequentissimum, et temere a Colvio tacite mutatum in *est* e Lips. cui suffragantur Flor. Pal. Sed Oxon. monente Pricæo, et Par. ac D'Orvill. Fux. Guelf. uterque cum Edd. Vett. *et*. Sæpe monui. *In* habet Pith. *Repente* pro *repentinæ* in Palat. Guelferb. et Par. *Idem.*

Præsentis negotii oblitus] Inopinatus amici superventus sæpe causa est, ut præsentis negotii, quod gerimus, obliviscamur: quod accidit Chaldæo, qui attonitus stupefactusque visione repentina amici adolescentuli, oblitus est pecuniam capere, quam cerdo dinumeraverat. *Beroald.*

Infit] Loquitur: alias incipit. Virg. 'Infit: eo dicente, Deum domus alta silescit.' *Idem.*

Ille alius] Adolescentulum significat, qui lacinia prehenderat Chaldæum, qui dixit se advenisse hora vespertina tunc primum exoriente: hoc enim significat 'Commodum:' super qua dictione jam satis ac super. *Id.*

Frater] Nomen affectus et charitatis. Certe quoties blandiri volumus amicis, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, ut fratres vocemus. *Idem.* *Sed vicissim tu quoque frater memora quemadmodum, &c.*] Apud Ovidium Metamorph. XIV. 'Tu quoque pande tuos comitum gratissime casus, Et Ducis et turbæ quæ tecum est credita Ponto.' Apud Virgilium: 'Sed te qui vivum casus age fare vicissim Attulerint.' Sidonius VIII. 6. ad Naumachium: 'Sed de sodali deque me satis dictum. Tu nunc inter ista quid rerum? quas mihi ad vicem nosse non minus cordi.' In Terentii Heautont. 'Da te mihi vicissim:' ubi Eugraphius: 'Quemadmodum ego tua verba audivi, ita vicissim te mihi da.' Lucianus de se et Nigrino: Σφόδρα φιλοφρόνως με ἀσπασάμενος, ἠρώτα ὅ, τι καὶ πράττοιμι· κἀγὼ πάντα διηγησάμην αὐτῷ, καὶ δῆτα ἐν μέρει καὶ αὐτὸς ἠξίουν εἰδέναι ὅ, τι καὶ πράττοι. Achilles Tatius lib. VII. Ὡς δὲ ἐπαύσατο, τὴν ἀντίδοσιν ᾔτει τοῦ λόγου τῶν ἀτυχημάτων· λέγοις ἂν, εἰπὼν, καὶ σὺ τὰ σεαυτοῦ. Chorus feminarum apud Euripidem ad Polynicen: Φοίνισσα μὲν γῆ πατρὶς ἡ θρέψασά με, &c. Σὺ δ' ἀνταμείψαι μ', ὅς τις ὢν, ἐλήλυθας Ἑπτάστομον πύργωμα Θηβαίας χθονός. Hoc sensu accipienda putem Glossarii illa col. 49. lin. 49. (mihi obscura quidem, et fortasse corrupta.) *Compensat*, ἀντιδιαλογίζεται. legendum ne, ἀντιδιαλέγεται? id est, (ut heic Tatius Achilles) λόγον ἀντιδίδοται: quod qui facit, 'alterius sermonem compensare' videtur. Si quis quid aptius commentus fuerit, ista ocyus e medio facessant. *Pric.*

Eubœa insula] Bœotiæ avulsa Eubœa est, ante vocitata 'Chalcodotis' et 'Macris,' ut Dionysius et Ephorus tradunt: dicta quoque 'Chalcis' est, ære ibi primum reperto, quod Græce 'Chalcos' dicitur, a poëtis 'Abantias' nominata. *Beroald.*

Enavigasti] Glossæ: 'Ἀποπλέω, enavigo.' *Pric.*

Et maris et viæ c. iter] Secundum *et* exsulat a Vulc. Ed. sec. quasi sit *iter viæ maris* seu *maritimæ*. Sed *via* sc. terrestris opponitur *mari*, ut aliquoties apud poëtas, aliosque. Vide Pricæum. Horat. lib. II. O. 6. 'Sit modus lasso maris et viarum Militiæque.' Ovid. v. ex P. IV. 2. 'Lassaque facta mari, lassaque facta via.' Hinc l. VII. p. 136. 'Itineris difficultatibus et maris terroribus.' De Deo Socratis p. 639. Ed. Flor. 'Facultas itineris et tranquillitas maris.' Sic ὁδοιπόροι opponuntur ναύταις et πλοῦς τῇ ὁδῷ Longo in Pastor. p. 47. 55. Ed. M. Lucem hinc capit Valer. Flacc. lib. IV. 350. 'Inachidosque vias pelagusque emensa juvencæ Exsilia:' ubi er-

rant viri docti, et construendum: 'Exsilia juvencæ Inachidos emensa vias et pelagus.' In D'Orv. Fux. *et viæ et maris c. i. ad hoc.* Oud. *Et maris et viæ iter*] Claudianus: 'Non dura viarum, Non incerta maris.' Horatius: 'Odio maris atque viarum.' Propertius: 'Et maris, et tetræ sæva pericla viæ.' Sic, 'tædium viarum et maris' apud Tacitum Annal. II. Infra hic lib. x. 'Partim terrestri, partim maritimo itinere:' et VII. 'Itinerum difficultatibus, marisque terroribus exantlatis.' *Pric.*

Mente viduus] Pro viduatus, id est, privatus: significatur autem impos mentis, insensatus ac brutus: compar elocutio est illa Horatiana: 'Viduus pharetra Risit Apollo.' *Beroald.*

Nec dum suus] Pith. *nec de s.* Guelph. pr. Oxon. et Par. *nec adhuc s.* quod videtur placuisse Heinsio ad Ovid. lib. XI. Met. 723. 'Minus est amens sua.' Xenoph. Ephes. lib. III. p. 48. 'Ανθία ἑαυτῆς γενομένη. Vide et p. 54. 74. 84. Parthen. Erot. c. 9. *Oud.* *Necdum suus*] Glossæ: 'Ὁ ἑαυτοῦ, suus.' Catullus: 'Necdum etiam seseque sui tum credidit esse.' In Oxon. *Nec adhuc suus.* Pric.

Hostes et omnes inimici nostri] Mos deprecandi scæva et infelicia, solemnis Veteribus. Plautus Asinaria: 'AR. Hem aspecta: rideo. DE. Utinam, male qui mihi volunt, sic rideant.' Et Mercatore: 'AC. Periimus. CH. Principium inimicis dato. AC. At tibi sortito id obtigit.' Lucianus Alexandro: ἡ ψυχὴ δὲ καὶ ἡ γνώμη, ἀλεξίκακε Ἡράκλεις, καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε, καὶ Διόσκουροι σωτῆρες, πολεμίοις καὶ ἐχθροῖς ἐντυχεῖν γένοιτο, ἢ συγγενέσθαι τοιούτῳ τινί. *Colv.* *Hostes* (*inquit*), *&c. tam duram, &c. peregrinationem incidant*] Horatius: 'Hostium uxores puerique cœcos Sentiant motus orientis Hædi, et Æquoris nigri fremitum, et trementes Verbere ripas.' Tacitus Histor. I. de Antonio Primo: 'Conversus ad signa et bellorum Duces, hostium potius exercitibus illum furorem, illam discordiam injicerent, orabat.' Seneca cap. 9. Consol. ad Marciam: 'Quis non, si admoneatur ut de his' (egestatem, luctum, &c. intelligit) 'cogitet, tanquam dirum omen respuit, et in capita inimicorum, &c. abire illa jubet?' Vide et IV. 16. Danielis. Ovid. 'Hostibus eveniant convivia talia nostris.' Idem III. 8. de Ponto: 'Clausa tamen misi Scythica tibi tela pharetra: Hoste precor fiant illa cruenta tuo:' et Amor. III. 10. 'Eveniat nostris hostibus ille pudor.' Item ad Liviam: 'Hostibus eveniat longa senecta metu.' Avienus de Erythræo mari: 'An æquis rapidi subtectus gurgitis unda, Nec in terga salis lembum contorqueat unquam, Ane monstrigenis hostem licet inferat æstus Fluctibus.' Initio lege, *Ah ne quis*: et *subvectus*: post, *Ah, ne monstrigenis, &c.* Virgil. Georg. II. 'Ah nimium ne sit mihi fertilis illa.' Idem Ecl. x. 'Ah, tibi ne teneras glacies secet horrida plantas.' Avienus iste (ut quibus vixit temporibus, non infimi spiritus Poëta, Notisque satis copiosis a nobis illustratus) quo minus e scriniis prodiret nostris occupata in aliis studia obstitere. *Pric.*

PAG. 30 *Ulysseam peregrinationem*] Inter duras et ærumnosas peregrinationes imprimis memoratur Ulyssis peregrinatio, qui diutino errore vexatus, pertulit illa omnia decennali peregrinatione, immo (ut verius loquar) naufraga jactatione, quæ in Odyssea canit Homerus: ut merito Ulysses exemplum sit tolerantiæ et laborum, et Ulyssea peregrinatio pro laboriosa accipiatur, ac plena periculorum. *Beroald.*

In qua vehebamur] Sic edidi cum Mss. D'Orvill. Fux. Guelf. utroque, Palat. Par. et Edd. Elmenh. Scriv. ac seqq. Priores carent præpositione: sed vide ad lib. I. p. 2. 'In equo vehens:' *vehebatur* Pith. *Oud.* *Turbini-*

bus] Regius, Fux. etiam *tribulationibus*, sive adflictionibus: ut passim apud scriptores Christianos. At nihil mutandum censeo. Vide Pricæum, et Duker. ad Flor. lib. III. cap. 11. 'Rapta subitis signa turbinibus.' *Id.* *Turbinibus procellarum quassata*] Ventus circumactus, et eundem ambiens locum, ac se ipsum vertigine concitans, turbo est: auctor Seneca lib. v. quæstionum. Appuleius noster in Cosmographia brevius: 'Turbo,' inquit, 'dicitur qui repentinis flabris prosilit, atque universa perturbat:' de quo Plin. Turbinem vocant proxima quæque prosternentem: procella vero fit ex flatibus vi majore contortis, quæ vocatur a Græcis 'Ecnephias,' de qua Aristot. in III. Meteororum, Plin. et cæteri. Procellam ab eo quod omnia procellat dictam esse autumant Grammatici: quæ a Servio definitur, vis ventorum cum pluvia: qui et turbinem exponit, vim esse ventorum. Sed hæc ex secretariis philosophorum magis eruenda sunt, quam ex promptuariis grammatistarum. *Beroald.* *Variis procellarum turbinibus quassata*] Plin. lib. XXXII. Procemio: 'Quid violentius mari ventisque? quid turbinibus et procellis?' In Gloss. 'Θύελλα. Turbo, procella.' Tertullianus in de Anima: 'Nullis depugnata turbinibus, nullis decumanis pulsata.' *Pric.*

Utroque regimine amisso] Male Beroaldus per *utrumque regimen* intelligit *remorum et velorum*, Pricæus et Floridus *mali et clavi*. Nam duo gubernacula sive clavos innuit Auctor, non unum in prora, alterum in puppi; ut statuunt nonnulli viri docti: sed utrumque in puppi: quod clare nos docent numi et cetera monumenta. At si navis esset ἀμφίπρυμνα, tunc habebat quatuor clavos, nisi navis esset minima. Confer quæ congesta sunt a Scheffero lib. II. Rei Nav. c. 5. Perizon. ad Ælian. lib. IX. V. H. c. 40. et quos laudat amicissimus collega Albert. in Observ. ad Acta Apost. c. XXVII. c. 40. Ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων. Ælian. lib. IX. Anim. c. 34. XIV. c. 26. ἐπιστρέφει τοὺς οἴακας. *Admisso* prave de more in D'Orvill. et Ed. Bas. pr. et mox in Pal. a m. pr. *ulteriore*. Oud. *Utroque regimine*] Remorum et velorum: hoc enim duplex est navium regimen. Clavus quoque quod gubernaculum est navigii, quem rector tenet, regimen est nauticorum: ex quo illud: 'Dum clavum rectum teneam:' et illud: 'Sedebamus in puppi, clavumque tenebamus.' *Beroald.* *Utroque regimine amisso*] Ovid. Metamorph. XI. 'Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor, Frangitur et regimen.' Petronius: 'Peragit interim tempestas mandata Fatorum, omnesque reliquias navis expugnat: non arbor erat relicta, non gubernacula,' &c. *Pric.*

Ægre ad ulterioris ripæ marginem detrusa] Infra lib. VI. 'Ad ulteriorem ripam commeantes futili cymba deducit.' Festus in Breviario: 'Navibus militet in ulteriorem ripam transvexit:' εἰς τοὺς ἀντίπεραν αἰγιαλοὺς, Philo in de Mose dixit. Virgil. 'Tendebantque manus ripæ ulterioris amore.' Livius lib. XXIX. 'Inter virgulta ulterioris ripæ emerserunt.' Ammianus lib. XVI. 'Ad ulteriores ripas post multa discrimina pervenere:' et XXIV. 'Ad ulteriorem ripam nullo urgente transgressus:' et XXV. 'Tandemque universi præter mersos ad ulteriores venimus margines.' Plin. Histor. VI. 22. 'Fluminis ulteriore ripa merces expositas,' &c. Curtius lib. IX. 'in oculis duo omnium majora navigia submersa sunt: leviora, cum et ipsa nequirent regi, in ripam tamen innoxia expulsa sunt:' ubi loci *in ripam ulteriorem tamen* non male suspiceris legendum. *Detrusa* hic, ὀκείλασα. Hesychius: Ὀκείλασαν: τὴν ἐπεκείλασαν ναῦν. Idem: Ὀκέλλει, προορμᾷ, κρατεῖ ἑαυτοῦ. Vide ad Act. 27. 41. notata. *Idem.* Detrusa] T...

des vocant, quibus inhærens saxo navigium trudi et retrorsum revocari potest: de quibus poëta: 'Æratasque trudes et acuta cuspide contos Expediunt.' *Beroald.*

Præceps demersa est] *Præcipitio* exstat in Edd. primis, item Junt. pr. Ald. Colin. Bas. Elmenhorst. et seqq. Aliquoties tum apud alios, tum Nostrum, 'præcipitio se occidere' dicuntur illi, qui se dejiciendo ex alto pereunt. Vide ad lib. VI. pag. 120. 'Te, inquit, præcipitio misella quæris exstinguere.' Sed videndum, an navis, quæ tempestate non sidit, sed frangitur, dici possit 'demergi præcipitio.' Certe hic malim *præceps* cum Mss. Lips. Fux. Flor. Oxon. Par. Reg. Pal. et D'Orvill. item Edd. Colv. Vulc. et Wower. Lucan. lib. II. 212. 'Præcipites hæsere rates.' Fux. *dimersa.* Dein *quodque* D'Orv. *Benivol.* non *e* habent Mss. et Edd. Vett. aliæque. *Oud.*

Et nos, omnibus amissis, vix enatavimus] Basilius Conc. de Eleemos. Εἰσί τινες ἐξ ἐπικρατείας κινδύνου τινὸς ἀναρπασθέντες, καὶ μηδεμίαν ἔχοντες περιλελειμμένην αὐτοῖς βίου ἀφορμὴν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι διαφυγόντες αὐτοί. Hoc est quod hic Lucius, 'amissis omnibus.' 'Vix enatavimus,' inquit. Sic μόλις et μόγις Græci: præcipue in marinis discriminibus. Diodorus lib. XIII. de Atheniensibus: Ἀπέβαλον ναῦς δύο πρὸς ταῖς εἴκοσι, τὰς δὲ λοιπὰς μόγις εἰς Ἐρετρίαν διέσωσαν. Artemidorus I. 2. Ἀπώλετο τὸ σκάφος, αὐτὸς δὲ σὺν ὀλίγοις μόλις ἐσώθη. Idem V. § 57. Ναυαγίῳ περιπεσὼν, νεὼς ἀπολλυμένης, μόλις ἐσώθη. Ibidem § 83. Περιπεσὼν ναυαγίῳ, ἐπὶ ἔσχατον ἐλθὼν κίνδυνον, μόλις ἐσώθη. Josephus Antiquit. XIV. 25. Χειμῶνι σφοδρῷ περιπεσὼν, μόλις εἰς Ῥῶδον διασώζεται. Anna Comnena Alexiados lib. III. Τὸ δὲ σκάφος ἐν ᾧ ὁ Ῥόμπερτος ἐνῆν, ἡμίθραυστον γεγονὸς, ΜΟΓΙΣ διεσώθη. Apud Euripidem Helena: Ναῦς δὲ πρὸς πέτρας Πολλοὺς ἀριθμοὺς ἄγνυται ναυαγίων. Τροπὶς δ' ἐλείφθη ποικίλων ἁρμοσμάτων, Ἐφ' ἧς ἐσώθην μόλις ἀνελπίστῳ τύχῃ. Lucianus veræ histor. 2. Χειμὼν σφοδρὸς ἐπιπεσὼν, καὶ προσαῤῥάξας τὸ σκάφος τῷ αἰγιαλῷ, διέλυσεν· ἡμεῖς δὲ μόλις ἐξενηξάμεθα. Idem in de merc. cond. naufragia sua verbose memorantes deridens: Καὶ τέλος, πρὸς πέτραν τινὰ ὕφαλον, ἢ σκόπελον ἀπόκρημνον περιῤῥήξαντες τὸ δύστηνον σκαφίδιον ἄθλιοι κακῶς (id est, μόγις) ἐξενήξαντο. Notetur ultimo loco τὸ *enatavimus*. Virgilius: 'Huc pauci vestris adnavimus oris:' ubi Servius: 'Elegit aptum naufragio verbum, ad misericordiam eliciendam.' *Pric.*

Extraximus] Hoc ita capiunt interpretes, quasi aliquid extulerint e mari, ut socii Simonidis apud Phædrum; sed Auctor dixerat, 'amissis omnibus, vix enatavimus.' Immo eos non aliquid extraxisse, sed aliquid recepisse, tabulam scilicet portantes et mendicantes, 'vel ignotorum miseratione, vel amicorum benevolentia,' ipse ait Diophanes. Quibus nequaquam convenit verbum *extrahere*. Verum Mss. quantum scio, omnes, si forsan excipias Palatinum, uti et Ed. Scriveriana, exhibent *contraximus*. Quod idcirco restitui pro *corrasimus*; ut sæpius alibi loquitur Auctor, et placebat Heinsio Salmasioque. Sed et lib. IX. p. 182. Ed. Pric. in plerisque est Mss. 'contraxerant non parvas pecunias:' ubi vide, et pluribus me agentem de verbo *contrahere* hoc sensu ad Sueton. Grammat. cap. 24. 'Contracta exemplaria.' *Oud.* *Quodcunque, &c. extraximus, id omne latrocinalis invasit manus*] Phædrus: 'Pauci enatant.' Et statim: 'Prædones adsunt, rapiunt quod quisque extulit.' Vide in Andronico Comneno Nicetam Choniatem. Petronius post naufragii narrationem: 'Procurrere piscatores parvulis expediti navigiis, ad prædam rapiendam.' Palinurus apud Virgilium: 'Paulatim adnabam terræ, jam tuta tenebam, Ni gens crudelis

madida cum veste gravatum, Prensantemque uncis manibus capita aspera montis, Ferro invasisset, prædamque ignara putasset.' Ovidius I. Trist. 'Tu facis ut spolium non sim, nec nuder ab illis, Naufragii tabulas qui petiere mei.' Bertin. Florent. et Oxon. Mss. *contraximus.* Pric. *Vel ignotorum miseratione*] Ex affectu dictum, cum etiam ignoti et alieni homines miseratione quadam prosequantur naufragos, et liberalitate refoveant: tunc enim, ut saluberrime præcipit Persius: 'de cespite vivo Frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret Cærulea in tabula.' *Ber.*

Quorum audacia] Attende elocutionem: nam cum præmiserit 'Miseratione latrocinalis manus' subjunxit, 'quorum,' intelligi volens latronum. E contrario Sallustius: 'Sed ante item pauci conjuravere contra rempub. in quibus Catilina fuit, de qua quam verissime potero dicam:' nam cum dicere debuisset, *de quibus*, scilicet conjuratoribus, *dicam*; subintulit, *de qua*, scilicet conjuratione. *Idem.*

Cui nomen est Arisuatus] Bertin. Pith. cum Edd. ante Colv. *nomine A.* Sed D'Orvill. quoque, Reg. Fux. Oxon. Flor. Guelf. ambo, Palat. aliique, *cui nomen est* legunt. Pricæus vero tacite ejecit verbum *est*, quod sæpe solet subintelligi modo; sed et alias additur: quare id contra Mss. non ausim delere. Videntur librarii *cui* delevisse, putantes tunc *Arisnoto* dicendum fuisse: ut passim occurrit. Vide Drakenb. ad Sil. l. XI. 58. Burm. et quos laudat ad Vellei. lib. II. c. 12. 'Quibus nomen erat Raudiis.' At, ut hic, etiam Cic. lib. IV. in Verr. 53. 'Cui nomen Arethusa.' Suet. Aug. cap. 96. 'Homini Eutychus erat nomen.' Claud. c. 25. 'Cui Chaucius cognomen:' ubi vide Burm. Lucan. lib. VI. 144. 'Scæva viro nomen.' Gell. lib. IX. cap. 13. 'Ei cognomentum factum est Torquatus.' Sic enim in Mss. est plerisque, ut lib. XII. cap. 11. 'Cui postea cognomentum Proteus factum est.' Lib. XVII. cap. 21. 'Cui cognomen Superbus fuit.' Infra in Flor. N. 7. 'Cui cognomentum Magnum inditum est,' in Edd. Vett. Plura vide ad Front. lib. II. c. 3. § 4. 'Cui postea Africanus cognomen fuit.' Per talem adpositionem dixit quoque Lactant. Carm. de Phœn. 66. 'Phœnicen nomen cui dedit ipsa Venus.' Sic enim Mss. Vulgo *phœnicis.* Heins. *phœnices.* Sed vide ad Æn. III. 614. 'Nomen Achæmenides.' Cogitavi aliquando, an hic *nomine* et *cui nomen est* e glossa in textum irrepserit ob ignotum *Arisuatum.* In meis libris quoque est *Arisnotus* vel *Ariscotus.* Scilicet egregie correxit Jungerm. ad Poll. lib. VI. sect. 206. *Arignotus*, Ἀριγνωτὸς, uti frater ejus *Diophanes*, Διοφάνης. Ob celebritatem sacræ sapientiæ ita dicitur Pythagoricus Ἀριγνωτὸς Luciano Phil. t. III. § 29. p. 55. et ob magiæ Ἀριγνώτη nomen proprium in Aristæn. lib. II. Ep. 17. In omnibus fere nominibus propriis, quæ inducit Appuleius, adludit ad descriptionem personæ ejusve disciplinæ, quam profitetur, vel morum. Sic 'Cerdo,' negotiator, 'Lupus,' magnarius, 'Fotis,' meretrix, 'Panthea,' divinipotens, 'Philodespotus,' actor, 'Lamachus' et 'Alcimus,' latrones, 'Demochares,' populo gratiosus, 'Barbarus,' 'Scorpio,' præ morum acritudine, 'Thrasyllus,' temerarius, 'Myrtilus,' mulio, &c. de quibus sæpe monent Beroald. Pric. alii. Vide et ad l. IX. p. 177. Celeb. J. P. D'Orvill. ad initium Charitonis, et p. 78. *Oud.*

Sub istis oculis miser jugulatus] Lib. I. 'Sub oculis tuis homo jugulatur.' Lex ultima Cod. Theodos. de maleficis et mathemat. 'codicibus erroris proprii sub oculis Episcoporum incendio concrematis.' *Elmenh.* *Sub istis oculis*] Cum oculorum sensus acerrimus sit, acerbiora impendio sunt quæ videmus, quam quæ audimus. Hinc illud: 'quæque ipse miserrima

vidi, Et quorum pars magna fui.' *Beroald.*

Sub istis oculis miser jugulatus est] Scriptor Vit. Illustr. de Pompeio: 'Hujus latus sub oculis uxoris et liberorum, &c. mucrone confossum est.' Justinus lib. XXXIV. de Achæis: 'Ante oculos suorum cæsi, lugubre his spectaculum reliquerunt.' Æneid. I. 'Ipsius ante oculos,' &c. ubi Servius: 'Ad majorem dolorem.' Æneid. II. 'Qui nati coram me cernere lethum Fecisti.' Servius: 'De spectaculo queritur, non de morte.' Ibidem: 'Quæque ipse miserrima vidi.' Servius: 'Est enim pœna et in atrocitate spectaculi.' Idem ad X. Æneid. 'Multa mala graviora videntur, si ante oculos nostros eveniant, quam si audiantur.' Herodianus ex persona Marci Imperatoris: Τὰ δεινὰ ὑπ' ὄψιν πεσόντα οἶκτον μείζονα προκαλεῖται. Cicero ad Torquatum: 'Oculi augent dolorem.' Idem: 'In omnibus malis acerbius est videre, quam audire.' Hecuba apud Euripidem: Καὶ τὸν φυτουργὸν Πρίαμον οὐκ ἄλλων πάρα Κλύουσ' ἔκλαυσα, τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν Αὐτὴ κατασφαγέντ' ἐφ' Ἑρκίῳ πυρᾷ. Et nota heic, *istis oculis.* Terent. Hecyr. 'Partim quæ perspexi his oculis:' ubi Donat. 'His, quasi miseris vult intelligi.' *Pric.*

Correptis] Nihil mutandum ob vitium unius alteriusque Codicis. *Corripere* in his proprium. Vide Socerum ad Val. Max. lib. IV. c. 8. Ext. 2. Gron. lib. IV. Obs. c. 19. Oxon. *conceptis.* Dein Oxon. ut supra monui, *mercedem.* Guelf. pr. *mercede,* et *affugit.* Oud.

Impudentiæ] Perperam *impudentiæ* est in Mss. plerisque, et Edd. Vic. Junt. pr. Colv. Vulc. pr. Elmenh. sensu invito, ut attento satis patet. Monuere id jam Stew. ad Florida lib. III. in f. Pricæus ad Apol. pag. 127. ubi idem vitium. Recte ita legitur lib. VIII. p. 158. 'Impudentiæ labe fraudes detegere:' ubi in contrariam partem peccatur pro perpetua harum vocum confusione. Vide ad Sallust. B. Jug. c. 18. Ed. Wass. Pejus in Edd. Ber. &c. *impudicitiæ.* Sed *imprudentiæ* dant Palat. Guelf. sec. *Idem.* *Expergitus*] Excitatus et evigilans. *Beroald.* *Tunc demum, &c. sensit imprudentiæ suæ labem*] Onomast. vet. 'Tum demum: τότε δέ.' Et bene *sensit:* Terent. Andr. V. 3. 'Modone id demum sensisti Pamphile?' ubi Donatus: 'Sentire dicitur qui vix colligit se, vixque animadvertit:' ut alibi: 'Vix tandem sensi stolidus.' *Pric.* *Imprudentiæ suæ labem*] Sic infra VIII. libro 'labem imprudentiæ' dixit. *Idem.* *Sensit labem*] Ex hoc commonefacit nos Appuleius, astrologis et Chaldæis non esse credendum, qui in alienis negotiis videri volunt oculatissimi, cum in suis rebus sint hebetes et talpæ: qui dum abdita fata scrutantur, quæ sunt ante pedes non prospiciunt, fiuntque ridiculi. *Beroald.*

Nos omnes circumsecus] Cum Colvio faciunt Mss. Palat. Pith. Oxon. Reg. et Vulc. Scal. Wower. Nec male. Sed tamen cum ceteri Mss. et Edd. Vett. agnoscant *adstantes,* soleatque ei adverbio Auctor participium vel verbum addere, secutus sum rursus Elmenh. et ceteros. Sic lib. V. p. 99. 'Quique circumsecus venantur.' Lib. XI. p. 250. 'Navem picturis circumsecus variegatam:' ubi vide Stewechium, aliosque. In Par. *circumseptus.* Mox male *dixerat* Palat. *Oud.* *Circumsecus*] Ex omni parte circumstantes. *Beroald.*

In clarum cachinnum effusos] Petron. 'in tantum repente risum effusa est.' *Elmenh.*

Luci] Ait Milo ad Appuleium, se optare ut illi Chaldæus vera dixerit, et ut Appuleiana peregrinatio sit felix et fortunata. *Luci* autem vocativus est casus, quem Antiqui salutatorium dixerunt. Nominatur autem Appuleius: siquidem honorificentior appellatio fit per prænomen, quam

per nomen: hinc illud Horatianum: 'Quinte puta, aut Publi, gaudent prænomine molles Auriculæ.' 'Liber,' ut inquit Quintil. in VII. 'habet prænomen, nomen, cognomen: quibus caret servus:' ideoque Persius cum de libertate per manumissionem facta loqueretur: 'momento temporis exit Marcus Damma:' et mox paulo: 'Marcus dixit, ita est, assigna Marce tabellas.' Servus enim manumissus repente prænomine patroni insignitur, nominaturque. Lucius autem prænomen est apud Romanos frequens, a *luce* dictum: nam qui luci natus esset, Lucius: sicut qui mane, Manius dicebatur: auctor M. Varro. Gens Domitia prænomina nulla præterquam Cnei et Lucii usurpavit: nam primum, secundumque, ac tertium Ænobarborum, Domitiorum, Lucios continua serie nominatos accepimus. *Beroald.*

Domine] Honoris causa *dominum* appellat. Augustus tamen, ut in commentariis Suetonii annotavimus, *Domini* appellationem, ut maledictum et opprobrium, semper exhorruit, Dominumque se serio vel joco appellari prohibuit. Alexander quoque Romanus imperator dominum se dici vetuit. Et sane dominatio et principatus diversa natura sunt, ut docet Plin. panegyrista: 'Nec aliis est princeps gratior, quam qui maxime dominum graventur.' Scribit Seneca in epistolis moralibus, quod relatu scituque dignum est, obvios salutari a nobis dominos solere, si nomen nobis non succurrit. Ex quo doctis videtur sensus ille Epigrammatarii poëtæ: 'Cum te non nossem, dominum regemque vocabam.' *Idem.*

Iter dexterum porrigas] *Dexterum* recte in plerisque Mss. et Edd. Vett. *pergas* jam edidere Junt. post. et alii. Ac 'pergere iter' frequens est locutio, sæpe mutata in *peragere*, ut confunduntur lib. IV. p. 74. Adi Cortium ad Sallust. Jug. c. 79. 'Maturo vere iter pergere:' et præsertim ad Valer. Flacc. lib. IV. 690. 'Pergere iter:' et sic quidam legi volunt in Lucano lib. V. 580. 'Vetitos non pergere cursus.' Vitruv. lib. IX. c. 4. p. 189. 'Cursum itineris sui pergens.' Verum in Mss. Vossianis, Franck. et Ed. Junt. est *pagens*, ut passim in Vitruvio. At *porrigas* est in reliquis Mss. et Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Colv. Vulc. ut lib. VI. pag. 112. 'Iter retrorsum porrigens:' quo facit etiam p. 113. 'Quorsum vestigium porrigam.' Lib. XI. 'Quorum se porrigeret intentio.' Auson. Par. I. 14. 'Porrigere vitam,' sive extendere. Sed ex dubia hac lectione arbitror tertiam cudendam, scribendumque *porgas*, ἀρχαϊκῶς, ut quidam voluere in Valer. Fl. De eo adi N. Heins. ad Ovid. lib. IV. Met. vs. 557. Auson. in Protr. vs. 37. Dein *Milo* Oxon. *Oud.*

Porrigas] Lego *pergas*: optat enim, ut pergat iter dextrum, hoc est, prosperum et faustum: dextrum enim passim usurpatur pro fausto et prospero. *Succensebam*] Irascebar mihi ipsi. 'Succensere' irasci est justa de causa. *Beroald.* *Iter dextrum pergas*] Id est, 'prosperum.' Gloss. 'Κατευόδωσις, Prosperatio.' Vide Rom. I. 10. In Ms. Oxon. et Vicent. edit. *porrigas*, sic alibi, 'Iter retrorsum porrigens.' *Pric.*

Importunarum] Lipsiano codici suffragatur Florent. ut de dogm. Plat. lib. I. p. 586. Ed. Fl. 'importuna vicinitas.' At reliqui Codd. cum Edd. Vett. faciunt *inopport.* ut lib. VIII. pag. 174. 'Sed inopportuno plane tempore:' ubi contra in Edd. pp. *inport.* ut alibi. Cic. de Orat. l. III. c. 5. 'Sedes nostra non inopportuna sermoni:' quod hic præfero. *Oud.* *Inducta serie importunarum fabularum*] 'Inducta' suo more, (id est, eruditissime) dixit. Studiose in rem præsentem quæsita 'induci,' et 'inducta' dicebantur. Plinius lib. V. Epist. 6. 'Si nihil inductum et quasi devium

loquimur.' Lucilius: 'Multis inductis sermonibus concelebrarunt:' ubi Lipsius: *Multis endo loci, &c.* Giphanius: *Multis inde loci:* sed videtur vel ex hoc Appuleii loco nil mutari debere. Ἐπιτραπέζια διηγήματα porro apud Suidam occurrunt. *Pric.* *Vesperæ*] Horæ vespertinæ. *Beroald.*

Vesperæ, ejusque] *Vespera* Oxon. Pal. D'Orv. Fux. *bona vespera ejus* sine *que.* Abest copula itidem ab utroque Guelferb. Ed. Ber. *eisque.* Quid? si legamus: *partem bonam, vesperæ ejus grat. fr.* ut *partem bonam* sit per Græcismum pro *magna ex parte.* Vide me ad Cæs. lib. I. B. G. c. 12. 'magnam partem.' In Par. Cod. *vitem bonam;* quod quid velit, nescio: *admitt.* D'Orv. *amitteret tand.* Fux. *Oud.*

Fructum] Concubitum, complexumque Fotidis significat. *Idem.*

Devorato pudore, ad Milonem aio, ferat suam Diophanes ille fortunam] Id est, 'sibi habeat:' nam sic alii Scriptores loquuntur. Cicero VII. 11. ad Atticum: 'Sibi habeat suam fortunam.' Apud Aristophanem vocanti se κακοδαίμονα respondetur, Κατὰ σαυτὸν νῦν τρέπου. ubi Scholia: Ἀντὶ τοῦ, σεαυτῷ ἔχε τὴν κακοδαιμονίαν, μὴ ἐπιμίγνυσο ἡμῖν κακοδαιμόνων. Marcus de Avidio Cassio apud Vulcat. Gallicanum: 'Sibi ergo habeat suos mores.' 'Devorare' hic est, 'insuper habere:' sic IX. 'cœli numina devorare:' et post eod. libro 'devorare injuriam.' *Pric.*

Conferat mari ac terræ] Cum ait *mari,* refertur ad naufragium, quo mari Diophanis navis turbinibus procellarum quassata, rebus omnibus amissis demersa est: *terræ* vero inquit, propter latrocinalem manum, quæ in terra invasit reliquias Diophanis bonorum. *Beroald.*

Fatigationis saucio] Nova locutio, ut dicas, Saucius fatigationis hesternæ, pro eo quod est, defessus labore peregrinationis pridianæ. Medici, et Plinius noster, acopa appellant medicamenta lassitudinis, imposito ex re vocabulo. Hinc acopis quoque gemma dicta est, cum qua oleum suffervefactum perunctis lassitudinem solvit. *Idem.*

Facesso] Abscedo in cubiculum. Alias 'facessere' pro 'facere:' ut illud 'Jussa facessunt.' *Idem.*

Cubiculum m. contendo] Fux. *cubiculum m. conscendo.* Roald. Sic etiam Reg. sed male. Nam cubiculum ejus erat in inferiore ædium parte, ut patet lib. I. 'Erit tibi adjacens et ecce illud cubiculum.' Amat Appuleius, ut in aliis verbis, (vide cum alibi, tum lib. IX. p. 187. 'Adfectus aures,') sic in hoc omittere præpositionem. Lib. VIII. p. 161. 'Contendit monumentum.' Lib. XI. p. 258. 'Patrium Larem contendo.' *Oud.* *Atque ibi deprehendo epularum dispositiones*] Sic IX. ubi adulter exspectatur: 'Pudica uxor cœnas Saliares comparat, &c. mensa largiter instructa.' 'Dispositiones' heic proprie dixit. Seneca Epist. CX. 'Delectant te disposita quæ terra marique capiuntur.' Infra lib. VIII. 'Cœnula probe disposita.' Siracides 30. 18. βρωμάτων θέματα: ubi vetus 'epularum appositiones' vertit. *Pric.*

Nam et pueris extra limen, credo, ut arbitrio nocturni gannitus ablegarentur, humi quam procul distractum fuerat meum grabatulum] In Pithœano est *ipsus. Et pueris.* Oxon. *ut p.* Alii, *et prius.* Alii, *ut pueri.* Si quid mutandum, ne a se ipse dissentiat Appuleius, qui pag. 16. et ubivis sibi unum modo servum, et Miloni nullum, fuisse ait, uti et e Luciani verbis infra et a Beroaldo jam citatis patet, scrib. *puero* et *ablegaretur.* Verum majoris se peccati reum fecit Auctor. Fingens enim se semper in hac fabula Lucium Corintho oriundum, subito exutus asinum, se Madaurensem esse ait l. XI. *Oud.* *Credo, ut arbitrio nocturni gannitus*] Male Par. *arbitror.* D'Orv. *in*

arbitrio, nec recte citat ad Ovid. l. III. Met. 571. Heinsius: 'nocturnæ garritionis.' Vide ad l. III. p. 56. 'Sic nobis gannientibus.' *Idem.*

PAG. 31 *Distratum*] Vitiose scripti tantum non omnes et Edd. ante Colv. inserunt *c* de more, quem bene notavit Stewechius. Vide et me ad Front. II. 4. 16. ad Sueton. Aug. c. 5. infra l. IV. p. 63. et alibi, et Comm. ad l. X. in f. 'disternebatur lectus.' Ceterum male multi viri docti connectunt, 'distratum fuerat grabatulum;' *et meum a.* cum Becichemo Ep. 61. et Schikerado; vel, *d. f. grabatulum meum. Ads.* Nam copula *et* abest Edd. Colviana prioribus, ac Bert. Ms. contra *fuerat* exsulat ab D'Orvill. et Par. Malim ego delere copulam sane non necessariam. Recte vero jam olim vidit Beroaldus, absolute legendum *distratum* fuerat, ex Luciani ὑπέστρωτο; uti in Act. Apost. cap. 9. 34. Στρῶσον σεαυτῷ. scil. κράββατον. Et sic Auct. B. Hisp. c. 33. 'ad insternendum:' ubi vide. Erroris caussam vide Nota seq. *Idem. Nam et pueri*] Sensus est, Servis instratum fuisse lectulum extra limen cubiculi sui, sibi vero procul ab his, ne illi subauscultare possent nocturnas coëuntium voces. Ex Luciano sumptum, qui Græce ait: τῷ μὲν παιδὶ ἔξω ὑπέστρωτο: id est, servo extrinsecus stratus erat lectus. Appellatione autem 'puerorum' servos significari, quis ignorat? ex quo illud Plautinum: 'Pueri mensam apponite:' et illud, 'Puere pulta:' inde apud priscos 'marcipores' et 'publipores' nominati, quasi pueri, hoc est, servi Marci et Publii. *Beroald. Arbitrio*] Speculatu, contemplatuque. 'Arbitrari' enim est spectare. Plautus: 'Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.' Hinc arbitrum vocamus judicem, qui totius rei habebat arbitrium et facultatem: quia scilicet arbitratur, hoc est, spectat et explorat diligenter controversiam litigatorum; et arbitrium dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur: et arbitrarium, cum adhuc res apud arbitrum geritur. Quidam, qui non legere quæ a Luciano scripta sunt, pro *pueris* emendarunt *prius*. Alii, *ut pueri*: sed male, cum sententiæ Luciani, unde hæc mutuantur, nostra lectio ad amussim quadret. Potest et hoc de pueris extra limen, non indocte neque ineleganter referri ad servulos liminis custodes, quos 'liminarchas' vocant: de quibus sensisse videtur Silius in primo Punicorum: 'Famuli turbato ad limina somno Expavere trucem per vasta silentia vocem.' Ubi famuli ad limina, signantur liminarchæ, hoc est, liminis præfecti, cubiculique custodes. At tamen apud jurisconsultos tit. de muneribus et honoribus, liminarchæ ponuntur pro militibus qui imperii limitibus atque confinio præficiuntur: quos 'limitarchas' dicere possis, quasi limitum præfectos, qui et 'limitanei' nominantur ab historicis. Volumine quoque Codicis imperatorii 12. mentio fit de limitaneis militibus, et limitaneis agris: ubi limitanei agri dicuntur, qui sunt in limitibus, hoc est, collimitio atque confinio collocati. 'Limentinum deum' vocant, qui limini præest. *Idem. Quam procul distractum*] Videtur legendum *distratum*: ut a sternendo *distratum* intelligas, non a distrahendo *distractum*: ut sensus; Stratum fuisse lectum et mensam pueris quam procul a grabato Appuleii. *Idem. Pueris extra limen, &c. procul distratum fuerat*] Quintilianus I. Declam. de maritali toro: 'Servuli longius quiescunt, et præstatur grande secretum genio loci.' *Pric.*

Assistit mensula] *Adstitit* exaratur in Pal. Oxon. D'Orv. Guelf. utroque, Becich. Mss. et in ejus libris Edd.-que ante Beroaldum *mensulæ*. Scilicet concoquere nequiverunt verbo 'adsistere' jungi quartum casum. Hinc alii *grabatulum* adnexuerunt τῷ

distratum, alii id crediderunt esse nominativum verbi *adstitit:* cum is sit *mensula*, et alterum sit quarto casu expressum. Illum enim a Nostro amatum esse supra vidimus, et inprimis in deliciis Appuleio fuit cum compositis ex præpos. *ad.* Vide ad l. I. p. 16. 'Adsidebat pedes uxor.' Lucianus ait: Τράπεζα τῇ κλίνῃ παρειστήκει. *Mensulæ* in Guelf. utroque. *Oud. Assistit mensulæ*] Lego *mensula:* ut sit rectus casus, et hoc totum colon cum inferioribus jungendum: Grabatulum meum assistit mensula. Est enim sensus: Grabatulo assistebat mensula, cum reliquiis cœnæ et poculis: ex Luciano totum, qui sic scribit: τραπέζα δὲ τῇ κλίνῃ παρειστήκει, ποτήριον ἔχουσα, καὶ οἶνος αὐτοῦ παρέκειτο, καὶ ὕδωρ ἕτοιμον καὶ ψυχρὸν καὶ θερμόν· hoc est: Mensula juxta lectum astabat, poculum habens, et vinum adjacebat, et aqua frigida atque calida erat in promptu. *Beroald.*

Cœnæ totius honestas reliquias] Dixerat supra: 'epularum dispositiones satis concinnas.' Quare nolim *honestas* in *onustas* vel *incomestas* mutare cum N. Heinsio. Intelligit enim epulas porci et gallinarum, quas sibi xeniola acceperat a Byrrhæna p. 27. *Oud. Cœnæ totius honestas reliquias tolerans*] Lib. IX. 'Mensa quæ reliquias prandii gerebat.' Opponuntur lib. X. 'solida edulia, et fercula illibata.' *Pric.*

Calices boni] Temere nimis Scaliger, sive Vulc. Ed. sec. Elmenh. Scriv. aliique, Lipsii conjecturam *bini* in textum receperunt. Recedit hic a Luciano Appuleius, qui dicit unum modo ποτήριον vini esse positum, sed juxta quoque 'aquam frigidam et calidam.' Noster quidem *calices* dixit, sed hos non intelligit aqua semiplenos, at 'vino,' et 'sustinentes solam temperiem,' sive exspectantes aquam injiciendam, ut lib. XI. p. 254. 'Cæleste sustinere præceptum:' ubi vide. Neque 'frigidæ' aquæ mentio in Nostro, sed unius 'calidæ,' quæ si jam infusa stetisset, nimis frigida fuisset facta. Immo subdit statim: 'Arripit poculum ac desuper aqua calida injecta, porrigit bibam:' ut rursus infra h. lib. 'calidam cum oinophoris et calice.' L. VIII. p. 160. 'depromtis calicibus et œnophoro.' Nihil igitur facile mutes, et cum Pricæo et Mss. retineas *boni*, sive *ampli*, ut ait p. 33. sive *boni*, quia omnis res ita dicitur, quæ gratiam, voluptatem, pulchritudinem, vel utilitatem in se continet. Adi viros eruditos ad Virg. Georg. III. 66. ad Propert. II. 21. 14. et P. Burm. ad Phædr. lib. III. F. 1. et F. 80. ad Virg. Ecl. III. 10. 'mala falce:' hinc 'bona vina' Tib. I. 1. 24. Vel legi posset: *calices, vini jam inf. latice s.* aut quia in Oxon. Cod. non est *latices*, pro *boni* reponas *vino;* quod potuit corrumpi, cum pro eo scriptum erat *bino*. Oud. *Et calices bini*] Sic vere a Lipsio repositum Viri docti crediderunt, ego persuadere mihi non possum quin valde falso. Legebatur in anterioribus editionibus *calices boni:* et ita Auctorem nostrum scripsisse mihi religio dubitare: sic IV. Florid. 'Navem bonam, fabre factam,' &c. dixit. Plautus Milite: 'Eme mi vir lanam, unde tibi pallium Malacum et calidum efficiam, et tunicæ hibernæ bonæ:' et recte nos divinasse facit fidem Oxoniensis Ms. *Pric.*

Infuso latice semipleni] Servius ad Æneid. I. 'Latex proprie aqua est, ab eo quod intra terræ venas lateat.' In vetere Onomast. 'Latex, νᾶμα.' *Idem. Latice*] 'Latex' dicitur omnis liquor: unde et 'latex vini,' 'latex aquæ,' 'olei,' 'absinthii,' apud poëtas frequentissime. Hic 'laticem' pro vino accipimus: significat enim, calices bonos, hoc est, capaces, semiplenos fuisse infuso vino præparatos ad temperiem aquæ sustinendam: mos enim fuit Veterum, modo frigida, modo calida aqua mixta potiones

temperare. Ex quo illud Epigrammatarii: 'Frigida non desit, non deerit calda petenti.' Item: 'Me conviva leget mixto quincunce, sed ante Incipiat positus quam tepuisse calix:' et apud Satyrographum: 'calidæ gelidæque minister.' M. Offilius comœdiarum histrio, cum in cœna calidam potionem in pultario poposcisset, repente expiravit, rigens nullo sentiente, donec accubantium proximus tepescere potionem admonet. *Beroald.*

Solam temperiem sustinentes] Gloss. 'Temperies, συγκερασμός.' *Pric.*

Lagena] Ποτήριον, id est, poculum significat, hoc est, vas vinarium. Quint. 'Occidissemus te, nisi nos lagena defecisset.' Diminutivum est 'lagunculа.' Plin. in Epistolis: 'Proinde cum venabere, licebit auctore me, ut panarium et laguncula m, sic etiam pugillares feras.' *Beroald.*

Orificio sensim dehiscente] Mss. dant *cessim* vel *cesim:* quod non significat *paullatim*, ut vertit Floridus, sed vel *retro*, ut bene Colv. et Elmenh. Adde Bongars. ad Justin. l. II. c. 12. 'Commisso prœlio ite cessim.' Steph. ad Sax. Gramm. p. 163. Grot. ad Mart. Cap. p. 10. 'Cessim plerumque recursitans:' ubi Mss. *cessem.* Vel *gradatim:* qui sensus huc melius videtur convenire: ut e Glossis, nescio quibus, citat Stephanius. Veget. l. III. c. 22. 'Quos sensim postea cessimque ad illos jungebant.' Si tamen *sensim* esset in Mss. quod post Beroaldum usque ad Colvium edidere, et malebat Sopingius, non ei refragarer; ut supra: 'Capillos sensim sinuato patagio residentes.' Lib. XI. 'Crines sensim intorti.' Mox, 'super me sensim residens, sive paullatim:' ubi vide. *Cæsim*, quod in Fux. esse codice ait Roaldus, explicari possit per *incisam rimam.* Sed minus placet. Dein *officio deascenso* Fux. *orificium deiscento* Guelf. pr. *Deascento* exaratur quoque in Pal. Guelf. sec. et Ed. Vic. *deastento* D'Orv. *deascendo* Oxon. *dehascente* Par. Intelligit sine dubio Auctor orificium lagenæ retro a summa ad mediam usque lagenam fuisse laxius sensim, sive magis *distentum:* ut 'uterus distentus' lib. I. p. 7. *Dehiascente* legit Meurs. lib. IV. Exerc. Crit. c. 2. quod eodem redit. Κεχηνὸς τοῦ πίθου dixit Lucianus in Tim. t. I. p. 110. Ed. Hemst. *Oud.* *Officio cessim*] Mendosissimus locus: qui, ut sentio, ita emendandus est: *Orificio sensim dehiscente patescens.* Significat enim lagenam fuisse in orificio et in summa parte patentiorem, in imo angustiorem: sicut sunt pleraque id genus vasa vinaria, ex quibus facilior est haustus. Igitur patescebat lagena, et patula fiebat summo orificio dehiscente, id est, sese expandente atque aperiente: sensim tamen, ob venustatem. *Orificium* autem dicimus, ut *opificium*, ab ore: est enim summum os, et hiatus ac pator. Scribit Macrobius duo esse ventris orificia, quorum superius, erectum, recipit devoratque, et in follem ventris recondit: inferius vero, demissum, intestinis adjacentibus inseritur, et inde via est egerendi. *Beroald.*

Antecœnia] Isidorus Originum l. XX. c. 11. 'Merenda est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda, et proxima cœna; unde et Antecœnia a quibusdam vocatur.' Porthaonius, vetus scriptor apud Jo. Salisberiensem Polycratici l. VIII. 'Nam et ipse famosam, immo infamem fecit cœnam et antecœniam.' Macrobius: 'Ex indice Metelli pontificis cœna hæc fuit. Antecœnam, echinos, ostreas crudas, quantum vellent. In cœna sumina, sinciput aprugnum,' &c. *Colv.* *Antecœnia*] Novator verborum non minus eleganter quam licenter appellat lagenam Veneris antecœniam, tanquam prægustatio quædam sit et præludium ac præparatio ad palæstram Veneream exercendam. Vinum enim subsequitur libido: nam sine Cerere

et Baccho friget Venus. Unde Horatius scitissime crateram vini, 'sodalem Veneris' appellat. Dicitur autem *antecænia*, quasi ante cœnam sumpta, dictione composita ex integro et corrupto: sicut Martial. finxit 'Domicœnium,' quod domi cœnare significat. *Beroald.* *Veneris gladiatoriæ*] Tanquam palæstra Veneris sit pugna quædam gladiatoria, et amatores in concubitu prælientur atque confligant. *Idem.*

Commodum] Vix, tunc primum. *Id.*

Cubito reddita] Perperam Vulc. Ed. sec. seu Scal. quem secutus est Elmenhorst. exhibuit *cubito*, quod nihil est. Si enim foret dativus, *cubitui* erat dicendum, vel *cubitu*: ut 'cubitu procurato' l. III. p. 51. Sed ut 'cubitum reddi,' quod servant Mss. et ceteræ Edd. sic supra et d. l. ait: 'cubitum concedere:' pro quo tamen et dativum posuit lib. VI. p. 116. 'Cœnæ nuptiali concessit,' sive *ad cœnam*. *Oud.* *Fotis mea, jam Domina cubitum reddita*] Ancilla Thisbe apud Heliodorum lib. I. Ὑπεσχόμην αὐτῷ συγκαθευδήσειν, ἥξει δὲ πρότερος, ἐγὼ δὲ ὅταν τὴν δέσποιναν κατακλίνω. *Pric.*

Jacta proximat rosa serta] Certum est participium *jacta* vitiose hic legi, aut, quod alius voluit, *jactu*. Non enim inter cubiculi introitum et aditum Fotidis ad Lucium, in eum jecit rosam sertam; sed patet, illam habuisse 'rosam sertam et solutam in sinu tuberante;' et demum cum proxima ei stabat, vel adsidebat, Lucium rosa serta, (Vide Salm. ad Solin. p. 187. et quos laudat Burm. ad Serv. Æn. VII. 751. 'frondibus sertæ olivæ:' ut Mss.) seu corollis, revinxisse, et 'rosa soluta' seu flore, conspersisse. Adde Lucianum. Facilis emendatio videtur *juxtim*, ut Pricæus voluit, vel *juxta*: ut alibi, 'juxta adsidere.' At præcessit 'lagena juxta.' Sed multo magis adridet M. Schickeradi conjectura *tacita*. Scilicet suspensis pedibus, ne quis eam sentiret in Lucii cubiculum ire, irrepebat. Post *proximat* ergo ponendum est comma. De rosis, floribusque sertis ac solutis, eorumque jaculis adi lib. IV. p. 84. L. x. in f. ubi citans hunc locum Stewechius omittit vocem *jacta*. Gell. l. III. c. 15. Polyb. in Leg. c. 9. p. 21. Herod. l. I. c. 7. Στεφάνων καὶ ἄνθων βολαῖς. v. 6. Long. Pastor. I. 8. Minuc. Fel. c. 38. Nullam vero video rationem, cur hic repetat Auctor vocem *rosa* serta et *rosa* soluta. Quare forsan de nihilo non est, quod Mss. Flor. Pith. Fux. Guelf. uterque, Lips. Pal. D'Orv. Oxon. et Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. Colin. exhibent *rosæ serta*; pro rosea seu rosarum. Nam et *sertam* et *sertas* in femin. genere, subintellecta *corona*, teste Charisio, dixerunt. Adi Broukh. ad Propert. l. II. 24. 38. 'Demissæ in pocula sertæ:' ubi tamen Mss. vulgares, *a*, *a*. et ad l. IV. 6. 3. 'Serta Philetеis certet Romana corymbis:' ubi prave Mss. *cera*, et *certent* in unico est libro: *rose soluta* etiam Oxon. et Guelf. pr. *tubante* Pal. *Oud.* *Et rosa soluta*] Rosæ enim aut sertæ aut solutæ: hæ ad spargendum, illæ ad coronandum. Q. Minucius Felix: 'Quis autem ille, qui dubitat vernis indulgere nos floribus? cum capiamus et rosam veris et lilium, et quicquid aliud in floribus blandi coloris et odoris est. His enim et sparsis utimur mollibus ac solutis, et sertis colla complectimur.' *Brant.* *Jacta proximat rosa serta et soluta, &c.*] Locus varie vexatus: legendum forsan *juxtim proximat*. Infra hoc lib. 'Dumque jam juxtim proximamus:' simile lib. x. 'consistens proxime.' *Serta et soluta* heic, ut et IV. 'Floribus sertis et solutis adprecantur.' *Sertis*, in coronam intellige: sic VI. 'Spicas frumentarias in acervo, et alias flexiles in corona.' Tertullianus: 'Non emo capiti coronam: quid tua interest? puto gratius esse liberis et solutis uti.' Horatius: 'Aut flore terræ quem ferunt soluto.' *Pric.* *Rosa*

serta] Lucianus: τῶν στρωμάτων ῥόδα πολλὰ κατεπέπαστο· id est, rosæ multæ per strata spargebantur. *Beroald.*

Tuberante] Tumescente. Rosæ enim solutæ in sinu et gremio extuberare ac tumescere videntur. Proverbium vetus obiter referendum est, quod erit: 'Nec mulieri nec gremio credi oportere:' cum et illa incerti et levis animi sit, et plerumque in gremio posita cum in oblivionem venerunt exurgentium procidant. *Idem.*

Pressim] Cum pressura, quod amantium est, ut scilicet oscula infigant imprimantque pressis labellis: adverbium est. *Idem.*

Corollis revincto] Hoc totum amatoris specimen est et argumentum, ut coronis amator ab amica revinciatur, ac floribus oppleatur. Sutiles coronæ, ut auctor est Plin. solennes in cœnis fuerunt, et in potu atque hilaritate præcipue usurpabantur. Interdum et coronas ipsas bibebant, quod exemplo Cleopatræ satis liquet, quæ in convivali hilaritate invitavit Antonium, ut coronas biberet: strophia Antiqui appellarunt, unde nata 'strophiola.' Cum vero ex floribus fierent serta, a serendo 'serviæ' appellabantur: a coronis 'corollæ,' diminutivo vocabulo propter gracilitatem nominatæ. Unde et 'corollaria,' de quibus apud Tranquillum copiosius, et mox suo loco dicemus. *Idem.* *Et corollis revincto*] More meretricio: vide Curii Fortunatiani locum paulo post adducendum. Noster lib. VI. 'Totum revincta corpus rosis micantibus.' *Pric.*

Et floribus persperso] Adi III. 15. et V. 14. A. Gellium. *Idem.*

Ac desuper aqua calida injecta] Certe sæpius *calida* et *calda*, vel *frigida*, in re convivali absolute ponuntur. Vide infra ad p. 36. 'Calida seu calda cum œnophoris.' At non opus tamen, eam vocem substantivam contra Mss. ejicere. Cic. I. Cat. 13. 'Si aquam gelidam biberint.' Vitruv. lib. V. 10. 'Quantum aquæ caldæ.' Mart. VIII. 68. 'Caldam poscis aquam.' Adde Burm. ad Suet. Oth. cap. 11. 'Gelidæ aquæ potione:' ubi Torrentius, et Mss. quidam excludunt *aquæ*. Oud. *Aqua calida injecta*] Dudum diximus, quod mixtura calidæ pocula temperabantur. Omnem decoctam aquam utiliorem esse convenit: item calefactam magis refrigerari, subtilissimo inventu, ut tradit Plin. noster lib. XXXI. Neronis principis inventum est, decoquere aquam, ultroque demissam in nives refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitiis nivis: hinc illa in desperatione apud Suetonium vox: 'Hæc est decocta Neronis.' *Beroald.*

Idque modicum. Priusquam totum exsorberem] Numquam *modicum* pro paullo post sumitur, sed *modico;* quod bene conjecit Brantius, nec non Ferrarius lib. I. Elect. c. 12. et merito intulere in contextum jam Scriverius ac Floridus, invitis licet Mss. nisi quod in Palat. sit, *idque totum priusquam modicum.* Sed ita lib. I. p. 13. 'Modico prius quam Larissam accederem:' ubi vide, et ita 'modico secus,' de quo adi ad lib. I. p. 3. Ed. Pric. *Oud.* *Invadit, et relictum, &c.*] Proprie. Nam inepti amatores cibos prægustatos et prælibata pocula porrigebant suis amasiis haurienda. Seneca apud Hieronymum advers. hæres. Joviniani lib. I. cap. ultimo, de amatore in suam uxorem ardentissimo: 'Potionem nullam, nisi uxoris tactam labris hauriebat.' Ovid. Am. I. Eleg. 4. 'Quæ tu reddideris, ego primus pocula sumam, Et qua tu biberis, hac ego parte bibam. Si tibi forte dabit, quos prægustaverit ipse, Rejice libatos illius ore cibos.' Hieronymus de vita Clericorum ad Nepotianum: 'Crebra munuscula et sudariola, et fasciolas et vestes ori applicitas, ac degustatos cibos, blandasque ac dulces literulas sanctus amor

non habet.' Et de vitando suspect. contuber. 'Erit ibi inter viros matronasque convivium, spectabis aliena oscula, et prægustatos cibos.' Martial. Epigr. lib. VI. 75. 'Cum mittis turdumve mihi, quadramve placentæ, Sive femur leporis, sive quid his simile; Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicis. Has ego nec mittam, Pontia; sed nec edam.' *Elmenh.* Helena Paridi apud Ovid. Ep. XVII. 79. 'Modo pocula proxima nobis Sumis: quaque bibi, tu quoque parte bibis.' Adde Priceum. *Oud. Priusquam totum exorberem, clementer invadit*] Longus ποιμεν. IV. Πήρας προκομίσασα παλάθης μοῖραν καὶ ἄρτους τινὰς, ἔδωκε φαγεῖν, καὶ ἐσθίοντος ἀπὸ τοῦ στόματος ἥρπαζε. Idem I. Ἐδίδασκον αὐτὴν καὶ συρίττειν, καὶ ἀρξαμένης ἐμπνεῖν ἁρπάζων τὴν σύριγγα, χείλεσιν αὐτὸς τοὺς καλάμους ἐπέτρεχεν, &c. *Pric.*

Paullulatim labellis minuens] *Pullulatim* vel *pulul.* dant etiam Palat. Pith. Guelferb. Oxon. et Ed. Vicent. et placuit quoque G. Vossio ac Tollio, i. e. instar pulli bibentis. An verum tamen sit, dubito. Nam *paulatim* habet D'Orv. et pro glossa adscriptum est in Guelf. pr. et *paululatim* servant Flor. Reg. Bertin. et alii. Lib. v. p. 101. 'Pensilem gradum paullulatim minuens:' ubi eadem est varietas. At tamen *pullulatim* nequaquam locum habere potest. *Sabellis* Oxon. *Oud. Et relictum paululatim labellis minuens*] Zeno Veronensis Serm. de Continentia: 'Una cibum præterea capit, reliquias poculi propinati lambendo, labris exhaurit.' Juno ad Jovem suum apud Lucianum: Οὐδὲ διψῶν, πολλάκις αἰτεῖς πιεῖν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπογευσάμενος μόνον, ἔδωκας ἐκείνῳ (Ganymedi), καὶ πιόντος ἀπολαβὼν τὴν κύλικα, ὅσον ὑπόλοιπον ἐν αὐτῇ πίνεις. Apud Curium Fortunatianum: 'Meretrix ex tribus amatoribus alium osculata est, alii residuum poculi dedit, alium coronavit: contendunt quem magis diligat.' In Oxon. heic *pullulatim*, i. e. pulli columbini ritu. *Pric. Paulatim*] Minutatim, et (ut inquit Plautus) 'ductim:' quod cum quadam inter bibendum cunctatione a potoribus fieri solet. *Beroald.*

Sorbillat] Sorbillo haurit. Plautus in Penulo: 'Hem mihi, jam video prope victi tantum sorbillo:' hoc est, sorbitione. Ex animantibus alia sugunt, alia lambunt, alia sorbent. Appius Auferius repentina morte obiit, cum sorberet ovum. 'Ovum sorbile vel molle imbecillissimæ materiæ est,' ut inquit Celsus: qui crassiorem quoque pituitam fieri tradit ovis sorbilibus. *Idem. Meque respiciens sorbillat*] Heliodorus VII. de Arsace: Ἐπιρροφοῦσάν τε ἅμα, καὶ ἀκλινῶς εἰς τὸν Θεαγένην ἀτενίζουσαν, τοῦ ἔρωτος πλέον ἢ τοῦ κράματος ἕλκουσαν. Contra, inter modestiæ pudicitiæque notas ἀδιαστρόφως τῷ προσώπῳ πίνειν, Pædag. II. 2. apud Clem. Alexandrinum. *Pric. Sorbillat dulciter*] Donatus ad Adelph. 'Ut quicquid esset dulcissimum carperes, cyathosque sorbillares.' *Idem.*

Sequens et tertium] Nihil de varietate lectionis monent viri eruditi. Sed ante Colvium editum est ubique: *sequensque et t.* et ita in Guelferb. utroque. Recte, ut passim Græci τὲ καὶ, et Latini secundo tertioque loco *que et* ponunt. Vide Periz. in Dissert. de Dictye § 15. ut crebro illius habent Mss. Drak. ad Liv. lib. IV. 31. X. 30. Cort. ad Sall. Jug. c. 6. § 3. Burm. et me ad Suet. Cæs. c. 11. lib. VIII. p. 153. 'Scortisque et potationibus.' Flor. N. 15. 'Terra cæloque et mari.' Vide etiam lib. III. p. 44. 'Aditusque et tectum:' ut est in Mss. nonnullis: et ad lib. VII. p. 138. 'Cœnaque et poculis.' Mox *ternum* in Guelf. sec. et *ergo* Ed. Vulc. pr. *Oud. Sequens et tertium*] Prima viri cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Nihil sic inflammat medullas, et titillat membra genitalia, sicut vinum, cui natura est

exhausto accendendi calore viscera intus: quo nihil est perniciosius, si modus absit. Gloriam bibendi virtute Parthi quærunt, famam hic apud Græcos Alcibiades meruit. Cicero, M. Ciceronis illius inclytissimi oratoris filius, avidissime apprehendit gloriam ebrietatis, qui binos congios simul haurire solitus erat: a quo olim marcido ac temulento scyphus impactus est M. Agrippæ. Proverbium vetus est 'Sapientiam vino obumbrari:' quo nihil potest esse fœdius, cum vino mens hominis obbrutescat, et vertigine caliget. Libet interdum talia transcursu interspargere, ad castigandos non paucos, qui ad vina perdenda geniti sunt: qui ob hoc tantum se natos esse arbitrantur, ut bibant. Quod olim de Bonoso imperatore Romano Aurelianus dictitabat: 'Non ut vivat,' inquit, 'natus est, sed ut bibat: qui bibit quantum hominum nemo:' in quo fuit hoc mirabile, ut quantum bibisset, tantum mingeret, qui cum laqueo vitam finivisset, talis extitit jocus: 'Amphoram pendere, non hominem.' Fuit quidam ex numero phagonum sive comedonum, quo vehementissime delectatus est Aurelianus, qui, ut refert Flavius Vopiscus, bibebat 'infundibulo plus orca.' Est autem 'infundibulum,' ut id quoque transeuntes annotemus, instrumentum vinarium, quo vinum in dolium infunditur. Præcipit Cato, ut villicus habeat 'infundibula' duo. Legitur in monumentis Hebræorum, quosdam esse ex his qui audiunt sapientem, similes 'infundibulo:' tales nihil continere; qui sicut 'infundibulum,' quantum hauriunt, tantundem transmittunt. 'Orca' autem vas est ficarium, teres atque uniformi specie, dicta a similitudine orcæ marinæ belluæ. Præcipit Columella, in 'orcas' picatas meridiano tempore calentem ficum condi, et calcari diligenter oportere. Plin. quoque in xv. 'Ubi copia,' inquit, 'ficorum abundat, implentur orcæ.' M. Varro 'orcam' capit pro vase vinario, cum in primo de Re Rustica sic scribit: 'Quod sæpe ubi conditum novum vinum, orcæ, ut in Hispania, fervore musti ruptæ: nec non et dolia, ut in Italia, ne vinum prolueret.' Apud Persium pro vase salsamentorum capitur, illo versu: 'Menaque quod nondum prima defecerit orca:' et hæc notiora. Illud remotius, 'orcam' dici vasculum aleatorium, quo conjectæ agitatæque tesseræ et tali mittuntur in aleam, ad evitandas aleatorum imposturas: a Martiali dicitur 'turricula,' ab Horatio 'pyrgus.' In hoc significatu accipitur apud Persium sic scribentem: 'angustæ collo non fallier orcæ.' Ubi Grammatici meras nugas effutiunt. Huic sententiæ nostræ evidenter astipulatur illud Pomponii: 'Iterum dum contemplor orcam: taxillos perdidi.' *Beroald.*

Verum etiam corpore ipso, &c.] Pith. Edd. Vicent. Junt. Aldi præbent, *Verum in corpore.* Nec male; cum sequatur *etiam*, et Auctor sæpe cum aliis τὸ *etiam* omittat, post *non tantum.* Vide ad lib. I. p. 9. 'Non solum me diffamat probris, verum fugam instruit.' Ad hæc *in* abunde poni, vidimus sæpius, ut, 'gravis in annis,' 'pretiosus in ætate,' &c. *Ipso* exsulat a D'Orv. *ipse* Fux. *Oud.* *Corpore ipso*] Aliquando, ut inquit verissime Augustinus, cum in animo concupiscentia ferveat, friget in corpore, et ille libidinis motus destituit inhiantem: ex quo fit, ut libidini libido non serviat. Nunc ait Appuleius, et animo et corpore sese ad libidinem fuisse incitatissimum. *Beroald.*

Ad libidinem inquietus] *Inquietus* exaratur in Mss. Flor. Reg. Fux. Guelf. Pal. D'Orv. Par. quod recepere Colv. Vulc. Wower. *Inquiens*, in Edd. nonnullis, ut Vicent. et Ms. Pith. unde frustra Colv. et contra sensum Auctoris conjecit *inciens*, vel *inhians*, est

nihil nisi solitus librariorum error, ut in *quotiens*, *&c.* pro *inquies:* quæ multo melior est Beroaldi correctio, recepta ab Edd. Junt. Aldi, Colin. et recentioribus. Adi Elmenh. in Ind. et Pricæum. Vox *inquies* sæpius abiit in vulgatiorem *inquietus.* Vide ad Justin. lib. XLIV. c. 2. 'Inquies animus:' quod et Vellei. dixit lib. II. c. 78. et Plin. in dedicatione. Vell. lib. II. c. 68. 'Vir inquies.' Comm. ad Boëth. lib. IV. de Cons. Phil. Pr. 3. 'Ferox atque inquies.' Sic etiam Ms. Leid. infr. lib. IX. in f. p. 208. 'Inquieti procacitate præditus.' Ausonio sæpe 'inrequies,' ut Ephem. Orat. 16. 'Inrequies, cuncta ipse movens.' Conjecimus et hoc adjectivum reddendum lib. I. p. 10. 'Grabatulus succussus et inquietus.' *Oud.*

Inquiens] Lege *inquietus*, vel *inquies*, ut Antiqui dictitabant; quo vocabulo idem significatur quod *inquietus*, et est adjectivum. Livius: 'Jam sibi satis gloriæ quæsitum, et potuisse se desinere, ni animus inquies pasceretur opere:' a Plinio dicitur *inquies* pro inquietudine, si modo fas est Latino homini *inquietudinem* usurpare: sic enim inquit in XIV. 'Furiales somni et inquies nocturnæ.' *Beroald.*

Inguinum fine] *Sane* conjectura est Beroaldi, quam amplexi sunt Edd. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. ut *saucius inguinum* dicatur per Græcismum frequentem. Vide Voss. de Constr. c. 10. Auson. Prof. v. 18. 'Famæ et salutis saucius.' Immo infra lib. V. p. 86. 'Animi saucia.' Et alio licet sensu supra lib. I. 'Fatigationis saucio.' Sed tum vocula *sane* nimis quam friget. *Sanie* hinc est alienissimum, quod et placebat Pontano lib. I. Anal. c. 8. Et *sine*, quod est in Fux. Pith. et Edd. primis, ac *furie*, quod est in D'Orv. satis declarant, aliud ab Appuleio positum, ac vere jam edidisse Junt. in Ed. post. et Bas. sec. *fine*, quomodo etiam legit Groslot. et J. M. Palmer. t. IV. Th. Crit. p. 773. ac defendit N. Heins. ad Ovid. lib. X. Met. 536. Sed et Mss. Flor. Reg. Oxon. Par. Guelf. ambo, Lips. clare dant *fine* cum Vulc. et seqq. Vide omnino supra ad pag. 27. 'Qua fine cacumen capillus adscendit.' Summa parte nobilissimi corporis ostendit Fotidi impatientiam Veneris. Dein in Guelf. pr. *Fotidis*, Fux. *mei.* Oud.

Saucius inguinum] Pro *inguinibus*: figurate locutus est. Veteres enim genitivum pro ablativo frequenter usurpant: ut, 'præstans animi,' 'felix animi:' ita et *Saucius inguinum* dicitur oppido quam eleganter, habens inguina tumentia. Sicut enim membra in homine saucio intumescunt, sic saucius inguinum dicitur, cujus turgent genitalia ex libidinis desiderio. Horat. 'Tument tibi cum inguina.' *Beroald.*

Sine] Tersiör lectio est *Sane.* Idem.

Paulisper inguinum fine lacinia remota, impatientiam Veneris Fotidi meæ monstrans] Achilles Tatius lib. IV. Οὐ δύναταί τις τρωθεὶς ἀνέχεσθαι. Bene autem argumento hujusmodi 'impatientiam.' Juvenalis: 'Tunc prurigo moræ impatiens.' Arnobius lib. IV. 'Concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus, impatientiam suam spargebat passim salax Deus.' Gratius in Cynegetico: 'Primi complexus, dulcissima prima voluptas: Hunc Veneri dedit impatiens Natura furorem.' Firmicus VI. 30. 'Eritque, &c. ista mulier circa omnem libidinem vitio prostituti pudoris impatiens.' Idem VIII. 12. 'Puellarum concubitus cæca nocte sectantes, et nimio impatientiæ ardore poscentes:' et ibidem cap. 30. 'Circa muliebres concubitus semper impatientes.' Quintilianus XV. Declam. 'Solaque impatientiæ tuæ fabula notus.' Ita 'amoris impatientiam' Horatii vetus Scholiastes: et 'turpis amoris impatientiam' Servius ad Eclog. X. Valer. Maximus, ubi de Æmilia prioris Africani uxore: 'Tantæ fuit comitatis et

patientiæ, ut cum sciret viro suo ancillam ex suis gratam esse, dissimulaverit: ne domitorem orbis Africani impatientiæ reum ageret:' ubi frustra Lipsius, *impotentiæ*, alii *imparientiæ* reponebant. Illud *inguinum fine* rectissime ex Sallustio (cujus et Nos locum annotaveramus) Elmenhorstius explicavit. Sumpsit ab eodem Scriptore Noster et vocem *inquies*, id est, *inquietus*: sic 'impes' 'impetus' in vet. Glossario: et 'Inquies, etis: ἀκάματος,' in vetere Onomastico. *Pric.*

Sine feriali officio] Beroald. cum Aldo, Colin. Bas. exhibent *finali*. Mss. plerique cum Edd. primis, item Colv. Vulc. pr. Wow. *feriali*. At, quæso, quis prœlium audivit sine fine, et induciis? *Bellum* si dixisset, recte, non *prælium*. Par. Guelf. pr. *ferali*, Ed. Rom. *fœnali*. Hinè rectissime viderunt viri eruditi, de voce *feciali* hic cogitandum; sed minus bene genitivum intruserunt *fecialis*, ut Ed. Junt. post. Elm. Pric. Flor. Scal. sive Ed. Vulc. sec. *sine feciali ind.* quod et conjecit Baudius, teste Lindenbrogio, qui eum id sibi retulisse, margini adlevit, deleto *officio*, nimis audacter, et interpolate. Verissime scilicet est in membranis Florent. et Pithœanis, *sine feciali officio*, ut jam rescribendum viderunt Sopingius, Puteanus, et Scioppius, quem et vide in Susp. lib. I. Ep. 6. 'Officium feciale' est munus fecialis, sine quo indixerat Fotis prœlium. Nam ipsa egerat, et ἀκηρυκτεὶ, ut Græci aiunt. Sic 'feciales cerimoniæ' Liv. lib. IX. cap. 11. 'feciale jus' Cic. lib. I. de Off. cap. 11. De similibus Adjectivis Genitivi loco positis dixi ad lib. I. p. 16. 'habitu mendico.' *Oud.* *Sine finali officio*] Tanquam nullus finis Venerei prælii esset futurus. Quidam legunt *sine feriali officio*: quod perinde est ac si dicas, sine cessatione. Verbum est jurisconsultorum, 'ut in causa finali.' *Beroald.*

Et ipse] Per Polysyndeton recte quidem ita capi potest. Sed quis non videt multo elegantius, et δεικτικῶς lectum iri, *en! ipse*: quomodo postea adverti citatum ab N. Heins. ad Sabini Epist. III. vs. 89. Millies ita est erratum. Vide lib. IV. p. 85. VIII. 155. ubi vide, et ad Lucan. lib. VI. 164. *Oud.*

Vigor attendit] *Vigor adtendit* recte legitur in Mss. meis omnibus, nisi quod in Florent. et hinc in Notis Elmenh. sit forsan ἀρχαϊκῶς *adtetendit*: unde profluxerit vulgatum ante Colv. *telendi*. In Pith. *vigore atetudit*. Idem. *Arcum meum, &c. vigor attendit*] Hinc 'Tentum, αἰδοῖον:' in veteri Onomastico. *Pric.* *Arcum meum*] Perstat in translatione. Nam cum præmiserit sagittam Cupidinis qua ille amatores ferit, merito subintulit, *Arcum tetendit*: quod plane referendum est ad genitalia, quæ vigore nervi instar arcus tenduntur: scribit Plin. camelino genitali 'arcus intendi' a populis Orientis. Ad consimilem significantiam allusit Ovid. cum ait in carmine obscœno: 'Nemo meo melius nervum tendebat Ulysse: Sive illud laterum, seu fuit artis opus.' Item in Amorum voluminibus: 'Penelope vires juvenum tentabat in arcu: Qui latus argueret, corneus arcus erat.' Nam cum de arcu simplicius loqui videatur, quem proci tendere nequivere, et solus Ulysses tetendit, prout latissime canit Homerus; tamen occulte allusit ad arcum et nervum genitalium, de quo nervo Hor. 'Cujus in indomito constantior inguine nervus.' *Beroald.*

Et oppido formido] Valde timeo. *Id.*

Rigoris nimietate rumpatur] Horatius: 'Malis tentigine rumpi.' *Elmenh.* *Formido ne nervus rigoris nimietate rumpatur*] Erat nempe 'Difficile et laboriosum In tentigine tamdiu morari.' Apud Aristophanem furibundus ille: Οἴμοι κακοδαίμων, οἷος ὁ σπασμός μ' ἔχει! Χὼ τέτανος

ὥσπερ ἐπὶ τροχοῦ στρεβλούμενον. Et bene hic *rumpatur*. Donatus ad Phormionem: 'Immoderatæ plerumque vires adducendo arcu, non telum incitant, sed nervum rumpunt.' Et alibi ad eandem Comœdiam: 'In nervum ibit. Proverbio tracto a sagittariis, cum vis conatusque tendentis arcum non in volatum teli, sed in ruptionem nervi expetatur.' Diogenianus ex Luciano: Ἀποῤῥαγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον. Clemens Pædag. II. 10. Ἔστι γοῦν συνιδεῖν ἐξ αὐτῆς (συνουσίας) καθάπερ στήμονας τὰ νεῦρα διαφορούμενα, καὶ περὶ τὴν ἐπίτασιν τῆς ὁμιλίας διαῤῥηγνύμενα. Notanda et *rigoris* vox. Ovidius: 'Cæditur et rigido custodi ruris asellus:' id est, Priapo. Petronius: 'Tam rigidum illud tibi reddidero quam cornu.' *Pric.*

In effusum laxa crin.] *Ineffusum* edidere Elmenh. Florid. et alii; immo jam olim Beroald. Sed contra Pricæus, non probans decompositum *in-effusus*, rursus disjungendum censuit; uti est in Mss. et Edd. plerisque Vett. item Colv. Wow. ut 'in effusum' dicatur, sicut 'in patulum,' 'in diversum,' et similia. Mihi decompositum placet. Vult certe Auctor, ut Fotis hucusque crinem, leniter quidem emissum, sed tamen in summo vertice nodo constrictum, ut descripserat p. 27. penitus laxaret, ita ut effunderetur. *Lapsa* Par. Guelf. pr. *laxi* Pal. Guelf. sec. *Oud.* *Ineffusum laxa crinem*] Acu enim aut reticulo retinebatur crinium compago, ne laxius fluerent, et sparsi dissiparentur. Isidorus XIX. 31. Sen. Herc. Fur. 'Non erubescit Bacchus effusas tener Sparsisse comas.' 'Crinis ineffusus' autem quis vel qualis est? in promptu est respondere, 'non effusus crinis:' at fors divisim heic *in effusum* legendum. Imo sic scriptum jam video in Oxon. Codice. *Pric.* *Ineffusum laxa crinem*] Petit a Fotide, ut comam solvat, ut capillos habeat effusos, dissolutosque qui undanter fluant: verbum est imperantis 'Laxa.' *Beroald.*

Capillo fluenter undante] Ante Colvium in Edd. O. et Pith. legebatur *fluente undanter*, vel typothetarum vitio *undantur*: ut in Vicent. Ber. Bas. pr. Eodem sensu et adverbium *undanter* legas quoque apud Martian. Cap. Sed Mss. potiores sunt sequendi. Nam præter Bertin. illi habent *fluenter undantē*. Capilli vero, sive arte, sive suo ingenio cincinnati, passim 'fluere' et 'undare,' 'fluctus' et 'undas' imitari dicuntur. Tibull. lib. III. 4. 27. 'Intonsi crines longa cervice fluebant.' Manil. lib. I. 833. 'Cui longi fluitent laxi de vertice crines.' Ovid. III. Art. 148. 'Sustineat similes fluctibus illa sinus.' Adde Burm. ad Val. Flacc. III. 525. 'Tenui vagus innatat unda Crinis.' Manil. lib. V. 148. 'Tortos in fluctum ponere crines, Aut vinclis revocare comas, et vertice denso Fingere:' ubi Mss. plerique dant *undis*, et male in Ed. pr. Scaliger refinxerat *nodis*. Sed *vinclis* non temere muto. Virg. Æn. IV. 147. 'mollique fluentem Fronde premit, crinem fingens, atque inplicat auro.' *Oud.* *Capillo fluenter undante*] Æn. IV. 'Mollique fluentem Fronde premit crinem.' Ubi Serv. 'Unguentatum, &c. aut, prolixum et effusum.' *Pric.*

Cum cibariis vasculis] Voces *omnibus illis* exsulantes a Reg. Fux. Pal. Par. ejecere quoque Vulcan. Scal. et Wow. Sed cum Mss. ceteri agnoscant, et in his Florent. et Pith. retinere satius est. At prave Elmenh. et seqq. posuere post vocem *cibariis*, cum debeant præcedere; ut recte in prioribus Edd. *istis* in Ed. Junt. post. Vide ad lib. V. p. 101. 'Cunctisque istis ocius tecum relatis.' *Oud.* *Laciniis cunctis suis renudata*] Lib. X. de altera illa, 'Cuncto tegmine spoliata.' Juvenalis: 'Exuet omnem Corporis or-

natum: quid enim ulla negaverit udis Inguinibus?' Ubi nescio an ad mentem Poëtæ Scholiastes, potius est ut Appuleium ad sententiam Poëtæ putem. Τὸ *suis* abest a Palat. et Oxon. Codice. *Pric.* *Laciniis renudata*] Exutis vestimentis omnibus, etiam interula, sive camisia deposita. In amore enim vix ulla etiam nuda, sat nuda est. *Beroald.*

In speciem Veneris reformata] Laus magna Fotidis, cujûs nudæ formam comparat Veneri, quæ nuda subit marinos fluctus, et nuda illinc exit: utpote ex maris spuma genita. Venerem nudam e mari exeuntem pinxit Apelles, quæ 'Anadyomene' vocatur: quo opere nihil absolutius judicant eruditi. Anadyomene autem Græca appellatione dicitur emergens, sive exiens, sive egrediens ex mari. *Idem.*

Subit] Pal. Guelf. sec. *subiit.* Sed non de nihilo videtur, quod est in Pith. *subita,* in Edd. Rom. Vicent. et Junt. post. *subitat;* ex *sub* et *itare,* seu frequenter ire; quod est in Veteri SCto apud Gell. lib. xv. 11. Vide et lib. II. 24. III. 18. V. 6. Nisi quis mallet *subbitit,* ex *sub* et antiquo *bitere,* quod cum præpositis variis passim apud Plautum et alios occurrit. Vide Nonium, et infra ad Flor. N. 21. *Pulcra* Fux. a quo abest *etiam.* Oud.

Glabella femina, vel rosea palla (*potius*) *obumbrans de industria, &c. Verecunda*] Pravo judicio Elmenhorstius non spernit Roaldi interpolationem *interfeminium,* cum præpositionis *inter* nulla sint vestigia in Mss. et ex Apologiæ loco p. 40. Ed. Pric. pateat, *interfeminium* mulieris a nonnullis, immo et vulgo dictum esse *feminal:* quomodo sic 'virginal' seu 'virginale,' (ut 'capital' et 'capitale') crebro apud alios. De quo vide Barth. Advers. l. XXXIV. c. 15. Salmas. ad Solin. p. 5. 'concretum virginal' ut in sex Mss. meis. Id Novius etiam *interfeminia* dixit apud Nonium p. 505. Ed. Merc. ubi tamen Mss. et Edd. Vett. dant *interfemina.* In Edd. ante Colv. erat, *glabella femina vel rosea palmula,* manifeste corruptum, abundante *vel.* Neque enim obumbravit *femina,* sed *naturam,* quod potuit facere *vel femine vel manu* seu *rosea palmula,* ut ait ibid. Appuleius: 'et femoris objectu et palmæ velamento,' et ut ait lib. XI. p. 248. 'Compressis in artum feminibus et superstrictis accurate manibus, quantum nudo licebat, velamento me naturali probe muniveram.' Verum Fotidem non texisse depilatam naturam femoris objectu satis patet, quod non tam verecunda fuerit, et potius de industria *obumbraverit* spectabilem tamen, ac non *texerit.* Uti Venus lib. X. p. 233. 'Tenui pallio bombycino inumbrabat spectabilem pubem.' Lib. IX. p. 185. 'Centunculo inumbrati magis quam obtecti.' Atque ita passim nuda Venus conspicitur, manu tegens vel obumbrans feminal. Vide imagines Papenbrouk. N. 10. 13. 23. et quas laudat Burmann. ad Ovid. Art. II. 613. 'Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit, Protegitur læva semireducta manu:' et Epigr. Ined. p. m. 46. Ex *vel* etiam non refingendum esse *velamento,* quod et Pricæus voluit ad dictum Apologiæ locum, aut *velo,* quod proxime accederet, opinor; quia Mss. universi præbent constanter in ablativo *rosea palmula:* immo *vel* non agnoscat Florentinus. Sed et *vel* ortum ex non intellecta voce *feminal* liquet; quia Mss. in quibus omnibus est *glabellum* vel *glavellum,* exhibent *feminea vel,* ut D'Orv. a m. s. (a prima videtur fuisse *feminal*) Palat. Guelf. sec. Reg. Lips. Fux. Oxon. *glav. femina vel* Pith. In Guelf. pr. legas *glaululam feminea vel: glabella vel* Bertin. *gl. femen vel* Ursin. Rectissime igitur emendavit Lipsius, et ediderunt

Colv. ac sequentes. De fronte ait Martian. Cap. pag. 34. 'Illic ubi pubem ciliorum discriminat glabella medietas.' Sic enim recte Mss. aliquot Leidd. cum Grotio. In Mss. D'Orv. et Fulv. est *rosula.* Unde quis posset conjicere, *velo rosulæ et p.* ut eam simul in manu habuerit, e rosis solutis, quas secum adtulerat, sumtam. Sed vix credo. Cur autem *potius* voluerit ejicere Stewechius, non capio. Perperam vero Beroaldus et Edd. eum sequentes usque ad Colvium, substituerant *verecunda* pro *dia:* quia referendum putarunt ad *glabella femina.* Guelf. sec. *verec. tegens.* Idem. *Glabella*] Delicata, et lævore cutis venusta. 'Glaber,' et per diminutionem 'glabellus' dicitur, lævis, politus, et sine pilis. Verbum vetus est 'deglabrare,' quod significat depilare, et glabrum facere. 'Glabreta' Antiqui loca dixerunt, quasi calvata, quæ fructibus nuda sunt, utpote nihil gignentia: quæ Græci φαλάκρας vocant, a similitudine calvitii, quod φαλακρὸν dicunt. Unde 'phalacrocoraces,' calvi corvi. Hinc apud Suetonium vicus, in quo natus est Vespasianus, 'Phalacrine' nomen duxisse videri potest: quod ea loca essent φαλακρὰ, hoc est, calveta sive glabreta, id est, fruticibus viduata, et penitus sterilia: quamvis in commentariis conjectatorie tradiderimus, nomen Phalacrine inditum videri posse ex eo, quod homines calvi illic nascerentur, quos Græci φαλακροὺς vocant. De glabretis ait Columella: 'Et glabreta signis adhibitis notari convenit, ut suo tempore ejusmodi vitiis medeamur.' Ab eodem decenter dicitur, 'glabrescit area:' pro eo quod est, fit glabra, et sine herbis. *Beroald.* *Glabellum feminal rosea palmula, &c.*] Hunc locum restitui olim ad ea Apologiæ: 'Interfeminium tegat et femoris objectu, et palmæ velamento.' *Pric.*

Potius obumbrans de industria quam tegens verecundia] Lib. IX. 'Scissili centunculo magis inumbrati quam obtecti.' *Idem.* *Quam tegens verecundia*] Lego *verecunda:* ut sit sensus: Fotidem manu expansa non tam texisse, quam obumbrasse verecunda, hoc est, genitalia: qui mos est mulieribus prope peculiaris, ut pudenda conspici nolint, quorum membrorum nuditas erubescenda: et (ut auctor est Augustinus volumine de Civitate Dei) omnes gentes adeo tenent in usu pudenda velare, ut quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant, sed cum earum tegumentis lavent: apud Romanos nudi juvenes corpora in campo exercentes, pudenda operiebant, unde ita succinctos vulgus campestratos appellat. *Beroald.*

Præliare] Congressu scilicet et pugna Venerêa. *Idem.*

Cominus in aspectum] *In adspectum* exsulant ab D'Orvill. Oxon. Par. Guelferb. utroque a m. pr. et uncis inclusere Scriverius, Pric. aliique. Sed male, judice Barthio ad Stat. Theb. X. 209. Nec enim eadem sunt 'cominus' et 'in adspectum,' cui opponuntur terga. Pejus alii sub illis obscœnioris sensus voces latere existimarunt: ut Lindenbrog. cujus marginalem conjecturam hic sublegit Elmenh. *In hoc pecten,* vel *in os pilam,* vel *in hanc specum* Gruterus et J. Isacius Pontan. in Analectis lib. II. c. 4. sunt hariolati. Sed nodum in scirpo quæsivere docti. 'In adspectum dirigere,' est locutio militaris vel gladiatoria de illis, qui intrepido nec averso vultu se invicem cominus aggrediuntur, et oculorum hostilium aciem ferre possunt. Unde passim, 'in adspectum audere venire,' 'ferre adspectum,' ac 'dirige in adspectum,' ut Ovid. Ep. XVIII. in f. 'Lumen in adspectum tu modo semper habe.' Sic enim leg. Vide Burm. in Add. Neque enim *dirige* hic est mutandum, nec ponitur pro

veni, ut notatur in Fabri Lexico, (jam enim cubabat Lucius,) sed pro *intende*. Manil. lib. I. 27. 'In cujus caudam contentos dirigit arcus.' Ita scribe, non *contento arcu*, vel *contentum arcum*. Adi Salm. ad Vopisci Probum c. 19. 'Qui dirigere nolebant sagittis.' *Digne* Coll. Voss. *dirigere* Edd. Bas. pr. Bert. quæ male jungunt *vires*. Par. *sed vires*. Alii, *dirige te*. Oud. *Nec enim tibi cedam, nec terga vertam: cominus in aspectum, si vir es, dirige*] Apud Plautum Venereo certamine congressura illa, 'Me sisto, ades, contra sisto ego tibi, Et mihi contra itidem ut sistas suadeo.' De Crate Cynico Noster in Floridorum Excerptis: 'Coramque virginem imminuisset, paratam pari constantia, ni Zeno,' &c. Nota et formulam *si vir es*. Maximinus apud Jul. Capitolinum: 'Si viri estis.' Curtius lib. IX. 'Et postulare, ut, si vir esset, postridie ferro secum decerneret.' Æneid. VI. 'Vis ut nulla virum,' &c. ubi Servius: 'Virum, non ad secum retulit, sed ad virtutem: hoc est, virorum fortium.' Lucretia moritura, ad patrem et maritum: Ὑμεῖς, εἴπερ ἄνδρες ἐστὲ, &c. ἐμοὶ τιμωρήσατε. Horatius: 'Si quid in Flacco viri est.' *Pric*. *Nec terga vortam*] Translatio a bellatoribus, qui cominus et adverso pectore depugnant, neque tergiversantes, neque cedentes: cum ejus sit terga vertere, qui timidus est, et fugere malit quam mori. *Beroald*. *Cominus, &c. dirige*] Certandum est cominus armis. *Pric*. *In aspectum*] Hæc non agnoscit Palatinus nec Oxoniensis Ms. quia tamen 'terga non vortam' continuo præcessit, non ego auctor sim illa e contextu ejiciendi. *Idem*.

Occide moriturus] Non intellexit Pricæus acumen Appuleii, hæc non capere se scribens, conjiciensque, *aut occide*, penultima brevi a *cado*. Ait Fotis: Fortem te gere, et interfice me telo tuo; dum ipse morieris. Eo enim peracto opere jacet uterque, animasque alter in alterius ore deponunt, et ambo corruunt animam anhelantes; qualia passim apud Poëtas et Nostrum hoc ipso loco. Bene id quoque Floridus advertit. Sen. Ep. VII. 'Interfectores interfecturis objici.' Vide Comm. ad Sil. lib. XIV. 554. 'Hostem morte sua perimant.' Virg. Æn. IX. 441. Lucan. lib. III. 696. 'Mergentesque mori.' Lib. VII. 464. 'Facturi, quæ monstra ferant:' ut leg. Vide et Salm. ad Solin. pag. 217. idem cap. 40. 'Victorem perimit interemtus.' Burm. ad Catal. t. I. p. 390. *Oud*. *Et grassare gnaviter, et occide moriturus*] Non capio: an sic? *Et grassare g. aut occide* (penult. correpta) *moriturus*. Id est, Et me vince, me prosterne, aut ipse in hac arena periturum certissime scito. Homerus: Ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σε. Agatharcides apud Photium: Ἢ γὰρ ἀποκτεῖναι χρὴ, ἢ τελευτᾷν. Hieronymus in Epistolis: 'Si fugero, gladium devitavi: si stetero, aut vincendum mihi est, aut cadendum.' Gellius VII. 3. 'Gladiatori composito ad pugnandum pugnæ hæc proposita sors est, aut occidere si occupaverit, aut occumbere si cessaverit.' Apud Livium Romanus Dux in Gallos pugnaturus: 'In belluas strinximus ferrum, hauriendus aut dandus sanguis.' Panægyristes ad Constantinum: 'Quibus suo cujusque fato aut vincendum est, aut cadendum.' Apud Tacitum Annal. XIV. 'Vincendum illa acie, aut cadendum.' Catullus: 'Cum sævum contra cupiens contendere monstrum, Aut mortem oppeteret Theseus, aut præmia laudis.' *Pric*. *Grassare gnaviter*] Strenue depugna. 'Grassari' antiquitas ponebat pro adulari: modo latrocinale verbum est: nam 'grassari' dicuntur latrones vias obsidentes, videlicet ab impetu gradiendi. Unde 'grassatores' dicti, et 'grassaturæ.' Mars et Luna in 8. ab horoscopo loco simul collocati grassatorem efficiunt,

qui latrocinantem manum profusione sanguinis cruentabit. Interdum 'grassari' honesta significatione significat ire et gradi: ut illud Silii Italici: 'grassandum ad clara periclis:' et Sallustii: 'Animus ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est.' 'Gnaviter' autem dicitur industrie, strenue, celeriter: quod et naviter, cujus contrarium est, 'Ignaviter.' 'Navus' autem, celer ac strenuus, a navium celeritate dictus. Grammatici prothesin figuram appellant, quando appositio quædam literæ fit ad principium dictionis: ut 'gnatus' pro 'natus,' 'gnavus' pro 'navus,' 'gnaviter' pro 'naviter.' 'Noti,' inquit M. Tul. 'erant et navi, et nari, quibus cum *in* præponi debet, dulcius visum est ignoti, ignavi, et ignari dicere, quam ut veritas postulabat.' *Beroald.*

Non habet missionem] Antiqui vocabant pugnam sine missione, cum gladiatores ea lege descendebant in arenam, ut neutri fas esset petere missionem, sed necessum usque eo dimicare, dum alter caderet. Lipsius Saturn. II. cap. 21. *Elmenh.* *Hodierna pugna non habet missionem*] Aristoph. Acharn. Σκῆψιν ἀγὼν οὗτος οὐκ ἐσδέξεται. id est, πρόφασιν: falsus enim qui Latine vertebat. Plato VI. de Legg. Ἀγῶνα προφάσεις οὐ πάνυ δέχεσθαί φασι. Hesychius: Σκῆψις, πρόφασις. Seneca I. 12. de Ira, 'Ad pugnam vocavit Jovem, et sine missione.' Florus III. 20. 'Et, quod sub gladiatore Duce oportuit, sine missione pugnatum est.' *Pric.* *Missionem*] Hoc est, quod supra dixit, prælium nobis sine finali officio indixeras: perstat in metaphora prælii militaris. *Beroald.*

Inscenso grabatulo, &c.] Lib. I. 'Inscenso grabatulo, ad exitium sublimatum.' Lib. V. 'Jam aderat, &c. maritus, et torum inscenderat.' *Pric.*

Sensim residens] *Cossim* exhibent Scriv. et Flor. *cessim* nota Wow. Edd. Elmenh. et Pric. Sed Mss. et Edd. Vett. dant *sensim*, i. e. leniter et paullatim, ut pag. præc. 'orificio sensim dehiscente;' quod non est, cur mutemus. *Cossim* vel *coxim sedere*, quod est lib. III. p. 43. hic locum non habet. Est enim pedibus sartorum in modum complicitis, uti coëuntes 'sinuant cossim femina,' in Fragm. Anechom. ex Menandr. Insedit enim potius *variciius*, ut habuimus lib. I. p. 10. Vide Casaub. ad Theophr. Char. c. 11. Græce περιβάδην: unde Venus Περιβασία, et Περιβασὼ, apud Hesychium, ad quem vide, et de ea Veneris figura ad Ovid. lib. III. Art. 777. 'Hectoreo nupta resedit equo.' Adde Epigramma Dioscoridis, editum a D. Ruhnkenio Epist. Crit. I. p. 39. Arnob. lib. V. p. 177. 'Accedit, subsidit, insidit.' Sic leg. e Msto. *Ridens* Par. et Guelf. prim. *Oud.* *Super me sensim residens*] Horatius: 'Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.' Scholiastes: 'Supinum, quia mulier ascendit super marem.' *Pric.*

Crebro subsiliens] *Crebre* Bas. pr. *crebro* Pal. D'Orv. Oxon. Reg. et Edd. Colv. Vulc. Wow. Sed recte *crebra* in Pith. et Edd. Vett. quod bene revocavit Elmenh. pro *crebriter*. Adi ad lib. III. p. 62. 'Nos crebra tundentes.' *Oud.* *Crebra*] Crebro, nomen pro adverbio. Virg. 'et pede terram Crebra ferit.' *Beroald.*

Lubricisque gestibus] Supra: 'et simul membra sua leniter illubricans.' *Elmenh.* *Spinam quatiens*] Supra: 'Lumbis sensim vibrantibus spinam mobilem quatiens placide, decenter inundabat.' Arnob. lib. II. 'Lumborum crispitudine fluctuarent:' et lib. VII. 'Clunibus fluctuare crispatis.' *Idem.* Vide Sciopp. ad Priap. c. 18. *Oud.* *Lubricisque gestibus mobilem spinam quatiens*] Ovid. 'Spemque dat in molli mobilis esse toro.' 'Versare mobilem natem' Tibullus dixit. Horatius (jam citatus) 'equum clunibus agitare.' Lucretius: 'Sua causa

consuerunt scorta moveri, Ne complerentur crebro, gravidæque jacerent, Et simul ipsa viris Venus ut concinnior esset.' Ex quo, ut videtur, Donatus ad Eunuchum: 'Scorta ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, palpitare: quod illæ faciunt saltando assidue,' (Appuleius heic, *crebro subsiliens*) etc. 'et ut concinniorem Venerem exhibeant viris.' *Pric.* *Mobilem spinam quatiens*] In re Venerea exigitur motus et agitatio: ut illæ merito damnentur, quæ immobiles jacent: habet enim mobilitas illa nescio quid incentivum et illicium, efficitque Venerem viris concinniorem. Ex quo est illud Epigrammatistæ: 'Nec motu dignaris opus, nec voce juvare.' Contra Sappho Ovidiana inquit: 'Crebraque mobilitas, aptaque verba joco.' Lucretius motum illum concubitus efficere ait Venerem concinniorem, qui tamen sit causa ne fœminæ concipiant: sic enim refert in quarto: 'Idque sua causa consuerunt scorta moveri, Ne complerentur crebro gravidæque jacerent, Et simul ipsa viris Venus ut concinnior esset.' Spina autem dorsualis a medicis longum cerebrum vocatur: ex spinali medulla pudendis, atque etiam matrici, ut suum ministerium impleant, nervi ministrantur. *Beroald.*

Pendulæ Veneris fructu] Codicis Florentini lectionem ad Petronii c. 92. 'inguina fricare,' unice probant N. Heinsius et Burmannus, qui male et insipide *fructu* nunc circumferri scribit. Sed perperam. *Fricare* in Petronio, et *frictus* Juven. S. VI. 321. ut est quoque in Mss. a me visis, item Nostro lib. X. e membranis Florent. 'Priapum frequenti frictura porrixabam,' hinc aliena sunt, et alterius sunt obscœnitatis. Verbum *satiare* satis docet, *fructu* esse legendum. Clariore explicatione turpissima res non eget. Lib. VI. p. 124. 'perfrui amoribus.' Græci passim 'Venereum fructum' vocant ἀπολαύειν τῆς Ἀφροδίτης, τῶν ἐρώτων, et ἀπόλαυσιν ἐρωτικήν. Vide Ælian. lib. IX. An. c. 13. Xenophont. Ephes. lib. I. pag. 12. Long. Past. p. 40. Ed. Moll. et ceteros Milesiarum scriptores. In Ovidii Mss. et Edd. aliquot Rem. Am. 105. 'Veneris decerpere fructus.' Hinc etiam non placet *fluctu* Heinsianum. Vide Burm. ad Catal. t. I. p. 622. *Pendule V.* in Ed. Bas. pr. *Oud.* *Pendulæ Veneris fructu, &c.*] Juvenalis: 'Pendentis præmia coxæ.' *Pric.* *Pendulæ Veneris*] Eleganter *pendulam Venerem* vocat, quæ fit a fœmina superstante: de quo concubitu inquit Ovid. 'Parva vehatur equo: quod erat longissima, nunquam Thebais Hectoreo nupta resedit equo.' Plerisque quadrupedum, ut inquit Plin. fœminæ in coitu superveniunt. *Beroald.*

Dum lassis animis, et marcidis artubus defatigati] Omne enim hominis robur in coitus usu debilius redditur, ut dicit Aëtius lib. IV. fol. 129. sect. 3. et Aristoteles Problem. sect. 4. fol. 540. Hippocrates περὶ γονῆς sect. 3. fol. 11. Ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος, τὸ ἰσχυρότατον ὅτι ἐπὴν λαγνεύσωμεν, σμικρὸν οὕτω μεθέντες, ἀσθενέες γινόμεθα. Cælius Aurelianus Chron. pass. lib. IV. c. 4. fol. 255. 'Venus ab aliquibus parva Epilepsia nuncupata est; siquidem similem faciat membrorum motum, diverso contactu, anhelatione et sudore attestante, et oculorum conversione cum rubore vultus. Ac deinde post effectum displicere sibimet faciat corpus cum pallore, et quadam debilitate ac mœstitudine.' Unde et Epicurei Venerearum rerum usum omnino insalubrem existimabant, notante Galeno de arte medicinali c. 86. et Pythagoras apud Laërtium lib. III. p. 573. Καὶ περὶ Ἀφροδισίων δέ φησιν οὕτως· Ἀφροδίσια χειμῶνος ποιέεσθαι, μὴ θέρεος· φθινοπώρου δὲ καὶ ἦρος κουφότερα. βαρέα δὲ πᾶσαν ὥραν, καὶ ἐς ὑγείην οὐκ ἀγαθὰ εἶναι. ἀλλὰ καί ποτε ἐρωτηθεὶς, πότε δεῖ πλησιάζειν, ὅτε

βούλει γενέσθαι σαυτοῦ ἀσθενέστερος, εἶπεν. Non potest autem illa tum operatio non salubris esse, si tantum intervalli ponatur, ut neque ulla resolutio sentiatur, et ipse homo se ipso levior fiat, ut recte observant Oribas. collect. lib. I. c. 6. et lib. VI. c. 32. Aëtius Ser. III. cap. 8. *Elmenh.* Male est in Pith. et D'Orvill. *lapsis.* Statim 'lassitudinem refoventes.' Adi Pricæum, non male transponentem *animis m. et lassis a. d.* ac me ad Lucan. lib. VIII. 404. 'Non lassat nox tota marem:' unde vindicandus est Statius lib. I. Silv. 2. 59. de Venere Martis amplexu resoluta: 'Fessa jacet stratis.' ubi e conjectura Marklandus reponit *fusa.* In Ed. Junt. post. deest τὸ *etiam.* Par. *defatigatis.* Oud. *Artubus*] Languentibus membris. Quid est, inquit Aristot. in problematis, quod homo inter cætera animantia a concubitu dissolvitur et languescit? An quod semen pro sui corporis proportione plurimum emittit? qui vero multum genituræ sive spermatis emittit, pallescit ac debilitatur non secus ac debilitaretur, si quadrupes tantum de sanguine emitteret. Quod ideo fit, quia sperma sive genitura gignitur ex sanguine optime digesto, quarta novissimaque digestione: auctor Albertus magnus. Dicere solebat Pythagoras, tunc Aphrodisia, id est, Venerea exercenda esse, cum teipso infirmior fieri vis. Venerem damnat Democritus, cujus raritatem utiliorem esse verissime sentit Plinius noster: et ante Plinium dixerat Corn. Celsus probe ex oraculo; Concubitus rarus corpus excitat, frequens solvit. Ab artubus membrorum, derivatur 'artuatus:' quæ dictio significat dissipatum, et quasi per artus laceratum. Maternus in quinto: 'Ut sic artuatis viscerum partibus, membra omnia crudelis artificii præsidio proferantur.' Fit et verbum 'deartuare,' quod est quasi per artus concidere. Plautus: 'Deartuatus sum miser.' *Beroald.* *Lassis animis et marcidis artubus defatigati*] Melius ita fortasse: *Lassis artubus, et marcidis animis d.* Ovidius: 'Simul ad metas venit finita voluptas, Lassaque cum tota corpora mente jacent.' Virgil. Æneid. VIII. 'Notusque medullas Intravit calor, et labefacta per ossa cucurrit:' ubi Servius: 'Si ossa labefecit, multo magis animum.' Tertullianus (qui et vocem 'marcescendi' usurpat): 'In ipso ultimo voluptatis æstu quo genitale virus expellitur, nonne aliquid de anima sentimus exire? et ideo marcescimus ac devigescimus.' Lucretius 'liquescere' dixit: 'Membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt.' *Pric.* *Defatigati*] Lucret. 'Absumunt vires, pereuntque labore.' Petronius simili negotio: 'Inter sudores et anhelitus.' *Idem.*

Simul ambo corruimus] Illa est omnibus numeris solida voluptas, qua vir et fœmina coëuntes simul commoriuntur. Ovid. 'Ad metam properate simul: tunc plena voluptas, Cum pariter victi fœmina virque jacent.' Vulgo creditur ad concipiendum necessariam esse utriusque coëuntis cum voluptate, parique concursu seminis profusionem: quod negat Aristoteles, qui lib. I. de generatione animalium, fœminas sæpenumero concipere affirmat, sine ea quæ per coitum fit voluptate, quod et reliqui Peripatetici testantur. *Beroald.*

Colluctationibus] Tanquam palæstra quædam et luctatio sit Venereus concubitus. Ideoque Domitianus 'clinopalem' vocabat libidinis assiduitatem, velut palæstram lecti, et exercitamentum. *Idem.*

Confinia lucis] Ovid. lib. VII. Metam. vs. 704. 'Quod teneam lucis, teneam confinia noctis.' *Elmenh.* *His, et hujusmodi colluctationibus, ad confinia lucis usque pervigiles egimus*] 'Æquarunt nocti ludum, in lucemque tulerunt.' Solomo VII. 8. ex meretricis persona: Ἀπολαύσωμεν φιλίας ἕως ὄρ-

θρου. Infra lib. v. de Cupidine: 'Torum inscenderat, et uxorem sibi Psychen fecerat, et ante lucis exortum propere discesserat.' Ait 'pervigiles' Appuleius: sic x. argumento simili: 'Operosa et pervigili nocte transacta.' Quintilian. III. Declam. 'Cum alii excubent armati, &c. tribunus inter scorta volutabitur? et has solas vigilias aget?' Catullus: 'Qui cum matre atque sorore Prurit, et abjectis pervigilat tunicis.' Aristænetus I. 16. Δι' ὅλης νυκτὸς ἁμιλλώμενοι. *Pric.* *Ad confinia lucis*] Auroræ, de qua Ovidius: 'Quod teneat lucis, teneat confinia noctis.' Pollux VI. 19. Τὸ διαπαννυχίσαι, καὶ διανυκτερεῦσαι ἂν εἴποις, &c. καὶ παραπέμψαι τὴν νύκτα εἰς τὸν ἥλιον, &c. *Idem.*

Poculis voluptatem integrantes] Theodorus Priscianus: 'Quæ per potiones acceptas virile semper officium reparant.' Vide supra pag. 148. hanc in mentem notata. *Idem.* *Libidinem incitantes*] Isocolon est, qua figura prope peculiariter ubique locorum utitur Appuleius: Latine dicitur 'compar.' *Beroald.*

Magno opere] Ita rescripsi ex Pith. Bertin. et Guelferb. apud Cort. ad Plin. Epist. pag. 24. item Ed. Rom. ac sic lib. VI. pag. 129. in Oxon. item lib. x. p. 237. Lib. XI. pag. 255. 'tanto opere:' ac de Mundo init. in 2. Mss. Vide Fabric. ad Cic. I. de Off. 26. Comm. ad Cæs. l. I. B. G. c. 13. Gell. XVII. 2. ad Suet. Cæs. c. 1. In Regio est *magno rumore.* Oud.

Impendio excusarem] Intense. Onomast. vet. 'Impendio, ἐκτόπως.' *Pric.* *Impendio*] Valde: adverbium est. *Beroald.*

Negavit veniam] Dixit se mihi non ignoturam, nec veniam daturam, nisi promisissem me apud eam cœnaturum. *Idem.*

Ergo igitur Fotis erat adeunda] *Tibi* pro *igitur* Lips. item et D'Orv. Male. Vide ad p. 4. Ed. Pr. Mox *hospitium* pro *ausp.* Pal. Pro *Quæ quanquam* in Oxon. *Et quasi.* In Par. *Et qui.* Pith. *quia se.* Desunt *a se* Guelf. primo. *Oud.*

Consilium velut auspicium petendum] Quemadmodum præsides et magistratus reguntur auspiciis, sine quibus nihil militiæ domique agebatur. Ita mihi, inquit, consilium erat petendum a Fotide, ut magistratus auspicia ab auspicibus petere consueverunt. Plin. de gallis gallinaceis scribens sic refert: 'Hi magistratus nostros quotidie regunt, domusque ipsi suas claudunt aut reserant: hi fasces Romanos impellunt aut retinent: jubent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices.' *Beroald.* *Ergo igitur Fotis erat adeunda, deque ejus nutu consilium, &c. petendum*] In Plautina Trinummo ille: 'Ibo ad meum castigatorem, atque ab eo consilium petam.' In Terentii Phormione: 'Frater est exspectandus mihi, Is quod mihi dederit hac de re consilium, id sequar.' Et nota heic vocem *nutu.* Lucretius pari argumento: 'Alterius sub nutu degitur ætas.' Servius ad Æn. VIII. ex Augusti Imp. Commentariis: 'Antonium jussisse ut legiones suæ apud Cleopatram excubarent, ejusque nutu ac jussu parerent:' sic in Arriani Epictetæis IV. 13. νευμάτιον παιδισκαρίου. *Pric.*

Ungue latius] 'Unguem latum,' ac 'digitum transversum,' proverbialiter usurpamus, ad significandum intervallum oppido quam pusillum: quanta scilicet est latitudo unguis et digiti transversi. Plaut. in Aulularia: 'Digitum transversum, aut unguem latum excesseris.' Hieronymus et Cicero hac proverbiali locutione decenter utuntur. *Beroald.*

Comiter] Hilare ac libenter, ut exponit Varro: adverbium est. 'Comes' (ut inquit Cicero) 'dicimus homines faciles et benignos.' *Idem.*

Amatoriæ militiæ] Ovid. 'Militiæ species amor est: discedite segnes:' item: 'Militat omnis amans, et habet

sua castra Cupido.' *Idem.* *Amatoriæ militiæ*] Ovid. 'Militat omnis amans.' Horatius: 'Vixi puellis nuper idoneus, Et militavi non sine gloria.' *Pric.*

Cave regrediare cœna maturius] Conjecerat Vir summus Casaubonus *immaturius:* at rectum est *maturius:* nam heic *cave* est *vide:* sic infra: 'Cave diligenter, &c. cadaver probe custodias.' *Idem.*

Vesana factio nobilissimorum juvenum facem publicam infecit] Ad grassationem nocturnam olim adolescentium luxu perditorum hunc locum referendum putem: quæ timebatur de noctu obambulantibus. Quo etiam spectare rear Plautum Amphitryone: 'Qui me alter est audacior homo, aut qui me confidentior, Juventutis mores qui sciam, qui hoc noctis solus ambulem?' Nec hinc alienum, quod Socrati accidisse narrat Ælianus Var. Histor. lib. IX. Νεανίσκοι γοῦν ἀκόλαστοι προμαθόντες ἐνελόχησαν ἐπανιόντα δᾷδας ἔχοντες ἡμμένας καὶ Ἐριννύων πρόσωπα. ἔθος δὲ ἦν αὐτοῖς καὶ ἄλλως προσπαίζειν διὰ τὴν σχολὴν τὴν ἐπὶ τὰ χείρω. Ad hanc insolentiam Atheniensium juvenum etiam pertinere putabam alium Plauti locum Sticho: 'Ge. Ibisne ad cœnam foras? Pa. Apud fratrem cœno in proxumo. Ge. Certumne est? P. Certum. Ge. Ædepol te hodie lampade percussum velim. Pa. Non metuo: per hortum transibo, non prodibo in publicum.' Ubi de conjectura scripsi, *lampade percussum;* cum vulgo esset, *lapide perc.* quod ex loco Æliani genuinum fortean videatur. Sed hoc valde arbitrarium. Adolescens perditus Trinummo: 'Ne noctu irem obambulatum, neu suum adimerem alteri.' *Roaldus.* *Infectam pass.* Pith. *incessit* conjecerat N. Heins. *Factione* etiam Junt. Edd. et *pace publica infecta pass.* Edd. Vic. Junt. utr. Ald. &c. Sed *pacem publicam infecit et p.* dant quoque Reg. D'Orv. Pal. Guelf. uterque, Oxon. &c. Num *infectat et?* Sed *infestat* dixit Noster etiam l. I. p. 11. 'latronibus infestari vias.' L. VIII. pag. 163. 'lupos rapinis adsuetos infestare cunctam illam regionem.' Vell. lib. II. c. 73. 'Mare latrociniis infestare.' Quare malim, *infestant: passim,* cum Salmasio. *Oud.* *Vesana factio*] Malorum consensus et conspiratio dicitur factio: alias factio signat opulentiam: ut illud Plauti ex Aulularia: 'istas magnas factiones nihil moror:' olim *factio* honestum erat vocabulum: unde factiones histrionum et quadrigariorum dictæ: modo nomine factionis seditio et arma vocantur, et homines *factiosi* dicti. Sallust. 'Erat Cn. Piso eodem tempore adulescens nobilis summæ audaciæ, egenus, factiosus.' Tertullianus in apologetico: 'At e contrario illis nomen factionum accommodandum est, qui in odium bonorum et proborum conspirant.' *Ber.* *Infecta*] Lego *infecit:* hoc est, polluit, fœdavit, perturbavit. *Id.* *Vesana factio nobilissimorum juvenum pacem publicam infecit*] Tacitus Annal. XIII. 'Quia forte redeuntibus Principis ministris, quidam per juvenilem licentiam, quæ tunc passim exercebatur, immanem metum fecerant.' In l. XXVIII. § 3. de pœn. 'Solent quidam, qui vulgo se juvenes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentis se acclamationibus popularium accommodare.' Justinus lib. XX. 'Trecenti ex juvenibus sodalitii jure, sacramento' (malim *ceu sacramento*) 'quodam nexi, &c. civitatem in se converterunt.' Et nota 'nobilissimos juvenes.' Seneca Epist. 47. 'Ostendam nobilissimos juvenes pantomimorum mancipia.' At hic *notissimos* malim explicare: sic supra hoc ipso libro 'nobiles adolescentulos.' Attius 'Ego me Argos referam, nam hic sum nobilis.' Onomasticon vetus: 'Nobilis: γνώριμος.' et 'nobiles' (i. e. *notas*) 'meretrices' olim dictas fuisse docet Servius ad Æneid. VI. sic

infra hic lib. v. 'Ignobilis maritus.' *Pric.*

Trucidatos per medias plateas videbis jacere] Lib. IV. 'Passim per plateas plurima cerneres jacere semivivorum corporum ferina naufragia.' Et VIII. 'Denique ob iter illud, &c. jacere semesa hominum corpora.' *Idem.* *Per medias plateas*] Non clam, sed palam et in propatulo, cædes a factione vesana fieri solitas significat. 'Platea' autem media producta enunciatur, si Donato credimus, qui enarrans illud Terentianum: 'In hac platea dicunt habitasse Chrysidem:' hoc innuit, cum ait, Græci 'πλατεῖαν dixerunt, quam nos plateam dicimus:' secundum formam ejusmodi Μήδειαν et Medeam, σπονδεῖον et spondeum scribimus: tamen apud Horat. et Ausonium 'platea' profertur media correpta: sic enim in epistolis Horatii legitur: 'Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstet.' *Beroald.*

Præsidis auxilia longinqua] Ulpianus l. XIII. ff. de Offic. præsidis: 'Congruit bono et gravi præsidi, curare, ut pacata atque quieta provincia sit, quam regit. Quod non difficile obtinebit, si sollicite agit, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirat. Nam et sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, et prout quisque deliquerit, in eum animadvertere.' *Elmenh.* *Præsidis auxilio*] Congruit bono et gravi præsidi, ut Ulpiani verbis utar, curare ut pacata et quieta provincia sit quam regit: quod non difficile obtinebit, si sollicite agat, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirat: nam et sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, et prout quisque deliquerit, in eum animadvertere. Præses provinciæ, ut inquit Paulus, in sua provincia tantum imperium habet, et habet interdum imperium adversus extraneos homines, si qui malum commiserint: nam et in mandatis principum est, ut curet is qui provinciæ præest, malis hominibus carere provinciam; præsidis autem nomen generale est, quo omnes provincias regentes appellantur. Quod autem dixit Ulpianus, 'plagiarios conquiri a præside debere,' scito nomine 'plagiarii' non tam eum significari qui surripit alienos servos, ut autumat Accursius, quam eum qui liberum hominem asserit in servitutem, quique hominem emit, quem scit liberum esse, et qui hujusmodi hominem sciens vendit, aut pro servo tenet. Dictus 'plagiarius,' quod lege Phania plagis damnatus esset: ipsa vero lex 'plagiaria,' crimen 'plagium' vocatur. Martial. decenti metaphora 'plagiarium' appellat furem librorum suorum, qui illos tanquam suos tenet in servitute. Ego opinor potius 'plagiarium' a vocabulo Græco duci: id est, πλαγίῳ, quod significat obliquum et transversum: et πλαγιάζω dicitur obliquo: nam qui plagiarius est, quasi ex obliquo et transverso in servitutem trahit illum qui liber sit: præterea in 'plagiario' syllaba prima corripitur, in 'plaga' producitur. *Beroald.* *Nec Præsidis auxilia longinqua levare civitatem, &c. possunt*] Judic. XVIII. 27. 'Percusserunt eos in ore gladii, urbemque incendio tradiderunt: nullo penitus ferente præsidium, eo quod procul a Sidone habitarent.' *Pric.*

Fortunæ splendor, &c.] Plutarchus: Ὁ πολὺς πλοῦτος σκοπὸς ἔκκειται τοῖς βουλομένοις βαλάντια τοξεύειν. *Elmenh.*

Contemptus etiam peregrinationis p. adf.] Ut ut clarius parva mutatione legi possit, sicuti si post *pereg.* inseras *vim*, vel *et* post insidias, ut G. Vossius margini adlevit, nihil omnino contra Mss. et Edd. Vett. innovare placet. 'Contemptus peregrinationis adferre poterit insidias æque ac Fortunæ splendor.' 'Peregrinatio' hic valet 'peregrinitatem,' ut lib. XI. 'Quæ res summum peregrinationi meæ tribuebat solatium,' sive mihi, dum per-

egrinus eram. *Oud.* *Contemptum etiam peregrinatio poterit afferre*] Apud Heliodorum VII. Σὺ δὲ καὶ ξένος καὶ ἔρημος, καὶ ὁ προσθησόμενος οὐδεὶς. *Pric.* *Contemptus peregrinationis*] Peregrini dum contemnuntur, insidiis magis obnoxii sunt: cum naturaliter civibus nostris magis quam peregrinis faveamus. Cujus rei argumento est exemplum illud Agoracriti et Alcamenis Atheniensis: nam cum duo hi sculptores, in marmore sculpendo clarissimi, Venerem fecissent, vicit Alcamenes non opere, sed Atheniensium suffragiis, qui contra peregrinum suo faverunt: præcipit Plato lib. VIII. de Legibus, peregrinos post exactos 20. annos, alligatis sarcinulis, ex civitate in qua habitaverint migrare debere. Idem lib. IX. peregrinum ob homicidium majori mulcta afficiendum esse quam indigenam. Item libro XI. jubet, ut peregrini duntaxat et advenæ cauponarias exercitationes faciant. 'Contemptus' ponitur pro contemptione. *Beroald.*

PAG. 33 *Nec incomitatus*] Comes fidissimus est gladius, quoque comitatum iturum sese spondet Appuleius. *Idem.*

Gladiolo] Lips. Reg. Fux. Oxon. Par. Edd. Colv. Vulc. sec. Wow. *gladio.* Male. L. III. p. 46. 'Gladiolo qui me propter hujusmodi pericula comitabatur.' Glossæ: 'Gladiolus, gladiolum, ξιφίδιον:' unde et in plur. *gladiola* dixit Messala apud Quinctil. l. I. Inst. c. 6. Vide Misc. Nov. Lips. vol. II. s. 3. *Oud.* *Gladiolo*] Quidam ex Veteribus *gladia* neutraliter dixerunt, genere excidentes: ut notat Quint. *Gladiola* dixit Messala. *Gladium*, a clade, *C* in *G* commutato, dici autumat M. Varro: quia fit ad hostium cladem. Lacedæmonii primi, auctore Plinio, gladium invenerunt. *Beroald.*

Altrinsecus] Altiore corporis parte. Adverbium est: vel ab altero latere: sic enim machærophori gladium ad latus alterum alligatum gestare consueverunt. *Idem.* *Nam gladiolo solito cinctus, &c. ipse meæ salutis præsidia gestabo*] Polynices apud Euripid. Ὡπλισμένος δὲ χεῖρα τῷδε φασγάνῳ, Τὰ πίστ' ἐμαυτῷ τοῦ θράσους παρέξομαι. Salutis meæ præsidia gestabo (inquit). In l. penult. ff. ad leg. Jul. de vi publ. 'Qui telum salutis suæ tutandæ causa gerunt,' &c. vide quæ notamus ad illa libri III. 'Gladiolo, qui me propter hujusmodi pericula comitabatur.' *Pric.*

Cœnæ] Ad quam scilicet invitaverat me Byrrhena. *Beroald.*

Epulonum] Convivarum. Ab epulis epulones dicti, et pro convictoribus accipiuntur. Antiqui 'epolonos' dicebant, quos nunc 'epulones' dicunt, et significabantur hi, qui habebant indicendi epulas Jovi cæterisque Diis potestatem, pontifices veteres: auctor est M.T. in 3. de Oratore, tres viros epulones esse voluerunt, a quibus fieret ludorum epulare sacrificium. Mox numerus epulonum auctus, et pro tribus septem esse cœperunt: de quibus intelligi voluit Lucan. illo versu: 'Septem virque epulis festus, Titiique sodales.' Plin. quoque junior scribit, Marium Bethecum fuisse septemvirum epulonum. Sodales autem Titii (ut id quoque transeunter attingam) apud Lucanum significantur sacerdotes, dicti ab titiis avibus, quas in auguriis certis observare solent. 'Coëpulonus' Plauto dictus convictor, et iisdem epulis vescens: sic enim ait in Persa: 'O mi Jupiter terrestris et coëpulonus compellativus.' Ubi annotandum, quod *copulativus*, quam *compellativus*, emendatius quadrat Plautinæ sententiæ. Prisci scitissime facetissimeque epulones Deos parasitos Jovis appellaverunt, et ad illius mensam constituerunt. Lex convivalis præcipit, ne in convivio epulones, hoc est, convivæ plures sint quam novem, nec pauciores quam tres: oportet enim numerum convi-

varum a Gratiarum numero incipere, et progredi ad Musarum: id est, proficisci a tribus et consistere in novem: nam multos esse, inquit M. Varro, non convenit, quod turba plerumque est turbulenta. Notissimum dictum est de numero convivarum, prout meminit Julius Capitolinus: 'Septem convivium, novem vero convicium.' Archestratus poëta Græcus: Convivæ, inquit, aut tres aut quatuor, aut non plures quinque sunto, alias mercenariorum et rapto viventium conventus fuerit. Athenæus quoque auctor est, olim non plures quinque in convivium adhiberi solitos. *Idem.*

Apud primatem feminam] 'Feminam primariam' Cicero et Terentius dixere: sic Novell. 122. τοὺς τῆς πόλεως πρώτους. Interpres vetus 'primates civitatis' vertit. *Pric.*

Flos ipse] Andreas Schottus Observ. l. IV. cap. 6. *Elmenh.*

Et opipares cibi] Bene copulam addidit Colv. et seqq. quam agnoscunt etiam D'Orv. Reg. Fux. Palat. Oxon. alii. In Pith. *civitati se op.* Sed male idem Colv. et seqq. e nonnullis Mss. quibus accedunt Flor. sec. Reg. Pal. Guelf. Oxon. D'Orv. pro *citro* reposuerunt *cibi*: quia crediderunt id substantivum necessario requiri ad adjectivum *opipares*. Verum ea vox quoque de magnifico supellectilis apparatu adhibetur. Plaut. Bacch. III. 1. 6. 'Instructa domus opipare.' Pers. IV. 4. 1. 'Athenæ tibi visæ opiparæ.' Immo Auctori ipsi de aliis rebus, quam *cibis*, adhibetur. Lib. V. pag. 98. 'Opiparis muneribus onustas.' De Deo Socratis p. 699. Ed. Flor. 'opiparam supellectilem:' et ibid. 'villas opipare exstruunt.' Nondum de *cibis* agit Auctor. Ii demum sequuntur mox, 'fercula copiosa,' &c. Quare auctoritate codicum, quos laudat Elmenhorstius, et N. Heinsii ad Ovidii l. II. Metam. 737. revocavi τὸ *citro*. Veteres enim *citro* faciebant pretiosos triclinares lectos mensasque. Adi quæ laudo ad Lucan. l. IX. 428. 'Et citri contexta comis vivebat et umbris. In nemus ignotum nostræ venere secures, Extremoque epulas mensasque petîmus ab orbe:' uti et ad l. X. 144. 'Dentibus hic niveis sectos Atlantide silva Inposuere orbes.' Quo loco frustra contra Mss. O. Markl. ad Statii l. II. Silv. I. 214. reponi volebat *cæsos*. At Poëta apud Diomed. pag. 508. Ed. Puts. 'Virenti secta pinus in Crago.' Sil. lib. VI. 353. 'Aut silvis stringunt remos, aut abiete secta Transtra novant.' Adi et Heins. ad lib. I. 353. Sed hæc ἐν παρόδῳ. Vides ibi juncta citrum et ebur, uti hic. Et sic apud Nostrum l. V. init. 'laquearia citro et ebore cavata.' Ac frequentissime junguntur, ut Plin. l. V. c. 1. 'Cum ebori citroque silvæ exquirantur.' Ælian. l. II. An. cap. 11. Τραπέζας θύου καὶ ἐλέφαντος. Johann. in Apocal. c. 18. 12. Ξύλα θύϊνα καὶ σκευὴ ἐλεφάντινα. Adde omnino Suidam in v. Θύον. Ad hæc rectius forsan legas adverbialiter *opipare nitentes*. Nam alibi Auctor cum ceteris scriptoribus adjectivum extulit *opiparus*. Sed et tertia declinatione l. I. pag. 18. 'Piscatum opiparem expositum video.' Dubium est l. VI. p. 122. 'Prandium opipare suadeat sumere.' *Oud.* *Opipares lecti*] Dicimus 'opiparos' et 'opiparos,' ut 'exanimes' et 'exanimos,' ut 'inermes' et 'inermos,' in secundo et tertio ordine. 'Opiparum' autem Antiqui dicebant magnarum opum apparatum, ut 'opiparum convivium:' a Plauto in Persa, 'opiparæ Athenæ' dictæ, pro opulentæ et magnificæ: a quo 'opipare,' abundanter, copiose: hic 'lecti opipares' significantur mensæ magnificæ ac pretiosæ, utpote et citro et ebore confectæ: nam, ut inquit Plin. mensis citreis nihil erat pretiosius. Olim Cethegus mensam citream permutaverat fundi taxatione. Rotundæ erant et orbiculatæ. Mensis citreis præcipua

dos in venam crispis: tigrinæ et pantherinæ vocabantur: mulsi color in his maxime probabatur: de quibus Lucanus, Mart. Juvenalis, Seneca, scriptores omnes. Harum mensarum pedes ex ebore fiebant: ob id dixit Plinius: 'Eodem ebore numinum ora spectari, et mensarum pedes.' Juven. 'latos nisi sustinet orbes Grande ebur.' Epigrammatarius poëta: 'Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes.' *Beroald.*

Ebore nitentes lecti] Ex quo fiebant tam cubiculares quam tricliniares. Plautus Sticho: 'Di. Lectos eboratos. Ge. Accubabo regie.' Varro Quinquatribus: 'Cum in eborato lecto, ac purpurei operis thoro cubare videas ægrotum.' Propertius: 'Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno.' Basilius Magnus oratione ad divites: Ἐλεφάντινοι στιβάδες καὶ ἐλεφάντινοι δίφροι. Plato poëta apud Athenæum lib. II. Κᾆτ' ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσι Καὶ στρώμασι πορφυροβάπτοις, Κἀν φοινικίσι Σαρδιανικαῖσι Κοσμησάμενοι κατάκεινται. Apud Catullum Epithalamio Juliæ et Manlii: 'O cubile, quod o nimis Candido pede lectuli.' Candido pede lectuli, τῆς κλίνης ἐλεφαντόποδος ad verbum interpretari non absurde fortassean possimus. Quamvis aliter explicare virum maximum sciam. Vel etiam ad argenteum lectum referri potest. Lectorum argenteorum mentio apud Papinianum lib. IX. de supel. leg. *Colv.* In Floridis: 'ebore candicat:' et in libro de mundo: 'Eboris more fulgere.' Vide Colvium. *Elmenh.* *A. vestibus intexti*] Deceptus Heinsius Editionibus Elmenhorstii et Pricæi, *intexti* ex Mss. Bertin. (sic enim in nota Elmenh. legi debet) et Oxon. conjiciebat ad dictum Ovidii locum, *vestibus intexti*. Mss. et Edd. reliqui, ut debent, habent *intecti*: quod nequaquam mutandum erat in *injecti*. Passim Auctor utitur compositis cum præpos. *in*; licet significationem nihil ea variet: ut sæpe docti monuerunt viri: et inprimis amat hic participium *intectus* pro tecto: quod hic illic in *injectus* depravare nituntur editores: ut pag. 39. 'linteis amiculis intectum.' Lib. XI. pag. 245. 'Candido linteamine cinctum pectoralem ad usque vestigia strictim intecti.' Sic enim legendum videbimus. p. 259. 'De sacratis quemdam linteis intectum.' Et hunc depravarant locum. Nec tantum Noster, sed et optimi quique ita loquuntur. Adi me ad Cæs. lib. III. B. Civ. c. 19. 'Intectus armis.' Drakenb. qui et de hoc loco agit, ad Liv. lib. VII. c. 23. 'Vallo integi Romanos.' Nec tamen omnino ubique damno τὸ *injectus*. 'Vestis injicitur,' vel 'homo injicitur vestem' sive 'veste,' quando temere vel dissolute, non cum cura nec strictim, ea superponitur. Vide ad Ovid. lib. I. Am. 4. 48. 'Veste sub injecta.' Hinc ita cum Mss. legendum lib. VIII. p. 172. 'Mitellis et crocotis et carbasinis et bombycinis injecti. Quidam tunicas cingulo subligati.' Lib. IX. p. 185. 'Centunculo magis inumbrati quam obtecti, nonnulli exiguo tegillo pubem injecti.' p. 190. 'Raptim tunicam injectus, sed plane præ turbatione pedibus intectis, sive nudis.' *Oud.* *Ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti*] Philo in de Vita contemplat. Τρίκλινα καὶ περίκλινα χελώνης ἢ ἐλέφαντος κατεσκευασμένα, καὶ τιμαλφεστέρας ὕλης, ὧν τὰ πλεῖστα λιθοκόλλητα· στρωμναὶ ἁλουργεῖς ἐνυφασμένου χρυσοῦ, καὶ ἀνθοβαφεῖς ἕτεραι παντοίων χρωμάτων. *Pric.*

Gratiæ, sed pretiositatis unius] Atqui *gratia* significat formam et pulchritudinem ac speciositatem. Sic Virg. Æn. VI. 653. 'Quæ gratia currum Armorumque fuit.' Vide ad p. 26. Ed. Pric. 'gratiam suam probaturæ:' qua pagina sæpius *gratia* eo sensu occurrit. Adscripsit et Burmann. Vegetium de Re Veterin. lib.

II. c. 5. et 15. Nec ait Auctor materiam fuisse 'pretiositatis unius,' sed calices, in quibus, quod pretii deerat materiæ, compensabat ars; et materiam superans opus variæ speciei. Nihil igitur novandum reor, licet *speciositatis* etiam sit in Par. Ms. Est ea glossa vocis *gratiæ*. Ateius Capito apud Macrobium lib. VII. Sat. c. 13. 'Cui commendaretur annuli pretiositas.' *Oud. Ampli calices, variæ quidem gratiæ, sed pretiositatis unius*] Nemo quod sciam de lectione ista dubitavit unquam: ego suspectam habeo eam, legendumque *gazæ* crediderim. In de Deo Socratis: 'Si ex argento et auro et gemmis monilia variæ gazæ dependent:' quem locum etiam inclementer tractabant Viri docti illi qui *variegata monilia* scribere adoriebantur. *Pric. Pretiositatis unius*] Oxon. *Speciositatis:* quod si scribamus *gazæ*, bonum sensum efficiet: nimirum variæ æstimationis eos, ejusdem elegantiæ fuisse. *Idem.*

Fabre sigillatum] In solis Edd. Colin. et Bas. est *affabre*. Mss. et Edd. al. *fabre:* vere, ut pag. 23. 'uvæ faberrime politæ.' Lib. IV. p. 85. 'simulacrum fabre politum.' Mela lib. II. c. 1. 'Capita ubi fabre expolivere.' Sil. lib. XIV. 320. 'Trabs fabre teres.' *Oud. Hic vitrum fabre sigillatum*] Vitrum aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo celatur. Sidon officinis quondam vitreariis nobilis: usus vitri ad potandum argenti metalla et auri pepulit. Ferunt Tiberio principe excogitatum vitri temperamentum, ut flexibile esset, et totam officinam ejus artificis abolitam, ne æris, argenti, auri, metallis pretia detraherentur: auctor Plin. lib. XXXVI. Græci 'hyalon' vitrum vocant: unde 'Hyalinus color,' vitreus. Virg. 'Carpebant hyali saturo fucata colore.' Galienus imperator aspernatus est calices vitreos, dicens: 'Nil vitro communius.' *Fabre*, eleganter et ad amussim cælatum. *Beroald.*

Crystallum impunctum] Ridicule Roaldus *impactum* probat, explicatque crystallum 'parietibus pro speculo adfixum:' cum Auctor diserte de poculis agat. Beroaldus vulgarem lectionem *inpictum* sequens vel cepit pro *pictum*, ut Floridus quoque *inpunctum* post Colvium circumscripsit in interpretatione, 'distinctum variis punctis;' vel exponunt non pictum, vel non punctum, sincerum, purum, et nullis asperum vel variegatum punctis. Certe *inpunctum* esse legendum arguunt Mss. Flor. Palat. D'Orv. Oxon. Reg. Par. et Ed. Junt. post. atque ultimam explicationem unice veram esse docet magnus Salmasius ad Solin. pag. 26. (p. 244.) 'Crystallum purissimum captant.' Hoc vocant ἀκέντητον, id est, *inpunctum*, non ἀσύνθετον, uti hic quoque exposuit Beroaldus. Vide ad Plin. lib. XXXVII. c. 10. 'Hoc' (vitium in crystallo) 'artifices cælatura occultant. Quæ vero sine vitio sunt, puras esse malunt, acenteta adpellantes.' Nec enim placet conjectura Heinsii *cryst. limpidum;* quia Propertio lib. IV. 3. 52. dicitur 'crystallos aquosa:' ubi agitur de pila crystallina, quam frigoris faciendi caussa mulieres manu tenebant. De 'crystallo' et 'gemmis,' quæ sequuntur, pro poculis ex ea materia factis optime Lucan. lib. X. 160. 'Niliacas crystallos' (sic Mss.) 'aquas, gemmæque capaces Excepere merum:' et ex eo Sidon. Apollin. lib. II. Ep. 13. 'Spumarent Falerno gemmæ capaces, inque crystallis calerent unguenta glacialibus:' ubi vide Savar. et Sen. lib. VII. de Benef. c. 9. et sæpe. *Oud. Cristallum impictum*] Crystallum glaciem esse certum est: unde et nomen Græci dedere: κρύσταλλος enim Græce glacies, κρυσταλλώδης glacialis: hinc illud in obscœno carmine: 'Rigetque dura barba vincta crystallo:' auctor est Xenocrates,

vas amphorale ex crystallo visum. Poculis crystallinis maxima auctoritas. Nero, amissarum rerum nuncio accepto, duos calices crystallinos in suprema ira fregit illisos. Mater familias olim mercata est trullam crystallinam sestertiis centum quinquaginta milibus. 'Impictum' autem 'crystallum' appellat, vel quasi non pictum, et sincerum, quale dicitur asyntheton, vel quia pingi solitum est, quod et Plin. refert, scribens ex crystallo tingi smaragdos, aliasque translucentes gemmas. In frigido potu maxime crystallina commendantur, cum materia illa sit caloris impatiens. *Beroald.*

Argentum alibi clarum] Argentea suppellex, et argentea vasa in apparatu mensarum regiarum usurpantur, utpote pretiosissimus. Lances ex centenis libris argenti super quingentas numero Romæ fuisse constat. Cornelius Nepos tradit, triclinia Romæ argentea fuisse: repositoriis argentum addi sua memoria cœptum, Fenestella dicit. Lectos operuisse argento totos primus traditur Carbilius Pollio, eques Romanus: qui aureos fecit. Vasa coquinaria ex argento Calvus orator fieri queritur. 'Anaglypha' vocant, quæ in asperitatem excisa sunt: ut Plin. ostendit in XXXIII. de quibus epigrammatista: 'Et mensis anaglypta de paternis.' Dixit Maro: 'cymbiaque ex auro perfecta atque aspera signis.' Interpretatur Servius anaglypha significari. In argento autem clariorem colorem esse quam in auro, magisque diei similem, tradit idem Plin. Ideoque militaribus signis familiariorem, quoniam is longius fulget. Græci ἄργυρον argentum vocant, unde argyraspides a clypeis argentatis dicti milites Alexandri: et Apollo 'argyrotoxos' apud Homerum cognominatus, ab arcu argenteo: et gemma 'argyrodamas,' quam et 'androdamanta' vocant, quoniam impetus hominum et iracundias domat. *Idem.*

Aurum fulgurans] Quærit Plin. cur aurum prælatum sit cæteris metallis: quia, inquit, rerum uni nihil igne deperit: quinimo quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem: aurique experimento ignis est. Idque ipsum obryzum vocant, quasi sincerum, quod valde pretiosum est: idque ecclesiastici scriptores *ophir* appellant, ut docet Fortunatus. Altera causa pretii major in auro est, quod minimum usus deterit super cætera; non rubigo ulla est, non ærugo, non aliud ex ipso quod consumat bonitatem, minuatque pondus. Messala orator prodidit, Antonium triumvirum aureis usum vasis in omnibus obscœnis desideriis. Ptolemæus olim mille convivas totidem aureis poculis saginasse fertur, immutans vasa cum ferculis. *Idem.* *Argentum alibi clarum, et aurum fulgurans*] 'Collucent pocula mensæ, Tota domus gaudet regali splendida gaza.' Phædrus: 'Splendebat hilare poculis convivium; Magno apparatu læta resonabat domus. *Pric.*

Cavatum in capides, ut bibas] Sine ullo sensu olim ediderunt, quod et Pithœanus servat, *et lapides*, Vicent. et Junt. pr. *et lapidem*, Ald. rectius, *in lapidem*, Florent. *cavatum lapides:* ut satis pateat excidisse *in;* quomodo exhibent etiam Reg. Oxon. Bert. Palat. pluresque. Sed verissima videtur scriptura *in capides:* uti Nero 'capidem unam murrhinam trecentis talentis paravit,' teste Plinio lib. XXXVII. c. 2. Nam de gemmis et lapidibus pretiosis sequitur mox. Intelligit ergo capidem dedolatum succino, ut lib. VI. p. 118. 'crystallo dedolatum vasculum.' Nec moveat te Roaldi animadversio, non esse verisimile dicentis succinum reperiri tanta magnitudine et crassitudine, ut inde pocula fieri possent. Respondeo enim verbis Appuleii: 'Mire, et quidquid fieri non potest, ibi est.'

Quin immo Plinius ibidem testatur, de poculis agens: 'Proximum locum in deliciis, *NB.* feminarum tamen adhuc tantum, succina obtinere, eamdemque omnia hæc, quam gemmæ, auctoritatem, sane majorem aliquibus de caussis crystallina et myrrhina.' Sed et 'pateram electrinam' memorat Trebell. Pollio in xxx. Tyr. c. 3. ne de 'vasis electrinis,' quæ mixta erant materia, dicam. Adi Brisson. de Verb. signif. At statuam ex electro seu succino in Padi arenis invento fecerunt Augusto: si fides est Pausaniæ in Eliac. l. v. c. 12. *Oud.* *Succinum mire cavatum*] Prisci crediderunt, succum arboris succinum esse: et nomen argumento est, ut auctor est Plinius: a Germanis appellatur *glessum*, et ob id insularum una in septentrionali Oceano 'Glessaria' nominata. Liquidum primo distillare, indicio sunt quædam intus translucentia: ut formicæ, culices, lacertæ. Candidum odoris præstantissimi, fulvo major auctoritas: summa laus Phalerno, ita a vini colore dicto. Attritu digitorum accepta vi caloris, attrahit in se paleas et folia arida, ut magnes lapis ferrum: unde harpaga a rapiendo vocitarunt. Taxatio succini in deliciis maxima est, in tantum ut hominis quamvis parva ex succino effigies vivorum hominum vigentiumque pretia superet. Domitius Nero princeps capillos uxoris suæ Poppeæ succinos appellabat. Alio nomine 'electrum' appellant a Sole, ex fabula vulgatissima; vocant et electrum metallum ex auri argentique mixtura, cui auctoritas fuit apud priscos, Homero teste, qui Menelai regiam electro fulgere tradit. Helena in templo Minervæ sacravit calicem ex electro, mammæ suæ mensura. Jurisconsultus: 'Si quis,' inquit, 'electrum ex alieno auro argentoque miscuerit.' Julius Capitolinus auctor est, Corn. Macrum pateram electrinam habuisse, quæ per convivas circumferretur: in cujus meditullio effigies Alexandri expressa visebatur: quod idcirco posui, quia dicuntur juvari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitant, vel argento. *Cavatum.* Scilicet in pocula electrina. *Beroald.* *Et lapides*] Significat vel lapides pretiosos in convivio Byrrhenæ fuisse excavatos ad pocula, vel calices potorios lapidibus et gemmis ornatos: de quibus Martialis: 'Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus aurum, Aspice quot digitos exuit iste calix:' et Satyrographus: 'Nam Viro, ut multi, gemmas ad pocula transfert A digitis.' Plin. quoque inquit: 'Turba gemmarum potamus, et smaragdis teximus calices.' Quod autem ex lapidibus pocula figurarentur, docet idem Plinius, qui tradit visa potoria ex onochyte lapide, et ex murrha escaria facta. Aliorum quoque lapidum commeminit rex, quibus pocula fierent. Quin etiam M. T. in Verrinis autumat, trullam ex una gemma excavatam fuisse. *Idem.*

Diribitores] Servorum erat in conviviis scindere et dividere partes epulorum in convivas, quos *Diribitores* Noster vocat. Lucianus Epistolis Saturnalitiis: *Καὶ μὴ τὸν μὲν ἐμφορεῖσθαι τῶν ὄψων, καὶ τὸν οἰκέτην περιμένειν ἑστῶτα, ἔστ' ἂν ἀπαγορεύσῃ ἐσθίων. ἐφ' ἡμᾶς δὲ ἐλθόντα ἔτι παρασκευαζομένων ὡς ἐπιβάλοιμεν τὴν χεῖρα, παραμείβεσθαι δείξαντα μόνον τὴν λοπάδα, ἢ ὅσον ἐστὶ τοῦ πλακοῦντος τὸ λοιπόν. μηδὲ ἐσκομισθέντος συὸς, διανέμοντα τῷ μὲν δεσπότῃ παρατιθέναι τὸ ἡμίτομον ὅλον σὺν τῇ κεφαλῇ, τοῖς δὲ ἄλλοις ὀστᾶ φέρειν ἐγκεκαλυμμένα.* Graphice Seneca Epistola quadragesima septima: 'Cum ad cœnandum discumbimus, alius sputa deterget, alius reliquias temulentorum subditus colligit, alius pretiosas aves scindit, pectus et clunes certis ductibus, circumferens manum eruditam, in frusta excutit. Infelix qui huic rei uni vivit, ut altilia decenter

secet! nisi quod miserior est, qui hoc voluptatis causa docet, quam qui necessitatis discit.' Et hæc ad ea addi possunt, quæ super his latius Lipsius noster in literatissimis Saturnalibus suis. *Colv.* Flor. *dirivitores.* Elmenh. Sic et Palat. Pith. Guelf. D'Orvill. et Edd. omnes ante Colvium, ex solita confusione τῶν *b* et *v*. Inde male *diruitores* Lips. *duritores* Par. *dirimires* Fux. *Oud.* *Dirivitores plusculi*] Antiqui diribitorum appellatione intelligi voluerunt ministros distributoresque; qua dictione, præter Appuleium, usi sunt Ammianus Marcellinus et Cicero. In antiquissimo Latino lexico scriptum legitur: 'diribitorium,' a 'diribendo,' hoc est, distribuendo nominatum fuisse locum, in quo stipendia militibus numerarentur. Fortassis hinc vocabulum 'diribitoris,' super qua dictione non pauca annotavimus in v. Suetonii commentario, sic scribentis: 'Cum Æmiliana pertinacius arderet, in diribitorio duabus noctibus mansit.' *Beroald.*

Fercula copiosa, puellæ scitule ministrantes] Primo recte *puellæ* vocem inseruere Colvius et seqq. suffragantibus etiam Mss. Flor. et Regio. Passim in splendidis conviviis æque famulæ occurrunt ac famuli. Vide Priceum, et quos laudant ad Sueton. Tib. c. 42. 'Utque nudis puellis ministrantibus cœnaretur.' Sed caussa non est, cur præpositionem demamus *sub*, quam D'Orvill. Fux. Bert. Pith. Oxon. Guelf. et Florent. servant. Licet enim creberrime hac in re adhibeatur simplex *ministrare*, Auctor tamen, qui plurimus est in hoc composito, ut docere potest Index, etiam hic illud videtur prætulisse. Nam et sic lib. de Habit. Doctr. Plat. p. 586. Ed. Flor. 'Membra ancillari et subservire capiti, cibos et alia subministrare.' L. v. Met. p. 90. Ed. Pric. 'Vini nectarei, eduliorumque variorum fercula copiosa, nullo serviente, subministrantur: unde concludas, etiam hic ut statim de pueris jungenda esse per accusativum, 'fercula copiosa puellæ scitule subministrantes,' vel, ut Lindenbrogius enotavit e Florent. *subministrare,* uti statim eædem membranæ cum Bertin. et Edd. ante Colv. exhibent *offerre,* per modi enallagem, itidem Nostro crebram. Vide p. 38. 39. 40. 43. 49. 70. 138. et 157. Neque aliter margini adlevit Salmasius. Hinc et ratio adparet, cur alii legerint *ministrata,* alii *ministrantes,* infinitivi vim non capientes. In Pithœano est *subministrare* et *offerre,* in Ed. Vicent. *scitulæ.* Quare et conjicias, *scitulæ subministrare, et frequentes offerre:* seu in subministrando et offerendo. *Oud.* *Scitule*] Decenter et pulchre: in convivio enim hoc maxime spectatur, ut fercula non tam sint copiosa, quam eleganter et nitide mensis importata, illataque: ubi structores ex arte structiora decenter secent altilia et pisces. 'Scitus,' elegans: et pulchre apud priscos dicitur diminutive 'scitulus:' apud Plaut. in Rudente: 'Sunt facie scitula:' inde adverbia, 'Scite' et 'scitule.' *Beroald.* *Puellæ scitule ministrantes*] Gellius II. 23. 'Non inscito puellam ministerio.' Josephus Antiquit. VIII. 2. de convivalibus Solomonis ministris: Ἡ τε τῶν ὑπηρετούντων ἐσθὴς, καὶ τὸ μετ' ἐπιστήμης αὐτῶν περὶ τὴν διακονίαν εὐπρεπές. *Pric.* *Puellæ scitule ministrantes*] Pherecrates Comicus: Κόραι δ' ἐν ἀμπεχόναισι τριγλύφοις Ἡβυλλιῶσαι, καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμένα, Πλήρεις κύλικας οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου Ἤντλουν διὰ χώνης τοῖσι βουλομένοις πιεῖν. *Idem.*

Pueri calamistrati] Seneca Epistola XLVII. 'Alius vini minister in muliebrem modum ornatus cum ætate luctatur. Effugit pueritia, sed retrahitur. Jamque militaris habitus glaber destrictis pilis, aut penitus evulsis, tota nocte pervigilat, quam inter ebrietatem domini ac libidinem dividit.'

Juvenalis Satyra xi. 'Idem habitus cunctis, tonsi, rectique capilli, Atque hodie tantum propter convivia pexi.' Lucianus: Παῖδας δὲ αὐτῶν τοὺς ὡραίους καὶ κομήτας, οὓς 'Υακίνθους ἢ 'Αχιλλέας ἢ Ναρκίσσους ὀνομάζουσι, μεταξὺ ὀρέγοντας σφίσι τὸ ἔκπωμα, φαλακροὺς γίγνεσθαι, ἐπιῤῥεούσης τῆς κόμης. D. Ambrosius de Cain et Abel: 'Saltatrices tonsæ, et crispantes pueri comam, epulantium cruditas.' Idem Epist. lib. iv. ad Irenæum. 'Quid de aliis dicimus, qui hoc ad luxuriam derivandum putant, ut calamistratos et torquatos habeant in ministerio? ipsi promissa barba, illos remissa coma.' Hæc de pueris comatis et calamistratis ministrantibus in convivio. Multa possent addi, quemadmodum Veteres ornare et colere soliti famulos suos. Sed scripsit, ni fallor, in hanc rem multa Lipsius doctissimis suis Commentariis ad Tacitum. *Colv.* Maxima cura pueros crispis capillis insignitos conquirebant, et epulis ministros adhibebant Veteres, ut observat Wowerius ad Petronium p. 114. et 473. *Elmenh.* Cui non dictus Hylas? *Oud.* *Pueri calamistrati pulchre indusiati*] Philo ubi supra: χιτῶνας ἀραχνοϋφεῖς ἐκλεύκους ἐπαναζωσάμενοι. Apud Ciceronem ii. de Finibus: 'Adsint etiam formosi pueri qui ministrent, resplendeat his vestis.' Clemens Alexandr. Οἰνοχέων τε ὅμιλος ἀσκεῖται παρ' αὐτοῖς, καὶ μειρακίων ὡραίων ἀγέλαι, &c. *Pric.* *Pueri calamistrati*] 'Calamistrum' est acus major, quæ calefacta torquet capillos: unde 'calamistratus puer,' pro crispulo cirratoque: et 'calamistrata coma,' quam M. T. probro dat Gabinio. Delicatorum enim est, et mollium, capillos inurere calamistro. Tales, ut inquit verissime Seneca, suam mallent rempublicam turbari, quam comam. M. Varro refert, calamistrum parari ob ornatum, quod calefactum in cinere capillos ornat: qui calamistrum ministrabat a cinere, 'cinerarius' et 'ciniflo' est appellatus. Ciniflonum meminit Horatius: apud Plautum probroso convicio dictum est, 'Cinæde calamistrate:' hinc ministri significantur, crispa coma et annulatis calamistro capillis conspicui: quales in conviviis regum esse decet. Papinius, celebrans Domitiani Saturnalia, ita laudat ministerium: 'Idæos totidem putes ministros.' *Beroald.*

Pulchre inclusitati] Hoc est, eleganter vestiti. Legere malo *Indusiati:* est autem inclusium, vel potius indusium, vestimentum corpori adhærens, quasi intusium. Plautus in Epidico: 'Intusiatam, patagiatam, caltulam, aut croculam:' quo versu significatur vestis indusium et patagium, de quo supra diximus. 'Caltulæ' vero nomine, et 'croculæ,' demonstratur vestis coloris caltæ et croci, ab herba calta, cujus color luteus est, 'caltula' dicta, de qua Virg. 'Mollia luteola pingit vaccinia calta.' Hinc ab eodem Plauto in Aulularia dicti 'indusiarii' et 'caltuarii patagiarii,' pro confectoribus horum vestimentorum: quamvis in Plautinis codicibus non 'caltuarii' scriptum sit, sed *cerinarii:* quasi a colore ceræ nominati. M. Varro *intusium* dicere maluit, quam *indusium:* qui de indutu sive amictu scribens, sic inquit: 'Unum quod foris ac palam, pala: alterum, quod intus, a quo intusium.' *Idem.*

Gemmas formatas in pocula] Non intelligit, quæ 'pocula gemmata' Juvenalis vocat, et λιθοκόλλητα ποτήρια Theophrastus in Characteribus, (de quibus etiam videndus ad Sat. v. Juvenalis vetus Scholiastes,) sed 'pocula ex gemmis integris constantia. Plinius Prœmio l. xxxiii. 'Gemmarum turba potamus.' Pacatus in Panægyrico: 'Nisi æstivam in gemmis capacibus glaciem Falerna fregissent.' Virgilius ii. Georg. 'Ut gemma bibat:' ubi Servius: 'Gemmeo,

non gemmato poculo.' Statius in Sylvis: 'Hic pocula magno Prima Duci, myrrhasque graves, crystallaque portat.' *Pric.*

Vini vetusti] Delenda hæc suspicatus est Cl. Wasse, forsan quia gemmæ* non possunt dici formatæ in pocula vini *vetusti*, sed cujusvis certe liquoris. At construendum est 'gemmas, vini vetusti' sc. plenas, solita locutione, 'formatas in pocula.' In D'Orvill. *frequenti.* Oud.

Frequenter offerentes] Georg. IV. 'Et plena reponunt Pocula:' ubi Servius: 'Iterant, sæpe offerunt.' *Pric.* *Offerre*] Pro offerebant. Infinitivus pro indicativo, quo historici et poëtæ utuntur. *Beroald.*

Epularis sermo] Ex præscripto legis convivalis oportet convivas nec loquaces esse, nec mutos: quia eloquentia in foro, silentium vero in cubiculo esse debet. *Sermo* autem *epularis* hic est, qui inter epulas seritur: et debet esse jucundus atque invitabilis, et cum quadam illecebra et voluptate utilis. Dum vescimur, tunc tacendum est: ob hoc dixit Gellius: 'Interea puer venerat, et olla deferbuerat, tempusque esse cœperat edendi et tacendi.' *Idem.* *Illatis luminibus epularis sermo, &c.*] Tacitus Histor. III. de Vitellio: 'Turrim vicino' (i. e. in vicino) 'sitam collucere per noctem crebris luminibus animadvertit: sciscitanti causam, apud Cecinam Tuscum epulari multos, &c. nunciatur.' Lucretius: 'Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur:' adde jam statim producendum e Luciano locum. *Pric.*

Joci liberales] Non dicteria omnia et scommata accommodata sunt convivali hilaritati, sed joci minus asperi, et dentatæ belnæ morsus in convivio dici et debent et solent. Apud Græcos lædoria et scomma nominantur joci mordaciores, et urbanitas amarulenta. 'Sapiens,' ut inquit Macrob. 'inter mensas et pocula præcipue exercet id scommatis genus, hoc est, morsum figurarum, quod urbanitate tegitur, nec semper ad amaritudinem pergit. Veteres nostri jocos dicteria dicebant' Plautus comicus et Tul. orator jocorum venustate cæteris præstitisse memorantur. Tyro Tullius Ciceronis libertus libros tres de patroni jocis composuit. Jocum id accipimus, ut docet Quintilianus in VI. quod est contrarium serio. M. Tul. in primo de Officiis: 'Duplex,' inquit, 'est jocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum.' Illiberali joco abstinere, ingenuo uti debemus. Tunc autem joco uti licet, cum seriis rebus satis fecerimus. *Beroald.*

Cavillus hinc inde] Ex omni parte convivii cavillationes resonabant: est enim *cavillus*, sive *cavillatio*, irrisio et jocosa calumniatio: ut supra diximus. *Idem.* *Jam, &c. epularis sermo percrebuit: jam risus affluens, et joci liberales, et cavillus*] Lib. I. 'Jam adlubentia proclivis est sermonis et joci: et scitum est cavillum.' Plutarchus in Convivio: Οὐκ ὡς ἀγγεῖον ἥκει κομίζων ἑαυτὸν ἐμπλῆσαι πρὸς τὸ δεῖπνον ὁ νοῦν ἔχων, ἀλλὰ καὶ σπουδάσαι τι, καὶ παῖξαι, καὶ ἀκοῦσαι, καὶ εἰπεῖν ἃ ὁ καιρὸς παρακαλεῖ τοὺς συνόντας, εἰ μέλλουσι μετ' ἀλλήλων ἡδέως ἔσεσθαι. Lucianus Prometheo: Ἢν ἀφέλοι τις τῶν συμποσίων τὰς κόμψεις, σκώμματα, καὶ τὸ σιλλαίνειν, καὶ ἐπιγελᾷν, τὸ καταλειπόμενόν ἐστι μέθη, καὶ κόρος, καὶ σιωπὴ, σκυθρωπὰ καὶ ἀτερπῆ πράγματα. Idem in Lapith. Ἤδη δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους συνεχῶς περιεσοβεῖτο ἡ κύλιξ· καὶ φιλοτησίαι, καὶ ὁμιλίαι, καὶ φῶτα εἰσεκεκόμιστο. Eunapius in Proæresio: Χαρμονὴ ἦν περὶ τὴν οἰκίαν· καὶ οἱ μὲν ἐγέλων, οἱ δὲ ἐχλεύαζον. 'Joci liberales' heic, ut apud Plinium in Panægyrico: 'Neque enim obscœna petulantia mensis Principis inerrat, sed benigna invitatio, et liberales joci.' Macrob. Saturn. II. de Augusto: 'Affectavit jo-

eos, salvo tamen majestatis pudorisque respectu: nec ut caderet in scurram:' quod ἄνευ βωμολοχίας σκώπτειν Porphyrius IV. περὶ ἀποχῆς vocat. *Pric.*

Quam commode versaris in nostra patria] Terent. III. 5. Andr. 'Quid vos? quo pacto hic? satin' recte?' ubi Donatus: 'Significatio est peregrinantis.' Casaubon. heic: *Comment vous trouvez vous en nostre pais?* Id.

Quod sciam, &c.] Id est, certe, aut, ni fallor. Lib. V. 'Quod sciam, fidei atque parciloquii mei documenta perpendisti.' VI. 'Quod sciam, soles periclitantibus ultro subvenire:' et IX. 'Non enim ovum quod scimus, illud, &c. sed pinnis et unguibus partum perfectum edidit.' Quintilianus IX. Declam. 'Quod scio, victis etiam gladiatores parcunt.' Hieronymus in Epistolis: 'Si frigus fuerit, &c. ligna non coëmam, et calidius vigilabo, vel dormiam: certe, quod sciam, vilius non algebo.' Et sæpius Tertullianus. Locutio Plautina est: 'Menechme vigila. Vigilo hercle quod sciam.' Ibidem: 'Est tibi Menechmo nomen tamen quod sciam.' *Id.*

Templis et lavacris] Consimiliter Sidonius Apollinaris Narbonæ Galliæ civitatem a delubrorum et thermarum magnificentia commendat. *Beroald.*

Utensilibus præterea poll. affatim] *Utensilium*, quod erat in Edd. Colviana prioribus, firmant quoque Cod. Paræi, et margo Guelferb. sec. ab eadem manu; sicuti passim scriptores optimi *adfatim* cum genitivo construunt. Sed *utensilibus*, ut a verbo pendeat, præbent etiam D'Orvill. Reg. Palat. Guelferb. Quomodo in Nostro variari vidimus ad lib. I. pag. 18. 'Cœnæ adfatim piscatum prospexeramus:' ubi plura dixi. De *utensilibus* seu *utilibus*, uti dicta quoque docent Pricæus aliique, sive rebus victui necessariis, adi ad Liv. lib. III. c. 42. 'Exutusque omnibus utensilibus miles.' In Oxon. et Par. est *perinde* pro *præterea*, non male. *Oud.* *Pollemus affatim*] Copia utensilium abundamus. *Affatim* adverbium est, quod admodum, abundanter, et copiose significat, ut Grammatici autumant: cujus dictionis syllaba prima acuitur, et ita Probus Grammaticus et Veteres pronunciabant: et testis est Gel. Conjungitur fere semper cum genitivo: ut 'affatim lignorum,' 'affatim copiarum,' 'affatim pecuniæ:' est apud eruditos frequentissimum, et nos in superioribus annotavimus. *Beroald.* *Utensilium præterea pollemus affatim*] 'Utensilia' (quæ cujusmodi sunt enarravit nemo) sunt copiæ, *provisions de bouche.* Tacitus (qui Nostro quasi promptuarium) Annal. II. 'Quasque copias frumenti, et omnium utensilium quæque natio penderet.' Et Annal. XV. 'Subvectaque utensilia ab Hostia, et propinquis municipiis, pretiumque frumenti minutum,' &c. In lib. XII. § 28. ff. de Instruct. vel Instrum. leg. 'Vina quoque, si qua ibi fuerint usus ipsius causa, continentur: et si quid aliud utensilium.' Seneca Epist. LXXXVII. 'M. Cato Censorius cantherio vehebatur, et hippoperis quidem impositis, ut secum utensilia portaret.' Quo loco otiose Elmenhorstius *utilia* reponebat. In Glossis Isidori dictis: 'Utensilia, viatici sumptus.' Imo vox utraque in usu, vox utraque res easdem designat. Sic in vet. Onomast. 'Utensilis, utilis, χρειώδης.' Ammianus XIV. 'Ne cedentium quidem ulli parcendo, obtruncatis omnibus, merces opimas vel utiles, &c. avertebant.' Idem lib. XXV. 'Absumptis omnibus quæ mandi poterant, utilibus, &c. furebat inedia iraque percitus miles.' Et lib. XXXI. 'Hac spe nimirum, ut, &c. multitudo hostium, &c. periret inedia, cunctis ad vivendum utilibus in validas civitates comportatis.' Aurelius Victor de Actuariis in Vita Galieni: 'Genus homi-

num nequam, venale, callidum, &c. annonæ dominans: eoque utilia curantibus, et fortunis aratorum infestum.' *Pric.*

Certe libertas otioso, et negotioso, &c.] Nihili est *libertas otiosa, et negotiosa Romana frequentia.* At male vitium latere credidit doctiss. et celeb. Bayerus in voce *Romana*, pro ea in Epist. ad La Croze t. I. p. 25. legens *Romano.* Veram correctionem viderunt jam olim Beroaldus ac Beciche-mus Ep. LXIII. 'libertas otioso, et negotioso quidem advenæ Rom. frequentia, modesto vero hospiti quies villatica:' quo faciunt non solum Codd. Florent. et Ed. Junt. post. sed et Regius, Fux. *negociacio.* Libertas hic est plane otioso advenæ; at præterea ei, qui negotia vult gerere, hic tanta est hominum frequentia, quasi Romæ esset. Præterea non *otioso* solum, sed *modesto* hospiti quies est, et secessus, quasi esset in villa. Male *negotiosa* contra Colvii monitum revocarunt Elmenh. ac Pricæus. Sed primæ vocis lectio me suspensum tenet. Nec enim displicet, quod habent Edd. ante Colv. nec mutat Beroaldus, *certa libertas;* quia libertas æque requirere videtur adjectivum, ac *frequentia* et *quies.* Verum Mss. O. præter Pithœanum, cum Ed. Junt. post. præbent *certe*, sive *quidquid sit, saltem.* Nec illepida est conjectura Roaldi, vel lectio Fux. Cod. *cetera*, pro ceterum, porro: de quo agam ad lib. X. p. 220. 'possumus omnia quidem cetera fratres manere.' Sed præcessit *ceteris.* Dein *adveniente* Pith. in Palat. *villitica.* Oud. *Certa libertas*] Laus illa est maxima civitatis, in qua sit libertas certa, æquaque tam civibus quam peregrinis. 'Vult,' inquit Arist. lib. IV. Politicorum, 'lex popularitatis pares esse divites et pauperes, et utrosque juxta æquales:' popularis enim libertas est, ut idem in VI. refert, propositum popularis reipub. est libertas, quæ, ut jurisconsulti memorant, inæstimabilis res est: de qua Plautinus leno sic: 'Ædepol libertas lepida res.' Prisci festivitatem Libertatis colebant, 'Eleutheria,' quasi dicas 'liberatoria,' appellantes. Plautus in Persa: 'Basilice agito Eleutheria.' *Ber.* *Otiosa*] Pulchrior sensus est, si legas, *Otioso et negotioso quidem advenæ*, hoc intellectu: Otiosis hominibus in Hypata est certa libertas: negotiatoribus vero advenis, qui frequentia gaudent, hic videtur esse tam frequens multitudo, quam Romæ convisitur: vel quod Hypatam negotiatores quoque Romani frequentes colerent: nihil tamen immuto ex priori lectione, cujus sensus subsistit. *Idem.*

Quies villatica] Mirificum optimæ urbis præconium, in qua hospites et alienigenæ ea quiete et otio degunt, qua in villa perfruuntur. Officium autem peregrini et incolæ est, ut præcipit M. T. nihil præter suum negotium agere, minime in aliena esse Repub. curiosum. *Idem.*

Provincia] Thessaliam significat, ubi erat Hypata. *Idem.*

Secessus] Legas etiam *successus* in Fux. et D'Orvill. Sed male, ut contra Brantium jam docuit Pricæus; et Casaub. ad Suetonium, qui sæpius per *secessus*, ut hic, capit loca amœna, quo voluptatis caussa, urbium frequentiam et negotia vitantes secedimus. Sic et Tacit. lib. XIV. Ann. cap. 16. 'Secessus amœnos promittens:' et passim. Sed elegantius verbum *sumus* omittit Ms. Paræi. *Oud.* *Omni denique Provinciæ voluptarii secessus sumus*] Salvianus l. VII. 'Nemini dubium est Aquitanos omnes populos medullam fore omnium Galliarum, et uber totius fœcunditatis: sed,' (melius, *sed et*) 'quæ præponi interdum fæcunditati solent, voluptatis, jucunditatis, pulchritudinis.' Pro *secessus*, vir doctus ex Ms. *successus* reponebat: at nil mutatione opus. *Secessum* Noster vocat quem

Cassiodorus *digressionem*. Ita de Campanis ille XII. 22. 'Urbis regiæ cella penaria, voluptuosa nimis, et delicata digressio.' *Pric.*

Ad hæc ego] Recte Vulc. Ed. sec. Elmenh. et seqq. restituerunt participium, quod exciderat Edd. Basil. Agnoscunt id Mss. O. et Edd. Vett. Adi ad lib. I. p. 16. 28. 'Ad hæc ego subjiciens.' Dein in Edd. primis vitiose est *magna* pro *magis*, quod rescripsere ejus monitu Juntæ, &c. Tum *cæca* prave in Bas. pr. *Oud.* *Ad hæc ego subjiciens, &c.*] Supra lib. I. 'Ad hæc ego risum subjicio:' sic enim legendum monuimus. *Pric.*

Magna] Lego *magis*. Beroald.

Oppido] Valde: Veteres *antigerio* dicebant, in eadem significatione. Sed verba quæ ab ultimis et jam obliteratis sunt repetita temporibus, ea omittere debemus, si Quintiliano præcipienti credimus, qui ait, nihil esse odiosius affectatione. *Idem.*

Cæcas et inevitabiles latebras Magicæ disciplinæ] Olim ad Apolog. pag. 80. dixi. *Pric.*

Sed et bustis et rogis] Vir doctus in margine exemplaris mei Ed. Junt. post. malebat, *sed ex b.* contra Appuleii stylum polysyndeton amantis sexcenties. Pricæus etiam sine necessitate conjecit, *sed et a b.* Dein Fux. *exitiales.* Oud. *Ex bustis et rogis*] 'Bustum' proprie est locus, in quo mortuus est combustus et sepultus. Dicitur 'bustum,' quasi 'bene ustum.' Aliquando 'busta' sepulturam vocamus. Serv. pyras, busta, et rogos ita discriminat: 'Pyra,' inquit, 'est lignorum congeries, rogus cum ardere cœperit, bustum vero jam exustum vocatur:' quem ordinem servat Virg. dicens: 'Ter circum accensos decurrere rogos:' item: 'semiustaque servant Busta.' Donatus vero sic refert in XI. Æneidos commentario: 'Busta sunt,' inquit, 'loca in quibus busta arserunt: primo enim pyra dicuntur, et rogi: postea busta vocitantur, ubi arserunt.' Apud Solonem pœna ex lege constituta est, si quis bustum violaverit, dejecerit. Bustum putat appellari M. Tul. quod Græci *tumbam* vocant. A busto, *bustuarii* gladiatores dicti, qui ante sepulchra depugnare solebant. *Beroald.*

PAG. 34 *Cadaverum*] Apud Lucanum Erichto, magarum formosissima, ossa ardentia ex mediis rogis rapit, ferales quoque vestes colligit; eadem desævit in artus defunctorum: 'Immergitque manus oculis, gaudetque gelatos Effodisse orbes, et siccæ pallida rodit Excrementa manus.' Ubi annotandum, a Lucano 'excrementa manus' dici, quæ alii *resegmina* vocant, et *præsegmina:* hoc est, excrescentia purgamenta, quæ ex unguibus eminulis subinde resecantur. Magi, ut tradit Plin. lib. duodetrigesimo: 'resegmina unguium ex pedibus manibusque cera permixta tertianæ vel quartanæ febri mederi dicunt.' Idem jubet, resegmina unguium ad cavernas formicarum abjici, eamque quæ prima cœpit trahere correptam subnecti collo, et ita discuti morbum febris. Idem Plin. ait, magos omnia esse persecutos usque ad resegmina unguium. Plaut. in Aularia: 'Quando ipsi pridem tonsor ungues dempserat, colligit omnia, abstulit præsegmina.' Præterea Democritus commentatus est, et Apollonius scripsit, ossa defunctorum esse efficacissima ad quosdam morbos. Artemon ait: 'Calvaria interfecti aquam fontanam si quis propinet, comitialibus morbis mederi: quidam ex eadem calvaria suspendiosi hominis catapotia fecerunt, contra canis rabidi morsus.' *Idem.* *Sed et bustis et rogis reliquiæ quædam, et cadaverum præsegmina, &c.*] Onomast. vetus: 'Præsegmina, ἀποκόμματα.' Fulgentius: 'Præsegmina sunt partes corporis incisæ: ut Tages in Haruspicina: Præsegminibus amputatis.' Hesychius: Τομία, τὰ ἀποτμήματα καὶ ἀκροτηριάσ-

ματα τοῦ νεκροῦ, &c. vide et in Τυμβάδες. Apud Quintilianum XV. Declamat. 'Tumulos, busta scrutari, et amputatis cadaveribus ipsas in scelus armare manus,' &c. Lucanus de Venefica: 'Et quacunque jacet nudum tellure cadaver, Ante feras volucresque sedet.' In verbis Quintiliani legendum *ipsis*: neque aliud enim videtur velle quam quod Appuleius heic: 'Ne mortuorum quidem sepulchra tuta dicuntur,' &c. In Appuleio enim fortasse scribendum, *Sed et a bustis, &c.* Pric.

Et cantatrices aniculæ] Reg. Fux. *etiam*. Dein miror, neminem interpretum hic aliquid variationis adnotasse, cum vox *aniculæ* non compareat, quantum sciam, in ullo Ms. præter Pithœanum forsan, nec Editione ante Basil. pr. sed *anus*, quod sine idonea auctoritate non fuerat mutandum; ut p. 40. 'cantatrices anus.' Vide ad Suetonii Ner. c. 11. 'anusque matronas.' Plin. lib. XV. c. 19. 'Anusque ficus distillant gummi modo lacrimam.' In nota N. Heinsii mox laudanda citatur *aviculæ*, typographi, ut opinor, errore. *Oud.*

Choragii funeris] *Choragi* Fux. Edd. Junt. pr. Ald. *coragii*. Sed adi Beroaldum, et Comment. ad lib. IV. in f. 'feralium nuptiarum choragium:' et, 'Choragio perfecto.' Dein *funeris* male exaratur in Mss. plerisque et Edd. ante Scalig. sive Vulcan. sec. Fulviano Cod. adstipulatur Florent. cum N. Heins. ad Petron. cap. 54. p. 262. vel 347. Sæpe littera *b* in hac voce elapsa est. Vide me ad Suetonii Aug. c. 19. *Idem.* *Choragii fun.*] Apparatus funebris. Pensitata diligenter et solerter significatione hujusce vocabuli, animadverti, *choragium* generali vocabulo dici instrumentum atque apparatum: unde 'choragium gloriæ' in IV. Rhetoricorum ad Herennium: 'choragium scenæ,' apud Festum: 'choragium funeris,' apud Appul. pro instrumento scilicet apparatus. Fulgentius Placiades non satis scienter et recte 'choragium' accipit pro virginali funere, super quo copiosius in secundo Suetonii commentario. 'Choragus' autem significatur præfectus choragii, pro, expensæ suppeditator, choreæ princeps, necnon chori conviviique magister: ut apud Plaut. in Persa scribentem: 'Ornamenta ab chorago sumito:' item in Trinummo: 'ipsa ornamenta ab chorago sumpsit suo periculo.' Appul. in apologia, 'choragium thymelicum' appellat: intelligi volens instrumentum scenicum et histrionicum apparatum. Vitruvius in V. de architectura, præcipit porticus post scenam constituendas esse, ut cum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus quo se recipiat ex theatro: 'Choragia laxamentum habeant ad comparandum, uti sunt porticus Pompeianæ.' *Beroald.*

Perpeti celeritate] *Præpeti* legendum esse, jam olim vidit et monuit Beroaldus, quem vide, item Lipsius e suo Cod. corrigendum adlevit margini Ed. Colv. ac bene paruerunt Elmenh. et sequentes, excepto Pricæo. Suffragantur quoque Pal. et Fux. cum Salmasio. Vulgatum ante *perpeti* sive *perpetua*, ut p. 35. 'perpetem noctem:' in Flor. N. 17. 'silentio perpete,' hic locum non habet, sed *præpeti* sive *veloci*. Nam male Brantius explicat. Virgil. Æn. v. 255. 'præpes rapuit Jovis armiger.' VI. 15. 'Præpetibus pennis ausus se credere cœlo:' ibique Serv. Claudian. lib. I. in Rufin. vs. 264. 'præpete cursu.' Auson. Ep. 146. 'Puer notarum præpetum.' Et *præpetes* in augurio *aves*, de quibus alibi Appuleius, quis nescit? Hinc Perseus vocatur *subitus* et *tantus* præpes Lucano lib. IX. 662. 688. ubi in uno alterove Cod. est quoque *perpes*. Contra in Ausonii Epigr. de Fastis: 'Digessi

et fastos et nomina perpetis ævi:' in vetustissimis etiam Vossii membranis et aliis legitur *præpetis*. Vide ibi Comment. et Schwarz. ad Genethl. Mamert. cap. 3. 'perpeti cura:' et Burm. ad Catal. t. I. p. 7. 'præpete nimbo.' Solin. c. 27. 'Qua invitantis dolo pastus,' sc. avibus, 'necem præpetem aucupentur.' Sic Mss. vel *perpetem*. Præfero tamen Salmasianum, *invitantis d. p. n. præpetum*, sc. avium. Idem male, *quæ aucupetur*. Tum frustra *antevertunt* D'Orvill. *Oud.* *Perpeti*] Perpetua, continua, durabili: *perpetem* enim Veteres pro *perpetuum* dixerunt. Plautus in Amphitryone: 'Nisi item unam verberatus quam pependi perpetem:' sed hoc in loco legere malim *præpeti celeritate*, quasi veloci et strenua: sicut a Virg. dictum est, 'Præpetibus pennis:' item alibi, 'præpetis omina pennæ:' quod vocabulum augurale est, ut Hyginus tradit. 'Præpetes' enim vocantur aves, quæ volatu futura prædicunt, quasi superiora petentes: quæ cum sint boni augurii, ut docet Ser. ideo dixit Maro 'præpetibus pennis,' pro felicibus. Hyginus ait, 'præpetes' aves ab auguribus appellari, quæ aut opportune prævolant, aut idoneas sedes capiunt. Locos quoque 'præpetes,' quod idonei felicesque sint, augures appellant. Et Ennius in annalibus dixit: 'Præpetibus hilares sese pulchrisque locis dant.' Item: 'Brundusium pulchro procinctum præpete portu.' Trimatius poëta Victoriam volucrem præpetem appellavit, hoc versu: 'Dum dat vincenti præpes victoria palmam.' Discrepant a præpetibus avibus inferæ aves, auctore Nigidio Figulo: ex quo est conjectare ut Auli Gellii verbis utar, 'præpetes' appellatas, quæ altius sublimiusque volitent. Homer. præpetes alites appellat τανυπτέρυγας· id est, ingentibus alis patulas atque porrectas. *Beroald.*

Antevortunt] Sensus est, Aniculæ magia pollentes, celeritate quadam pernicissima, dum apparatus funebris instruitur, dum necessaria ad funerandum præparantur, præripiunt anticipantque alienam sepulturam. *Id.*

Istic] Hypatæ, et in tota Thessalia. *Idem.*

Nescio quis] De ignoto homine, et ignobili, sic loqui consuevimus. Plautus: 'Certe enim hic nescio quis loquitur.' M. Tul. in Orationibus: 'Nescio quis iste Ligus, additamentum inimicorum meorum.' *Idem.*

Ore deformato] Lib. I. 'Alium in arietem deformavit.' *Elmenh.* Et sæpe. *Oud.* *Omnifariam*] Ex omni parte: adverbium est: 'omnifariæ' disciplinæ dicuntur omnis generis, sicut et 'multifariæ.' 'Multifariam' dixerunt Antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat. *Beroald.* *Deformato*] Dehonestato, devenustato, depulpato: alias formato, figuratoque. 'Deformare' enim modo est polluere, et dedecorare: alias per formas designare, ut apud Vitruvium oppido quam frequenter in hac significatione. Cic. in III. de Orat. 'deformatam Rempub.' dixit. Virgil. 'horrida vultum Deformat macies.' *Idem.* *Et nescio qui simile passus, ore undique omnifariam deformato truncatus est*] Seneca in de Ira III. 17. 'Oris truncati mutilatique deformitas.' Pro *est*, in Auctore nostro videtur *adest* legendum. *Pric.*

Per convivium totum illicentiosus cachinnus effunditur] Uti Colvius hanc periodum edidit, sequentibus editoribus ceteris, habent sane Mss. Lips. Flor. D'Orvill. Reg. Guelferb. Pal. Oxon. Par. aliique. Verum tunc, ut bene monet Pricæus, scribendum foret *licentiosus*. Quare puto illam lectionem interpolatoribus deberi, et cum egregia illa Ed. Juntarum posteriore scribendum esse: *Conv. tot. in licentiosos cachinnos eff.* quod etiam postea vidi a Salmasio libri sui margini adpictum esse. *Convivium* po-

suit pro *conviviis*, ut 'convivii decretum' pro 'convivarum' Curt. l. VIII. c. 5. Min. Fel. c. 9. Sulp. Sev. l. II. 13. 'convivium calere' vel 'incalere' dicitur. Et sexcenties in similibus fit: ac quidam legunt in Suetonii Ner. c. 38. 'Sermo convivii.' Sed male illic, ut docui 'Effundi in cachinnos' dixit, ut Sueton. in Aug. c. 98. 'Cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est.' Cal. c. 32. 'Lautiore convivio subito effusus in cachinnos.' Immo Noster ipse supra p. 30. 'in clarum cachinnum videret effusos.' Quid multa? Idem vult Auctor, quod lib. X. p. 222. 'Interim convivium summo risu personabat.' Contra passim 'effundi in lacrymas,' 'questus,' 'gemitus,' &c. Confer Burmann. ad Val. Flacc. lib. VII. 34. 'Talique effunditur ira.' De voce *licentiosus* adi Pricæum. *Oud.* *Illicentiosus cachinnus*] Scribe *licentiosus.* Sic IV. 'lamentiones licentiosas:' V. 'licentiosi amplexus:' et ibid. 'licentiosa temeritas.' Gloss. 'παῤῥησιαστικὸς, licentiosus.' *Pric.* *Licentiosis cachinnis*] Solutiore risu, et sonantiore. *Beroald.* *Obtutus*] Oculi. *Idem.*

Ora et obtutus in unum, &c. conferuntur] *Conferunt* non est nisi in Edd. Ber. et Bas. utraque, refragante constructionis nexu. *Conseruntur* Pith. Ed. Vic. Male. Idem est 'conferre ora in unum,' ac 'conjicere in unum oculos.' Vide ad Liv. lib. III. 35. De *obstinatione*, sive perseverantia eorum adspectus in se, consule quoque Sciopp. lib. I. Lect. Susp. c. 6. Jam præcessit *obtutus*. Oud. *Secubantem*] Seorsum, sejunctimque cubantem. Id enim significat secubare. Amatores secubant, hoc est, sejunctim disseparatimque dormiunt, causa religionis et castitatis. Ovid. 'Secubat in vacuo sola puella toro.' Livius: 'Nolle eam mirari, quod per aliquot noctes secubuisset.' *Beroald.*

Obstinatione] Id est, aspectu obfirmato et immobili. *Idem.* *Qui cunctorum obstinatione confusus, &c.*] Horatius: 'Quid iste fert tumultus? aut quid omnium Vultus in unum me truces?' Philostratus IV. 6. Αἰδῶ ἐσπάσατο, πάντων εἰς αὐτὸν ἐστραμμένων. Hesychius: Κατῄδεσαν αὐτόν· αἰσχυνθῆναι αὐτὸν ἐποίησαν. Infra lib. III. 'Sic omnium oculis, &c. denotatus, impos animi stupebam.' *Pric.*

Indigna murmurabundus] *Indigne* Reg. Fux. Guelf. sec. et Oxon. cum Ed. Scriverii. Perperam, ut monuit jam Pricæus. Amat Græcissans auctor Adjectiva neutra pro Adverbiis. Vide ad lib. III. p. 62. 'crebra nos tundentes.' Dein Reg. Fux. item vitiose *mirabundus*. Oud. *Indigna murmurabundus*] Χολωσάμενος φρέσιν ᾗσιν. 'Irritato animo indignabundus,' ut apud Gellium XIX. 9. ille. Virgilius de ventis: 'Indignantes magno cum murmure.' Palat. et Oxon. Mss. *indigne m.* at illud *indigna* Græcum est, et ideo Appuleianum satis. Pro *murmurabundus* male alius Ms. *mirabundus.* Ovidius: 'Iram vultus habet, pro verbis murmura reddunt.' Seneca Apocol. 'Excandescit, &c. Claudius, et quanto potest murmure irascitur.' *Pric.* *Indigna murmurabundus*] Ob indignationem murmurans, archaismos est. *Murmurabundus* autem, ut alibi docuimus, non tam dicitur murmuranti similis, quam immodice et intemperanter murmurans: sicut nomina in *bundus* desinentia fere semper demonstrant largam copiam, et fluentem, et quasi abundantiam rei unde inclinantur. *Beroald.*

Telephron] *Theliron* Oxon. Fux. Guelf. pr. D'Orv. hic et infra. *Cheliron* Pith. *Teliron* Palat. *Telephoron* Ed. Beroaldi, *Telepheron* Bas. pr. *Thelephron* bene, sive benevola mente. Dein *Byrr. dixit*, Oxon. *Oud.*

Subsiste paulisper] Cum Telephron vellet exsurgere, merito dixit matrona Byrrhena, *subsiste:* hoc est, cohibe te et contine. *Beroald.*

Remetire] Renarra, repete. Trans-

latio ab his quæ pondere et mensura metiri solemus, ac remetiri: dixit Virg. 'pelagoque remenso Improvisi aderunt.' *Idem. Fabulam istam tuam remetire*] Lib. IX. 'Non cessat obtundere, totam prorsus a principio promeret fabulam.' *Pric.*

Filius meus] Nomen amoris et affectus. *Lucius.* Appuleium intelligit. *Beroald. Ut filius iste meus Lucius lepidi sermonis tui comitate fruatur*] Apud Achillem Tatium lib. VIII. Λέγω πρὸς αὐτὴν (Leucippen), Οὐκ ἐρεῖς ἡμῖν τὸν μῦθον τῶν τῆς Φάρου λῃστῶν, &c. ἵνα σου καὶ ὁ πατὴρ ἀκούσῃ; 'Lepidi sermonis,' ut initio lib. I. 'Auresque tuas lepido susurro permulceam.' *Pric.*

In officio manes sanctæ, &c.] Mirum est, Mss. tantum non omnes cum Edd. Vett. exhibere *mones.* D'Orv. *moves.* Sed *manes* bene jam edidere Juntæ. Adi Pricæum. Liv. XXVIII. 24. 'Exercitus in officio mansit.' Passim 'in amicitia,' 'fide,' 'fœdere,' 'litteris' manere. An *mones,* sc. me, *officio tuæ pietatis* erga Lucium; ut *in* abundet, ut sæpe. *Oud. Tu quidem in officio manes, &c.*] Lib. V. 'Vos quidem carissimæ sorores in officio vestræ pietatis permanetis.' Cicero ad Atticum: 'Quod verita sit ne Latinæ in officio non manerent.' Tacitus Annal. III. 'Pauci equitum corrupti, cæteri in officio mansere.' Terent. Phor. IV. 5. 'Nos nostro officio nihil digressos.' Egesippus IV. 9. 'Clypeis se tegebant, manentes in officio.' Vide et I. 17. § 16. ff. de Ædilit. edict. *Pric.*

Sic ille commotus] Sic Telephron dixit, indignatione percitus, et bile commotus. *Beroald.*

Instantia Byrrhenæ] Expressit Elmenh. scripturam Cod. Florentini. At *instanti Byrrhænæ,* quod æque in plerisque est Mss. ac Vett. Edd. non habet unde construatur. In D'Orv. est *instanti Byrrhæna.* Quod exponi potest: Telephron perfecit, ut vellet, pro, volebat Byrrhæna, instante illa. At rectius cum Lipsio ad marginem emendavit Colvius, quod receperunt omnes; immo et legitur in Regio, et Par. Vide illum ad lib. VII. p. 141. 'Instantia validiore.' Lib. VIII. p. 157. 'Instantia pervicaci.' Lib. XI. p. 253. 'Meam differens instantiam:' pag. 260. 'Numinis premebar instantia:' et sæpissime, ut patet ex Indice. Solin. p. 12. 'Ille ut instantia urgueat tarditatem.' Pro *quæ* in Ed. Vicent. est *quive.* Forte legendum: *q. eum cum adj.* Nam *eum* est quoque in Lips. Palat. Ed. Junt. post. Adi ad Cæs. V. B. G. 58. 'Cum contumelia.' In Pal. *salutis suæ.* Oud.

Adjuratione suæ salutis] Lib. IX. 'Suam, suorumque carorum salutem, &c. adjurans.' Et VIII. 'Per salutem Geniosque vestros.' *Pric.*

Ingratis] Non ultro, et nolentem, et quasi reluctantem adegit, ut fabularetur. 'Ultronea,' ut inquit Donatus, 'grata sunt: ingrata, quæ ab invitis fiunt, ac recusantibus.' *Ingratus* dicitur invitus et coactus, ut apud Terent. in Eunucho: 'Opus faciam ut defatiger, usque ingratus ut dormiam.' *Beroald.*

Aggeratis in cumulum stragulis] De hoc more adi Bourdelot. ad Heliod. p. 29. Ed. Par. in 8vo. Pricæus vel ita, vel *aggestis* malebat prius legi. Sed recte in Addendis sententiam mutavit. Nam 'aggerare' est aggerem vel cumulum quavis ex re facere. Plura de hoc verbo dicemus ad lib. IX. p. 193. 'In erectum aggerata cumulum:' ut est in Mss. Vulgo: *in rectum aggreg.* quo loco simul liquet, male ex eodem codice *tumulum* contra ceteros Msstos prætulisse Wowerium, quem miror secutos tamen esse posteriores editores. Curt. lib. VI. c. 6. 'Aggerari arbores jubet, celeriterque stipitibus cumulatis.' Perpetua est harum vocum confusio. At *cumulus* factus, *tumulus* naturalis ple-

rumque. Vide ad Liv. lib. x. 29. Infra lib. vi. p. 118. 'Montis petit tumulum :' ad Cæs. lib. vi. B. G. c. 17. 'Harum rerum exstructos cumulos.' Solin. p. 11. 'Arenarum cumulis contegunt :' ubi Salm. reposuit e Mss. *tumulis*, ut sane legitur etiam in vetustissimis duobus Leidd. At vide Struchtmeyer. Observ. pag. 128.' *Oud.* *Aggeratis in cumulum stragulis*] Nec male *aggestis* scribas. Lib. i. 'Grabatulo pone cardines supposito atque aggesto :' at bene Cod. Palat. *aggregatis*. Lib. ix. 'In rectum aggregata cumulum.' In veteri Onomastico : 'Aggrego, ἐπισυναθροίζω.' Potest permitti tamen *aggeratis*. Infra hic lib. iv. 'Spinetis quaqua versus aggeratus.' Glossæ : Ἐπισωρεύω : Coaggero, congero, cumulo, &c. *Pric.*

Effultis in cubitum] Probat *effultus* Pricæus, quem omnino vide, inter alia citantem Propert. lib. i. El. iii. 34. 'Sic ait in molli fulta toro cubitum.' At ibi in Mss. et Edd. est *fixa :* quod non mutandum esse, ut Passeratius, Grævius, et Heinsius volunt, in *nixa*, docet Nostri locus lib. x. p. 223. 'Me mensam accumbere subfixo cubito :' ubi consule Beroald. et Pric. Magis firmat locus Claudiani Cons. Prob. et Olybr. vs. 114. 'Arbore fultus Adclines humeros.' Adde me ad Lucan. lib. v. 316. 'Stetit aggere fultus Cespitis.' Verum tamen illic plerique Mss. dant *fulti*, ut hic in ceteris Codd. legitur : *stragulis effultis in cubitum*, sive quibus aggestis cubitus *suffulciretur*, ut lib. x. p. 225. Nec temere quid mutandum, evincit locus Silii lib. xiii. 813. 'Culmique stramine fultum Pressit læta torum.' *Oud.* *Effultis in cubitum*] Mos est sermocinaturi in convivio, ut sese componat ad dicendum, ut aggerem quasi quendam faciat ex veste stragula et mensali, cubitumque effulciat : sicut apud poëtam : 'Æneas medio stans aggere fatur.' *Beroald.* *Et effultis in cubitum, &c.*] Sic editi omnes, quasi nempe de stragulis lecti Appuleius loquatur : sed, nisi animi fallor, *effultus* scribendum. Servius ad vi. Eclog. 'Apud Veteres unusquisque eo, super quod jacebat, fultus dicebatur.' Lucilius iii. 'Et pulvino fultus.' Lucianus Asino : Κατακλίνεσθαί με ἐπὶ κλίνης, ὥσπερ ἄνθρωπον ἐπ' ἀγκῶνος, ἐποίησεν. Hesychius : Ἀπηγκωνισμένος, ἐν σχήματι τὸν ἀγκῶνα ἀποτετακώς· Suidas : Διαγκωνισάμενος, ἐπ' ἀγκῶνος καθίσας. Clemens Pædag. ii. 7. Ἀμετασάλευτοι, τοῖς ἀγκῶσιν ἐρηρεισμένοι. 'Levato in cubitum corpore,' Curtius lib. iii. dixit. Philo μετεωρίζειν ἑαυτὸν, καὶ τὸν ἀγκῶνα πήγνυσθαι. Hegesippus i. 45. de Herode : 'Paulisper sese attollens, cubitoque adnixus :' et passim apud Scriptores hic habitus loqui incipientis. Homerus : Ὀρθωθεὶς δ' ἄρ' ἐπ' ἀγκῶνος, κεφαλὴν ἐπαείρας, Ἀτρείδην προσέειπεν, &c. ubi et ad verbum ὀρθωθεὶς advertendum. Gloss. vett. excerpt. 'Fulciri, ἀνορθωθῆναι.' De Christo Nonnus : Καὶ παλάμης ἀγκῶνα παλινδίνητον ἐρείσας, Ἀκρότατον περὶ κύκλον ὁμοστόργοιο τραπέζης, Εἶπεν ἑοῖς ἑτάροις, &c. Herodianus de Marco Imperatore : Ἠσυχῇ τοῦ σκίμποδος κουφίσας ἑαυτὸν, τοιούτων λόγων ἦρξατο. Petronius : 'Erectus in cubitum hac fere oratione contumacem vexavi.' Ovidius Metam. viii. 'Quem, facta audire volentem Mira Deum, nixus cubito Caledonius amnis Talibus alloquitur.' Cornel. Nepos de Attico : 'Hos ut venisse vidit, in cubitum nixus : Quantam, inquit, curam diligentiamque,' &c. Lucianus in de Luctu : Ἂν λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ἐπιστραφεὶς, ἀνακλίνας αὐτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ ἂν οἰόμεθα δικαιότατα αὐτὸν εἰπεῖν ; Propertius i. 3. 'Sic ait, in molli fulta toro cubitum.' *Pric.*

Suberectusque in torum] In Ms. Bertin. et Edd. Vicent. Junt. pr. *suberectisque*, Bas. pr. *subrectisque*, Ms. Guelf. pr. *subereptisque*, Par. *surrep-*

tusque. Oxon. Fux. *subrectusque*. Recte se habet vulgatum, sive leviter erectus. De hac voce vide Drakenb. ad Liv. lib. VIII. c. 8. 'subrecta cuspide.' Ovid. lib. IX. Met. 516. 'In latus erigitur, cubitoque innixa sinistro:' et Burm. ad lib. VII. 344. 'Cubito tamen adlevat artus.' Petron. c. 132. 'Erectus in cubitum,' &c. Fulgent. Mythol. lib. I. p. 608. Ed. Stav. 'Adstiti, propter ergo erectus in cubitum.' *Oud.* *Suberectusque in torum*] Hesychius: Ὀρθωθεὶς, ἀναστάς. Qui id ex parte facit, se suberigit: est itaque quod Luc. 7. 25. ἀνακαθίζειν. *Pric.*

Instar oratorum] Fulgentius Placiades de continentia Virgiliana: 'Itaque compositus in dicendi modum, erectis in iotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verba exorsus est.' Hunc librum memini exstare apud amicum meum Paulum Mismetium Gulielmium Batavum, juvenem eruditum. *Colv.* Hunc morem explicat Joseph. Stephanus, episcopus Vestanus, lib. de oscul. ped. Rom. Pont. cap. 16. *Merillius.* Reg. Guelf. pr. et Edd. Vett. cum Edd. Colv. Vulc. *et instar*. Sed in ceteris Mss. item Edd. Junt. post. Wow. Elmenh. &c. *et ad instar*. Verissime. Adi ad lib. I. pag. 19. 'ad instar solitudinis.' Dein *consulis* Ed. Ber. et *digitos* Reg. vitiose. *Oud.*

Conformat articulum] Manus oratoris, sine quibus (ut inquit verissime Quint.) trunca est actio ac debilis, innumeros motus habens, ipsam verborum copiam persequentes, immo (ut ita dicam) ipsæ in oratore manus loquuntur: cujus gestus ille maxime comis est, quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicitis tribus: duo quoque medii digiti sub pollicem veniunt, et est hic adhuc priore gestu instantior, principio et narrationi accommodatus: interdum tres contracti pollice premuntur: digitusque ille index nominatus, qui est pollici proximus (qui exprobrando et indicando, unde et nomen est, potissimum valet), explicari solet: quo usum optime Crassum Cicero dicit. Nunc Lucius noster ait, ita conformatam oratoris manum, ut duo digiti infimi, minimus scilicet et minimo proximus clauderentur, cæteris discapedinatis et exporrectis: nam talis quoque gestus dicturo convenit. *Beroald.*

Eminentes porrigit] *Eminus porrigens* exhibent, et Pithœanus, et Edd. omnes ante Colvium, cui tacite alterum rescribenti tamen suffragantur plerique Codd. nisi quod in Palatino, et Guelf. pr. sit *eminens porrigit*. In Florent. est, ut notavit Lindenbrogius: *eminens porrigens*. Hinc cum Ill. Heinsio, quem vide ad Ovidii lib. V. Met. vs. 450. emendandum reor: *eminulos porrigens*. Prudent. Carm. III. περὶ στεφ. 'eminulis digitis tangere.' Lucil. lib. III. 'Dente adverso eminulo:' et lib. XVII. 'Dentem eminulum unum:' apud Nonium de Propr. Serm. V. 'Bronci et Compernes.' Plura dabit Cortius ad Plin. lib. V. Ep. 6. § 15. 'In porticum latam et prominulam.' Quomodo e Mss. multis antiquissimis legendum in Mart. Capell. lib. III. p. 58. 'Labris prominulis.' Vide et ad Flor. N. 3. 'Promulsis vel prominulis caproneis.' Verum esse *porrigens*, patet e seq. participio. *Oud.*

Infesto pollice] Sive exserto et supinato, a re gladiatoria vocabulo ad oratoriam translato: quod et fecit Quinctil. lib. XI. Inst. c. 3. p. 1024. Ed. Burm. 'Manum infesto pollice extendit.' Proprie in Pith. Epigr. p. 32. 'Sit licet infesto pollice turba minax.' Vide Lips. lib. II. Sat. c. 22. Inepte igitur D'Orleans ad Tac. XI. Ann. p. 575. reponere conatus est *manifestato*. Effigiem Polyhymniæ, dextram ad orationem componentis, Nostro similem, vide apud Sponium in Miscell. p. 44. N. 7. *Idem.* *Infesto pollice*] Erecto, et quasi minaute:

pollet enim plurimum in tota manu pollex: unde et nomen, ab eo quod polleat, accepit: apud Græcos ἀντίχειρ vocatur, quasi manus altera. Præcisis pollicibus militia removentur, ut inutiles; hinc apud Rhetores famigerata est illa *achromos*, id est, sine colore controversia: Decem milites belli tempore pollices sibi amputaverunt, ne militare possent: Rei sunt læsæ reipublicæ. Scribit Ammianus Marcellinus, quod nemo ex Gallis pollicem sibi præcidit unquam, munus Martium pertimescens: hos localiter murcos appellant, quasi ignavos, ut opinor, et desides: namque et prisci Murceam Deam vocaverunt, quæ faceret hominem (ut ait Pomponius, et narrat Augustinus) murcidum, id est, nimis desidiosum. Olim, ut apud Historicos scriptum legimus, Athenienses pollices præcidi jusserunt Æginetis, ut rei nauticæ inhabiles redderentur: classe enim valebant. *Beroald.*

Clementer subrigens] Optime Pricæus, [&c. Vid. Not. Delph.] Verissime, et nihili hic est vulgare *subrigens*. Lib. I. pag. 13. 'Ad hæc ille subridens inquit.' Unde adparet, e Mss. in Virg. lib. X. Æn. 744. leg. *ad quæ subridens*, cum Heinsio, et in Catal. Burm. tom. I. p. 667. 'Subrides si virgo:' quod ibi jam occupavit Bondtius cum Burmanno. Lib. X. p. 234. 'Dulce subridens constitit amœne.' Et ita sæpius alii. *Oud.* *Infesto pollice clementer subrigens*] Quintilianus II. 3. 'Manum infesto pollice extendit.' Est quidem Græcis 'subrigere, ἀνορθοῦν, ὑποστηρίζειν:' at non huc quadrat acceptio ea: quid ergo est? quid aliud, nisi hanc falsam lectionem esse, inque locum ejus (quod et mihi in mentem venit) *subridens* ex Oxoniensi reponendum? *clementer subridens* heic, ut e converso lib. VI. 'amarum subridens.' In vetere Onomastico: 'Subrideo: ὑπομειδιάω.' Gloss. Philoxeni: 'Ὑπομειδιῶ. Subrideo.' *Pric.*

Infit] Modo incipit, modo loquitur significat. Virg. 'Infit, eo dicente Deum domus alta silescit.' Item: 'Et Venulus dicto parens ita farier infit:' apud Plautum in Rudente: 'Infit lenoni suadere.' *Beroald.*

Mileto] Civitas est Ioniæ caput, Lelegeis antea et Anactoria nominata, super octoginta urbium genitrix. Ex Mileto fuerunt Thales, unus de septem sapientibus, et Anaximander, et Anaximenes. Item Hecatæus historicus, et Æschines orator. Proverbium est apud Aristophanem, et Græcos, de Milesiis, πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι, olim fortes fuere Milesii: cum amplius non essent, utpote luxu emolliti, enervatique. Altera quoque parœmia celebratur οἴκοι Μιλήσια, id est, domi Milesia: de his qui delicias intempestiviter, neque ubi convenit, ostentant: nam cum Aristagoras Milesius Lacedæmonem venisset, rogans ferre suppetias Ionibus bello Persarum pressis, concionabatur indutus veste delicata et pretiosa. Tunc unus ex Laconibus ephoris, ad illum versus, dixit, οἴκοι τὰ Μιλήσια, hoc est, Domi deliciæ Milesiæ usurpandæ sunt, non apud nos, quando videlicet cupitis impetrare auxilium: non enim convenit calamitosis delicatus apparatus. *Idem.*

Ad spectaculum Olympicum] Olympiacis ludis apud scriptores fere omnes nihil celebratius, de quibus copiose apud Suetonium perscripsi: ideoque in præsentia supersedendum. *Idem.*

Famigerabilis] Clarus, et inclytus, hoc vocabulo significatur: sicut et 'famigeratus:' 'famigeratores' vero dicuntur hi, qui famam rumusculosque disseminant ac circumferunt, vanidici et mendaciloqui, quos senex Plaut. in Trinummo, malo et damno dignos censet. *Idem.*

Fuscis avibus] Malo augurio, et improspero: fuscæ enim aves nigrique coloris ominosæ fere sunt, et infortu-

nium portendunt: sicut econtrario candidæ aves accipiuntur pro bonis, et felicitatem prædicunt. In hanc sententiam Horatius, 'Mala soluta navis erit alite,' dixit, pro infelici et diro augurio. Cornix, corvus, bubo, nigro colore et fusco, inter auspicatas aves numerantur a Plinio in x. Naturalis historiæ. *Idem.*

Larissam] Civitatem Thessaliæ clarissimam, unde Achilles Larissæus dictus est: et Larissa Argivorum arx, Cyclopum opus, qui 'gasterocheres,' id est, ventrimani appellantur: ut ante diximus. Larissa quoque Ossæ locus est, pensilis nominata. Est et alia in Creta: fuit et Larissa in Asia, juxta Cymam: in agro quoque Attico Larissa, et Trallibus vicus nomine Larissa. *Idem.*

Et dum singula pererrans, &c.] Initio libri istius: 'Ac dum, &c. ostiatim singula pererro,' &c. *Pric.*

Tenuato viatico paupertati meæ fomenta conquiro] Lib. IV. 'Tenuato ventri sordentia supplementa, &c. conquirere.' *Idem.*

Conspicor medio foro, &c.] Id est, in foro conspicor: sic in Apologia: 'Turbabat, &c. in medio foro bacchabundus. Vide ad Matth. 14. 24. notata. *Idem.*

Pag. 35 *Insistebat lapidem, c. v. prædicabat*] Schottus Observat. lib. v. cap. 2. Baptista Pius Sylloge III. cap. 55. *Elmenh.* M. *insistentem lapidi, cl. v. prædicantem.* Putean. Pessime ita interpolata hæc sunt in Cod. Mangani. Intelligitur enim eleganter *qui.* Consulantur omnino notata ad lib. I. p. 18. 'Demonstro seniculum. In angulo sedebat.' *Lapidi* posset probari ex lib. VI. p. 185. 'Insistentem rupi verticem.' Lib. VIII. p. 252. 'Supinato illi insistere.' Verum et cum Accusativo construit hoc sensu Noster p. 40. 'Editiorem quemdam lapidem insistens.' Item Horatius Epod. XVI. 11. 'Barbarus, heu! cineres insistet victor.' Immo Servius ad Æneid. lib. VI. 563. 708. tantummodo probat *insistere rem.* Sed erravit ille cum Burmanno, qui putat quidem cum Accusativo dici; *sed non ut inhæreat quis, ut pergat,* ut patet ex præcedentibus. Contra Servium vide et auctorem Epist. Cydipp. XXI. 85. 'Institeram terræ.' De aliis, ut 'insistere viam' et 'via,' 'vestigiis,' quæ huc non pertinent, adi Drakenb. ad Liv. lib. XXV. 33. XXXVII. 7. 'Iter, quod insistis:' aliosque. Vide et ad lib. IV. p. 65. 'Rivulum insistens.' Fux. mox *prædicebat.* Oud. *Insistebat lapidem*] Servius ad Æn. VI. 'Insisto illam rem dicimus, non, illi rei: quod qui dicunt, decipiuntur, propter, insto illi rei.' Infra hic: 'Editiorem quendam lapidem insistebam.' Vide Hesychium in Κηρύκιον. *Pric.* *Insistebat lapidem*] Præconem fuisse significat: siquidem ex more prisco solebant præcones ex lapide facere præconium: ubi mancipia quoque venalia, præconis voce venalia proclamabantur. Ob id servos de lapide emptos dici reperies. Plautus in Bacchidibus: 'o stulte, nescis nunc vendi te? atque in eo ipso adstas lapide, ubi præco prædicat.' M. Tullius in oratione contra Pisonem, translatione decenti tribunos de lapide emptos esse ait: quia, ut interpretatur Asconius Pedianus mercede id faciebant. De hoc genere servorum qui de lapide empti sunt, intelligi voluit Columella his verbis, quæ ex libro quarto agricolationis subjecimus: 'Non tamen excedunt septem jugera unius operam vinitoris, quem vulgus quidem parvi æris, vel de lapide noxium posse comparari putat.' Hic de lapide noxius, hauddubie significatur venalis, de lapide emptus. Corrector Columellæ, vir alioquin eruditus, (quem nominari in hac parte, in qua reprehenditur, inhumanum est,) in Annotamentis quæ in scriptores agricolationis annotavit, de lapide noxi-

um interpretatur, de Capitolino lapide dejectum, errore non dubio: cum, ut alia omittam, emi non possit is qui ob noxam de saxo Tarpeio ad mortem præcipitatus sit. Non inficior, de saxo Tarpeio solitos dejici ob atrox delictum sontes: ut olim T. Manlius, et alii: sed ad sententiam Columellæ hoc adeo non pertinet, ut sit penitus contrarium. *Beroald.*

Si qui mortuum servare] De hac custodia mortuorum etiam putem sensisse Ulpianum: 'Impensa peregre mortui, quæ facta est, ut corpus perferretur; licet nondum homo funeretur. Idemque et si quid ad custodiendum, vel etiam commendandum factum sit.' L. XIV. D. de Religios. et sumptib. funer. Petronius Arbiter: (cap. III.) 'Non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam prosecuta est: positum in hypogæo Græco more corpus custodire, ac flere totis noctibus diebusque cœpit.' *Colv.* *Si qui mortuum servare vellet, &c.*] Firmicus III. 11. 'Faciet cadaverum mortuorum custodes, aut sepulchrorum janitores.' *Pric.*

De pretio liceretur] Palat. Guelf. pr. Reg. D'Orvill. Oxon. *liceret;* uti hæc variantur in Cæs. lib. I. B. G. cap. 18. Mira vero locutio est *de pretio liceri.* Proprie enim *liceri* dicitur ille, qui indicat pecuniam, quanta rem emere vel conducere velit; unde et 'liceri pretio,' 'asse,' ponitur pro tanti emere, Persio Sat. V. in f. Plinio lib. VII. cap. 37. 38. ut est in optimis Mss. Res vero 'pretio licere' dicitur, quæ tanti venditur, vel locatur. De *pretio licere* vel *ri* nusquam, quod sciam, occurrit. Debet hic sensus esse: 'pactionem de pretio faciat.' An *de pretio diceret?* uti ibidem in Cæs. et Suet. Cæs. cap. 20. variant quoque Mss. *Oud.* *De pretio liceretur*] Indicare pretium faceret, quantum sibi dari vellet, qui mortui cadaver sese servaturum esse promitteret. Hoc enim præconium illic fieri solebat, ad defendendas scilicet magarum præstigias, quæ mortuis irrepentes sub habitu bestiolarum corpora demorsicabant, et frusta amputantes subducebantur. *Liceri* autem proprie est, pretium deferre pro re emenda, ut sibi potius quam alteri venalia addicantur. Ulpianus: 'Si res ejus venierit, et existat qui plus liceatur, an integrum propter lucrum restituendum sit.' Præceptum est M. Tullii in Officiis, ne 'licitatorem' venditor, nec contra se qui 'liceatur' emptor apponat. Apud Curtium Alexander in epistola ad Darium: 'Impia,' inquit, 'bella suscipitis, et cum habeatis arma, licitamini hostium capita,' hoc est, pretium offertis pro capite meo. Darius enim Persarum rex pro capite Alexandri mille talenta percussori daturum sese promiserat. Plautus in Sticho: 'Jocos ridiculos vendo, age licemini.' *Beroald.*

Quid hoc, inquam, comperior] *Heic* Oxon. *heu* Par. Scriverius uncis inclusit verbum, quod non desiderares, si scripti non agnoscerent. Sed nunc non est abigendum. Ellipsis est, *quid hoc est, quod audio:* ut Græce, τί τοῦτο ἀκούω; Quod egregie docuit Pricæus ad Lucæ cap. 16. 2. Oxon. *comperio*, uti vulgo nunc contra Mss. edunt lib. XI. p. 259. 'Novumque mirumque plane comperior.' Eadem confusio in Flor. N. 15. Sed N. 16. 'ut comperior.' Fux. *comperiar.* Oud. *Comperior*] Pleraque verba utroque modo, faciendi scilicet et patiendi, apud priscos efferebantur: ut *luxuriatus luxuriat, fluctuatus fluctuat, assentior assentio, comperior comperio:* auctor Quint. in IX. *Beroald.* *Quid hoc, inquam, comperior*] Oxon. *Quid heic* i. e. male: est enim heic ellipsis quæ in illis Luc. 16. 2. τί τοῦτο ἀκύω; *Pric.*

Hiccine mortui solent aufugere] Am-

brosius in cap. 10. Tobiæ: 'Quoties vidi a feneratoribus teneri defunctos pro pignore, et negari tumulum dum fenus exposcitur! quibus ego, &c. Tenete reum vestrum: et, ne vobis elabi possit, domum ducite.' *Idem.*

Oppido puer es] Id est, (ut 1 Cor. 14. 10.) φρεσὶ παιδίον. Basilius in Asceticis: Διαφέρει οὐδὲν τοῦ νηπίου καθ' ἡλικίαν ὁ ταῖς φρεσὶ νηπιάζων. Lucretius: 'Et qualis puero sententia, pectore simplex.' Lucianus Βαλαν. Ἐν ᾗ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν. *Idem.* *Oppido puer*] Valde puer, puerilitatis inscitia præditus. Talia merito dicuntur ad ignarum Thessalici moris. *Beroald.*

Satis peregrinus] Gruter. Suspic. lib. v. cap. 3. voluit, *aut sane.* Perperam. *Satis* cum Adjectivo valet τὸ *valde*, ut bene advertere Pricæus et Floridus, p. 29. 'Oppido mira et satis varia.' Lib. vi. de Cerbero p. 121. 'Trijugo et satis amplo capite præditus.' Lib. viii. p. 170. 'Satis forticulum.' Lib. xi. p. 256. 'Quæras forsan satis anxie.' Et sæpius. Nec secus alii solent. Adi Munker. ad Fulgent. i. 26. Cortium ad Plin. pag. 449. Bronkhus. ad Tibull. lib. ii. 7. 35. 'Satis anxia vivas.' Ceterum expressit Auctor Lucianum iv. Ἑταιρ. Ἄπειρός ἐστι καὶ παῖς ἔτι. *Es* abest a Guelf. sec. *Oud.*

Medioque ign. te Thessaliæ cons.] Sic Pric. emendat, &c. [V. Not. Delph.] Margini itidem adscripsit alius vir doctus, et probat Cel. D'Orvillius ad Charit. Aphrod. l. i. c. 12. p. 17. Ξένος εἶναί μοι δοκεῖς. et l. vi. c. 4. p. 103. Quamtumvis arridere posset hæc conjectura, vel Gulielmii, *in editoque,* falsa est tamen. 'Merito ignoras,' ait senex adolescenti Thelephroni, quia et puer et peregrinus erat: hinc sane *merito* sive juste ignorabat, se talibus esse in locis. Vide Glossas. Hoc subodoratus est etiam Wass. turbare tamen putans *Thessaliæ.* At ita dicitur pro *in Thessalia.* Nam et supra lib. i. pag. 6. vidimus, nomina regionum instar urbium efferri, ut 'Macedoniam profectus.' Adi me ad Cæs. lib. iii. B. G. cap. 7. Lucan. lib. viii. 108. 'Siccaque Thessaliæ confudit lumina Lesbos:' viros doctos ad Liv. Epit. xlvii. *Ægypti regnaret:* et Ep. lix. Festus in Troja v. 'Locus in agro Laurente, quo primum Italiæ Æneas constitit.' Sic enim Mss. omnes Leid. et Edd. Vett. Vulgo, *in Italia.* Est, qui simpliciter rescribat, *media ig. te Thessalia.* Pro *te* in Guelferb. pr. est *que.* Oud.

Satis peregrinus, meritoque ignoras Thessaliæ te consistere] Infra lib. viii. 'An nulli scitis quo loco consederitis?' Arrianus ii. 13. in Epictetum: Ξένον καλῶ αὐτὸν, καὶ λέγω· Οὗτος ὁ ἀνθρώπος οὐκ οἶδε ποῦ τῆς γῆς ἐστι. Donatus ad Phormionem: 'Hospes, nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum scientia.' Quid autem illud *merito ignorare?* aut quæ constructio illa, *Thessaliæ consistere?* ni nimium fallit me conjectura mea, scribendum, *medioque ignoras T. t. c.* Supra in libri limine, 'reputansque me media Thessaliæ loca tenere.' Falluntur porro eruditi *sane peregrinus* scribentes. Infra lib. iv. 'Satis curiosa avis:' et passim adjectivis id vocis Appuleius jungit. *Pric.*

Sagæ] Incantatrices, et scientes artis magicæ: super qua dictione in primo commentario satis ac super. *Beroald.*

Dic sodes] Dictio comica est: et, ut auctor est M. Tull. in Oratore, ex copulatis verbis coagmentata: dicitur enim *Sodes,* pro si audes: sicut *sis,* pro si vis. *Idem.*

Custodela feralis] Mortui custodia. diminutivum est: cui consimilia sunt 'fugela,' 'cautela,' 'axela,' 'mandatela,' 'umbela,' et hujusmodi alia; de quibus Priscianus in iii. 'Feralis,' i. e. ad mortuos pertinens: 'feralia' dixerunt, Dis manibus sacrata festa. *Idem.*

Perpetem noctem] Nocte perpetua et integra: *perpetem* enim, ut supra diximus, *perpetuum* dici voluerunt. *Idem.* *Perpetem noctem, &c. vigilandum est*] Justinus v. 'Atque ibi' (in foro) 'perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant.' Mamertinus Panægyr. 'Dies noctesque perpeti sollicitudine, &c. transigere.' Lactantius VII. 26. 'Per annos septem perpetes.' *Pric.*

Exertis] Lib. I. 'exertam vigiliam tenere.' *Elmenh.* *Exertis oculis*] Vigilantibus, et inconniventibus. Sicut enim *exertum* dicitur, quod denudatum est, ita 'exertus oculus' eleganter appellatur, apertus et vigil: talis enim denudatus, intectusque est. *Beroald.*

Inconnivis oculis] Merito hanc emendationem receperunt omnes post Colvium. Immo jam ante expressa est in Junt. Ed. post. confirmata a Mss. Flor. Reg. Fux. Palat. Oxon. D'Orv. Par. &c. *inconversis* ex glossa vocum sequentium est natum. Gellii locum bene defendit altero ejusdem Pricæus. Adde Ammiani Marcell. lib. XXIX. 2. 'Inconnivens justitiæ oculus:' et Solin. cap. 51. ex altera editione: *Inconnivos oculos habet:* quod et inveni in aliquot Mss. Vide Salm. *Oud.*

In cadaver intentis] Virgil. VII. Æneid. 'Intentos volvens oculos.' Lucianus in Hermotimo: Ἀτενὲς ἀποβλέπειν. Horat. 'Spectare oculo irretorto.' Lib. I. 'Eumque adspiciens aliquanto intentiore acie.' *Elmenh.*

Acies] Scilicet oculorum. *Beroald.* *Nec acies usquam divertenda*] Gellius XIII. 26. 'Nusquam connivens, nusquam aciem suam flectens.' Qui locus alterum ejusdem huc allatum sanum evincit, nec fuisse cur P. Colvius *inconnivus* reponeret. *Pric.*

Ne obliquanda quidem] Floridus contra Mss. et Edd. exhibuit *nec*, metuens, credo, concursum vocalium; sed inscite. *Ne quidem* dicitur, licet vocalis sequatur. Sic Mss. lib. IV. p. 78. 'Ne ululatu quidem.' Lib. VII. pag. 142. 'Ne ulla quidem.' Lib. IX. 'Ne ipse quidem asinus.' Ter. Heaut. v. 1. 22. 'Ne is quidem.' Vide omnino Gron. et Burm. ad Suet. Tiber. cap. 15. 'Ne hereditatem quidem:' ad Donat. de vita Virgilii: 'Ne Homero quidem.' Ita e Mss. correxi Cæsarem lib. I. B. G. c. 32. 'Ne in occulto quidem.' Ms. optimus Melæ lib. II. c. 7. 'Ne ea quidem,' ut eidem lib. I. c. 9. 'Ne illud quidem.' Alia vide ad lib. IV. p. 69. in f. 'Ne perfringere quidem.' *Oud.*

Latenter obrepant] Palat. D'Orv. Guelferb. sec. et Par. *adrepant* cum Edd. Elmenh. et seqq. præferunt, *arepant* Pith. Guelf. pr. *orrepant* Oxon. In Reg. Lips. et Edd. prioribus *obrepant.* Quod passim de somno sensim et clanculum adveniente usurpatur. Vide Barth. ad Rutil. Itin. lib. I. 305. N. Heins. ad Ovid. Met. l. VII. 155. Potiores tamen Mss. hic sequor. Cic. lib. III. in Verr. cap. 68. 'non sensim neque moderate ad ipsius amicitiam adrepserat:' ubi consulatur Grævius. *Idem.* *Versipelles*] Glossæ: 'Κυνάνθρωπος, versipellis.' *Pric.* *Versipelles*] Magas sive sagas intelligit, quæ potentia magica transfigurantur in varias effigies animalium. 'Versipelles' enim dicti sunt, quolibet genere sese commutantes. Plautus in Amphitryone: 'Versipellem sese facit quando lubet.' Plinius ex opinione fabulosa homines tradit in lupos verti, rursusque restitui sibi dicit; inde factum esse, ut in maledictis versipelles habeantur. *Beroald.*

Oculos Solis et Justitiæ] Alius Poëta, ὄμμα Δίκης. *Soping.* At Justitia oculis fere clausis pingitur. *Wasse.* Intelligit Sopingius, Julianum citatum jam a Bapt. Pio, qui t. I. Thes. Crit. pag. 371. &c. 448. 450. deducit hoc ab Hieroglyphicis Ægyptiorum. Lib. III. pag. 47. 'Solis et Justitiæ

testatus oculum.' Apud Suidam Ἐκάλουν Ἥλιόν τε καὶ Δίκην, in v. Καθεῖσαι. Diverse scilicet a nostris pictoribus sculptoribusque senserunt sæpe Antiqui, qui 'os oculosque Justitiæ, aspectu vehementi, luminibus oculorum acribus, expressere,' teste Chrysippo apud Gell. lib. XIV. c. 4. quem bene citavit Floridus. Adde Amm. Marc. lib. XXX. cap. 2. 'Inconnivens Justitiæ oculus, &c. vigilavit adtente.' In nummis etiam conspicitur Dea Justitia oculis apertis. Vide Spanhem. de præst. Num. Diss. VIII. tom. I. pag. 466. Montfauc. Antiq. Explic. lib. III. c. 9. aliosque. Quin et in Epigrammate Simonidis p. 201. Ὄμμα Δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γινόμενα. Adde Kust. ad Suid. v. Δίκης ὀφθαλμός. et in Onomacriti H. 62. 1. Ὄμμα Δίκης μέλπω πανδερκέος. ut leg. cum acutissimo juvene, J. Piersono Veris. p. 44. *Oud.* *Oculos Solis et Justitiæ*] Nihil Sole oculatius est: quippe qui omnia intuens, omnia etiam exaudiens esse dicitur ab Homero et Plinio. Ambrosius in Hexamero, Solem esse ait mundi oculum, jucunditatem diei, cœli pulchritudinem. A Græcis πανθ' ὁρῶν, id est, omnia videns. Osiris, qui est Sol, interpretatur multioculus: ut Diodorus et Eusebius prodidere. Justitia quoque oculatissima esse fingitur, oculo vegetissimo, acie perspicaci et cuncta perspiciente: quam Chrysippus fieri solitam esse prodidit aspectu formidabili, luminibus oculorum acribus: neque humilis, neque atrocis, sed reverendæ cujusdam tristitiæ dignitate. Plato, volumine de legibus nono, Justitiam omnium speculatricem atque vindicem appellat, et ita dici a priscis sacerdotibus tradit. Lucius noster itidem in tertio, junctim ponit: 'Solis et Justitiæ testatus oculum.' Quod autem quidam dicunt, de oculo justitiæ mentionem fieri a Diodoro, et inter sacras Ægyptiorum literas referri, id haud utique verum est: etenim Diodorus in IV. Bibliothecæ, disserens de literis Hieroglyphicis, ait, in illis oculum hominis scribi, qui significat justitiæ servatorem, et totius corporis custodem: nulla facta mentione de oculo justitiæ. Lege et pensita diligenter verba Diodori, apertissime cognosces ita esse et significare, uti nos docuimus. *Beroald.*

Et aves, et ursum, canes et mures, &c.] *Et ursum*, quod est in Lips. Guelf. pr. Flor. male retinuere cum Colvio Vulcanius, Elmenh. aliique. Quamvis enim *ursus* de quavis fera majore sumi possit, ut videre est ad Veget. lib. II. c. 16. et crebro, quotiescumque *ursorum* mentio in calidis fit regionibus, tum certe *ursos* debuisset scribi, ut reliqua sunt in plurali, et hinc ita edidit Scriverius. Sed bene Wow. et Florid. revocarunt *rursum*, quod Fux. Oxon. Pith. Guelf. sec. Pal. et D'Orvill. quoque vindicant; sensusque loci necessario exigit. Sagæ mulieres non se transformant in feras, magnasque bestias, sed domesticas, minoresque, ac velocissimas. In Fux. videtur esse, *et etiam canes*. Oud. *Muscas induunt*] In muscas et aves transfigurantur: induere autem est, in avem transformari. A Virgilio dictum est, 'Induit mucronem,' pro mucrone confoditur. *Ber.* *Nam et aves, et ursum, et canes, et mures, &c. induunt*] Apud Lucianum in Philopseude: Ἐπιστὰς ἐπειρᾶτό μου λαβεῖν, &c. καὶ ἄρτι μὲν κύων, ἄρτι μὲν ταῦρος γιγνόμενος, ἢ λέων, &c. In Oxon. et aliis Mss. *aves, et rursum canes, &c.* Pric.

Comminiscuntur] Reg. Fux. *comminiscantur*. Vide supra ad lib. I. p. 19. 'Scias, quemadmodum debent,' in nonnullis. Perpetua hæc est variatio; et uterque modus ita per Veteres adhibitus. *Oud.* *Quantas latebras comminiscuntur*] Μηχανάς. Sic Gellius XVII. 9. 'latebram scribendi' dixit. *Pric.*

Et, quod pene præterieram] Infra

lib. III. 'Sed, quod sciscitari pene præterii.' Plaut. Pæn. 'Et hoc quoque etiam, quod pene oblitus fui.' *Id.* *Pene præterieram*] Sic Plinius: 'Pene præterii, quod minime prætereundum fuit.' *Beroald.*

Corpus] Defuncti, quod custodiendum receperit. *Idem.*

Mane] Hora matutina. *Idem.*

Desectum] Par. Cod. *descepto*, Pith. *desecreto*, Palat. Guelferbytani, Ed. Junt. post. *desecto.* Optime, uti et Salmasius margini adlevit. Sarcire id compellitur membro desecto de sua facie. Nam id, quod ex alterius facie desectum est, non potest de sua facie desecari; sed similia possunt membra. *Compelli* Pith. *Oud.*

Sarcire compellitur] Tanquam talionis pœnæ subjiciatur, quæ oculum pro oculo, dentem pro dente, membrum pro membro reposcit. *Beroald.* *Id omne de sua facie resectum sarcire compellitur*] Apposite in Glossario: 'Ἀποτίνω, pendo, resarcio.' *Pric.*

Commasculo] Roboro, firmo, et mascula quadam virilitate perfulcio, nam quæ mascula sunt, valentiora sunt, et robustiora. Unde *masculum* pro forti et vehementi usurpat antiquitas, ut testatur Nonius. Arboribus, immo potius omnibus quæ terra gignit, herbisque etiam, utrumque sexum esse, diligentissimi scriptores tradunt: maresque in omni genere fortiores esse, præterquam in pantheris et ursis. 'Masculescere' verbum Plinianum est, pro eo quod est masculinum fieri. 'Masculeta' quoque in vineis dicta, cum palmites induruerunt per pedamenta propagati. *Beroald.*

Clamare desine] Tamdiu clamat præco in re aut vendenda aut locanda, quamdiu adest emptor vel conductor: quo parato, clamare desistit. *Idem.*

Adest custos paratus] Id est, ego adsum: nam de nobis, ut auctor est Quintil. loquimur tanquam de aliis, ut, Dicit Servius, Negat Tullius: pro eo quod est, Ego Servius dico, Ego Tullius nego. *Idem.*

Cedo] Dic: da præmium. Verbum comicum, et apud Plaut. frequentissimum. *Idem.*

Mille nummi deponentur] *Numum* cum Florent. et Mang. exhibent membranæ Guelferbytanæ, Oxon. et Ed. Scriv. Quod mutarunt nasutuli, qui putarunt vitiosum alioquin esse *deponentur*, in plurali. Neque enim is in *deponetur* cum Heinsio mutandus, qui et *numum mille* in Petron. c. 97. reponi volebat, ut et Plinio lib. XVI. cap. 40. e Mss. *octoginta numum.* Vide et ad fin. lib. I. *Viginti denarium.* Adi omnino summum Gronovium lib. I. de Pec. Vet. cap. 10. et lib. II. cap. 4. p. 77. ejusque filium ad Gell. lib. I. cap. 16. in f. item me ad Cæs. lib. III. B. Civ. cap. 84. 'Equitum M. sustinere auderent:' ut est in Mss. Infra quoque lib. VII. p. 134. Florent. habet, *ex promtis mille aureum.* Passim Noster cum optimis quibusque *um* pro *orum* per syncopen in Genitivo plurali dixit. Plura erunt monenda lib. VI. p. 124. *Deponuntur* in Palat. Guelf. sec. *Oud.* *Mille, inquit, nummi deponentur tibi*] Sic apud Petronium: 'Accipiet nummos mille.' *Pric.*

Pag. 36 *Cave d. ut primatis civitatis*] Non satis accurate hic suam rem egerunt Colvius et sequentes, pro *principum* vel *principium* reponentes *ut primatis*, et tamen retinentes *filii.* Nam Mss. omnes, ut Lips. Fux. Pal. Guelferb. Reg. Oxon. D'Orv. qui habent *ut primatis*, non agnoscunt *filii*; quæ vox omnino deleri debet, si retineamus *primatis*, id est, *principum filii*, ut diserte est in Florent. Pithœano, alioque incerto, et Edd. ante Colv. nisi quod Rom. et Vicent. dent *principium.* Quomodo sæpe scribitur ille Genitivus. Vide Drakenb. ad Liv. lib. II. cap. 27. Duker. ad Flor. lib. III. cap. 21. § 13. 'Ad principium cædem:' ut exaratur etiam in duobus vetustissimis Voss. Mstis; et quos

laudavi ad Cæs. lib. IV. B. G. cap. 3. Post *primatis* in Guelferb. pr. est vacua litura, major quam pro voce *filii*. Posset quoque legi *primatum* vel *primorum*, id est, *principum filii*. Nam intelliguntur pater et mater. Vide ad p. 25. 'Dominis parabat.' Librarii hoc non capientes interpolarunt locum. Quare reposui *principum filii*, deleta vocula *ut*, quæ inmerito inrepsit. Adi ad pag. 32. 'Cave, cœna regrediare maturius.' De *primatibus* et *primoribus* confer ad p. 16. lib. I. Dein *hujus* deest Flor. Bert. et Edd. Rom. Vicent. *Oud.* *Cadaver a malis harpyis*] Præcipit præco, cadaver illud primarii juvenis solerter custodiendum esse a nequissimis mulieribus, quas scite appellat 'malas harpyias,' quoniam instar harpyiarum rapiebant, et raptu immundo furtivoque cuncta prophanabant. Harpyias Jovis canes dictas esse tradunt, quas Apollonius duas esse dixit, alii tres, quas poëta inclytus luculentis versibus ita describit: 'Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris Proluvies, uncæque manus et pallida semper Ora fame.' Ab ἁρπάζω, quod est rapio, harpyias nominari autumant: quas quidam Neptuni filias esse prodiderunt, quia fere prodigiorum omnium pater est. Alii dicunt harpyias filias Thaumantis et Electræ. Nomine harpyiarum rapaces furtifici avari significantur. *Beroald.*

Ineptias mihi narras, et nugas meras] Suidas: Οὐκ οἶδ' ὃ κρώζεις· ἐπὶ τῶν μάτην θρυλλούντων, ὡς αἱ κορῶναι. *Pric.*

Vides hominem ferreum] Ajax apud Sophoclem: Τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε Βαφῇ σίδηρος ὥς. Philo lib. ὅτι πᾶς ὁ σπουδ. ἐλεύθ. Δι' ὅλου νενευρωμένον, οἷα πέτραν καὶ σίδηρον. Artemidorus I. 52. Σιδηρέους λέγομεν τὰ πολλὰ κακὰ ὑπομένοντας. Aristoph. Acharn. Σιδηροῦς ἀνήρ. ubi Schol. στεῤῥὸς καὶ ἀτέραμνος. Eunapius de Proæresio: Ἀπαθῆ τινα καὶ σιδήρεον ὑπελάμβανον. Sic Seneca III. 7. de Ira, 'fortem et siliceum' dixit: contrarius ἀνὴρ σύκινος, τοῦτ' ἔστιν, ἀσθενὴς καὶ ἀχρεῖος, exponente ad Eidyll. X. Theocriti Scholiaste. *Idem.* *Hominem ferreum*] Semetipsum Telephron signat, qui loquendi modus est usitatissimus. *Beroald.*

Insomnem] Pervigilem, ac sine somno. 'Insomnia' dicitur vigilia, et 'insomnis' vigil. Unde apud Virg. Grammatici legunt: 'Anna soror, quæ me suspensam insomnia terret?' ut *insomnia* generis fœminini, et numeri singularis, vigiliam significet. *Idem.*

Ipso Lynceo, vel Argo, et oc.] *Lynce* vel *Lince* præbent Oxon. Reg. Fux. Pal. Bert. D'Orv. Guelf. A Lynce, visus acerrimi bestia, nomen fuisse creditur nobilissimo illi Argonautæ Lynceo. Vide, num *Lynces* dici queat æque ac *Lynceus*; ut 'Perses' et 'Perseus,' similiaque nomina, et in consilium adhibe viros doctos ad Livium lib. XLII. cap. 25. et N. Heins. ad Vellei. lib. I. cap. 9. *Ipso* exsulat a Regio, Fux. *Oud.* *Ipso Lynceo*] Valerius Flaccus, in primo Argonauticon, Lynceum memorat in catalogo Argonautarum: quem dicit fuisse oculatissimum perspicacissimumque mortalium, his versibus: 'Fluctibus et mediis terras dabit ille magistro, Et dabit astra rati, eumque æthera Juppiter umbra Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.' Autumat Plin. fabulam cernendi Lynceo inde ortam, quod novissimam primamque Lunam in Ariete primus eadem die conspexerit: quod nullo alio in signo contingit. De Lynceo sic scribit Hieronymus contra Johannem Origenistam: 'Lynceus, ut fabulæ ferunt, videbat trans parietem: hinc proverbialiter Lynceus pro oculatissimo, et acutissimi visus usurpatur.' M. Tullius: 'Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat?' Horat. 'Non oculo possis quantum contendere Lynceus.' Item: 'ne corporis optima lyncis Contemplere oculis.' Qui-

dam oculos *lynceos* a lyncibus, quæ clarissime omnium quadrupedum cernunt, falso deducunt. *Beroald.* *Argo*] Argum totum stellatum oculeumque fuisse, nullus ignorat, qui vel illud Nasonis notissimum legerit: 'Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.' Huic custodi Ionis vigilantissimo Mercurius falcato ense caput amputavit, cujus oculos excepit Juno, eosque collocans in pennis pavonis, caudam gemmis stellantibus implet: hinc 'Argiphontes' poëtis dictus Mercurius, quasi Argi peremptor: mystice autem 'Argus' est, cœlum stellarum luce distinctum, quibus inesse quædam species cœlestium videtur oculorum. Cœlum autem 'Argum' vocari placuit, a candore et velocitate: hic ergo ambitus cœli, stellarum luminibus ornatus, existimatur enectus esse a Mercurio: quia Sol, qui et Mercurius est, diuturno tempore obscurando sidera veluti enecat, vi luminis sui conspectum eorum auferendo mortalibus. *Idem.* *Perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo*] Proverbiale et istud. Arrianus III. 22. in Epictetum: Ἄργος τυφλὸς ἦν πρὸς αὐτόν. Vide et Scholiastem ad Plutum Aristoph. In Oxon. *lince*, non *Lynceo* scriptum. *Pric.*

Oculeum totum] Plautus Aulular. Scena, 'Nimium libenter:' 'Intromisisti in ædes quingentos coquos, Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit, Is numquam servet.' *Elmenh.*

Me produxit ad domum] Edidit Elmenh. Pric. Flor. *perduxit*, quod habet quoque Reg. Par. Fux. vel *perducit* Oxon. D'Orv. Guelf. uterque, et Ed. Junt. post. uti et Bertin. ex mea Coll. *perducunt*. Hinc certe et ob seq. *demonstrat*, prætuli præsens. Scriverius *produxit* ex Vett. Edd. revocarat: *producit* placet, sive *porro ducit*: ut *producere in insidias*, et similia crebro. Variatio est perpetua. *Oud.*

Illico] Statim. *Obseptis.* Occlusis, obfirmatisque. *Beroald.*

Per quandam br. posticulam] In D'Orv. *postulam*. Sed ut a postico 'posticulum' Plauto, sic a postica 'posticula.' Adi Socerum meum ad Valer. Max. lib. v. 7. 3. 'Quum domo postico clam esset egressus:' ubi in aliquot Mss. *postica*. Oud. *Posticulam*] Hoc est, per postes tergo relictos, et posteriorem domus partem, quod et posticum dicitur: diminutive posticulum. Plautus in Trinummo: 'Posticulum hoc recipit, cum ædes vendidit.' Servius Grammaticus ait 'posticam' fœminini generis a 'postico' differre, eo quod 'postica' verbum augurale sit, et ad augures tantum pertineat, quæ in cœlo designatur: de qua M. Varro: 'Templi in cœlo quatuor partes dicuntur: Sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem.' Annotavimus in Tranquilli commentariis, *pseudothyron* perquam eleganter et scite pro postico usurpari ab Ammiano Marcellino, M. Tullio, Paulo Orosio, aliisque scriptoribus luculentis. *Beroald.*

Introvocat me et conclave quoddam obseratis luminibus umbrosam, et demonstrat matronam flebilem] Pricæus legit: *et cum clave quadam reseratis liminibus, umbrosum demonstrat cubiculum, matronamque fl.* Piccart. in Peric. Crit. cap. 19. *Introvocat me in conclave q. obs. luminibus umbrosum demonstrans m.* Ferrar. in Elect. lib. I. cap. 19. *Et in conclavi quadam obser. luminibus* (fenestris, ut in luctu) *umbrosa, demonstrat matronam fleb.* Floridus denique edidit tacite: *et conclave q. obs. luminibus umbrosum demonstrat, matronamque fl.* Salm. margini adposuit: *obs. luminibus umbrosum, dem.* Burmann. margini adlevit: F. *introvocat me in conclave quoddam, et obseratis luminibus* (fenestris) *umbrosum demonstrat cubiculum, matronamque fleb.* Nunc Mss. videamus. *Et conclave quoddam* servant omnes; nisi quod in Oxon. et Fux. et Guel-

ferbytanis sit; *et cum clave quadam*, ac Palat. *et concl. quadam*. Nam vix fidem habeo Ferrario, testanti in Cod. Zabarellæ esse *et clave quadam*. Sed *et* abest a Fux. Dein *obscratis liminibus* Mss. aliquot, et Edd. ad Elmenh. usque. At *luminibus* diserte exstat in Florent. Pith. Palat. D'Orvill. et pro Var. Lect. in Bertin. *umbrosum* in Mss. etiam Lipsiano. Sed tamen in D'Orvill. et Oxon. ex Coll. Gronov. item Guelferbytanis, *umbrosam*, in Cod. Zabar. si fides Ferrario, *umbrosa*. Dein *demonstrat matronam*, sine τῷ *cubiculum* et *que*, exhibent libri omnes, etiam Oxon. si Cl. J. Gronovio fides. Nam Pric. ex eo protulit, *umbrosum cubiculum d. matronamque*. Ex cunctis itaque patet, *cubiculum* inrepsisse e glossa, non additum tamen primum a Beroaldo, ut censet. Ferrarius. Nam Edd. etiam Rom. et Vicent. &c. dant: præterea *et* retinendum, ut copulet *introvocat me*, et *demonstrat matronam*. Quare facile amplector Ferrarii correctionem, omissa tamen non necessaria præpositione *in*, sic: *Conclave quadam obs. luminibus umbrosa*: sc. cella, domo, parte. Vide illum et Gujetum ad Terent. Heaut. v. 1. 29. 'Est mihi ultimis conclave in ædibus quoddam, retro.' Gloss. 'Conclavis, οἶκος ὑπὸ μίαν κλεῖδα.' Quamquam et legi possit: *conclave* vel *conclavi obs. lum. umbroso*. De *luminibus* seu *fenestris* consule Ferrar. et Zinzerling. ad Valer. Flacc. lib. IV. 28. In alio cubiculo seu obscuro conclavi tamen erat cadaver: (vide infra:) ubi mortuos ponebant Græcante πρόθεσιν in atrio. Apposite Lucian. in Timon. t. I. p. 132. Ed. Hemst. Καὶ ὁ μὲν νεκρὸς ἐν σκοτεινῷ που τῆς οἰκίας πρόκειται, ὑπὲρ τὰ γόνατα παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ σκεπόμενος, περιμάχητος ταῖς γαλαῖς. Inepte Lud. D'Orleans ad Tacit. Ann. lib. II. p. 385. refingit *æratis luminibus*. *Flebilem* abest a D'Orvill. *Oud.* *Conclave quoddam*] 'Conclavia' dicuntur loca, quæ una clave clauduntur. 'Conclavata' quoque dicebantur apud Veteres, quæ sub eadem erant clave. Mart. 'In omnibus Vaccerra quod conclavibus.' *Beroald.*

Fusca veste contectam] Lib. VII. 'Fuscaque veste contecta.' Catullus 'funestam vestem' appellat. Propert. lib. IV. Eleg. 'ultima lugubria.' Arnobius et Valerius, 'miserorum et doloris insignia.' Vide Lælium Bisciolam Subsecivarum lib. x. cap. 18. *Elmenh.* Atræ, pullæ, fuscæ, sordidæ vestis in luctu mentio ubique. *Oud.* *Fusca veste*] Nigra vestimenta lugentibus accommodata sunt: a Varrone 'amiculum nigellum' dicitur vestitus lugubris. Prisci 'antracinum' nigrum dici voluerunt: 'anthrax' enim Græce carbo appellatur, unde 'antracina' lugentium vestis. Illud notabile, quod tradit Plutarchus in problematis: mulieres scilicet in luctu albis vestibus indui solitas, ut quemadmodum mortui corpus albis vestibus velabatur, idem et propinquos factitare voluerunt. Alba autem veste idcirco cadaver exornabant, quia solus albor, color sincerus ac purus, minimeque inquinatus est, et ob id mortuis aptissimus. De nigris autem vestibus non minus quam purpureis illud dici merito potest: 'Dolosæ vestes, dolosi colores.' *Beroald.* *Et conclave quoddam obseratis luminibus umbrosum demonstrat, matronam flebilem fusca veste contectam*] Servius Fuldens. II. 'Ideo lugentibus inimica lux est, quia caruerunt ea hi quos dolent: ideo tenebras petunt, et atra veste amiciuntur, ut videantur cum defunctis agere, imitantes tenebris faciem Inferorum.' Notabilis heic Oxon. Codicis scriptura, *Et cum clave quadam obseratis liminibus umbrosum cubiculum demonstrat, matronamque f. &c.* unde non magna licentia locum sic restituas: *Et cum clave quadam reseratis liminibus, umbrosum demonstrat cubiculum, matronamque f.*

&c. Gloss. 'Reserat, ἀνοίγει, κυρίως μοχλόν.' In vet. Onomast. 'Resero, ἀνοίγω.' Si minus hoc arriserit, maneat altera lectio, *obseratis*. In eod. utilissimo Onomast. 'Obsero, περικλείω.' *Pric.* *Matronam flebilem, fusca veste contectam*] Servius ad Æneid. XI. 'Lugentium mos est prioris habitus immutatio.' Infra lib. VII. 'Fleta et lacrymosa, fuscaque veste contecta:' et III. 'Mulier flebilis, atra veste contecta.' Apud Nonnium Ennius: 'Quis illæc est quæ lugubri succincta est stola?' Artemidorus de nigris vestibus: Οἱ πενθοῦντες τοὺς ἀποθνήσκοντας, τούτοις χρῶνται. *Idem.*

Quam propter] Pal. Pith. Guelf. sec. *quapropter*. D'Orvill. et Par. *quam prope*. Cave, quid mutes. Frequens in hac præpositione est Appuleius: sed hic illic in Mss. et Edd. est corrupta. Vide l. IV. p. 105. 'Rivulum quemdam propter insistens.' Lib. V. p. 144. 'Suggestum propter:' p. 167. 'Venerem lavantem propter adsistens.' Lib. VI. p. 196. 'Lapidem viam propter positum.' Lib. VIII. p. 232. 'Ignem propter adsidens.' p. 245. 'Capulum propter adsistens.' Lib. X. 'Lumen propter adsistens.' Et sic passim alii. Vide Comment. ad Ovid. lib. V. Met. 159. ad Front. lib. II. 3. 23. 'Propter flumen Empea.' Posuit quoque adverbialiter; de quo ad lib. IV. p. 76. Ed. Pric. Dein *hinc* Pith. *Oud.* *Propter*] Prope, juxta: ut Virgilius: 'Propter aquæ rivum.' *Auctoratus*. Id est, auctoramento obligatus, et mercede conductus, et pretio emptus ad custodiendum cadaver. Interpres Horatianus illud ex Sermonibus, 'Auctoratus eas,' haudquaquam inscite interpretatur tali interpretamento: addictus, condemnatus: qui se vendunt ludo, auctorati vocantur. In tertio Suetonii commentario non parum multa perscripsi super auctoramento, et auctoratis gladiatoribus. Porphyrion signans gladiatorem, inquit: 'Auctorabitur in ludum.' Illud adde, quod auctorandi potestatem, hoc est, vovendi consecrandique, nisi patres, non habebant: est enim auctorare, obligare: auctoratus, obligatus: quod nomen maxime ad gladiatores refertur, qui auctoramento et mercedis obligatione addicuntur, mancipanturque gladiaturæ: et proprie auctorati ad periculum conducuntur. Contra 'exauctorati' dicuntur milites, quasi exobligati solutique a militari consecratione, obligationeque, quod interdum per ignominiam contingit, ut legiones exauctorentur ab imperatore: nonnunquam citra ignominiam. Plin. in XIV. 'Vindemitorem auctoratum' decenter dixit, mercede conductum, et sublimitate vitis periclitantem. Item XXXVI. 'populum Rom. decenter auctoratum' appellat, in spectaculis periclitantem instar gladiatorum, qui auctorati, id est, conducti sunt ad mortem. De auctoramento mentio est apud Senecam, M. Tullium, et Suetonium. In hanc ferme sententiam Livius in XXXVII. 'Eo vero pignore velut auctoratum sibi proditorem ratus est.' Pomponius poëta Bononiensis, scriptor Attellanarum, fabulam scripsit cui tit. est Auctoratus, cujus testimonia Grammatici identidem advocant. Quint. quoque senior in declamationibus unam condidit, quæ inscribitur 'Auctoratus:' ubi hoc legimus: 'Illum majores prohibuerunt theatro, qui vilitate, qui gula se auctorasset.' *Beroald.* *Hic* (*inquit*) *auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit*] 'Auctoratus,' est ὁ πρὸς σίδηρον πραθεὶς, ut bene in Glossario: quod de juvene isto ad tam manifestum debilitationis periculum elocante se ingeniosissime dictum. *Pric.*

Illa crinibus antependulis, &c.] Lib. V. 'Crinium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos:' IX. 'Comas anteventulas' dixit. Florid. I. 'Crines ante-

ventulos et propendulos.' *Idem. Crinibus antependulis*] 'Caproneas' dici voluerunt Veteres, capillos, qui ante frontem sunt, quasi 'a capite pronos,' qui alio nomine 'antiæ' nominantur, quos in præsentia Appuleius 'antependulos' vocat, quos alibi 'anteventulos' dixit, et 'propendulos.' In Floridis: 'Jam primum,' inquit, 'crines ejus præmulsis antiis, promulsis caproneis anteventuli et propenduli.' *Beroald.*

Luculentam proferens faciem] Id tam hic, quam lib. IV. p. 65. *Faciem illam luculentam*, placebat Sopingio. Perperam. *Luctulentus* vox est nihili, et, si *luctuosum* significet, non exprimit mentem Appuleii, qui ait, mulieri, etiamsi tristissimæ, faciem fuisse pulcherrimam; ut pluribus docet Pricæus. Terent. Heaut. III. 2. 12. 'Et quidem hercle forma luculenta.' Supra pag. 22. 'Signum perfecte luculentum.' *Luculenta* Pith. Dein *præferens* Ms. Par. et Ed. Scriverii. Non male quidem, sed tamen præfero vulgatum, quia addit 'crinibus dimotis.' Sic enim hucusque facies obtecta est *prolata*, ita ut aspectui pateret. *Oud. Etiam in mœrore luculentam*] Mira profecto et exuperantissima esse creditur formositas illa, quæ etiam in mœrore et ægritudine luculenta conspicitur. *Beroald. Etiam in mœrore luculentam proferens faciem*] Notavi in hunc sensum mihi aliquot multos non inelegantes locos, quos hic in medium promere non importunum puto. Isidorus Pelusiota: Τὸ σωματικὸν κάλλος οὐδ' ὑπὸ τῶν ἐκπλήξεων ἀλλοιοῦται, σώζει δ' αὐτὸ, κἂν ἐν δακρύοις ὑπάρχει. Plutarchus de in virt. profic. Τῆς δὲ Πανθίας καὶ δάκρυα καὶ κατήφεια πενθούσης ἄρα καὶ κεκακωμένης ἐξέπληξε τὸν Ἀροάσπην. Philostratus in Iconibus: Βλέπει δὲ οὕτω τι ἡδὺ καὶ ἀφελὲς, ὡς μηδὲ ὑπὸ τῶν δακρύων τὸ ἵλεον ἐξαλλάττειν. Achilles Tatius de Leucippe: Ἐπλήσθη δακρύων, καὶ εἶχεν αὐτῆς ἴδιον κάλλος καὶ τὰ δάκρυα. Dio Cassius de Cleopatra: Καὶ γὰρ ἐν τῷ πενθίμῳ σχήματι δεινῶς ἐνέπρεπεν. Basilius Seleuciensis I. de S. Tecla: Οὐδὲν τῶν τοσούτων ἴσχυσεν ἀχλυῶσαι καὶ ἀμαυρῶσαι τὸ αὐτῆς κάλλος. Heliodorus I. Τραύμασι μὲν κατῄκιστο, &c. ἤνθει δὲ καὶ ἐν τούτοις ἀνδρείῳ τῷ κάλλει. Senec. Herc. Œt. 'Per ipsas fulget ærumnas decor.' Terentius Phormione: 'Capillus passus, pes nudus, ipsa horrida: Lacrymæ, vestitus turpis, ut ni vis boni In ipsa inesset forma, hæc formam exstinguerent.' Curtius de Darii conjuge jam captiva: 'Formæ pulchritudine ne illa quidem sorte corrupta.' Manilius de Andromeda: 'Servatur tamen in pœna vultusque decorque: Supplicia ipsa decent.' Ovid. Metam. VII. 'Tristis erat, sed nulla tamen formosior illa Esse potest tristi: tu collige qualis in illa Phoce decor fuerit, quam sic dolor ipse decebat.' Et Amor. I. 'Clamabat flebatque simul, sed utrumque decebat, Nec facta est lacrymis turpior illa suis.' Virgil. 'Tristior, et lacrymis oculos suffusa nitentes:' ubi Servius: 'Dicendo nitentes, expressit nimiam etiam in lacrymis pulchritudinem.' *Pric.*

Meque respectans] *Respiciens* satis temere ex Rom. et Flor. Elmenh. Scriver. Pric. et Floridus in contextum receperunt contra ceteros Mss. et Edd. O. ac loca similia Auctoris. Lib. III. p. 49. 'Meque respectantes:' in Apol. p. 481. Ed. Flor. 'Quid cunctaris? quid respectas?' Sic et Mss. aliquot et Edd. Vett. lib. IX. p. 194. 'Respectato communi periculo:' ubi tamen vide. E suo Codice *respectans* probavit etiam D'Orv. ad Charit. lib. V. 9. p. 94. *Oud.*

Quam expergite munus obeas] Ut vigilanter officium injunctum peragas. 'Obire munus,' est officium facere. Namque hac præpositione *Ob* Antiqui usi sunt pro ad: ut 'ob os,' ad os: 'obmoveto,' pro admoveto: 'occensos' dixit Ennius, pro accensos:

et in Iphigenia: 'Acherontem obibo,' inquit, pro adibo. Item, 'ob Romam' dixit, pro ad Romam, illo versu: 'Ob Romam noctu legiones ducere cœpit.' 'Obire diem' significat mori, quasi ire ad diem fato destinatum. Apud Suetonium et M. Tullium 'obire diem' significat adire diem, et in tempore esse ad munus obeundum de præstituto. *Beroald.*

Sine cura sis, inquam, &c.] 'Bono animo es, quod ad hujus rei curam pertinet,' ut infra lib. III. loquitur. Inibo, adnitar saltem inire, post tot editores, tot correctores, nonnullam hoc loco bonam a Plauto gratiam. In Pseudolo I. 3. Adolescens de lenone loquens: 'Quid mihi es auctor huic ut mittam, ne amicam hic meam prostituat?' respondet servus: 'Bene curassis, liquido es animo; ego pro me et te curabo:' nec aliter ulla hactenus mihi visa editio: ex qua lectione tamen nil potest elici. Pro *bene* repono *sine:* pro *curassis*, scribo *cura sis.* Sine cura sis (inquit) mi here, liquido animo esto: ego pro me et pro te curabo. 'Quietus esto, ego curabo,' &c. dixit alius apud Terentium. Sic iterum supra hoc lib. 'Sine cura sis, inquam, Fotis mea:' et præter Nostrum Tacitus, qui sic de Agricola: 'Finis vitæ ejus nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis etiam ignotisque non sine cura fuit:' quibus adde et II. 29. ista A. Gellii: 'Hortatur ut tum quoque sine metu ac sine cura sint.' *Pric.*

Modo compara] Imperativum hic primus invexit Scaliger, sive Vulcan. Ed. sec. cui paruerunt sequentes: uti sæpissime *modo* construitur. Ovid. lib. I. Art. Am. 270. 'Capies: tu modo tende plagas:' et vs. 477. 'Penelopen ipsam, persta modo, tempore vinces.' Verum Mss. quantum sciam, omnes, et Edd. priores exhibent *comparas:* unde malim cum alio viro docto reponere *compares.* Valet *modo* idem, quod si modo, dummodo, modo ut. Terent. Heaut. v. 2. 28. 'Modo liceat vivere, est spes.' Septim. de B. Troj. II. 33. 'Modo in locum ejus Hippodamiam acciperet:' ubi tamen in Mss. et Edd. Vett. est *si modo.* Vel posset legi *comparans*, ut *modo* explices per *tantummodo.* Vide Drakenb. ad Liv. lib. III. c. 53. et sæpius. *Oud.* *Modo corollarium idoneum compara*] Varro IV. de Ling. Lat. 'Manupretium a manibus et pretio: corollarium, si additum præterquam quod debitum: vocabulum fictum a corollis, quod hæ, cum placuerant actores, in scæna dari solitæ.' Seneca VII. 16. de Benef. 'Gubernatori et opifici vilissimæ mercis, et in diem se locanti, corollarium aspersimus.' Gloss. 'Corollarium, εὐχάρισμα.' Onomast. vet. laudatissimum: 'Corollarium, ἐπιφορά.' *Pric.* *Modo corollarium*] Sensus est: omnem curam exue, et sollicitudinem missam facito, o matrona: modo mihi præpares aliquod quasi auctarium et munusculum, præter legitimam constitutamque mercedulam: nam corollarium dixerunt Antiqui, id quod additum foret legitimo præmio ac mercedi, præterquam quod debitum: vocabulum a corollis ductum: quod hæ, cum placuerunt auctores in scena, dari sunt solitæ: auctor M. Varro. Scribit Suetonius, quod Augustus corollaria præmia, in alienis quoque muneribus ac ludis, et crebra et grandia de suo offerebat: quo loco pauca quædam annotavimus. Apud scriptores idoneos corollarii mentio fit in hoc significatu, ut accipiatur pro quodam additamento et re tenuissima, cum corollæ, quæ et ipsæ corollaria nominantur, minimi ob gracilitatem pretii dari soleant histrionibus: de quibus Plin. hæc in XXI. 'Paulatim et Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox et corollariis.' Item in IX. 'Corollarium' pro re minimi pretii usurpavit: sicut M. Tullius 'co-

rollarium nummorum' dixit in Verrinis, quasi (ut ita dicam) pro accessorio atque appendicula: infra Appuleius festiviter appellat 'puerile corollarium,' præposterum concubitum. Plinius neoteros 'operæ theatralis corollaria' posuit pro mercedula et præmio laboris theatrici. *Beroald.*

Quo placito] Pith. Edd. Vicent. Junt. pr. *hic pl.* Junt. post. *sic pl.* ut *placito* sumatur absolute, ut supra 'comperto,' ubi vide. p. 38. 'Et oblato statim.' sc. præmio, ac passim. Nihil tamen contra Mss. muta. Lib. IX. p. 179. 'Isto placito, vos,' &c. *Oud.*

Et ad aliud cub. &c.] *Aliud* jam legas in Ed. Junt. post. ac consentiunt Mss. Flor. Pal. Reg. Oxon. &c. *alium* D'Orvill. Fux. In Bertin. tamen et Pith. est *illud* cum ceteris vulgatis ante Colvium. Quasi cadaver fuerit in eodem obscuro conclavi, quo sedebat matrona, et in illud nondum intrarit Thelephron, sibi antea modo monstratum. Sed malim sequi plurimos Mstos. *Idem.*

Splendentibus linteis] Supra diximus, quod color albus ob sinceritatem, puritatemque defuncti est accommodatissimus: velamenta quoque linea non modo indutui et amictui et sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris usurpantur. In Evangelio scriptum legimus, corpus Domini sindone indutum fuisse: quo vocabulo significatur lineum velamentum. *Beroald.*

Quibusdam septem testibus] [Vid. VV. LL.] Hinc eam vocem dein uncis incluserunt. Sed perperam, ut recte monuit Pricæus, et ex eo Floridus, adlato loco p. 42. 'Tres quidam vegetis corporibus.' Lib. IV. p. 68. 'Ecce quidam longe plures.' Lib. X. p. 219. 'Quibusdam duobus servis fratribus.' Cic. II. de Orat. cap. 86. 'Juvenes statim ad januam duos quosdam.' II. de Inv. cap. 51. 'Duo quidam, cum jam in alto navigarent.' Sueton. in Cæs. cap. 84. 'Duo quidam gladiis succincti.' Hygin. lib. II. Astron. 23. 'De duobus quibusdam asellis.' Martian. Cap. lib. II. p. 45. 'Poscitque quosdam tres deos.' Vide et Gronov. ad Gell. lib. III. 7. 'Quadringentos aliquos.' Et sic passim solent Græci. Achill. Tat. lib. VII. pag. 417. Τινὲς τέτταρες. Sed adi D. Heins. ad Theocr. Idyll. cap. 2. Pric. ad Act. Apost. cap. 19. 26. Ἑπτά τινες. Moll. ad Longi Past. p. 43. εἷς δέ τις. Non opus itaque est, cum Heinsio in Advers. p. 771. rescribi *septenis.* Oud. *Septem testibus*] Allusit ad numerum testium, qui ex constitutionibus leguntur, et edicto prætoris adhiberi solent et debent faciendis testamentis, quorum signacula et subscriptiones necessariæ sunt. Possunt autem septem testes omnes signare uno annulo testamentum. Quod si quis sine scriptis voluerit ordinare testamentum jure civili, septem testibus adhibitis, et sua voluntate coram eis nuncupata, sciat hoc perfectissimum esse testamentum. *Beroald. Introductis quibusdam septem testibus*] Τὸ *septem* delet Wowerius Elmenhorstio approbante: male faciunt ambo. Infra heic, 'Tres quidam vegetis, &c. corporibus.' Sic Act. 19. 14. ἑπτά τινες. *Pric.*

Revelat] Discooperit, renudat, retegit. *Beroald.*

Diutine visu præfleto] *Usu* est in Mss. omnibus, et Edd. primis: *perfleto* itidem in Reg. Fux. Par. D'Orv. Guelf. pr. Edd. Vicent. Junt. Ald. Colin. et Beroaldi nota, Elmenh. Pric. Flor. *defleto* Ed. Scriv. Sed *præfleto* præbent Lips. Pal. Guelferb. sec. Oxon. Edd. Ber. Bas. pr. Colv. Vulc. Scal. &c. Quod præplacet. Fleverat matrona, priusquam loquebatur. N. Heinsius d. l. conjiciebat: *eo insuper fleto*, vel *eo super fleto*, aut *viro super fleto.* Certe *eo* non

potest hic locum habere. 'Præfleri visus' dicitur, ut alibi 'defleri oculi.' Vide ad p. 5. 'Defletis ad captivitatem oculis.' Millies *visus* et *usus* confunduntur: ut mox. Si quid innovandum, præstet Sopingii conjectura, per Græcismum, *visum præfleta*. At tunc præcedere debebat copula ante *τὸ obtestata*, vel omnino illic *fide* legendum. *Oud. Usu perfleto*] Legendum *Visu*: hoc est, diffletis oculis. *Beroald. Diutine visu præfleto*] Statius: 'Dilectosque premis vultus, et frigida lambis Oscula.' *Pric.*

Obtestata fidem pr.] Zabarell. quoque membranæ dant *fide*, probante Ferrario l. I. Elect. c. 14. uti jam diu edidit Scriverius, passive, quemadmodum in similibus sæpe loquitur Appuleius. Immo Horat. I. O. 1. 24. 'Bellaque matribus Detestata.' Sic sæpe 'testatus,' 'contestatus' passive occurrunt.' *Oud. Obtestata fidem præsentium*] Lib. IX. 'Cunctos testatur incoram.' *Pric.*

Membra contecta] *Verba concepta* non de nihilo videtur esse in Mss. aliquot et Edd. omnibus ante Colvium. Sed *membra contecta* etiam in Reg. Fux. D'Orv. Oxon. Pric. In Par. Guelf. utroque *umbra contecta*. Vulc. Ed. sec. et seqq. *contacta* ediderunt. *Contrectata*, quod Pricæus conjecit, jam occupaverat Meursius Crit. Arnob. l. II. c. 3. Ab Auctore relictum opinor: *singula demonstrat anxie membra contrectata*, vel *contrectans, verba concepta d. i. q. t. prænotante*. Eo enim pertinent sequentia. 'Contrectare' vel 'contractare membra' frequens est. Vide ad l. VIII. p. 157. 'Studium contrectandæ mulieris.' *Oud. Singula demonstrat anxie membra, contacta, &c.*] In quibusdam est *contecta*: Lipsius *contacta*: legendum *contrectata* puto. Tacitus de Nerone: 'Adduntur his atrociora, nec incertis Auctoribus: ad visendum interfectæ' (Agrippinæ) 'cadaver adcurrisse: contrectasse membra; alia vituperasse, alia laudasse,' &c. Utrobique vides de *cadavere* agi. *Pric. Verba concepta*] Dicimus *verba concepta*, quæ prout enunciantur, ita perscribi solent: nec aliquid præposterum dici fas est. Sæpe jusjurandum offerri solet conceptis verbis. Plautus in Asinaria: 'Ubi verbis conceptis sciens perjuraris.' *Beroald.*

Tabulis prænotante] Notarium sive tabellionem significat, quem et libellionem vocant. Papinius in Sylvis: 'De capsa miseri libellionis.' Ex eodem ordine videntur esse 'novatæ,' quorum meminit Horatius illo versu: 'De re communi scribæ magna atque novatæ.' Titulus est apud Jurisconsultos de novationibus, unde et novatis nomen. *Idem. Quodam tabulis prænotante*] Ammianus lib. XXVIII. 'Cum hæc eadem numerantes notarii prope triginta adsistant cum thecis et pugillaribus.' *Pric.*

Ecce nasus integer] Matrona coram testibus membra defuncti integra assignat custodi: quæ ille ex pacto integra et illibata debet repræsentare, peracta custodia. *Beroald.*

Illibata labia] Neutrum reposuit Elmenh. et cum eo sequentes; quia ita exaratum est in Florentino et Bertin. At nihil fuerat novandum contra reliquos Mss. et Edd. priores. Femininum hic genus antique, ut solet, amavit Appuleius, vacillantibus temere sæpius editoribus. L. III. p. 59. 'Nares hiantes et labiæ pendulæ:' ut est in Mss. et Edd. ante Elmenh. sicut mox in singulari sequitur, 'postrema dejecta labia.' L. VII. p. 134. 'Pendulas vibrassem labias.' Ita Mss. non *labia*. L. X. p. 222. 'Contorta in modum linguæ extrema labia.' p. 226. 'labiasque modicas, ambrosio rore purpurantes:' p. 231. 'Semihiantes compressit labias.' Nec secus Pompon. apud Nonium in v. 'Delirare,' ac 'Rictum ferarum.' Nigid. et alii apud Gell. l. X. c. 4. XIX. c. 11. et ipse Gell. l. XVIII. c. 4. 'La-

biarum ductu.' De prava Donati ad Eunuch. Terent. II. 3. 44. 'demissis labiis,' aliorumque distinctione inter 'labra,' 'labia,' et 'labias,' consule Beroald. et Drak. ad Sil. I. VIII. 115. 'Labiisque trementibus Anna.' *Oud.*

Illibatæ labiæ] Integra labra. 'Labia' et 'labias' neutro et fœminino genere indifferenter apud Antiquos usurpata reperies: proinde quidam inanem facere discretionem voluerunt, ut virorum 'labra,' mulierum 'labia' esse dicerent. Antiquus versiculus est memoratu dignus, qui ait: 'Anima ægra et saucia cucurrit ad labias mihi.' Donatus in Eunuchum: 'Labia,' inquit, 'sunt superiora, labia inferiora, labiæ asinorum proprie dicuntur.' *Beroald.*

Mentum] Nulli præter hominem mentum est. Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat: auctor Plin. De feris quoque dici mentum posse, scripturæ canonicæ testantur, apud quas libro Regum primo scriptum legimus: 'Leo et ursus consurgebant adversum me, et apprehendebam mentum eorum, et suffocabam interficiebamque eos.' Vetus proverbium est, 'Inter manum et mentum:' idem fere significans quod illud, 'Inter os et offam,' de quo supra diximus. *Idem.* *Salvæ aures, illibata labia, mentum solidum*] Sidonius VII. 5. 'Omnia censuræ tuæ salva, illibata, solida servantur.' Quæ cum scriberet, Appuleianum hunc locum sectatum esse satis obvium est. *Pric.*

Vos in hanc rem, &c.] Apud Ulpianum Fragm. tit. XX. 'Hæc uti his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos Quirites testimonium perhibetote. *Colv.* *Vos in hanc rem boni Quirites testimonium perhibetote*] Et hic, ut supra paulo, mos testamenta condentium respicitur. Testator IV. 24. apud Isidorum: 'Hæc uti in his tabulis cerisque scripta sunt, ita videtur, ita lego, ita dico: itaque vos cives Romani testimonium perhibetote mihi.' *Pric.*

Consignatis] Signo scilicet septem testium. *Beroald.*

Facessit] Abit, recedit, verbum comicum. *Idem.*

Et oleum ad lucem luci sufficiens] *Et* abest Fux. In Ed. Scriverii est *ad lucem loci.* Utrumque male: uti bene Beroald. et Roaldus animadverterunt Appuleii lusum in hac voce, quæ primo diem, dein lumen significat. Plura vide ad Suetonii Cæs. c. 31. Stat. lib. I. Th. vs. 435. 'numerosam lucem' dixit de lampadibus. 'Galeæ lucem' dat Sil. l. V. 308. X. 104. Contra 'lumen nascentis diei' pro luce lib. V. pag. 97. Burm. ad Virg. Æn. II. 683. Heinsius conjecerat, *ad diluculum,* vel *ad diem,* aut *lucem usui.* Oud. *Oleum ad lucem sufficiens*] Petit tantum olei sibi exhiberi ad noctem illuminandam, lucemque in loco tenebroso faciendam, quantum per totam noctem durabile sit usque in lucem matutinam. Decenter autem dictum, 'Ad lucem luci diei venientis:' alterum ad lucem illuminationis, quam facit lucerna. *Beroald.* *Et oleum ad lumen luci sufficiens*] Pollux. VI. 19. Τὸ διαπαννυχίσαι καὶ διανυκτερεῦσαι ἂν εἴποις, &c. καὶ παραπέμψαι τὴν νύκτα ἐς τε τὸν ἥλιον, καὶ τὸν λύχνον τὸν τούτοις καιόμενον, πάννυχον. *Pric.*

Calida cum œnophoris] *Et calida* non modo in omnibus exaratur Codd. sed et editum jam est in Ed. Junt. post. Promiscue dicitur *aqua calida,* et *calida* vel *calda.* Vide ad pag. 31. lib. IV. pag. 68. et ad Sueton. Tib. cap. 42. Mox D'Orvill. *onuophoris,* Oxon. *vinoph.* quasi fuisset *oinoph.* Sed in aliis quoque auctoribus *œnoph.* exhibetur. Latini enim Græcam syllabam οι expresserunt per *œ*. Quin in Inscript. Fabrett. pag. 705. Cum œnophoru, cum calice. Fux. *estenophoris. et c. certarumque r.* Guelf. pr. *reliquis.* *Oneratus* malebat quoque

biarum ductu.' De prava Donati ad Eunuch. Terent. II. 3. 44. 'demissis labiis,' aliorumque distinctione inter 'labra,' 'labia,' et 'labias,' consule Beroald. et Drak. ad Sil. l. VIII. 115. 'Labiisque trementibus Anna.' *Oud.*

Illibatæ labiæ] Integra labra. 'Labia' et 'labias' neutro et fœminino genere indifferenter apud Antiquos usurpata reperies: proinde quidam inanem facere discretionem voluerunt, ut virorum 'labra,' mulierum 'labia' esse dicerent. Antiquus versiculus est memoratu dignus, qui ait: 'Anima ægra et saucia cucurrit ad labias mihi.' Donatus in Eunuchum: 'Labia,' inquit, 'sunt superiora, labia inferiora, labiæ asinorum proprie dicuntur.' *Beroald.*

Mentum] Nulli præter hominem mentum est. Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat: auctor Plin. De feris quoque dici mentum posse, scripturæ canonicæ testantur, apud quas libro Regum primo scriptum legimus: 'Leo et ursus consurgebant adversum me, et apprehendebam mentum eorum, et suffocabam interficiebamque eos.' Vetus proverbium est, 'Inter manum et mentum:' idem fere significans quod illud, 'Inter os et offam,' de quo supra diximus. *Idem.* *Salvæ aures, illibata labia, mentum solidum*] Sidonius VII. 5. 'Omnia censuræ tuæ salva, illibata, solida servantur.' Quæ cum scriberet, Appuleianum hunc locum sectatum esse satis obvium est. *Pric.*

Vos in hanc rem, &c.] Apud Ulpianum Fragm. tit. XX. 'Hæc uti his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos Quirites testimonium perhibetote. *Colv.* *Vos in hanc rem boni Quirites testimonium perhibetote*] Et hic, ut supra paulo, mos testamenta condentium respicitur. Testator IV. 24. apud Isidorum: 'Hæc uti in his tabulis cerisque scripta sunt, ita videtur, ita lego, ita dico: itaque vos cives Romani testimonium perhibetote mihi.' *Pric.*

Consignatis] Signo scilicet septem testium. *Beroald.*

Facessit] Abit, recedit, verbum comicum. *Idem.*

Et oleum ad lucem luci sufficiens] *Et* abest Fux. In Ed. Scriverii est *ad lucem loci.* Utrumque male: uti bene Beroald. et Roaldus animadverterunt Appuleii lusum in hac voce, quæ primo diem, dein lumen significat. Plura vide ad Suetonii Cæs. c. 31. Stat. lib. I. Th. vs. 435. 'numerosam lucem' dixit de lampadibus. 'Galeæ lucem' dat Sil. l. V. 308. X. 104. Contra 'lumen nascentis diei' pro luce lib. V. pag. 97. Burm. ad Virg. Æn. II. 683. Heinsius conjecerat, *ad diluculum,* vel *ad diem,* aut *lucem usui.* Oud. *Oleum ad lucem sufficiens*] Petit tantum olei sibi exhiberi ad noctem illuminandam, lucemque in loco tenebroso faciendam, quantum per totam noctem durabile sit usque in lucem matutinam. Decenter autem dictum, 'Ad lucem luci diei venientis:' alterum ad lucem illuminationis, quam facit lucerna. *Beroald.* *Et oleum ad lumen luci sufficiens*] Pollux. VI. 19. Τὸ διαπαννυχίσαι καὶ διανυκτερεῦσαι ἂν εἴποις, &c. καὶ παραπέμψαι τὴν νύκτα ἐς τε τὸν ἥλιον, καὶ τὸν λύχνον τὸν τούτοις καιόμενον, πάννυχον. *Pric.*

Calida cum œnophoris] *Et calida* non modo in omnibus exaratur Codd. sed et editum jam est in Ed. Junt. post. Promiscue dicitur *aqua calida,* et *calida* vel *calda.* Vide ad pag. 31. lib. IV. pag. 68. et ad Sueton. Tib. cap. 42. Mox D'Orvill. *onuophoris,* Oxon. *vinoph.* quasi fuisset *oinoph.* Sed in aliis quoque auctoribus *œnoph.* exhibetur. Latini enim Græcam syllabam οι expresserunt per æ. Quin in Inscript. Fabrett. pag. 705. Cum œnophoro, cum calice. Fux. *estenophoris, et c. certarumque r.* Guelf. pr. *reliquis.* *Oneratus* malebat quoque

Heinsius. Vide lib. II. pag. 31. 'Cœnæ honestas reliquias tolerans.' *Oud.* *Œnophoris*] Vasis vinariis: 'œnophorum' enim, ut nominis argumento liquet, significat vas vinarium, apud Lucianum et Mart. reliquosque. Augustinus in VII. de Civitate Dei auctor est, in Liberi æde œnophorum sisti solere: quod significaret vinum, per id quod continet, id quod continetur. Praxiteles inter cætera opera quæ percenset Plin. fecit et œnophorum: quod, ut opinor, non tam vas vinarium significat, quam ministrum vini poculum inferentem. *Beroald.*

Discus] Discum vocant vas escarium: unde 'discophoros' dictus, qui in disco, in mensa, prandium refert. Divus Hieronymus 'discophorum' scito elegantique vocabulo appellat *Abacuch*, quia scilicet prandium Danieli deportavit, in lacum leonum conjecto. Legimus in Evangelio, caput Joannis Baptistæ allatum in disco, et puellæ datum fuisse. Apud Antiquos 'aristophorum' quoque dicebatur vas, in quo prandium offertur. Alias 'discus' pro massa plumbi sive ferri accipitur: quod genus est ludi, quo juvenes in ludo contendebant. Disco periit Hyacynthus, deliciolum Apollinis. Poëtæ frequenter disci meminerunt: aliter 'possinaculum' vocant. Inde 'discobolos' dictus, qui discum jaculatur: in quo significatu accipitur apud auctores, scribentes discobolon factum esse a Myrone, aliisque artificibus. *Idem.*

Pag.37 *Capite quassanti*] Videtur Elmenhorstius per hæc exempla p. 95. 133. Ed. Pric. docere voluisse, se errasse in contextu edendo, iisque Pricæus addidit tertium e lib. VIII. pag. 251. 'At ille diu capite quassanti.' Nam uterque exhibuerat *quassata.* Verum ita dicitur, cum illud externa fit vi, ut Apol. p. 477. Ed. Flor. *fronte et* occipitio conquassatus. Floridus edidit *quassato.* Sed hoc notaret *multato*, ut l. VI. p. 182. 'Capilloque discisso, et capite conquassato,' sc. Psyches per Venerem. Ms. Palat. *quassatius.* Librarii non ceperunt *quassanti* ita dici de ipso capite, sese præ indignatione motante. Atqui non solus Appuleïus, sed et antiquiores ita dixerunt. Plaut. Asin. II. 3. 23. 'Quassanti capite incedit.' Bacchid. II. 3. 7. 'Subducunt lembum capitibus quassantibus.' Adde omnino Servium ad Virgilii Georg. lib. I. 74. 'Siliqua quassante:' et Burm. ad l. V. Æn. 469. 'Quassantemque utroque caput.' Immo absolute Lucan. l. I. vs. 494. 'Quatiente ruina.' In indignatione etiam Sil. VI. 600. 'Tum quassat caput.' De *partibus* adi ad Petron. c. 33. et Piccarti Peric. Crit. c. 19. *Oud.* *Capite quassanti*] Indignantis specimen est: ut apud Virg. de Turno in XII. 'Ille caput quassans:' et apud Plautum Trinummo: 'Quid quassas caput?' *Beroald.*

In domó funesta cœnas, &c.] 'Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, et alba veste.' Paul. Sententiar. l. II. cap. 21. *Elmenh.* *Partes*] Significanter locutus est: nam partes dicuntur eduliorum in mensa, quas amoris testificandi causa solent principes convictoribus dare: ut apud Suetonium et Xenophontem legimus, et infra apud Lucium quoque evidenter ostenditur. Græce μερίδες dicuntur. Scribit Dicæarchus, non fuisse moris apud Antiquos in cœnis partes distribuere: postea obtinuit consuetudo, ut deficientibus eduliis partes viritim darentur, cum prius potentiores infirmorum alimenta corrumperent: et inde contingeret, ut ex voratrina suffocarentur. Unde factum est proverbium, μερὶς οὐ πνίγει, id est, Pars non strangulat. Hæc ex monumentis Græcorum, secretariisque deprompsimus, studiosorum utilitati consulentes, qui frequenter legent, partes in cœna dari solitas. *Beroald.* *Tum illa capite quassanti,*

Abi, inquit, fatue, qui in domo funesta cœnas et partes requiris] Lib. VIII. ‘At ille diu capite quassanti, Vos autem, inquit, de cibo vel poculo, vel omnino ulla refectione cogitatis?’ ‘Cœnas et partes,’ ἓν διὰ δυοῖν. id est, ut paulo supra, ‘reliquias.’ Petronius: ‘Diversitor cum parte cœnæ intervenit.’ *Pric.*

In domo, &c. in qua totjugis jam diebus ne fumus quidem visus est ullus] ‘Algebat clauso nuda culina foco.’ Scholiastes ad Acharnens. Aristophanis: Τὸ πῦρ εὐωχίας σημαντικόν. Supra lib. I. ‘In cujus hospitio nec fumi nec nidoris nebulam vererer.’ Artemidorus II. 9. Ἄνευ τοῦ τροφῆς παρασκευάζεσθαι, οὐκ ἔστιν ἐφ' ἑστίας πῦρ ἰδεῖν. Juvenalis: ‘Tum gemimus casus Urbis, tunc odimus ignem.’ Scholiastes: ‘Nec focum in nostra domo fieri patimur, quod et lugentes observare solent.’ *Idem. Totijugis diebus*] Id est, tot diebus: nam qua forma *multijuga* pro multis, eadem *totijuga* pro tot usurpamus: et sicut in ‘postliminio’ et ‘legitimo’ illud ‘liminium’ et illud ‘timum’ nihil significant, sed pro nominis supplemento ponuntur, ita *multijuga* et *totijuga* et horum nominum opinor esse producta, ut *juga* pro additamento supervacue ponatur. In apologia: ‘Legisti Aristotelis multijuga volumina.’ M. T. ad Atticum scribens ait, se ‘multijugas’ literas accepisse. *Beroald.*

An istic comissatum te venisse cr.] Palat. Guelf. sec. *conversatum.* In plerisque Mss. et Edd. est *comes.* Sed prætuli *i* cum Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. et consule quos laudat Drakenb. ad Livii lib. XI. c. 7. ‘Quin comissatum ad fratrem imus?’ Malim quoque cum Mangani libro *istuc* ob τὸ *venisse*, uti passim ‘huc,’ ‘illuc’ adverbia sunt ad locum significantia: quomodo corrigendus videtur Propertius l. I. El. 19. 13. ‘Illuc formosæ veniant chorus Heroinæ.’ Sic enim in uno Voss. est. In alio Leid. *illinc*, vulgo *illic*: unde Passerat. e conjectura legebat *vernant.* Infra l. IX. p. 180. *istuc* abierat quoque in *istic.* Guelf. sec. *credis ven.* *Oud.* *Comessatum*] Convivatum, epulatum, compotatum, ut scilicet et gulæ ventrique genialiter indulgeas. De comessationibus et comessatoribus scripsi affatim in nono Suetonii commentario: ubi id quoque annotavimus, *comessari* proprie dici post cœnam epulari et compotare. *Beroald.* *An isthuc commissatum te venisse credis*] Glossarium: ‘Commissatum, ἐπὶ κῶμον.’ *Pric.*

Quin sumis, &c.] Perperam omnino Gruter. licet *simus* etiam sit in Palatino. ‘Sumere luctus’ est induere sibi animum lugubrem: uti ‘sumere constantiam virilem’ l. VI. p. 127. et lib. XI. pag. 249. ‘Sume vultum lætiorem:’ et ita p. 251. ‘suscipere luctum.’ Sic ‘sumere fastum’ Propertio l. II. 19. 16. ubi vide Passerat. ‘Sumere animos,’ ‘iras,’ ‘figuras,’ Ovidio Rem. Amor. 518. lib. II. Met. 175. XII. 556. ‘scenam’ l. IV. p. 77. *Oud.* *Hæc simul dicens, respexit ancillam*] VIII. ‘Hic me simul domi, &c. conspexit.’ Supra hic: ‘Hæc simul dicens, in me respexit.’ Fortassis in hac locutione Juvenalis post tot emendatores emendandus. Legimus Sat. IV. ‘Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo Ostrea, callebat primo deprendere morsu; Et simul aspecti dicebat littus echini:’ ubi vulgo *semel* editur: tale infra hic VIII. ‘Officiis inferialibus statim peractis.’ *Pric.*

Myrrhine] *Myrrene* vel *Myrrhene* etiam in Mss. Reg. D'Orv. Fux. Lips. Oxon. Guelf. et Edd. ante Vulc. sec. qui bene *i* reposuit e Gr. Μυῤῥίνη: uti in notis Beroaldi. Ven. *Myrehene,* Junt. pr. Ald. Colin. *Byrrhenæ* vitiosissime. *Oud.* *Myrrhene*] Nomen ancillæ: μυῤῥίνη Græce dicitur myrrhus, μύραινα muræna. *Berold.*

Trade c. et inc. c. c. pr. facessit de-

solatus] In Palat. Guelf. sec. est *tradas*. Male Mss. Lips. Reg. Fux. Pith. Guelf. D'Orv. Palat. cum Colvio et sequentibus ediderunt *tr. confestim. Et incluso custode, pr. cubiculo facessit des.* ut sub *facessit* subintelligatur *matrona*. Verum tunc non *custode* debuit scribere Auctor, sed *me*, vel *me custode*. Omnino igitur verissima est ceterorum codicum et Edd. Vett. scriptura *facesse*. Jubet enim matrona ancillam oleum tradere, et protinus cubiculo facessere, incluso Telephrone custode. *Facessit* contractum est ex *facesse. Sic*: quod clare patet e Florent. in quo est *facesse sit*. At *sic* agnoscit etiam D'Orvill. cum Par. et Ed. Pric. ac Flor. pro quo Bemb. male *hic*. Immo Scriverius jam bene expressit *facesse. Sic d.* Eaque particula ad transitionis connexionem hic est necessaria. Vide ad p. 25. Ed. Pr. Salmasius conjecit *facessito. d.* Oud. *Custode*] Isto scilicet Telephrone, qui se custodem cadaveris futurum spopondit. *Facesse*] Abi, discede. *Beroald.*

Desolatus] Quasi solus, solitariusque relictus. *Idem.*

Perfrictis] Non vulgo legitur *perstrictis*, sed in sola Ed. sec. Vulcanii e Ms. Lips. cui accedit D'Orvill. Sed bene damnavit quoque Pricæus. Lib. III. p. 57. 'Unguedine adfricta' et 'defrictis pupulis:' ubi eadem est varietas, et plura vide. Vulcanius margini adlevit quoque *præfrictis*, sive ante fricatis. Mirifice in Paræano est *perfrigidiscule sed obrimas ad v.* et Guelf. sec. *perfrictis culis, sed obrumatus ad* v. a m. pr. *obarmatus* a sec. Fux. *perfrutis*, Guelf. pr. *perfritis o.* Oudendorp. *Perfrictis oculis*] Moris est oculos digitis perfricare, ad somnum repellendum, quando reluctantes et invitos placidissimus ille Deorum cogit connivere, et ramum letheo rore madentem supra capita dormitantium quassat. *Beroald. Perfrictis oculis, et obarmatis ad vigilias*] Omnino legi sic debet, non *perstrictis*. Infra lib. III. 'Defrictis pupulis, an vigilarem scire quærebam.' 'Oculos ad vigilias obfirmare' hic, est quod VI. 'inconnivæ vigiliæ lumina addicere.' Heliodoro, τὸν ὕπνον ἐπιπολὺ ἐπιφερόμενον διωθεῖσθαι. Senecæ 'caligantes oculos in opere detinere.' *Pric.*

Crepusculum] Post occasum Solis dicitur tempus illud 'crepusculum,' a 'crepero,' quod vocabulo Sabino significat dubium: a quo res dubiæ dictæ creperæ: et a Lucretio dictum est, 'creperi certamina belli.' Est enim crepusculum id tempus, quo dies sit an nox, est dubium. 'Crepusculi' apud Antiquos nominati, qui eo tempore erant nati, ut Lucii, qui prima luce, 'Manii,' qui hora matutina: a Sidonio Apollinari 'crepusculascens' hora eleganter dicta est pro vespertina, temporeque crepusculi. *Beroald.*

Concubia altiora] Restitui lectionem, quam constanter servant Mss. omnes, et Edd. Elmenhorstio priores. 'Concubium' enim neutro genere substantivum est apud Plautum in Trin. IV. 2. 44. Varron. de L. Lat. p. 45. et apud Serv. ad Æn. II. 268. Censor. de Die Nat. c. 24. At *concubia altior*, quam lectionem, e conjectura Schickeradi in Epist. Crit. tacite reposuit Elmenh. nusquam legi: ut substantive sumatur. Alioquin enim 'nox concubia' adjective ponitur a Cicerone, Livio, Tacito, Valer. Max. et Floro lib. IV. 2. 37. 'nocte concubia.' Macrob. Sat. I. 3. 'Deinde concubia nox et inde intempesta.' Quod et restituendum Martiano Capellæ lib. I. p. 14. 'Concubiæ aut intempestæ noctis silentio.' Sic enim veterrimus Cod. Scriverii; vulgo *connubiæ*. Si vero subintelligas e præcedentibus vel seqq. τὸ *nox*, contra Latinæ linguæ genium junguntur duo adjectiva: ad hæc 'nox concubia' vel 'noctis concubia' num *altior* vel *altiora* dici possint, dubito; item an unquam *concubia* in plurali occurrant. Quare ego hic delerem τὸ *altior* vel

altiora, e prioribus repetitum. Optime procedunt *nox altior, et deinde concubia, et jam nox intempesta.* Ac sic solent noctis partes describere Romani. Vide citata loca: et tum *concubia* clare erit adjectivum, ut apud optimos quosvis. *Concubiā* in Pith. *Oud.*

Altior] Profundior. *Concubia.* Apud Macrob. dies ita dividitur, ut post vesperam prima fax dicatur, deinde concubia, et inde intempesta, quæ non habet idoneum tempus gerendis rebus. M. Varro noctem intempestam ab aliis concubium appellari docet, ab eo quod fere omnes cubent: ab aliis, quod sileretur, silentium noctis: quod idem tempus 'conticinium' Plautus vocat. Hinc apud historicos, maximeque apud Livium, identidem leges, 'silentio noctis' eductas copias: ubi accipe pro nocte intempesta sive concubia, super qua re in superioribus quoque non indiligenter scripsi. Scito autem me non tam ex oblivione quam animi sententia non parum multa bis terque repetere, ut scilicet satisfaciam veteri proverbio, quod inquit, δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. quod significatur, quæ pulchra sunt, bis et ter et sæpius dici oportere. *Beroald.*

Formido cumulatior quidem] Lib. I. 'Crebritas ipsa metum mihi cumulabat.' *Elmenh.* Facile substantivum verbum *erat* subintelligi potest. 'Cumulatior formido' dicitur, ut 'cumulata venia,' &c. Adi Comm. ad Virg. Æn. IV. 436. Si tamen Ms. idoneus Brantii firmaret conjecturam, non refragarer. Nec satisfacit hic loci istud *quidem*. Oud. *Nox intempesta, mihique formido cumulatior*] Virgilius: 'Simul ipsa silentia terrent.' Idem: 'Hinc exaudiri voces et verba vocantis Visa viri, nox cum terras obscura teneret:' ubi Servius: 'Ut augeret terrorem, tempus adjecit,' &c. *Pric.*

Mustela] Significatur maga, quæ, in mustelam transfigurata, introrepsit intra cubiculum. Placita magorum, vel potius vaniloquia, existimant vi magica homines, potissimumque mulieres, transformari in mustelas, mures, feles, et id genus bestiolas, quod et vulgus credit, cui id quoque persuasum est, fœminas certis quibusdam diebus equitare super bestiolas, et cum Diana sive Nerodia de silentio noctis loca multa peragrare. Cujus rei mentio fit in decretis canonicis 26. quæstione 5. Cæterum hæc omnia falsa esse, confidenter existimare debemus: etenim, ut docet divus Augustinus, non potest homo immutari in aliam effigiem: sed illusiones sunt, et phantasmata dæmonum, qui ludificatores sunt mortalium: qui instar Protei omnia transformant sese in miracula rerum, quibus homini præstigiæ difficiles esse non possunt. Denique huc referunt ecclesiastici scriptores omnia illa, quæ de Circe, quæ socios Ulyssis mutavit in bestias; quæ de Arcadibus, qui in lupos transfigurabantur; quæ de his qui in jumenta versi annonam bajulabant, memorantur. Sed ad propositum: Mustelarum duo sunt genera, distant magnitudine: Græci vocant ἰκτίδας: dicitur et γαλῆ, est quædam mustela domestica, quæ in domibus nostris oberrat, et catulos suos (ut auctor est Cic.) quotidie transfert, mutatque sedem: ob hoc dixit Plaut. in Sticho: 'Certum est mustelæ posthac nunquam credere: nam incertiorem nullam novi bestiam, quin et ipsa decies in die mutat locum.' Plin. et Solinus tradunt, mustelarum virus exitio esse basiliscis, quos interficiunt in cavernis sola tabe: necantur illi simul odore, commoriunturque, et naturæ pugnam conficiunt. Fel stellionum tritum in aqua mustelas congregare dicitur. Scribunt Grammatici, mustelam dici, quasi murem longum, a longitudine, unde et telum dictum. Genitalia ossea sunt mustelis. Catulus mustelæ efficax est contra mala medicamenta. *Beroald.*

Contra me constitit] Edd. Vicent. Junt. Ald. *circa*, confusione et aberratione frequentissima. Vide Roald. ad lib. VII. p. 84. Ed. Lugd. 'contra montis fastigium:' me ad Frontin. lib. I. c. 4. § 7. In Palat. *consistit*. Huc autem pertinet egregius locus Æliani lib. XV. de Anim. c. 11. de mustelis: Νεκροῖς ἀνθρώποις ἐπιτίθενται γαλαῖ, καὶ μὴ φυλαττόμεναι ἐπιτιθεῖσι, καὶ συλῶσι τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ἐκροφοῦσι. ubi quis non videt post ἐπιτίθενται prave subjici ἐπιτιθεῖσι? Ms. Augustan. cujus varias lectiones olim Hamburgo ad me misit Celeb. Jo. Christ. Wolfius, dat ἐπιθῶσι. Lege ἐπιθέουσι, irruunt. *Oud.*

In me destituit] Fux. *destitit*. Roald. Sic et Regius. Sed male; nec melius rescribere tentavit Heinsius *destinavit*. *Destituit* est defixit. Gracchus apud Gell. lib. X. c. 3. 'Palus destitutus est in foro.' Vide Drakenb. et quos laudat ad Liv. lib. XXIII. cap. 10. 'Ante pedes destitutum.' Hinc et sistere significat, ut videbimus latius lib. IV. p. 65. 'fugam destituo.' *Oud.* *Obtutum acerrimum in me destituit*] Gloss. 'Obtutus, ἔντασις ὀμμάτων.' et in alio, 'Ἀτενισμὸς, obtutus,' &c. Virgil. VII. 'Defixa Latinus Obtutu tenet ora:' et XI. 'Obtutuque hæret defixus in uno.' *Pric.*

Tantillulum animalis] Pith. *tantillum animal*. In Edd. ante Colvium erat *tantillum*, ut infra h. l. 'Ne præsentia quidem n. tantillum conterriti,' lib. III. p. 47. 'Tantillo crimine,' p. 52. 'tantillum scrupulum.' Et sæpius. A 'tantus' enim est 'tantulus.' Vide ad lib. III. p. 59. Hinc *tantillus*; inde ergo *tantillulus*, non *tantullulus*, ut in Zabar. Ms. Servant enim Mss. sed legunt, ut Reg. Fux. Guelf. uterque, Palat. Oxon. Par. D'Orvill. Zabarell. *tantillula animalis*. Quod merito probat Ferrar. lib. I. El. c. 14. *Animalis* substantive dicitur feminino genere: ut crebro dant Mss. et Edd. Vett. in lib. de Mundo. Sic p. 735. 'Animalium nantium pinnigerarumque ceterarum:' p. 742. 'Animales simul abire patiatur:' p. 752. 'Animalium pinnatarum.' Neque aliter Mss. duo Voss. Franek. Arundel. in Vitruv. præfat. lib. VIII. 'Alit et nutrit animales pascendo.' Vulgo *animalia*. Sic et *animans* usurpatur. Cic. lib. I. de Leg. c. 9. 'Ceteras animantes abjecisset ad pastum:' ubi in uno Cod. prave inveni *cetera animalia*. I. de Off. c. 28. 'Præstantiaque animantium ceterarum:' ubi consule viros doctos, uti et Gronov. ad Liv. lib. XXVIII. c. 27. 'Insuetos fœtus animales edere:' ut est in Mss. multis, item Heins. ad Ovid. Met. I. 70. Reddenda vox *animans* Lactantio Carm. de Phœn. vs. 70. 'Nulla nocens animans.' Sic enim Mss. quod vidi dein occupatum a Cl. Bunemanno. Adi et Heusing. in Antibarb. p. 436. Plin. lib. VII. c. 1. 'Unum animantium cunctorum.' In antiquissimo Cod. Leid. est *cunctarum*. Mart. Cap. lib. I. p. 18. 'Cunctorumque species animantium.' Veterrimus Ms. Leid. dat *cunctarumque*. In scriptura scil. Longobardica plurimum vix *ci* ab *u* distingui potest. *Oud.* *Præ nimia sui fiducia mihi turbaverit animum*] Avide arripuit hanc lectionem Scriverius. Probavit etiam cum Elmenhorstio Pricæus, male *sua* (vide ad lib. V. p. 90. 'fatigationem sui') exprimens. Mihi secus videtur. Non tam *præsentia* mustelæ erat turbatus Thelephron, quam fiducia ejus, quia 'obtutum acerrimum in ipso defixerat:' præ hac nimia fiducia animus ejus turbabatur. At *turbarit* recepi, vel restitui potius. Nam sic exstat in omnibus Edd. ante Bas. pr. et Mss. D'Orvill. Palat. Oxon. Fux. Guelf. sec. *Idem.* *Ut tantillulum animalis præ nimia sui fiducia mihi turbaverit animum*] Nil equidem mutem, nec spernenda tamen cujusdam Ms. lectio, *præsentia sua fiduciam mihi tur-*

baverit et animum: figura ἓν διὰ δυοῖν dicta. Infra hoc lib. 'Ac ne præsentia quidem nostra tantillum conterriti,' &c. *Pric.* *Tantillum animalis*] Elegantius dicimus 'tantillum animalis,' pro parva bestiola, quam tantillum animal. Ita enim enunciatum refertur ad contemptum. Annotat Donatus, hac elocutione per obliquum, ut 'quid hominis,' 'quid mulieris,' contemptum significari: quod si recto casu proferatur, non esse contumeliosum. *Beroald.*

Quin abis] 'Comminantis est, et abigentis a se.' Donat. ad Terentii Andr. *Pric.*

Impurata bestiola] Fux. *impurata bestiola.* Roaldus. Palat. *inpyta b.* Guelf. sec. *inputata b.* Ed. Bas. pr. *incurata bestiola,* cum in ceteris Edd. et Mss. sit *bestia.* Floridi Ed. *inpura.* Satis negligenter. *Inpurata* vox obvia Plauto et Terentio, sed et Nostro lib. IX. p. 183. 'Inpuratissima illa capita.' *Oud.* *Incurata bestia*] Impura, maculosa, fœda: impurus aliquo vitio maculatus dicitur et improbus. Plautus: 'Incurate leno.' *Beroald.*

Musculos] Pith. Guelf. sec. *mosculos.* Reg. *musculus.* D'Orv. *mustelos:* quod juvat Scriverii lectionem *mustelas:* qui videtur non potuisse concoquere *mustelam* in *murium* genere poni. Sed iis illam adscribit Thelephron præ indignatione per contemtum et contumeliam, ut bene advertit Floridus; nisi malis *mustelulas.* Oud. *Musculos*] Tanquam et mustela ipsa ex musculorum genere sit. Jecuscula musculorum bruma dicuntur augeri: auctor M. Tullius in II. de Divinatione. Inter ea quæ neque placida sunt, neque fera, sed mediæ inter utramque naturæ, numerantur a Plin. mures domorum incolæ: qui tradit, musculis inesse præsagia, ut scilicet ruinis imminentibus præmigrent. Hinc festiviter M. Tullius: 'Reliquæ tabernæ rimas agunt: itaque non solum inquilini, sed mures migraverunt.' Scitum est illud M. Catonis: consultus, a quodam, qui sibi a soricibus sive musculis erosas caligas diceret, respondit, illud monstrum non esse: sed monstrum illud habendum fuisse, si sorices a caligis roderentur. De musculis, quam in homine sint innumeri, suo loco mox plura dicentur. *Beroald.* *Teque ad tui similes musculos recondis*] Oxon. *Teque atque tui, &c.* eo recidit quod et ex alio Ms. Colvius produxit. *Pric.*

Præsentariam] Quæ nunc et in præsentia sine procrastinatione exhibebitur: 'præsentaria remedia,' quæ illico sanant: et 'præsentaria pecunia,' quæ præsens numeratur: 'venenum non præsentarium' ab A. Gellio dictum, quod non statim necaret, mortemque in diem proferret. Plautus in Mostellaria: 'Ubi id erit factum a me argentum petito præsentarium.' Plin. remedia 'præsentissima' identidem ea vocat, quæ ocyssime auxiliantur. *Ber.*

Terga vertit] Glossæ: 'Εἰς φυγὴν δίδωμι. terga do.' *Pric.*

Nec mora, cum me somnus profundus, &c.] Homerus: Πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον. *Idem.*

Somnus profundus] Intelligi vult, hunc somnum altissimum vi magica immissum esse ab illa maga, quæ, sub specie mustelæ introrepens, fuerat exterminata ejectaque. *Beroald.*

In imum barathrum] Sive χθονὸς βέρεθρον Hom. Il. θ. 14. vel Ἀΐδαο βέρεθρα Apoll. II. 264. ubi vulgo male exsulat ἐξ, ac 'Chaos barathri' Val. Flacc. II. 86. *Oud.* *In imum barathrum*] In ipsam quasi mortis et manium profunditatem. *Ber.* [Quæ hic de Barathro habet Beroald. supra jam dicta sunt: quare ea repetere nihil opus. *J. Bosscha.*]

Ut ne, &c. discerneret, duobus, &c. quis esset] Vitiose in D'Orv. *nec, &c. discernet duobus, &c. p esset.* Lipsius margini adlevit *e duobus.* Nec male. Ceterum, ex summi J. F. Gronovii sententia, hic quoque legendum foret *decerneret,* sive dijudicaret, et certi

quid statueret. Quam cum aliis etiam probat Cl. Drakenb. ad Liv. lib. VII. c. 9. 'Nec, qui potirentur, incertis viribus, satis discerni poterat.' Juvat unus alterque Cod. in Sueton. Calig. c. 25. 'Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile discernere:' ubi vide. Simillimus hisce locus est Nostri lib. VIII. p. 165. 'Ut discernere prorsus nequiremus, quam p. caveremus cladem, comminus canum, an eminus lapidum.' Nil temere igitur in Appuleio mutem. *Oud.* *Deus Delphicus*] Apollo, qui Deus est divinationis. Delphis fuit clarissimum in terris oraculum Apollinis, sub monte Parnaso, ubi medium et umbilicus terrarum esse traditur: quod negat Varro. *Beroald.*

Quis esset magis mortuus] Id est. 'uter.' Vide ad Matth. IX. 5. et XI 31. notata. *Pric.*

Inanimis] Quasi sine anima et spiritu: hoc est, exanimis. M. Tul. in Hortensio, solertia effici dicit, ut, inanima quæ sunt, vivere et spirare videantur. *Beroald.*

Et indigens alieno custode] Simile apud Scriptorem ad Hebræos v. 12. *Pric.*

Pene ibi non eram] Post vocem non *pene*, sed *custode* distinctio ponenda. Amator adolescens apud Plautum Cistell. 'Nullam mentem Animi habeo: ubi sum ibi non sum.' At proxime ad sensum Philostratus II. 14. Καθεύδοντες, ἐκτείνουσιν ἑαυτοὺς ὥσπερ οἱ ἀποθνήσκοντες, ὅθεν μετά τινος λήθης ἀνίστανται, καὶ ἄλλοσέ ποι μᾶλλον εἰσὶν ἢ οὗπερ εἶναι δοκοῦσι. Simile illud infra lib. III. 'Præsentis facti stupore defixus, quidvis aliud magis videbar esse quam Lucius.' *Idem.*

Commodum noctis inducias cantus perstrepebat] Pal. Pith. *commode.* Pro *noctis* malebat Lips. *nocti.* Pro *cantus* in Reg. Fux. *cunctos.* Divinaram olim *prædicebat*, ut apud Virgil. de Moreto vs. 2. 'Excubitorque diem cantu prædixerat ales.' Prudent. Cathem. H. I. 2. 'Ales, diei nuncius, Lucem propinquam præcinit.' *Monere* dixit Lactant. in Phœn. vs. 45. 'Incipit illa sacri modulamina fundere cantus, Et mira lucem voce monere novam.' Ut *monere* adhibuerit de alite, qui Phœbo sacer est. Oraculis enim et auspiciis est proprium. Vide ibi Burmann. et Comm. ad Lucan. lib. I. 587. 'Monitus errantis in aëre pennæ.' In Oxon. *vociferare.* Voss. optimo *referre.* Vulgo *ciere:* quod non moverem, si addicerent Codices. Eodem enim sensu Gallus 'provocare diem,' 'evocare Auroram,' &c. apud Poëtas dicitur. At certe nihil nunc in Auctore nostro mutem. Sic 'perstrepere' de Psittaco in Flor. N. 12. de ansere Virgilius, ut notum est. De cycnis in pervig. Ven. 'Stagna cycni perstrepunt.' Ac cum quarto casu lib. v. p. 148. 'Multa sermonibus mutuis perstrepebant:' pag. 158. 'Verba substrepens.' Sed et h. lib. pag. seq. 'Questus instrepebat.' Huc faciunt et illa e lib. XI. 'Religiosi primam nunciantes horam perstrepunt.' Cicero et 'obstrepi' dixit passive pro Marcello cap. 3. *Oud.*

Cristatæ gallorum cohortis] *Crista* Fux. Reg. in quibus perperam, ut in Guelf. pr. et Lips. Cod. et Ed. Vulc. sec. Scriv. adest *gallorum*, quod quivis deprehendit glossam fuisse interlinearem τῆς *cristatæ cohortis*. Sicuti abest recte a ceteris Mss. Adi etiam Pricæum. Ovid. Fast. I. 455. 'Nocte Deæ Nocti cristatus cæditur ales.' *Cohortatis* Pith. *Idem.* *Cantus perstrepebat cristatæ gallorum cohortis*] Illud *gallorum* ab importuna manu irrepsit, abestque ab Oxon. Cod. Martialis: 'Cristatæque sonant undique lucis aves.' *Pric.* *Cantus cristatæ cohortis*] Gallos gallinaceos significat, qui, ut Plin. noster eloquenter tradit, vigiles nocturni sunt, atque excitandis in opera mortalibus, rupendoque somno geniti: norunt sidera, et ternas distinguunt horas, quartaque cas-

trensi vigiliæ ad curas laboremque revocant. Ambrosius, in v. Hexameri, de galli cantu hæc refert: 'Est galli cantus suavis in noctibus: nec solum suavis, sed etiam utilis: qui, quasi bonus cohabitator, et dormientem excitat, et sollicitum admonet, et viantem solatur, processum noctis canora voce protestans.' Hinc tempus post mediam noctem, auctore Macrob. *gallicinium* dictum. 'Noctis inducias', non minus scite quam eleganter appellat, horas nocturnæ quietis, quibus per quasdam quasi inducias animantes tuto dormiunt, quiescunt, recreantur: id quod induciis datis fieri solet: 'induciæ' autem sunt, ut docet M. Var. pax castrensis paucorum dierum. Item alio in loco: 'Induciæ,' inquit, 'sunt belli feriæ.' Donatus, inter Grammaticos classicus, atque emunctæ naris, Inducias dici ex eo autumat, vel quod in diem dentur: vel quod in dies otium præbeant. Aliter Aurelius Omilies, et A. Gell. super induciarum etymologia. Græci ἐκεχειρίαν, ab abstinendis manibus appellarunt, nam per cessationem istam pugnæ pacticinam non pugnatur, et manus cohibentur. Inducias primus invenit Lycaon. *Beroald.*

Expergitus] Evigilans. Apud Antiquos 'expergere' accipitur pro expergefacere et excitari. Iidem dicebant 'expergisceret,' pro expergisceretur. Pomponius: 'Ut si quis dormitaret, expergisceret.' *Idem.*

Cadaver accurro] Ald. *cadavere:* unde Groslotius faciebat *cadaveri*. Sed optime se habet vulgata. P. 56. 'Trepida me accurrit:' ubi idem volebat *ad* me. Et passim Nostro. *Occurro* Fux. *Oud.*

Admoto lumine, revel. ej. facie] *Commoto* Pith. Bertiniani Codicis lectionem vulgatæ multum præstare censet Sciopp. lib. III. Susp. Lect. c. 6. quia verisimile credit, lucernam de summo cubiculi dependisse. Perperam sane. Nam dominæ jussu lucernam et oleum Myrrhine ancilla Thelephroni soli relicto tradiderat, isque non eam alicubi suspenderat, sed juxta se statuerat. Hanc igitur manu nunc admovit, ut accuratius cuncta cognosceret. Quod et paullo post fecit matrona, 'sub arbitrio luminis cuncta recognoscens.' De verbo 'admovere' adi Burm. ad Virg. Ecl. III. 44. 'Necdum illis labra admovi.' Præterea 'amoto linteo et revelata facie' sunt δὶς τὰ αὐτά. Rectius scripserat Auctor lib. III. pag. 79. 'Arrepto pallio retexi corpora.' Fux. *revelata ej.* Palat. *facie ejus.* Idem. *Revelata*] Rejecta, discooperta. *Beroald.*

Rimabar] Curiose scrutabar. 'Rimari' enim est scrutari, et quærere. 'Rimari' proprie dicuntur sues, ut Grammatici tradunt, cum pascentes cibi gratia glandes rimantur de rimis terrarum: unde rimari significat pascere. Virg. 'Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.' *Idem.*

PAG. 38 *Cum hesternis testibus*] Palat. Par. Guelferb. Ed. Bas. pr. *externis,* Oxon. *extenis:* unde Priceus conjecit *septenis.* Cave, quid mutes. 'Hesterni testes' sunt, quos heri advocaverat. Ac variatio ista in hac voce est perpetua. Vide Drakenb. ad Liv. lib. XL. 14. Heins. in Advers. lib. II. cap. 4. eumque et Burm. ad Ovid. lib. III. Art. 154. ac lib. V. Fast. 507. 'Hesterno stipite:' ad Æn. VIII. 543. 'Hesternumque Larem.' Atque hanc vocem putem reponendam quoque apud Ovid. lib. IV. Metamorph. vs. 662. 'Clauserat Hippotades hesternos carcere ventos.' 'Hesterni venti' sunt, qui heri flaverant, et quos nunc carcere continebat Æolus. Nam hinc Perseus vs. 620. erat 'Per inmensum ventis discordibus actus.' Vulgo legitur *æterno*, qui ita dici nequit respectu ventorum, qui ex eo sæpius ante et postea eruperunt. Nequidquam ergo

eam defendunt editor Columellæ in Præf. et vir doctus Misc. Obs. vol. VII. p. 274. *Oud.* *Corpori superruens*] Oxon. *supratque.* Guelf. pr. *superveniens*, sec. *subruens.* Pricæus mallet *corpus* ex lib. I. p. 12. 'De alto decidens Socratem superruo.' Sed ibi vim notat majorem. Hic tantum celeriter *supercubans*, quod dativo junxit Auctor lib. VI. p. 129. 'Europam tauro supercubasse.' *Id.* *Uxor misella, &c. introrupit anxia, et statim corpori superruens, &c.*] De Charite lib. VIII. 'Mariti cadaver adcurrit, labantique spiritu totam se super corpus effudit.' Pro *corpori* malim *corpus superruens.* Supra lib. I. 'Socratem superruo.' *Pric.* *Hesternis*] Qui hesterno die evocati introductique fuerant: ab heri hesternus, non ab extra. *Beroald.* *Cum hesternis testibus*] Oxon. *cum extenis t.* unde forsan *septenis* legendum. Supra in hac ipsa fabula: 'Introductis quibusdam septem testibus.' *Pric.*

Sub arbitrio luminis] Ammianus lib. XXVIII. 'Vestes luce nitentes arbitra.' *Idem.*

Actorem] *Coctorem* Pith. Vere *actorem* præbent ceteri Msti; additque Guelf. pr. glossam *procuratorem*, uti legendum jam monuerat quoque J. Gulielmius lib. III. Verisim. cap. 4. Perpetua in his similibusque vocibus est confusio. *Actor* est πράκτωρ, διοικητὴς, œconomus et dispensator, e *Procuratorum* genere. Adi viros doctos ad Plinium lib. III. Ep. 19. 'Sub eodem procuratore, ac pæne iisdem actoribus;' uti et Ill. Bouhier. in Gall. Explic. de Marmor. p. 43. *Oud.* *Et ei præcipit*] Vulgati, *eique.* Colvius. Hi sunt modo Edd. Colin. et Bas. Priores non agnoscunt copulam cum Pith. et Bertino: quare Scriver. et seqq. uncis inclusere. Ac certe non desideres. Habent tamen *et ei* Florent. quoque, Reg. Fux. Oxon. D'Orvill. *præcepit* Bas. pr. Dein *præmens* pro *præmium* in Pith. *Oud.* *Philodespotum requirit actorem, et ei præcipit, &c.*] Hic mos opulentiorum: non suis, sed procuratorum manibus et dabant et solvebant. Matth. XX. 8. Λέγει ὁ Κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ, κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθόν. Infra lib. IV. de divite munerario: 'Jubet nobis gaudii sui gerulis decem aureos, &c. adnumerari.' Vox 'Philodespotus' apte servo tributa. Pollux III. 8. ex Lysia, ἀνδράποδα φιλοδέσποτα. Sic 'amicum Mancipium Domino' Horatius dixit. *Pric.* *Philodespotum*] Nomen proprium est ex duabus dictionibus Græcis compositum: quod significat domini, sive dominæ amatorem. *Beroald.*

Sedulum] Navum, diligens, industrium, 'Sedulo' adverbium est, quod significat sine dolo et impense: auctores Donatus et Nonius. *Idem.*

Ob sedulum istud ministerium inter cæteros familiares, &c. nostros dehinc numerabimus] Lucianus in Reviviscentibus: Τὸ λοιπὸν ἴσθι ἡμέτερος ὤν. Apud Procopium 2. Gothic. Φίλον μὲν αὐτὸν ἐν τοῖς μάλιστα Χοσρόῃ βασιλεῖ ἐκ τοῦ ἔργου τούτου ἰσχυρισάμενος ἔσεσθαι. *Pric.*

Insperato lucro diffusus in gaudium] 'Largioris quæsticuli copia lætatus,' ut infra lib. XI. loquitur. *Idem.*

In aureos refulgentes, &c.] Lib. IX. 'Demonstrat ei novitate nimia candentes, &c. aureos.' *Idem.*

Quos identidem manu ventilabam] Seneca 'concutere' dixit IV. 6. de Benef. 'Tres aut quatuor denarios' (inquit) 'non invita manu domum retulit, subinde concutiens.' Hieronymus 'insonare:' 'Munera vel parva vel magna non sprevi? in manu mea æs alicujus insonuit?' *Idem.*

Identidem ventilabam] Frequenter agitabam. Signate locutus est: ita enim facere solemus, ut nummos manu tractantes quasi 'ventilemus.' Columella præcipit, ne frumenta in horreo 'ventilentur.' Notissimum

illud: 'Ventilat æstivum digitis sudantibus aurum.' *Beroald.*

De famulis tuis unum putato] De hac loquendi forma ad Luc. xv. 19. dixi. *Pric.*

Quoties operam nostram desiderabis, fidenter impera] Plaut. Cistell. 'Si quid est opus, dic, impera.' Et Pseudolo: 'Quin tu, quicquid opus est, audacter impera.' Hieronymus ad Theodorum: 'Quicquid posse me scieris in opere spiritnali, audacter impera.' 'Quoties operam nostram desiderabis,' est, quoties maritum, aut alium quem ex tuis necessariis et propinquis sepelieris. Hic est 'infaustus sermo' ille de quo infra statim: hoc illud 'omen nefarium' quod continuo heic execrantur omnes: quod non intelligens Beroaldus quas nugas de mustela promit! *Idem.*

Omnes nefarium execrati, raptis] Scriverius e Bert. et Vett. Edd. *omnifariam exertis* fecit *omnifariam execrati.* Sed reliqui Mss. item Becichemi Ep. 71. et Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. dant, *omnes nefarium exsecrati,* quod, utpote sani sensus, retinui, nullus dubitans tamen, quin Gruteri lib. v. Susp. c. 6. et Merceri ad Aristæn. Epist. l. I. Ep. 3. p. 215. emendatio sit egregia certissimaque, merito probata ab Elmenh. Pricæo, et Florido, *omen nefarium exsecrati.* Istud enim consistebat in verbis Thelephronis, sub quibus latebat omen de morte secundi mariti, vel adfinium ejus matronæ, qui post mortem adservandi essent; quare ipse paullo inferius 'infaustum sermonem' vocat. Ubivis voces 'omen' et 'omne' a librariis, etiam typothetis confundi, nemo nescit, et in ipso Appuleio aliquoties occurrit. *Oud.* *Familiares omen nefarium execrati*] Seneca cap. 9. ad Marciam: 'Quis nostrum de exilio, &c. de luctu cogitare ausus est? quis non, si admoneatur ut de his cogitet, tanquam dirum omen respuat,' &c. *Pric.* *Omnifariam*] Ex omni parte: 'aliquot fariam' dixit Varro in primo de Re Rustica: pro eo quod est, in aliquot partibus et locis. Tradit Festus, Antiquos dixisse 'multifariam:' quod videlicet in multis locis fari poterat: 'omnifariam' doctrinam vocant omnigenam, et omni disciplinarum genere consarcinatam. *Beroald.* *Exertis*] Eductis expositisque. Peculiare fuit et gentilitium Cethegorum, ut humero exerto irent in expeditionem: unde nudi poëtico epitheto appellati. Silius: 'Ille humero exertus gentili more parentum.' *Idem.*

Raptis cujusque modi telis] Virgilius: 'Raptis concurrunt undique telis.' Philostratus vi. 13. Ἁρπασάμενοι ξύλα καὶ λίθους, καὶ ὅ, τι εἰς χεῖρας ἑκάστῳ ἔλθοι. Aristides Panathen. Τῶν ὅπλων ἀπορίᾳ τῷ φανέντι χρησάμενοι. *Pric.*

Offendere] Pro *offendebat:* infinitivus pro indicativo, apud historicos et poëtas frequentissimus. *Beroald.* *Impingere*] Impingebat, contundebatque. Hieron. 'Impegi novissime in Danielem.' *Idem.* *Pugnis ille malas offendere, scapulas alius cubitis impingere*] Plinius III. Epist. 14. 'Alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus et ventrem.' Juvenalis: 'Ferit hic cubito, ferit assere duro Alter, et hic lignum capiti incutit, ille metretam.' Infra lib. IX. 'Qua pugnis, qua cubitis, &c. totam faciem manusque ejus converberat.' *Pric.*

In modum superbi j. Adoni vel must. &c.] Primo temere nimis Appuleiani interpretes Colvium secuti sunt, rescribendo *Adonei* pro *Adoni.* Nam, licet poëtæ quidam Adonidem vocarint quoque *Adoneum* vel *Aidoneum,* ut latius docet Voss. ad Catullum p. 71. non hinc sequitur, Appuleium ita formasse hoc nomen. Potius tum recipi mereretur ipsa Codicis D'Orvilliani scriptura *Adonis.* Sic enim Auctor nomina, quorum casus alii formant in *idis,* &c. iisdem syllabis ex-

pressit per omnes terminationes, ut 'Osiris,' 'Serapis,' lib. XI. pag. 245. 259. 261. Immo hoc ipsum lib. VIII. pag. 170. 'Cum suo Adone Venus domina:' et Reposianus in Catal. t. I. p. 42. 'post vulnera Adonis:' in Dativo in inscript. apud Murator. t. IV. pag. 2099. D. ADONI. SIG. EX VOTO. M. VLPIVS. ET. AVR. SABINA. P. L. T. Vide de his Muncker. ad Hyg. F. X. Ἄδωνα in Accus. in Epigr. Nossidis. *Adon* etiam apud Fulgent. in Nominat. Sed vide Serv. ad Ecl. X. 18. In Accusativo Arnob. lib. IV. pag. 145. 'Arsisse Proserpinam in Adonem.' Ex quibus patet, errasse cum aliis Ill. Bouhierium, quum pronunciat, *Adonis* in Genitivo non esse Latinum ad Pervigil. Veneris p. 186. 'Factæ Adonis de cruore.' Et sic Plin. lib. XIX. c. 4. 'Hortos regum Adonis et Alcinoi.' Vide Heusing. in Antib. p. 449. Verum *Adoni* exhibent Mss. ceteri et Edd. Vett. *Abdoni* Oxon. Ad hæc nemo, quod sciam, Poëtarum Adonidem ita laceratum ac discerptum cecinit, cum tantum inguine ejus per aprum admorso perierit. Immo nec quisquam illum 'superbum' vocavit. Hinc Barthius Advers. lib. XXXII. cap. 6. conjiciebat, *Adoni* esse e glossa ab sciolo adjectum, et Auctorem de Hippolyto fastidioso cogitasse; vel legebat, *semper lugentis*, vel *semper bijuvenis Ad.* quia idem Baccho fuit. 'Credat Judæus Apella, Non ego.' Marklandus vero ad Stat. lib. I. Silv. 4. 26. in Addendis volebat reponi *Edoni* sive Thracii Orphei, quia adjective Statius ait 'Edonas hiemes.' De quo nomine adi præter alios ad Lucan. lib. I. 675. Atqui de Orpheo statim sequi videbimus; neque ille juvenis erat superbus. Verius ergo summi viri, Salmasius et Heinsius, subodorati sunt, Appuleium hic ob oculos habuisse 'Penthea,' ut statim 'Orphea.' Eorumque hic in Schedis *Edoni* vel ad Ovidii lib. I. Metam. vs. 504. legebat *Aonii*, ille ad Solin. in Exercit. p. 112. *Aonis*. Nam quis Thebas, Penthei patriam, nescit dici Aonias? Sil. lib. XII. 220. 'Aonium plectrum.' Dicitur autem 'Aon' et 'Aonius,' ut 'Iœ' et 'Ionius' Martian. Cap. p. 313. 'Calamos Aones in laudes inflavere cælestium:' ubi in Ms. etiam *Adones*. Græca captata esse ab Appuleio, liquet ubique et fatetur ipse in prologo. Dein loco omnium vexatissimo *vel musteluatis* aut *mustelatis pipletis*, quod habent plurimi Mss. in his Regius, Guelferbytani, D'Orv. et Edd. primæ cum Colv. Vulc. et Wow. quibus proxime accedit Oxon. *mustulatis pipletis* exhibens, et Pithœanus *mustelulatis pipletis*; *mustelatis peplis* ex correctione Beroaldi, confirmata per Barthii Ms. ediderunt Junt. Ald. Colin. Bas. sec. Vulc. sec. sive vestibus mustelino colore per sanguinem suum infectis: ridicule, ut monuit jam Pius nec minus inepte conjecerunt L. D'Orleans ad Tacit. lib. XI. Ann. pag. 609. *Marsyæ miselli vatis pepletis*; in qua conjectura proprium nomen plane redundat; et Barth. dicto Advers. loco, *mostellatis peplis*, i. e. vestibus, quibus monstrosæ lancinationes corporum intextæ erant. Marklandus conjecit, *miselli vatis Eupolidis*. Sed præterquam quod hæc conjectura nimium a Msstorum lectione recedat, non solet Auctor exempla sumere in hoc libro, nisi ex fabulis; ut convenit stylo Milesio, neque Eupolidis mors hanc rem exprimit. Nihil certius est, quam respici ab Auctore fabulam Orphei; atque hinc e Codice Cæsaris, Professoris Ferrariensis, *Musæ vatis* (quod placuit Beroaldo, Pioque, ac Philomathi Pisano in Ed. Junt. post. Græco more pro *vate, filio Musæ*, durissime; unde N. Heinsius ei mederi tentabat, refingens *Musæ nati* sive filii) rectissime emendarunt Lips. Schickeradus et Sciopp. *Musæi vatis*, ut exhibent Elmenh. Scriv. Pric. et Florid. sive *Musici vatis*, quod etiam

non multum discrepat a nonnullis Mss. *musculetis* Paræan. al. *miseri vatis.* Restat igitur ultima vox *pipletis,* pro quo *piplis* vel *pipulis* male placuit post Gulielmium iisdem, excepto Scriverio. Sed leve nimis est *pipulis;* quæ vox nequaquam respondet tam duræ tractationi, neque verbis *lacerari* et *discerpi* apte jungitur. Neque magis huc facit *peplis;* quod ex Beroaldina interpolatione servavit Scriverius. *Peplis* de vulgari vestitu non ita usurpari solet, nec tantum vestes suas discerptas ait, sed et 'malas,' 'scapulas,' 'latera,' 'capillos,' manibus, pugnis, cubitis, calcibus, impetita et vulnerata refert. Quapropter omnino existimem cum Salmasio, ipsam scriptam lectionem *Pipletis* esse servandam, a Nominativo 'Pipletes.' Nam *Musæus vates* potest esse quivis poëta: quod etiam videns Heinsius malebat *Musæ nati Pimpleidos* ex Cod. Cæsaris. Sed abundat tum 'Pimpleidos.' At 'Musæus' vel 'Musicus vates,' seu 'Musa natus Pipletes' est Orpheus Thrax. 'Pipla' vel 'Pimpla' Thraciæ est urbs, crebro sic in auctoribus variata, uti patet e Salmas. Exercit. pag. 112. et Markland. ad Stat. I. S. 4. 26. Ceterum ex disputatis liquidum est, *vel* pessime exsulare a Mss. Palat. D'Orv. et *velut* edi ab Aldo et in not. Elmenh. *decerptus* Fux. Mox *domum* Pith. *Oud. In modum Adoni*] Adonis Myrrhæ filius, Veneris delicium, formositate præcellens, apri dente sub inguine pressus, laceratusque prosternitur leto, ut canunt nostri. Græci vero tradunt, Martem sub specie apri ob zelotypiam id factitasse. Venus miserata in florem Adonidem transformavit, qui sanguineo est colore: scribit Plin. in XXI. Adonium florem esse alsiosum: ubi annotandum, dici alsiosum id quod frigore infestatur, et algorem ferre non potest. M. Varro pecus caprinum alsiosum esse ait. Ob interfectum ab apro Adonim, suillum genus invisum Veneri esse prodiderunt. Adonis in mysteriis arcanis symbolum est frugum, et fructus perfectos significat: auctor Eusebius in III. Præparationis evangelicæ. 'Adonia' Antiqui dixerunt diem festum, et solennia Adonidi dedicata, quæ cum planctu colebantur, ob planctum Veneris repræsentandum: hinc ait Venus apud Ovid. 'luctus monumenta manebunt Semper Adoni mei.' Ezechiel quoque propheta: 'Ecce,' inquit, 'tibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.' Physici tradunt, Adonin esse Solem: ab aproque interemptum fingunt, Herculis imaginem in hoc animali figurantes, quod scilicet aper hispidus et asper gaudet locis brumalibus, proprie hyemali fructu pascitur glande. Hyems autem veluti vulnus est Solis, quæ et lucem ejus nobis minuit, et calorem. Ausonius 'Adoneum' vocat, aitque eum hoc nomine coli a gente Arabum, qui idem sit Osiris et Bacchus et Dionysius. De his Ammianus Marcellinus volumine XXII. sic refert: 'Evenerat iisdem diebus, annuo cursu completo Adonia ritu veteri celebrari, amato Veneris, ut fabulæ fingunt, apri dente ferali deleto: quod in adulto flore sectarum indicium est frugum.' 'Adon' dicitur Fulgentio, recto casu, qui a cæteris 'Adonis,' a Plauto 'Adoneus.' 'Adon' Græce suavitas dicitur: et quia myrrha odore suavis est, Adonem dicitur genuisse: ideo autem Venerem amasse dicunt, quod hoc genus pigmenti sit valde fervidum. Lego apud Lucianum in libro de Dea Syria, Adonin fluvium, ex Libano monte profluentem, singulis annis sanguinolentum fieri: per eos dies maxime, quibus Adonis fuit interfectus: et sanguinem in aquam profluentem immutasse fluminis colorem. Idem tradit, Orgia fieri in honorem Adonidis: quibus cæduntur, lamentantur, et capita radunt. Apud Græcos proverbium est, ἀκαρπότερος εἶς

'Αδώνιδος κηπῶν, id est, infructuosior es quam Adonidis horti: de his, qui nil pariunt generosum. Hortorum Adonidis meminit Plato in Phædro. Attamen Plin. noster tradit, antiquitatem miratam esse hortos Adonis et Alcinoi. Extat apud eosdem Græcos epitaphion sive nænia de morte Adonidis, cujus principium est: Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν· ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις. *Beroald.* *Mustelatis piletis*] Lego *mustelatis peplis*, hoc intellectu, ut dicat: vestimenta quibus erat indutus, sanguine suo perfusa, fuisse ad instar mustelini coloris. 'Peplum' vestem dici, nullus ignorat: qua dictione scatent libri Græcorum et Latinorum: hinc Homer. ἑλκεσιπέπλους vocat fœminas, vestes trahentes. Autumat Servius, 'peplum' proprie dici pallam pictam fœmineam, Minervæ consecratam: hodie tamen multi abutuntur hoc nomine. *Mustelatis* autem dixit, a colore mustelino. Terent. 'Senex veternosus colore mustelino.' Ubi exponit Donatus, 'mustelinum colorem' dici sublividum ac lentiginosum. Talis color fieri solet vestibus, quæ sanguineis guttis inspersæ, quasi lentiginosæ fiunt, et maculosæ. In vetusto codice manuscripto emendatius legitur, *Musæ vatis Pimpleidos:* quæ lectio probabilis est, referturque ad Orpheum, hoc intellectu puro et congruente: Ego domo proturbor, laceratus discerptusque in modum Adonis, quem aper discerpsit: et ad instar Orphei, quem a fœminis divulsum dilaniatumque frustatim sciunt omnes, et canunt poëtæ. Ita ergo legetur, *discerptus in modum vatis Musæ Pimpleidos*, id est, Orphei, filii Musæ Calliopes: ex Græca loquendi formula. Illis enim familiare est sic loqui, ut dicant Κλεόμβροτος ὁ Παυσανίου, id est, Cleombrotus Pausaniæ, et subintelligatur filius. Λεωνίδης ὁ Ἀναξανδρείδα, Leonidas Anaxandridæ, scilicet filius. Εὐδαμίδας ὁ Ἀρχιδάμου, Eudamidas Archidami, videlicet filius. Ita et hic, vates Musæ dicitur Orpheus, Musæ scilicet filius. Pimpleidas autem vocari Musas, poëtico nomine, quis ignorat? sive a loco Pieriæ regionis, sive fonte Musis dicatō, ubi et Calliope Orphea genuisse fertur. *Idem.*

Proturbor] Reg. et Bert. *protrahor.* Palat. *proturbor.* Male. Vide Comm. ad Cæs. lib. I. B. G. cap. 19. VII. 81. Liv. lib. v. 47. Cuper. Obs. lib. II. cap. 5. Plura dicam ad lib. IX. pag. 197. 'Eamque protinus de sua proturbavit domo:' ubi male in multis pert. Oud. *Laceratus atque discerptus domo proturbor*] Phædrus: 'Propulsi vero fustibus vadunt foras.' Petronius: 'Verberibus sputisque extra januam ejectus sum.' *Pric.*

Ac, dum refovens a. reminiscor, dignum me, &c. consentio. Ecce] Contra Mss. O. fere *que* ejecit etiam Vulcanius, contra *refoveo* edidit Scriverius. Regii et Fux. Cod. librarius omisit *ac dum.* Etiam bene, si cum vulgatis post *consentio* ponatur τελεῖα στιγμή. Sed mutatione nulla est opus. Verum cum Edd. Vett. et Florido post id verbum ponenda est minor distinctio, et *ac* cum *ecce*, ceteris quasi insertis, jungendum, vel omnino *dignumque* revocandum. Tunc omnia sunt clara. Vide ad l. III. p. 59. 'Ac, dum cuncta c. m. considerans, video quercus,' &c. Pro *improvidi* in Fux. est *improbi.* Oud. *Improvidi sermonis*] Quo scilicet impuratam bestiam mustelam appellaverat, eique vim præsentariam, ni abiret, fuerat comminatus. *Beroald.* *Infausti, &c. sermonis mei*] Gloss. 'Δυσφημεῖ, &c. infauste loquitur.' *Pric.*

Dignum me pluribus verberibus fuisse merito consentio] Apud Virgilium: 'Equidem merui, nec deprecor, inquit:' et Ovidium: 'Multa miser patior, quia feci multa proterve.' *Idem.*

Ultimum conclamatus] Ultimo clamore et novissimis lachrymis deploratus. Nam per intervalla mortui identidem conclamabantur, post ulti-

mam tandem conclamationem efferebantur, cremabanturque, ut ante diximus. *Beroald.* *Defletus*] Participium est, ut inquit Servius, ab eo quod est 'fleor:' si tamen inveniatur. alias sine verbi origine esse dicemus. Virg. 'Fit gemitus, tum membra thoro defleta reponunt.' *Idem.* *Defletus et conclamatus*] Lib. I. 'Domi tuæ defletus atque conclamatus es.' *Pric.*

Processerat] Efferebatur. Ritu naturæ, ut auctor est Plinius, capite hominem gigni mos est, pedibus efferri. Hinc Persianum illud: 'In portam rigidos calces extendit.' *Beroald.*

Pompa funeris] Ulpianus titulo de religiosis: Sumptus funeris pro facultatibus vel dignitate defuncti faciendos esse præcipit. Per forum hodieque ducuntur funera nobilium: et antiquitus duci solita signat Horatius, cum ait: 'plaustraque ducant, Concurrantque foro tria funera, magna sonabit.' *Idem.* *Utpote unus de optimatibus, pompa funeris publici ductabatur per forum*] Tacitus Annal. XVI. περὶ τῶν ἐν τέλει loquens: 'Exequiis a promiscua sepultura separantur.' *Pompam* heic proprie dixit. Virgil. 'Atque hæc pompa domum me, non Pallanta referret:' ubi Servius: 'Pompa exequialis scilicet.' Idem ad Georg. I. 'Cum exequiali pompa:' et ad VI. Æneid. de Marcello: 'Cum ingenti pompa elatus, et in campo Martio est sepultus.' Quintilianus Declam. 329. 'Ducatur ingens funeris pompa.' Festus de vespillonibus: 'Vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt:' quibus et locis vox *ducendi* perapposita. Tacitus ubi supra: 'Ductæ publicæ exequiæ.' Senec. III. 25. de Ira: 'Qui vidit acerba funera etiam ex regia duci.' Ulpianus lib. II. ff. de in jus voc. 'Neque funus ducentem familiare, justave mortuo facientem.' Propertius II. 'Ex hac ducentur funera nostra domo.' Ovid. 'Funera ducebant mediam lacrymosa per Urbem.' Virgil. dicto Georg. loco: 'Et tristia funera ducunt:' ubi Servius: 'Ducere proprie funerum est.' Illud 'pompa funeris publici' Appuleius ex his Taciti hausit: 'Fuerunt qui funeris publici pompam requirerent.' Annal. III. *Pric.* *Pompa funeris publici, &c.*] Isidorus Orig. XVIII. 2. 'Pompa ἀπὸ τοῦ πομπεύειν, hoc est, publice ostentare.' *Idem.*

Occurrit ad latus] Prave *adanxius* legas in Edd. quoque Vicent. Junt. pr. Aldi et Colinei. Beroaldus jam monuit, in Codd. exarari *ad latu*, lucidiore sensu. Nec enim metu valde anxius erat senex, sed jam mœstus dolore: nisi aliud quid lateat. Nam in Pithœano est *occurrunt ad anxias.* Ridicule vero Gruterus l. VI. Susp. c. 8. et ex eo Elmenhorstius in Indice *latus* capiunt hic et l. III. p. 49. 'e regione lateris tundentes,' pro feretro seu lectica mortui: cum certe intelligatur ibi 'latus Lucii,' hic latus Thelephronis, cui subitus et inexspectatus a latere adest senex, sive propere ejus lateri se adplicuit. De verbo *occurrere* vide ad Suetonii Calig. cap. 26. 'adesse dum sibi occurrere togatos.' *Oud.* *Adanxius*] Valde anxius: quidam codices habent *adlatus*, lucidiore sensu. *Beroald.*

Mæstus in lacrimis] Sive præ mœrore lacrimans, ac 'miser in mœrore,' ut est in Terentii Andria A. IV. 2. 10. Stat. lib. V. Th. 83. 'Adsiduis ægræ in lacrimis.' Sic enim præter Bebotii, Barthii, et Lindenbr. Codd. inveni in Mss. Taurinensi et Gronoviano. Vulgo deest *in*. Hæc autem loca egregie juvare possent sententiam Magni Perizonii ad Sanctii Min. lib. IV. c. 4. p. 572. contra Gronov. Broukhus. Heinsium (vide Burmann. ad Ovidii Epist. Her. I. 4.) vindicantis Propertium l. III. 18. 4. 'Tantine in lacrimis Africa tota fuit.' Sic etiam Sabinus Epist. I. 5. 'Si sunt in fletibus ora.' Infra l. VIII. p. 162. Mss.

nonnulli dant: *Hæc ille longos trahens suspiritus et nonnumquam in lacrimis. Metus* D'Orvill. *Oud. Mœstus in lacrymis*] Tale illud v. Virgilii, 'Horridus in jaculis.' Vide supra pag. 175. a. notata. *Pric.*

Genialem canitiem] Palat. *geminalem.* Bertin. *gemialem.* Explicant vero vel 'voluptariam,' et qua senex gaudeat, vel 'nativam.' Heinsius divinaverat *senilem, laniatam,* quæ nemini placere possunt, vel *pœnalem.* Sed *pœnale* Nostro et optimis quibusque est id, quod supplicii caussa sustinetur, ut l. VII. p. 147. 'Nobis pœnale reliquisset exitium.' L. VIII. p. 161. 'Ad aliam pœnalem evigila caliginem.' Vide et J. F. Gronov. l. I. Observ. c. 8. Steph. ad Sax. Gramm. p. 67. Salm. ad Solin. c. 46. 'In pœnalibus tenebris.' Nec tamen bene explicant vulgo. 'Genialis' Nostro hic est venusta, decora. Sic l. IV. p. 64. 'Floris genialis regius nitor.' L. V. p. 102. 'Capitis aurei genialem cæsariem.' Lib. XI. p. 248. 'Vultu geniali.' Adde Salmas. ad Capitolini Verum c. 10. 'Fuit decorus corpore, vultu geniatus.' *Oud. Revellens*] In luctu usitatum capillos evellere. Cic. l. III. Tuscul. Quæst. 'Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones. Hinc ille Agamemnon Homericus, et idem Accianus: Scindens dolore identidem intonsam comam. In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio mœror levaretur.' Josephus Antiquit. Judaic. lib. VII. c. 11. interprete Ruffino: 'Ascendens David in locum civitatis excellentissimum flebat filium, tundens crebro pectora, capillos capitis sui dilacerans, et omni se afflictione castigans.' Tzetzes Chil. v. hist. 5. Σόλων δ', &c. ἄρχεται θρηνεῖν καὶ κατασπᾷν τὴν κόμην. *Elmenh. Invelleras*] Corrige *revellens:* hoc enim intellectu, fieri solet ut crines revellant, et canitiem turpent: juxta illud Virgilianum: 'Canitiem immundo perfusam pulvere turpans.' Genialem appellat, vel quasi voluptuariam, tanquam senex canitie gaudeat, perinde ac ex illa venerabilis: vel Genialem expone pro ingenitam, quasi genitalem. *Beroald. Genialem caniciem revellens senex*] Homerus: Ἢ ῥ' ὁ γέρων, πολιὰς δ' ἄρ' ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσί. *Pric.*

Voce contenta quidem, sed assiduis singultibus impedita] Ovidius: 'Singultu medios impediente sonos.' Gloss. Isid. 'Singultim loquitur, qui loquitur per gluttos.' Philo in de Legat. Ταῦτα διεξῄεσαν ὑπ' ἀγωνίας, &c. ἄσθματι πολλῷ, κεκομμένῳ τῷ πνεύματι. *Idem. Contenta*] Exerta et clamosa: unde 'contentio vocis' apud scriptores: et contentio, ut in Rhetoricis traditur, est oratio acris, ad confirmandum et confutandum accommodata. *Beroald.*

Per fidem vestram Quirites, &c.] 'Fide Quiritium implorata, opem et auxilium desiderari' ait Servius ad x. Æneid. *Pric.*

Perempto civi subsistite] Infra lib. VIII. 'Decepto seni subsistite.' *Idem. Subsiste*] Opem ferte, et succurrite. *Istam mulierem.* Uxorem signat defuncti, cujus pater eam arguit veneno filium extinxisse, ut adultero gratificaretur, et hæreditatem mariti occuparet: hæc enim proxima sunt, et quadam quasi cognatione connexa, ut mulier quæ impudica est, eadem quoque sit venefica. Nam M. Cato, Nullam adulteram nisi eandem esse veneficam, dixit. Quod et Quint. tradit in v. *Istam* autem dixit, pessimam intelligi volens, nam in pronominibus, ut ante dictum est, maximum est pondus. *Beroald.*

PAG. 39 *Feminam*] Quamvis apud comicos vulgo *mulier* per convicium occurrat, et ita exaretur in D'Orvill. Pith. et Edd. ante Colvium vulgari-

bus, prætuli tamen, ut omnes, qui Colvium secuti sunt, *feminam* quoque: quia sic exhibent etiam Flor. Reg. Fux. Pal. Oxon. Par. et jam Ed. Junt. post. Sic enim solet Auctor, ut pag. seq. ‘pessimam feminam.’ L. III. p. 60. ‘Nequissimam facinorosissimamque feminam illam.’ L. V. p. 96. ‘Illas scelestas feminas:’ item pag. 98. L. IX. p. 186. ‘Nequissimæ illi feminæ.’ p. 187. et sæpe. Vide et ad l. VI. p. 116. *Oud.*

Nec ullus alius] Exulat τὸ *ullus* a Reg. Fux. Guelf. pr. et Par. male. Pag. 29. ‘Ipse est, nec ullus alius.’ L. X. p. 227. ‘Neque prorsus ulla alia.’ Vide Pricæum, et Drakenb. ad Liv. l. VII. c. 33. ‘Inde plus, quam ex alia ulla re.’ In Guelf. sec. *n. alius ullus*. Idem. *Hæc enim, nec ullus alius, &c.*] Nota formulam istam. In Hymnis Orphei dictis: Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι, Καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα· Οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος. Apud Suidam in ἀποστυγοῦντες. Οὗτός ἐστι, καὶ οὐκ ἄλλος. Supra hoc lib. ‘Ipse est, nec ullus alius.’ Infra lib. v. ‘Illa prorsus mihi adhibenda est, nec ulla alia:’ et VIII. ‘Qui hunc prorsus, nec ullum alium eorum locorum inquilinum præminabatur.’ *Pric.*

Questus singulis instrepebat] Tacite Elmenhorstius et seqq. receperunt conjecturam Scioppii *singultim;* quæ vox apud Horatium occurrit, aliosque. Sopingius malebat *singultiens instr.* At Mss. constanter exhibent *singulis*, D'Orv. *si non lis.* Nec video, cur istud Adjectivum tam unanimi consensu debeat damnari. *Singulis* sive cunctis hoc identidem *insusurrabat*, sive, quod est in Oxon. *instipabat;* postquam generatim ‘voce contenta, sed singultibus inpedita exclamaverat,’ uti præcedit. *Instrepabat* Ed. Vicent. *Oud.*

Sævire vulgus interdum] Frustra *incertum* conjecerunt viri docti. Nunc omne vulgus sævit, et facti verisimilitudine in credulitatem inpellitur. Sed mox demum pag. seq. ‘populus æstuat, diversa tendentes.’ Alii voluerunt *interim.* Bene Pricæus observat, *interdum* hic poni pro *interim:* ut sæpissime. Adi Colv. et me ad initium lib. III. et Elmenhorstii Indicem. Quem sensum male adfingunt Cæsari, Velleio, Justino Davis. ad Cæs. l. I. B. G. c. 14. Acidal. ad Vellei. II. 74. Contra *interim* usurpatur pro *interdum.* Adi ad l. IX. p. 194. *Sævire* autem est *irasci.* Liv. lib. II. cap. 27. ‘Sævire inde Coss. alter.’ Vide et Drak. c. 44. et Nostrum sæpe. *Idem.* *Sævire vulgus interdum*] Max. Tyr. Dissert. 41. Δῆμος χρῆμα ὀξὺ ἐν ὀργαῖς. Virgil. ‘Extemplo turbati animi, concussaque vulgi Pectora, et arrectæ stimulis haud mollibus iræ.’ Apud Quintilianum in Declamationibus: ‘Nihil est facilius quam in quemlibet affectum movere populum: nulli cum coimus, sua cogitatio, sua mens est,’ &c. Cicero in Bruto, de Multitudine: ‘Gaudet, dolet, ridet, favet, plorat, odit, contemnit, invidet, ad misericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum: irascitur, minatur, &c. Hæc perinde accidunt, ut eorum qui adsunt mentes verbis et sententiis et actione tractantur.’ Seneca in de Ira III. 2. ‘Sæpe in iram uno agmine itum est: senes, pueri, fæminæ, principes, vulgusque consensere: et tota multitudo paucissimis verbis concitata, ipsum concitatorem antecessit.’ Pro *interdum* male Ursinus et alii *incertum* reponebant: cum heic, ut sæpius in Appuleio, id vocis valeat *interim.* Pric.

Credulitatem] Rom. *crudelitatem*, male. *Elmenh.* Item Palat. Pith. Guelf. Edd. Vicent. et, quod mireris, contra monitum Beroaldi, et Elmenh. Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. Pric. obvia litterarum trajectione. Vide Drak. ad Liv. l. VI. c. 14. Infra p. 45. *Oud.* *Et facti verisimilitudine ad criminis*

credulitatem impelli] Menander: Τὸ πιθανὸν ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ἔχει Ἐνίοτε μείζω, καὶ πιθανωτέραν ὄχλῳ. Valerius Maximus VI. 8. 'Quia verisimilis videbatur, habita est voci fides.' *Pric.* *Credu.*] Emenda, *Credulitatem.* Narratio enim, quæ probabilis est et verisimilis, facit criminis credulitatem. *Beroald.*

Conclamant ignem, requirunt saxa] Ex his Virgilii: 'Sævitque animis ignobile vulgus, Jamque faces et saxa volant.' Josephus Bell. Jud. VII. 21. Ὁ δῆμος τὴν ὀργὴν οὐ κατεῖχεν, ἀλλὰ, &c. πῦρ εὐθὺς ἐκέλευε κομίζειν. Bene ad illustrandum hunc locum Tertullianus: 'Lapidatio non legitimis bellis, sed popularibus cœtibus et inermi tumultui familiaris.' Curtius lib. VIII. 'Infesta concio vix inhiberi potuit, quin protinus suo more saxa in eum jaceret.' 'Conclamant ignem' heic, ut IV. 'conclamant saxa.' Tale apud Virgilium, 'fremit arma juventus.' *Pric.* *Emeditatis*] Non video, qui τὸ *emendicatis* hic locum queat obtinere. Feminarum est, flere, cum volunt; et fallunt: ut passim in Ovidio. Beroaldus recte explicuit. Mox in Bert. vitiose *poterant.* Guelf. pr. *petant.* In Pith. *ad hoc fletibus illa.* Dein Guelf. sec. *adjurantem.* Oud. *Emeditatis fletibus*] Fœminarum hoc prope peculiare est, ut fletus et lachrymas habeant paratas, ac velut in promptuario positas, ut cum velint præsto sit secundus lachrymarum fons, juxta illud: 'Uberibus semperque lachrymis in statione sua paratis.' *Beroald.*

Abnuebat] Negabat, inficiabatur, depellebat: controversiæ enim et lites constant ex intentione et depulsione. Intentio est, quod accusator proponit, qua facit litem: ut Occidisti Ajacem. Depulsio est, quod defensor respondet: ut Non occidi. Id Græci vocant 'Apophasin,' quasi dicas abnuentiam criminis ejus quod accusator intenderit: auctor Fortunatianus. Merito ergo dixit, *abnuebat*, quasi per ἀπόφασιν, id est, abnuentiam crimen objectum inficiabatur ac negabat. *Idem.* *Quamque sanctissime poterat adjurans cuncta Numina, tantum scelus abnuebat*] Hesychius: Ἀπομνύμενοι, ἀποβάλλοντες δι' ὅρκων. quo sensu et in veteri Onomastico, 'Dejerare, ἀπομόσαι.' Infra heic lib. IX. 'Negantis, assidueque Deum numen obtestantis.' Plautus Casina: 'Per Deos omnes, per Deasque pejerabit.' Præcipue autem ad materiam præsentem faciunt Juvenalis ista: 'Quin aspice quanta Voce neget, quæ sit ficti constantia vultus. Per Solis radios Tarpeiaque fulmina jurat, Et Martis frameam, et Cyrrhæi spicula vatis, Perque tuum pater Ægæi Neptune tridentem. Addit et Herculeos arcus, hastamque Minervæ, Quicquid habent telorum armamentaria cœli.' Lucianus Gallo: Οὐκοῦν ἐκεῖνος αὐτὸ κλέψας, εἶτα ἐπωμόσατο θεοὺς τοσούτους. *Pric.*

Ergo igitur senex ille] Legerim, *ergo inquit sen. ille.* Colvius. Sane *inquit* est in Ms. Lips. Flor. Oxon. atque Edd. Vulc. sec. Elmenh. et seqq. Sed in ceteris scriptis et Edd. *Ergo igitur*, quo nihil frequentius esse apud Nostrum vidimus jam lib. I. p. 4. l. II. p. 32. 'Ergo igitur Fotis erat ad.' Verbum 'inquit,' 'ait,' 'infit,' et similia passim subintelliguntur, at crebro per librarios intrusa. Vide Drak. ad Liv. l. XXIII. 45. me ad Cæs. lib. I. 17. et Suetonium. Infra l. III. p. 43. 46. 48. 'Et ad populum talia.' L. IV. p. 68. 'Pavida sic anus.' p. 80. 'Ac sic: An ego.' L. V. p. 100. 'Sic ad illas:' ubi vide Pricæum: item l. VI. 116. VII. 149. Quare revocavi antiquam scripturam. *Oud.*

Zachlas] D'Orv. Oxon. *Cathlas.* Pal. *Zathlas.* Fux. *Zatilas.* Pith. *Etathealas.* Salmasius ad Solin. pag. 290. emendat *Tachos*, nomen Ægyptiis proprium. Quod certe multo verisimilius est, quam *Zacharias*, quod

placuit B. Pio t. I. Thes. Crit. p. 377. Plura Ægyptiorum hujus artis professorum nomina videre potest Lector apud Reines. lib. II. Var. Lect. c. 5. *Idem. Zachlas*] Nomen prophetæ: apud Plin. Zachlias Babylonius celebratur, qui, in libris quos scripsit ad regem Mythridatem, humana gemmis fata attribuit, in canonicis scripturis Zachariæ prophetæ nomen est celeberrimum.

Ægyptius propheta] Ægyptii divinorum omnium conscii dicuntur, a quibus clarissimi in studiis literarum disciplinas ingenuas hauserunt. Apud hos sacerdotes fuerunt et prophetæ rerum cœlestium scientia præcellentes, qui mystici erant, et, ut Græci dicunt, ἀκοινώνητοι, id est, incommunicabiles: qui cum arcana doctrinarum occultarent, vix pauca quædam communicarunt cum Platone et Eudoxo, qui annos 14. in Ægypto commorati sunt. Pythagoras quoque Ægyptias disciplinas petiisse memoratur, atque ibi a sacerdotibus cerimoniarum incredendas potentias didicisse. Apollonius ille Tyaneus Ægyptios prophetas accessit eruditionis causa. Hermes Trismegistus Ægyptum vocat cœli imaginem. *Beroald. Ægyptius Propheta, &c.*] Noster alibi de Platone: 'Astrologiam adusque Ægyptum petivit, ut inde prophetarum etiam ritus addisceret.' Laërtius de Eodem: Ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικὸν, &c. ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας. Adrianus in Prophetarum Synopsi ab Heschelio edita: Καλοῦνται καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἱερεῖς καὶ προφῆται, καὶ παρ' Ἕλλησιν οὐκ ὀλίγοι. *Pric.*

Præmio pepigit, reducere ab inferis sper.] Lucianus Necyomantia: Ἄριστον οὖν ἡγούμενος εἶναι παρά τινος τούτων διαπραξάμενον τὴν κατάβασιν. *Colv.*

Postliminio mortis animare] Dracontius: 'Vitales animat per membra tepentia sensus.' Arnob. lib. II. adversus Gentes: 'Semicruda capillis et leviter animata porricere:' ubi male Casaubonus reponit: *s. c. et l. exanimata p.* Tertull. de cultu fœmin. c. 6. 'Solis animando simul et siccando capillo exoptabilis ardor.' Quem locum vir eruditus in auctario Philologico cap. 25. non recte interpretatur. Vide Indicem. *Elmenh. Qui mecum jamdudum grandi præmio pepigit, &c. juvenem postliminio mortis animare*] Lib. X. 'Surgentem postliminio mortis deprehendit filium.' Lactant. VII. 22. 'Quid putemus futurum fuisse, si quis ab Inferis vitam postliminio recepisset?' Et nota heic 'grandi præmio pepegisse:' hinc ἱερεῖς μεγαλόμισθοι Luciano dicti. *Pric. Postliminio mortis*] Reversione a morte, et post mortem: nam postliminium ex notatione nominis ita clarescere potest, auctore Boëtio, ut quia semper post id significat quod retro relinquitur, *postliminii* vocabulo quædam reversio significetur. *Beroald.* (V. supra.)

P. palmeis baxeis indutum] *Inductum* suæ editionis margini adlevit Scriverius, ac sic scribendum esse docuit Salmas. ad Tertull. Pall. p. 385. 'Calciatus inducitur.' Atque ita passim Nostro, ut lib. VII. p. 137. VIII. 172. IX. p. 191. &c. Auct. ad Herenn. lib. I. c. 13. 'Soleæ ligneæ pedibus inductæ sunt.' Sed pluribus de eo egi ad Sueton. Aug. c. 92. 'Sibi calceus induceretur.' Quomodo Virg. Æn. V. 379. 'Manibus inducere cæstus:' ac de duplici hujus verbi constructione adi Burm. ad Virg. Ecl. IX. 20. 'Fontis induceret umbra.' In Oxon. et Palat. Guelf. pr. inepte *buxeis.* Fux. *vacceis.* Oud. *Illectum*] Lego *intectum*, ut significet sacerdotem linea veste et candida indutum, ab integendo dictum. *Amicula* autem, ab amiciendo, vestimenta nominamus, quibus linteis sacerdotes vestiuntur: est enim lineum textum purissimum, rebus divinis velamentum: quod non modo indutui et amictui

sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur: idque ex Orphei et Pythagoræ decretis. Hinc apud Juvenalem, Martialem, Ovidium, cæteros, 'linigeri' dicti sacerdotes Ægyptii, quasi gerentes linea vestimenta, Apollonius Tyaneus apud Philostratum accusatur, quod vestitu linteo amiciatur, seque inibi ratione reddita defendit: erat enim Pythagoricus, et ad Pythagoræ præscripta vivebat. De Isiacis sacerdotibus, qui lineo amictu vestiebantur, affatim in Suetonii commentariis. *Idem.* *Juvenem quempiam linteis amiculis intectum, &c. et adusque deraso capite, &c.*] Lucianus Philopseude, de Pancrate Ægyptio: 'Ἱερὸν ἄνδρα, ἐξυρημένον, ἐν ὀθονίοις.' Herodotus: Οἱ ἱρέες τῶν θεῶν τῇ μὲν ἄλλῃ κομέουσι, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξύρευνται. Vide I. 23. Artemidorum. 'Adusque deraso capite' est quod XI. 'Capillum funditus derasi.' Hesych. Ἐν χρῷ κουρά. ἡ ψιλὴ, καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ χρωτί. Legebat heic Wowerius *ad os usque d. c.* Elmenhorstius, *adusque cutim d. c.* sic sane VIII. Salvianus: 'usque ad cutim tonsum:' at nil in Appuleio novandum. Plautus: 'Attonsæ hæ quidem ambæ usque sunt.' Abest et vox *cutim* ab Oxon. Ms. *Pric.* *Palmeis baxeis*] 'Baxeæ' sunt calciamenta, de quibus Plautus in Menæchmis: 'Quis iste est peniculus, qui extergentur baxeæ:' mendose in codicibus Plautinis impressum est *bexæ.* Peniculo quoque, ut id transeunter attingam, baxeas extergi dixit, alludens ad spongiam nomine peniculum, qua et ad mensas calceosque extergendos utebantur. De baxeis ait in Floridis: 'Vestem de texterna emere, baxeas istas de suterna præstinare.' Ubi annotandum, *texternam* pro *textrina, suternam* pro *sutrina, præstinare* pro *emere* decenter usurpari. Item in ultimo hujus operis docet, baxeas esse calceos proprie philosophorum. *Beroald.* *Indutum*] Calciatum. Plin. consimiliter in secundo: 'Divus Augustus lævum prodidit sibi calceum præpostere indutum.' Dicimus, ut ait Servius, 'induo illa re, et illam rem.' Catachresticos dixit Virg. in X. 'An sese mucrone ob tantum dedecus amens Induat?' Quidam illud Plinii *indutum* legunt, *inductum:* quoniam et calcei *induci* dicuntur. *Idem.* *Pedesque palmeis baxeis indutum*] Infra lib. XI. 'Pedes ambrosiæ tegebant soleæ, palmæ victricis foliis intextæ:' ὑπόδημα βύβλου Philostrato VI. 6. *Pric.*

Et ad usque deraso capite] *Obusque* expressit Scriverius. Sed *adusque* est *penitus*, merito defensum ab Barthio lib. XXXIII. Advers. c. 15: et Pricæo, quos vide. *Usque*, ut habet Guelf. pr. a m. pr. sæpe hoc sensu apud Plautum et Terentium. At tamen septies præterea utitur Auctor, et semper Accusativo jungit. *Indutum, ad osque der.* Gulielm. *Oud.* *Adusque*] Licenter *adusque* et *abusque* usurpantur, ut notant Grammatici. Virg. 'Atrides Protei Menelaus adusque columnas.' *Beroald.* *Deraso capite*] Sacerdotem designat, cujus vertex deradi solet: ob hoc ait Satyrographus: 'Qui grege linigero circundatus, et grege calvo.' Scribit Plinius, sacerdotes Ægypti derasis capitibus mœrere, et in luctu esse ex morte Apidis, qui in Ægypto numinis vice colitur. Auctor est Herodotus in Euterpe, sacerdotes Ægyptios totum corpus eradere, vestem tantum lineam induere, calceos papyraceos gestare: hinc opinor fluxit ritus nostrorum sacerdotum, qui jubentur caput radere, et comam nutrire prohibentur. Hieronymus (quod et in decretis canonicis 22. quæstione 2. scriptum legas) rasionem capitis et coronam designare autumat temporalium omnium depositionem. Capilli vero, qui remanent, designant aliqua sacerdotibus esse retinenda ad

sustentationem. Paulus apostolus in Cenchris totondit comam, rasit calvitium, exercuit nudipedalia. *Idem.*

Producit in medium] Ex his Virgilii: 'Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medium.' *Pric.*

Cujus diu manus deosculatus, et ipsa genua contingens, Miserere ait] Lucianus Orat. κατὰ τῶν προσέδρεν. Μεγάλας ἀνάγκας ἔχουσιν αἱ δεήσεις, καὶ τὸ ἅψασθαι τῆς χειρὸς, καὶ τοῦ γενείου. Vide ad Matthæi 17. 14. notata. Oxon. heic, *uterum deosculatus.* Idem. *Genua*] Utpote misericordiæ consecrata. 'Homini,' inquit Plin. 'genibus quædam et religio inest observatione gentium: hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant.' *Beroald.*

Per nocturna silentia] Quæ scilicet plena sunt venerationis: alludere videtur ad illud Virgilianum: 'loca nocte silentia late:' et, 'tacitæ per amica silentia Lunæ.' Præterea noctu cuncta silent, ut idem inquit: 'Tunc tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres.' Aristoteles in Problematis tradit, ideo per noctem melius quæcunque audiri quam per diem, quia tunc nullus est strepitus, et (ut Anaxagoras ait) aër, qui interdiu stridet a Sole concalefactus, noctu requiescit: præterea tempus id nocturnum, quod quidam concubium, alii intempestam noctem appellant, silentium noctis vocaverunt, ab eo quod id temporis sileretur, ut docet M. Varro. In hoc significatu 'silentium noctis' frequenter a Livio usurpatur. Dicitur et *silentium* in auspiciis, quod omni vitio caret: quod intelligere perfecti auguris est. 'Silet cœlum,' Plinio significat, serenum et tranquillum: sicut Columellæ, 'Silet herba,' quæ non germinat. *Idem.*

Et adepta Coptica] Hæc verba, mirifice vexata tam per Interpretes quam librarios, de hirundineo ad Copton opere sive *adepta Coptica* ex Bertino, seu *Coptitica*, sumserunt quoque B. Pius pag. 377. t. I. Thes. Crit. et Maussacus ad Plutarch. de Flum. p. 301. Namque a Beroaldo usque ad Vulc. Ed. sec. ita in textu mansit; et hinc illi interpretamento adhæserunt viri docti. Sed quæso, unde didicerunt, hæc χώματα, de quibus videatur quoque ad Statii lib. III. Silv. II. 109. adeo sacra fuisse, ut per ea jurarint et precati sint Ægyptii Magi, aliive eos inprecati? Quare illa omnino missa faciamus. *Adyta*, quod, non *adypta*, ut ait Elmenhorstius, Ursino et N. Heinsio placuit, et reposuere Scaliger seu Vulc. Ed. sec. et Elmenh. Scriv. Pric. retinui: quia sic exaratur in Flor. Cod. Vereor tamen, ut sit vera lectio. Nec enim de *locis* agit Auctor, ut Diog. Laërt. lib. VIII. init. de Pythagora: Ἐν Αἰγύπτῳ κατῆλθεν εἰς τὰ ἄδυτα, sed de *rebus sacris.* Jam vero *adyta* non dicuntur, nisi de sacrarum ædium intimis: unde et Appuleius dixit lib. XI. p. 255. 'De opertis adyti profert quosdam libros.' Hinc vix dubito, quin e Mss. illis, quos citant Becichemus Ep. 63. et Pius, cum Colvio *operta*, vel potius cum Roaldo, *adoperta Coptica* vel *Coptitica* esse rescribendum. Nam exaratum fuerat *adōpta.* Hinc illæ turbæ. Gruterus e Palat. notavit *adepacco eptitica.* In Guelf. sec. *adepacco eptitia.* Pithœan. *adœptica coceptica.* In D'Orv. est. *adepoco ceptica*; quod juvat Sopingii conjecturam *et epoptica.* N. Heins. quoque conjecerat *adyta epoptica*: ut ad Cereris mysteria respiciatur. In Ed. Vicent. *adepta coœptitica.* Exsulant eæ voces quoque a Regio, Oxon. Guelf. pr. et Par. *Adoperta* igitur sunt μυστήρια, quo bene citat Colv. locum lib. XI. p. 246. et hisce similia, quæ præcedunt 'silentia,' et sequuntur 'arcana Memphitica,' de quibus et 'incrementis Niloticis' vide ibidem B. Pium. et lib. XI. p.

254. 'Arcana purissimæ religionis secreta.' Unde et Memphis vocatur *secreta* Lucano lib. VI. vs. 400. 'Secretaque Memphis Omne vetustorum solvat penetrale magorum:' et 'invida' Statio d. l. vs. 110. 'Cecropio stagnata luto: cur invida Memphis, Curve Therapnæi lasciviat ora Canopi.' Nam aliorum rationem probare neutiquam possum. Porro de magia sic jungit Auctor lib. III. p. 53. 'Domus operta, et arcana dominæ secreta.' Valer. Flacc. II. 440. 'Sacrisque metum servemus opertis.' Ac ne putet quis *adoperta* esse, quæ ex parte sunt aperta, ut quidam credunt, cavi ad Sueton. Aug. c. 53. Ceterum post vocem *Coptica* seu *Coptitica*, in vetustissimo Becichemi codice additur, *et comperta Niliadum*, ipso probante, et hinc citante Servium ad Virg. Georg. lib. IV. vs. 364. 'Hæc ex Ægyptiis tracta sunt sacris. Nam certis diebus Nilides' (sic Becich. Vide Burm.) 'pueri, de sacris parentibus nati, a sacerdotibus Nymphis dabantur; qui cum adolevissent, redditi narrabant lucos esse sub terris, et inmensam aquam omnia continentem, ex qua cuncta procreantur.' Judicet Lector. Mihi additamentum illud non probatur. *Oud.*

Coptica] Sic enim legendum est. Significat autem aggerem hirundinum, quem scilicet in Ægypto juxta oppidum Copton hirundines muniunt, opere inexpugnabili, palea et stramento rostro firmantes continuatis per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori constet: eaque militia illis verna est, et cum anno redit semper: eædem hirundines molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadii fere unius spatio: quod humano opere perfici non posse, auctor Plin. in X. Ob hoc dixit Papinius in Sylvis: 'Ripam Nili luto Cecropio,' id est, nidis hirundinis signatam esse et coërcitam: quod et in libro Annotationum copiose explicavi. Nunc Appuleius 'adepta coptica' vocat illud incrementum et opus quod muniunt hirundines juxta Copton, quæ res religione quadam prædita esse videtur. Illud adde, quod legimus in libris Jurisconsultorum, ubi Ulpianus ad titulum de extraordinariis criminibus scribit: 'Commata dici aggeres, qui oppositi sunt coërcendo evaganti Nilo: quos qui ruperit extra ordinem, plectitur.' Mendosæ sunt dictiones in voluminibus impressis, in quibus passim legitur: 'Aggeres solent aquam in otitam contingere:' tu vero lege, *Solent aquam Niloticam continere*: ideo enim illi aggeres extruuntur, ut aquam Nili evagantis coërceant atque contineant. *Beroald.*

Per incrementa Nilotica] Nilus coloni vice fungens, quotannis evagatur a solstitio: a primo lente crescit, deinde vehementius, quandiu Sol in Leone est: mox pigrescit, Sole in Virginem transgresso, in totum revocatur intra ripas, in Libra, ut tradit Herodotus: centesimo die, incrementa ejus per puteos mensuræ notis deprenduntur; 'Nilometria' vocant: justum incrementum est cubitorum 16. minores aquæ non omnia rigant: in duodecim cubitis famem sentit Ægyptus, in tredecim etiamnum esurit: quatuordecim cubita hilaritatem afferunt, quindecim securitatem, sexdecim delicias: majora incrementa majores proventus denunciant, minora sterilitatem. Causas hujusce incrementi varias prodidere: sed maxime probabiles, ex repercussu Etesiarum, qui venti sunt anniversarii. De incremento Nilotico, et causis, affatim scripsere Herodotus, Diodorus, Plinius, Strabo, Seneca, et carmine luculentissimo Lucanus: qui multijugas causas explicaturus ex philosophorum secretariis deprompťas, sic cecinit in X. 'Sic jussit natura parens discurrere Nilum, Sic

254. 'Arcana purissimæ religionis secreta.' Unde et Memphis vocatur *secreta* Lucano lib. VI. vs. 400. 'Secretaque Memphis Omne vetustorum solvat penetrale magorum:' et 'invida' Statio d. l. vs. 110. 'Cecropio stagnata luto: cur invida Memphis, Curve Therapnæi lasciviat ora Canopi.' Nam aliorum rationem probare neutiquam possum. Porro de magia sic jungit Auctor lib. III. p. 53. 'Domus operta, et arcana dominæ secreta.' Valer. Flacc. II. 440. 'Sacrisque metum servemus opertis.' Ac ne putet quis *adoperta* esse, quæ ex parte sunt aperta, ut quidam credunt, cavi ad Sueton. Aug. c. 53. Ceterum post vocem *Coptica* seu *Coptitica*, in vetustissimo Becichemi codice additur, *et comperta Niliadum*, ipso probante, et hinc citante Servium ad Virg. Georg. lib. IV. vs. 364. 'Hæc ex Ægyptiis tracta sunt sacris. Nam certis diebus Nilides' (sic Becich. Vide Burm.) 'pueri, de sacris parentibus nati, a sacerdotibus Nymphis dabantur; qui cum adolevissent, redditi narrabant lucos esse sub terris, et inmensam aquam omnia continentem, ex qua cuncta procreantur.' Judicet Lector. Mihi additamentum illud non probatur. *Oud.*

Coptica] Sic enim legendum est. Significat autem aggerem hirundinum, quem scilicet in Ægypto juxta oppidum Copton hirundines muniunt, opere inexpugnabili, palea et stramento rostro firmantes continuatis per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori constet: eaque militia illis verna est, et cum anno redit semper: eædem hirundines molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadii fere unius spatio: quod humano opere perfici non posse, auctor Plin. in X. Ob hoc dixit Papinius in Sylvis: 'Ripam Nili luto Cecropio,' id est, nidis hirundinis signatam esse et coërcitam: quod et in libro Annotationum copiose explicavi. Nunc Appuleius 'adepta coptica' vocat illud incrementum et opus quod muniunt hirundines juxta Copton, quæ res religione quadam prædita esse videtur. Illud adde, quod legimus in libris Jurisconsultorum, ubi Ulpianus ad titulum de extraordinariis criminibus scribit: 'Commata dici aggeres, qui oppositi sunt coërcendo evaganti Nilo: quos qui ruperit extra ordinem, plectitur.' Mendosæ sunt dictiones in voluminibus impressis, in quibus passim legitur: 'Aggeres solent aquam in otitam contingere:' tu vero lege, *Solent aquam Niloticam continere:* ideo enim illi aggeres extruuntur, ut aquam Nili evagantis coërceant atque contineant. *Beroald.*

Per incrementa Nilotica] Nilus coloni vice fungens, quotannis evagatur a solstitio: a primo lente crescit, deinde vehementius, quandiu Sol in Leone est: mox pigrescit, Sole in Virginem transgresso, in totum revocatur intra ripas, in Libra, ut tradit Herodotus: centesimo die, incrementa ejus per puteos mensuræ notis deprenduntur; 'Nilometria' vocant: justum incrementum est cubitorum 16. minores aquæ non omnia rigant: in duodecim cubitis famem sentit Ægyptus, in tredecim etiamnum esurit: quatuordecim cubita hilaritatem afferunt, quindecim securitatem, sexdecim delicias: majora incrementa majores proventus denunciant, minora sterilitatem. Causas hujusce incrementi varias prodidere: sed maxime probabiles, ex repercussu Etesiarum, qui venti sunt anniversarii. De incremento Nilotico, et causis, affatim scripsere Herodotus, Diodorus, Plinius, Strabo, Seneca, et carmine luculentissimo Lucanus: qui multijugas causas explicaturus ex philosophorum secretariis depromptas, sic cecinit in X. 'Sic jussit natura parens discurrere Nilum, Sic

opus est mundo.' Philosophi vero, qui de Nilotico auctu scripserunt, ferme sunt hi: Thales, Anaxagoras, Democritus, Ephorus, Agatarchides, et Timæus mathematicus. Memphitici quoque philosophi rationem hujus incrementi reddere conati sunt, magis quod non reprehendi quam quod probari possit, referentes. Dixerunt enim, Nili fontem esse in zona nobis opposita: ibique hyemem esse, nobis æstatem agentibus, ideoque ingentem aquarum vim eo tempore manantem, causam præbere incremento. *Id.*

Arcana Memphitica] Memphitici sacerdotes arcana cerimoniarum mysteriorumque cum nullo communicant: ob id ἀκοινώνητοι, id est, incommunicàbiles dicti: ob hoc ipsum 'invida Memphis' dicta Papinio in Sylvis: est autem Memphis civitas magna et populosa, et post Alexandriam secunda, ubi multæ pyramides fuerunt, regum sepulturæ. Plinius Memphim quondam arcem Ægypti regum fuisse tradit. *Idem.*

Sistra Phariaca] Sistrum instrumentum est stridulum et sonabile, Isiacorum peculiare: qui ob id sistrati nominantur. Martialis: 'Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba.' Isis, maxima Ægyptiorum Dea, sistrum in dextra gerens figuratur, quo Nili accessus significatur. Valerius Flaccus, in quarto Argonauticon, de Iside scribens sic inquit: 'Aspide cincta comas, et ovanti persona sistro:' et Ovid. Isim Deam describens, cecinit in nono: 'Cornua fulserunt, crepuitque sonabile sistrum.' 'Phariaca' appellat a Pharo Ægypti notissima Cæsaris dictatoris colonia, olim juncta ponte Alexandriæ: ubi fuit turris, et ipsa Pharos nominata, a Ptolemæo rege facta talentis 800. cujus structuræ architectus fuit Sostratus, quæ nocturnis ignibus cursum navium nocturnum regere solebat. Tales turres in compluribus locis extructæ priscis temporibus visebantur, quas 'Pharos' vocant: de quibus scripsimus affatim in Propertium, et mox Tranquilli commentariis. Egesippus autumat, 'Pharon' dici quasi 'phanon,' quia procul appareat. *Idem.*

Usuram] Usum. M. Cic. 'Huic latroni unius diei usuram non dedissem:' item audita Vatinii morte, cujus parum certus dicebatur Auctor: 'Interim,' inquit, 'usura fruar.' 'Uxorem usurariam' dixit Plautus, cujus usuram et usum capiebat Jupiter. *Idem.*

In æternum conditis] Morte perpetua clausis. Virg. 'in æternam conduntur lumina noctem.' *Idem.* *In æternum conditis luminibus*] De cæco Declam. II. Quintilianus: 'Perpetua nocte genæ clausæ.' Virgil. X. 'In æternam clauduntur lumina noctem.' *Pric.*

Nec terræ rem suam denegamus] Cic. Tusc. Qu. lib. III. ex Euripide: 'Reddenda est terra terræ, tum vita omnibus, Sic jubet necessitas.' Tertull. de anima cap. 50. 'Publica totius generis humani sententia mortem naturæ debitum pronuntiamus. Hoc stipulata est Dei vox, hoc spopondit omne, quod nascitur.' *Elmenh.* *Nec terræ rem suam denegamus*] Artemidorus II. 24. 'Ο ἀποθανὼν εἰς τὴν γῆν κατατίθεται, ἥτις ἐστὶ κοινὴ πάντων πατρίς. Euripides Hipsipyle: Εἰς γῆν φέροντες γῆν. Cicero III. de Republ. 'Neque enim Natura pateretur, ut id quod esset de terra, nisi in terra maneret.' Ecclesiastes 12. 7. 'Priusquam, &c. revertatur pulvis in terram suam.' Virgilius VI. 'Sedibus ossa quierunt:' ubi Servius: 'Priusquam corpus in naturam suam redeat: id est, in terram.' Ovidius ex persona Liviæ, Druso mortuo: 'Artus complector inanes, Et vocat hos ipsos flamma rogusque suos.' *Rem suam*, id est, Juvenem exanimum, 'et nil jam cœlestibus ullis Debentem.' Prudentius de sepulchris loquens:

'Res creditur illis Non mortua, sed data somno.' Bene autem *rem suam*, quasi debitam. Philo in de Josepho: Τὸ οἰκεῖον ὄφλημα τῆς φύσεως ἀπολαβούσης. Nec minima heic elegantia *denegamus* dixit. P. Chrysologus de Christo Lazarum suscitante: 'Dat locum morti, licentiam dat sepulchro: putredini nil negat, nil fætori.' *Pric.*

Sed ad ultionis solatium exiguum vitæ spatium deprecamur] Apud Lucianum in Reviviscentibus: Μίαν ἡμέραν ταύτην παραιτησάμεθα, &c. ὡς ὑπέσχῃ τὴν ὧν δέδρακεν ἀξίαν. Apud Pacuvium ille: 'Dii me etsi perdunt, tamen esse adjutum expetunt, Quod priusquam intereo spatium ulciscendi danunt.' Proprie autem 'ultionis solatium.' Seneca I. 21. de Clementia: 'Ultio duas res præstare solet: aut solatium affert ei qui injuriam accepit, aut in reliquum securitatem:' ubi *et* pro *aut* reponendum utroque loco videtur. Scriptor de Excid. Hierosol. sive is Egesippus I. 1. 'Obsecrans, non salutis auxilium, sed ultionis solatium.' Justinus lib. I. de Tamyri: 'Orbitatis dolorem non in lacrymas effudit, sed in ultionis solatium.' Sic in de Anima cap. 34. Tertullianus 'solatium ultionis' dixit: et cap. 10. de Patientia (emendante Viro summo erudito Josia Mercero) 'Ultio penes errorem solatium doloris videtur, penes veritatem certamen malignitatis.' Plinius lib. III. Epist. 14. 'Paucis diebus ægre refocillatus, non sine ultionis solatio decessit.' Basilius in cap. 3. Esaiæ: Παραμυθία (ἐστιν) ἐν κακοῖς, τὸ ἐπαμῦναι τοῖς ἀνῃρημένοις, καὶ τοῖς ἴσοις ἀντιπεριβάλλειν τοὺς λελυπηκότας. Otho apud Tacitum II. Histor. 'Fruatur Vitellius fratre, conjuge, liberis: mihi non ultione, neque solatiis opus est:' id est, *mihi ultionis solatio non opus est.* Tiberius apud Eundem Annalium lib. III. 'Sin facinus in cujuscunque mortalium nece vindicandum detegitur, vos vero et liberos Germanici, et nos parentes ejus justis solatiis afficite:' solatiis ultionis nempe. Sidonius VIII. 11. de Lampridio: 'Secuta quidem est ultio exstinctum, sed magis prosunt ista victuris: nam quoties homicida punitur, non est remedium, sed solatium vindicari.' *Idem.* *Exiguum vitæ spatium deprecamur*] Minucius ex Pagani persona: 'Quis unus ullus ab Inferis vel Protesilai sorte remeavit, horarum saltem permisso commeatu?' *Idem.*

Propitiatus] Placatus, exoratus: quæ illæ tres lineolæ significant. *Beroald.*

Ter ob os] Abest vox *ter* a Mss. Lips. Pal. Reg. Fux. Guelf. utroque Oxon. Par. D'Orv. et Ed. Junt. post. unde suspiceris, sacerdotem non ter inposuisse herbam, sed semel inpositam ibi liquisse, et ejus vi per *os* et *pectus* animam reciperet cadaver. Nisi potius vox illa exciderit, quod lineæ III. creditæ fuerint ortæ ex repetita littera *m*, et hinc nata vocula *in:* atque ea herbula lustrationis caussa *ter* fuerit inposita. Namque ut in sortilegio, (vide ad Cæs. lib. I. in f. ubi etiam excidit *ter*,) item in magicis sacris, (Ovid. lib. VII. Met. 189.) aliisque, mysticus erat numerus ternarius, ita similiter in lustrationibus passim occurrit. Vide Lucian. Necyom. tom. I. p. 465. Burm. ad Val. Flacc. lib. III. 441. et alios. An vero in Necromantia numeri ternarii meminerint alii, vide. Certe non Lucanus. Porro male Scriverius in contextum recepit Bertin. et Pithœani Cod. scripturam *in os*. Aliter solet Auctor. lib. V. init. 'Pecudibus occurrentibus ob os introëuntium:' pag. 119. 'Ob os puellæ prævolans.' Lib. XI. p. 247. 'Ob os ipsum meum coronam exhibuit.' Et sic alii. Cic. in Timæo c. 14. 'Igni, qui est ob os offusus:' ubi Ms. Voss. male *eff.* Prudent. Περὶ στεφ. c. 10. vs. 76. 'Adstanti ob ora.' Plura vide apud Heins. ad Virg. Æn. XII. 865. 'Ob

ora Fertque refertque.' Drakenb. ad Silium lib. XVII. vs. 477. 'Ob ora Lux micat:' et Burmann. ad Ovid. lib. VIII. Met. vs. 115. 'Patris ob ora:' et alia huc pertinentia de hac præpositione vide in lib. IV. p. 66. Passim 'opponere manum.' Vide Bunemann. ac Lact. lib. IV. c. 1. *Oud.* *Ter*] Ternarium autem numerum Pythagorici potentissimum esse prodiderunt, eoque ad cerimonias Deorum utebantur, ut docet Aristot. lib. I. de Cœlo et Mundo. Idem numerus in rebus magicis plurimum pollebat: et, ut auctor est Plin. terna despuere deprecatione in omni medicina mos est, atque effectus adjuvare. hinc Tibullus: 'Ter cane, ter dictis despue carminibus:' et poëta in cantamentis amatoriis cecinit: 'Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.' Martianus, Plutarchus, cæteri, triada sive ternionem, hoc est, ternarium numerum, qui masculus est, et efficax, extollunt. *Beroald.* *Herbulam quampiam*] De qua herba loquatur, ambigi potest, cum eam nominatim non designet. Forsan intelligit balin, qua Xanthus historiarum auctor tradidit occisum draconis catulum, revocatum ad vitam a parente: eademque Chilonem, quem draco occiderat, restitutum saluti: et Juba in Arabia herba hominem revocatum ad vitam tradit: plerique existimant, nihil non herbarum vi effici posse. Ab Herophilo dictum ferunt, quasdam etiam calcatas herbas prodesse. Orpheus de his herbis curiosius aliqua prodidit: post eum Musæus: Pythagoras quoque et Democritus de magicis herbis volumina composuerunt, de quibus et Plinius noster non parum multa in XXIV. *Idem.* *Herbulam quampiam ter ob os corporis, &c.*] Elizæus (etiam in resuscitandi negotio) ad famulum 2 Reg. 4. 29. Ἐπιθήσεις τὴν βακτηρίαν μου ἐπὶ πρόσωπον τοῦ παιδαρίου. *Pric.*

Orientem obversus] Lucianus Menippo: Ἕωθεν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον, ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, ἧς σφόδρα κατήκουον. *Colv.* Orantes vultum ad orientem convertebant. Origenes Hom. 5. in Num. Damascenus Orthod. lib. IV. c. 17. Author Quæstionum apud Justinum Martyrem, Qu. 115. Brissonius lib. I. de Formulis, Drusius ad lib. I. Severi p. 16. *Elmenh.* *Orientem obversus*] 'Ætherei spectans orientia Solis Lumina.' Pacatus Panægyr. 'Divinis rebus operantes, in eam cœli plagam ora convertimus, a qua lucis exordium est.' Virgilius: 'Illi ad surgentem conversi lumina Solem,' &c. Ubi Servius: 'Non utique nunc Solem surgentem dixit: (jamdudum enim dies erat) sed disciplinam cerimoniarum secutus est, ut Orientem spectare diceret eum, qui precaturus erat.' *Pric.* *Orientem obversus*] Adoratoris hoc proprium est, ex mystica religione, ut in adorando ac salutando Deo, ad orientem convertatur, totumque corpus circumagat: sic enim apud Antiquos factitabant adoratores, ad Solem respicientes. Mundi enim ortus a læva est, unde sinistrum et lævum fulmen inter prospera est. In cœlo *templum* est locus auspicii, cujus partes sunt quatuor: sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. Hermes Trismegistus præcipit, cum quis Deum orare voluerit, respiciendum esse in austrum Sole occidente: Sole vero oriente, in eum qui subsolanus dicitur. *Beroald.*

Et incrementa solis augusti] Abest *et* ab Oxon. Fux. Guelf. pr. *vel increm.* Pith. Edd. Rom. Vic. Ber. Junt. Ald. Colin. *et crementa* D'Orvill. Quod non displicet: ut variaverit stylum elegantiæ gratia Auctor, qui præmiserat 'incrementa Nilotica.' Simplex enim 'crementa' æque probum, atque 'incrementa:' uti 'cunabula:' quomodo p. 41. et sæpe dixit Noster, et 'incunabula.' Plin. lib.

XI. c. 37. 'Ad crementa Lunæ.' Sic enim Mss. Harduini, et quinque Leidd. non *ad incr.* Et sic Varro, aliique, quos post Vossium et Borrichium jam laudavit Munckerus ad Fulgent. Myth. lib. II. c. 19. 'Lunæ crementis.' Arnob. lib. I. p. 22. 'Cur Luna semper in mutuis damnis ac crementis.' *Oud.* *Augusti*] Venerabilis et sancti. Solem mundi totius animum, ac planius mentem et principale naturæ regimen ac numen, plerique credidere, opera ejus existimantes: unde merito 'augustus' dictus, quasi sanctus, divinusque. *Beroald.*

Tacitus imprecatus] Non voce, sed corde orandum Deum esse, præcipit divus Hieronymus: et in decretis canonicis, distinctione ultima, de consecratione, scriptum legimus: 'Non verbis, sed corde adorandus Deus est.' Cyprianus, in expositione illa orationis Dominicæ luculenta, secrete adorandum esse ex Dominico præcepto demonstrat, in abditis et secretis vel semotis locis: quia Deus non vocis, sed cordis auditor est: nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes videt. Hoc declarat Scriptura divina quæ dicit: 'Loquebatur in corde suo, et labia ejus movebantur, et vox ejus non audiebatur, et exaudivit eam Deus.' Item legimus in Psalmis: 'Dicite in cordibus, et in stratis vestris, et transpungimini.' Hieremias quoque hoc idem docet: 'In sensu tibi debet adorari Deus.' *Imprecatus* in bonam partem hic accipitur autem: cum alibi fere semper malum significet. *Scena.* Apparatu et spectaculo. *Idem.*

PAG. 40 *Venerabilis scenæ facie s.*] Bertin. et Pith. dant, ut ante Colv. legebatur, *venerabili scena facies et studia, &c.* In Ed. Scal. seu Vulcan. sec. *venerabili schemate facies ac st.* contra Mss. In Florent. D'Orvill. et Ed. Elmenh. *venerabili scenæ facies st.* sine sensu. Palat. Guelf. sec. cum Ed. Scriv. et Pric. *venerabilis scenæ facies st.* Sed viri docti sic edentes debuerant certe præcedentia *obversus* et *imprecatus*, hic pleniore distinctione posita, junxisse verbo *imponit.* Sed *tunc* satis significat ibi non incipere periodum, adeoque istos nominativos pendere ab verbo *adrexit*, et idcirco *facies* hic locum non habere. In Oxon. est *venerabilis scenæ faciens studia.* Satis ferri potest antiqua lectio, *venerabili scena facies et studia adr.* Nam oculos simul cum mente adtollebant ad hoc spectaculum. Sed quia *scenæ* habent Mss. copula carentes, omnino recipienda est Colvii lectio, firmata a Lips. Fux. Guelf. pr. et Regio, *venerabilis scenæ facie studia adrexit.* Zachlas arrexit studia præsentium adspectu et externa specie venerabilis adparatus ad partes agendas, quas sibi sumserat. *Faciem* sexcenties dici de cujusvis rei specie et imagine externa, nemo ignorat. Sic 'facies hederæ,' 'lauri,' 'pulveris,' de quibus vide ad finem lib. III. 'facies cæli,' 'maris,' 'montis,' 'loci.' Virg. IV. G. 360. Sil. XII. 665. Ovid. III. Met. 414. Mela I. 17. II. 1. 2. III. 3. 4. Septim. de B. Tr. I. 23. 'leti,' 'pugnæ,' 'scelerum,' 'luxus.' Virg. Georg. I. in f. Tib. IV. 100. Sil. IV. 593. ubi vide Drakenb. et ita innumera alia occurrunt. Restituenda et hæc vox Solino, cui frequens est, c. 37. 'Ostentans ruforum crinium faciem.' Sic enim Mss. 3. Vulgo *similitudinem* e glossa. De *scena*, nequaquam mutanda, sive adparatu spectatorio, quæ Appuleio in frequenti usu est, ut patere potest ex Indice, dicam plura ad lib. IV. pag. 77. 'Scenam, quam sponte sumserat, retinens, varias sui corporis schemis,' &c. Ridicule satis Scipio Gentilis in Parerg. ad Prud. lib. I. c. 37. legit, *venerabili scœna*, et per supercilium exponit. *Oud.* *Studia præsentium ad miraculum tantum certatim arrexit*] Lib. VI. 'Tanti præmii cupido certatim omnium, &c.

studium arrexerat.' Virgil. 'Arrectæ mentes, stupefactaque corda.' Tacitus Histor. IV. de Vespasiano: 'Erecta quæ adstabat multitudine, jussa exequitur:' ubi malim *arrecta* legi. *Pric.*

Inmitto me turbæ socium] Placet, si quid mutandum, Wassei conjectura, *ocius.* Oud. *Immitto me turbæ socium*] Divinabam, *turbæ medium.* Virgil. 'Medium nam plurima turba Hunc habet.' Æn. VI. Idem VIII. 'Ipse agmine Pallas In medio.' Infra hic lib. VIII. 'Quam potui, turbæ medius, &c. clunibus meis ab aggressionibus ferinis consulebam.' *Pric.*

Extolli] Extollebatur. Significat autem, defunctum illum potentia Ægyptii prophetæ animatum reviviscere cœpisse, ita ut pectus jam intumesceret ex anhelatione pulmonis. *Ber.*

Salubris vena pulsari] E Glossis Sopingius ad marginem conjecit legendum *scatebris.* Nil innovandum existimo. 'Venæ' sive arteriæ 'pulsum,' ut lib. X. p. 210. Gell. l. XVIII. c. 10. intelligit, a quo corporis *salus* vel valetudo cognoscitur, et hinc quasi pendet. *Vene* Oxon. *venæ* Guelf. pr. *Oud.* *Vena pulsari*] Medici recentiores venas pulsatiles appellant, quibus pulsus exploratur: quas Antiqui ἀρτηρίας vocant. Sunt autem arteriæ spiritus semitæ, sicut venæ sanguinis rivi. Arteriarum pulsus gubernacula vitæ temperat. Hierophilus medicinæ conditor subtilissimus descripsit leges et modulos, quibus pulsus per ætates citatior aut tardior moveatur, qui evidens index fere morborum est. Græce dicitur σφυγμός. *Beroald.* *Jam tumore pectus extolli, jam salubris vena pulsari, jam spiritu corpus impleri: et adsurgit cadaver, et profatur adolescens*] Hieronymum huc respexisse non dubito cum sic scriberet: 'Palpitat pectus, et oculis quærentibus lucem corpus animatur ad vitam. Jam spirat, jam videt, jam sublevatur, et loquitur.' Luc. 7. 15. Ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς, καὶ ἤρξατο λαλεῖν. *Pric.*

Spiritus corpus inpleri] Genitivum illum inpense probat idem lib. III. Susp. c. 6. ut apud Virg. I. Æn. 215. 'Inplentur veteris Bacchi:' ubi vide Heins. et Burm. Et sane eidem casui jungit Auctor lib. III. init. 'Turbæ cuncta completa.' Flor. N. 15. 'animi expletus.' Vide et lib. X. pag. 213. Verum ceteri Mss. et Edd. servant Ablativum *spiritu*, qui hic suavius videtur sonare. Atque ita in Apolog. p. 400. 'Solis conviciis inpleturum.' *Inpleri* exsulat a Guelf. pr. *Oud.*

Adsurgit cadaver] Seneca (ubi et de aliis portentis) de tauro mactato: 'Tentantque turpes mobilem trunci gradum, Et inane surgit corpus,' &c. Œdip. Servius ad Æneid. VIII. 'Cadaver est corpus nondum sepultum: ita dictum quod honore careat sepulturæ.' *Pric.*

Profatur] *Præfatur.* Fux. Malc. Lib. III. p. 45. 47. 'Sic' vel 'hæc' 'profatur:' ac passim. Frequens hæc est aberratio. Adi J. F. Gron. et quos laudat Drakenb. ad Liv. l. XXII. c. 1. et corrige ex veterrimis membranis Vossianis Auson. in Protrept. 53. 'Et melicos lyricosque modos profando, novabis.' Vulgo *præf.* Oud.

Quid (oro) me? &c.] Q. d. 'Carmine quid miserum torques? jam parce sepulto, Parce sitos violare Manes.' *Pric.*

Lethea pocula] Animæ mortuorum, ut Poëta nobilissimus canit: 'lethei ad fluminis undam, Securos latices et longa oblivia potant.' Cui succinit Silius versu consimili: 'Letheos potant latices oblivia mentis.' Philosophi autumant, animam, cum cœperit in corpus descendere, potare stultitiam et oblivionem, alias vero magis, alias minus. Ideoque qui minus oblivionis hauserunt, hi magis verum inveniunt: et hoc est quod Veteres Lethæum fluvium vocaverunt, ut

eleganter et scite refert Macrobius in somno Scipionis: 'Apud Antiquos in funeribus indictivis dicebatur, Olus letho datus est: quod significat, illum qui mortuus est, datum esse λήθῃ: id est, oblivioni.' *Beroald.*

Momentariæ vitæ] Temporariæ, et brevi momento duraturæ: videlicet, tantisper dum enunciet ipsius mortis causam, et auctores. *Idem.*

Reducitis] Oxon. Guelf. pr. et Ed. Junt. post. *reducis:* uti sequitur *desine* et *permitte.* Sed tamen forsan hoc est ab inportuno correctore, crebram numerorum variationem ignorante, de qua vide ad pag. 2. 'præfamur veniam, si offendero.' *Oud. Ad, &c. vitæ reducitis officia*] Macrob. Som. Scip. I. 13. 'Officium suum deserit corpus, cum jam non possit animari.' Servius ad Æn. VI. 'Defunctos mortuos dicimus, qui compleverunt vitæ officia.' Sic 'vitæ officia' Seneca Epist. 77. et Donatus ad II. 3. Eunuchi dixerunt. Noster lib. I. 'spiritus officia.' *Pric.*

Desine jam precor] Apud Propertium: 'Desine Paule meum lacrymis urgere sepulchrum.' *Idem.*

Ac me in m. quietem permitte] Sopingius libro suo adlevit *remitte.* Et solent hæc crebro variari; ut in celebri isto Justini loco lib. I. c. 9. 'Militiæ vacationem permittunt:' ut procul dubio est legendum. Nec hic quid mutandum. Sine, me plane et omnino quietum permanere. Ut sexcenties dicitur, 'permittere in fidem,' 'potestatem,' 'ditionem.' Pith. *mea quiete.* Oud. *Ac me in meam quietem permitte*] Senec. Suasor. II. 'Optamus quoque plerique mortem, adeo in securam quietem recessus est.' Scholiastes vetus Horatii: 'Mors, ut necessitas est, ita perpetua est laborum requies.' Lactantius de Ira Dei cap. 17. 'Quies sempiterna solius mortis est.' Spectrum Samuelis ad Saulum, 1 Sam. 28. 13. 'Quare inquietasti me ut suscitarer?' *Pric.*

Hæc vox audita de corpore] Id est, cadavere. Supra: 'Ibi corpus splendentibus linteis coopertum,' &c. Sic Matth. 14. 12. et 27. 58. vetus Interpres. Isidorus XI. 1. 'Corpus, quod non vivit:' et statim: 'Corpus dicitur, aut quod post vitam mortuum est, aut sine vita est conditum.' *Idem.*

Devotionibus] Magico cantamine. 'Devotiones' enim execratoria sunt carmina: vulgo accipimus in bonam significationem. 'Devotum' quoque pro detestabili et execrando: de hoc alibi plura. *Beroald.*

Diras] Virg. in XII. 'Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ.' Hæ una cum furiis uno eodemque partu ex intempesta Nocte progenitæ sunt. *Diras* dici autumant Grammatici, qui non nisi ante iratum Jovem videntur: præterea *diras* dici voluerunt imprecationes quasdam horrendas, quibus Deos quosdam inauditos et formidandos invocabant: quibus quicunque devotus damnatusque fuisset, eum maximo infortunio affici necesse erat: quamobrem non temere in quenquam, nec levi de causa, dirarum uti obnunciatione consueverunt. Atteius tribunus plebis Crassum, ad expeditionem Parthicam properantem, hisce dirarum imprecationibus denotavit, (auctores Plutarchus et Appianus,) quod et Lucanus signat in III. sic scribens: 'Crassumque in bella secutæ Sæva tribuniciæ voverunt funera diræ.' *Idem.*

Suscipit ille] Sopingius conjecit *suspicit;* atque ita editum videas in Elmenh. Scriv. ac Pric. Verum cadaver jam 'adsurrexerat,' sed jam ad prophetæ verba respondens 'suscipiebat,' sive ὑπελάμβανε, ut bene explicuit Pricæus, quem adi. Et sic lib. III. p. 52. 'suscipio:' ubi idem error. Lib. IV. p. 73. 'sed suscipiens ego.' Lib. V. p. 94. 'suscipit alia.' Virg. lib. VI. Æn. 723. 'Suscipit Anchises.' *Oud.* *Suscipit ille de lectulo*] 'Υπολαμβάνει. ut Luc. X. 30. ubi Ve-

tus, 'Suscipiens Jesus.' Infra hic lib. IV. 'Suscipit unus ex illo posteriore numero,' &c. *Pric.*

Imo cum gemitu] *Imo cum gemitu* Schikeradi est emendatio. Hunc secuti sunt Scriv. Pric. Florid. Nec refragor, si modo idonea accedat Manuscriptorum auctoritas. Nam Lips. Palat. Flor. Reg. Pith. Oxon. Fux. servant priorum Edd. lectionem, *uno congestu.* D'Orv. *uno congesta.* Stewechius ad finem lib. VI. p. 128. legebat, *uno contextu.* Vide num huc pertineat Capitolinus in Marco cap. XIX. 'Et quidem hæc breviter et congeste.' Omnia congessit in unum, culpamque mortis in uxorem unam conjecit congessitque. *Oud.* *Atque imo cum gemitu populum sic adorat*] Oxon. *Atque uno congestu, &c.* amplectimur nos alteram scripturam. Turbati aut ærumnosi sermonem gemitu incipiunt. (*adorare* enim heic valet *alloqui.*) Supra lib. I. 'Imo de pectore cruciabilem suspiritum ducens, &c. Me miserum infit,' &c. Virgilius: 'Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces.' Imo infra hic in hac eadem narratione, 'Rursus altius ingemiscens.' *Pric.*

Malis novæ nuptæ, &c. artibus] Id est, veneficiis: hinc 'artium malarum doctor' lib. XXVI. apud Amm. Marcellinum. Gloss. 'Κακοτεχνία. mala ars.' *Idem.* *Malis novæ nuptæ*] Significat defunctus, se periisse veneno ab uxore sacrilega sibi propinato, ut ita adultero liberior potiretur. nam quæ impudica est, eadem venefica esse solet: ut dicebat M. Cato. *Beroald.*

Addictus noxio poculo] Pessime Stewech. ibidem et ad lib. IX. p. 370. volebat scribi *inductus.* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Colin. *adductus.* D'Orv. *additus.* Sed recte Beroaldus et Pricæus defenderunt *addictus.* Verum dubito, an bene dicatur quis *addictus poculo*, qui per poculum morti est addictus, ut ait Cic. lib. III. de Offic. cap. 10. 'Qui morti addictus erat.' Inscript. Grut. p. 843. 2. 'Addictam manibus ire sacris.' 'Amor Fatis addictus' Lucano lib. VI. vs. 452. e Ms. Voss. Vulgo *adductus.* Infra lib. IV. p. 87. 'Cui scopulo sors me addixit.' lib. V. p. 104. 'Matrimonio addici.' lib. VI. p. 110. 'Vigiliæ addictis oculis.' Vide plura ad lib. III. p. 52. 'Culpæ addicere.' Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 21. et me ad Frontin. lib. IV. 1. 36. 'Securi addixit.' Quod certe nimis poëticum. Et hoc forsan senserunt illi, qui *adductus* legerunt, sc. 'ad adin (ᾅδην) i. e. Plutonem ductus;' ut est in nota Beroaldi. Nempe miror non vidisse viros doctos, si Barthium lib. XXXII. Advers. c. 13. excipias, aut saltem non monuisse, hic esse tres versus Iambicos; qui optime conveniunt cadaveri, quasi ex oraculo et divino instinctu profanti; (quod imitatus in simili re est Saxo Gramm. ad quem adi Stephanium p. 46.) sed quorum secundo versu excidit vocula. Pro *noxio* enim scribendum cum Elmenh. et Scriverio *pernoxio*, suadent Mss. Lips. Bert. uterque Guelferb. Oxon. Palat. D'Orv. Fux. ut 'pertrux' lib. V. p. 99. sæpe 'pervigil.' Mel. lib. I. c. 19. 'Pernoxii adpulsis.' Quare lego: *Malis novæ nuptæ peremtus artibus, Addictus et Diti poculo pernoxio Torum tepentem mancipavi adultero.* Diti (Plutoni) ut lib. VI. p. 121. 'Ditis et pater:' ubi vide. Vel, *Addictus umbris poculum per noxium.* Facile ob præcedentem vocem *addictus* excidere potuit *umbris.* Vides, me nihil invertisse nisi voces *pernoxio poculo*, quæ sunt sexti casus, et *adultero mancipavi.* In Guelf. sec. a m. pr. erat *adulterio.* Ceterum multi tales Iambi sunt in Nostro, licet nunc sæpe adhuc, ut prosa, censeantur. Vide ad finem lib. VIII. et lib. IX. p. 181. *Oud.* *Adductus*] Coactus. Nitidior lectio est, *addictus.* Quidam exponunt *adductus*, quasi ad Adin, id

est, Plutonem ductus: quod etsi sententiæ quadrat, tamen elegantiæ Latinæ non convenit. *Berould.* *Et addictus noxio poculo*] Valerianus Cimeliensis: 'Artificium veneficii, et noxias poculorum compositiones.' Miles. x. Noster 'noxiam potionem' dixit. *Addictus* bona lectio est: sic vi. 'Vigiliæ luminibus addictis:' apud Horatium 'feris et alitibus addictus:' et Salvian. de Gubern. ii. 'æternis piaculis addictus.' *Pric.*

Torum tepentem] *Tepentem.* Sic eleganter Bert. Alii, *t. repente ad.* Elmenhorstius. Verissime id receperunt sequentes. Vide Pricæum, Lucan. lib. iii. 23. 'En! nupsit tepido pellex Cornelia busto.' Eadem confusio lib. vi. p. 112. 'Aram tepentem amplexa.' In Barthiano autem Codice (Advers. lib. xxxii. 13.) est *emancipavi*, sed simplici verbo usus etiam est locis adpositissimis Auctor lib. iii. p. 56. 'Flagrantibus papillis in servilem modum addictum atque mancipatum teneas volentem.' L. ii. p. 27. 'Tibi mutua voluntate mancipata sum.' Lib. ix. p. 186. 'Stupro corpus manciparat.' De Phil. Mor. p. 602. Ed. Flor. 'Religiositas suppliciis divinæ rei mancipata est:' et alibi. *Oud.* *Torum repente adultero mancipavit*] In Ms. aiunt esse *torum tepentem:* quomodo etiam ex ingenio Nos legendum conjeceramus. Lucanus: 'En! nupsit tepido pellex Cornelia busto.' Quintilianus Declam. 347. 'Subito absentium' (maritorum) 'obliviscuntur, et pene cum ipsis toris uxorum pectora refrigescunt.' Idem Declam. 338. 'Adhuc in torum uxoris prioris, calente adhuc vestigio, adducta est nova nupta.' *Pric.* *Torum tepentem, &c.*] Seneca vii. 31. de Benef. 'Et cum Penates ignis absumpsit, fundamenta tepente adhuc area ponimus.' *Idem.*

Tunc uxor egregia, &c.] Lib. ix. 'Tunc uxor egregia,' &c. et x. 'Egregia illa uxor mea,' &c. Cicero in pro Cluentio: 'Tunc vero egregia illa et præclara mater,' &c. *Idem.*

Præsentem capit audaciam] Lib. ix. de non absimili femina: 'Dissimulato tanto flagitio, intrepidum mentita vultum,' &c. Ibidem: 'Mihi penitus carpebantur præcordia, et præcedens facinus, et præsentem deterrimæ feminæ constantiam' (id est, audaciam) 'cogitanti:' adeo vere Juvenalis: 'Nihil est audacius illis Deprensis, iram atque animos a crimine sumunt.' Apud Tacitum Annal. xi. 'Sceleribus manifestis subsidium ab audacia petendum est.' *Idem.*

Populus æstuat, d. tendentes] Ms. *populos.* Colv. Sic quoque D'Orvill. Guelf. ut et p. 44. Tum Fux. *æstuans,* Reg. *æstuant*, quod præfero, ut ibidem, 'populus stipaverant:' p. 44. 'Multitudo periclitarentur:' p. 47. 'Conspicio totum populum: risu cachinnabili diffluebant:' ubi vide plura, et adi omnino Drak. ad Sil. xi. 232. ad Liv. lib. x. 13. 'Populus suffragia inibant:' ubi in multis etiam *populos.* Septim. de B. Troj. lib. i. c. 8. 'Omnis populus reclamabant.' Sic enim Voss. Periz. et Ed. Merc. Vel dictum, ut Solino c. 42. 'Populus circumit et Hylan voce clamant:' ut sæpe alii. *Oud.* *Populus æstuat, diversa tendentes*] In fragmentis Varronianis: 'Videmus populum Furiis incinctum tribus Diversum ferri:' ubi *instinctum* legendum videtur. *Diversa tendentes*, ut vi. 'Sic nos diversa tendentes:' id est, *contendentes.* Æneid. xii. 'Vasto certamine tendunt.' Servius: 'Contendunt.' Curtius lib. ix. 'Dissonæ voces nusquam unum et idem tendentium.' Suetonius 'diverse tendere' dixit: ut et iv. Lucretius. Plinius lib. viii. Epist. 9. Nazarius Panægyristes, et Judic. xx. 45. vetus Interpres, 'in diversa tendere.' Noster in de Mundo: et in Dialogo ad Asclepium, 'ad diversa tendere.' Tacitus Histor. i. 'Sibi quisque tendentes.' *Pric.* *Diversa*

tendentes] 'Tendere, pertinacem contentionem significat.' Donatus ad Eunuchum. *Idem*. *Diversa tendentes*] Juxta populi vulgique consuetudinem: nam ut illo versu notissimum est: 'Scinditur incertum studia in contraria vulgus.' Figurata autem locutio est, 'populus diversa tendentes.' *Beroald*.

Hi pessimam feminam viventem statim cum corpore mariti sepeliendam, &c.] Lib. IX. 'Addebat et tales oportere vivas exuri feminas.' *Pric*.

Hanc contationem seq. adol. sermo distinxit] Ed. Junt. post. Guelf. sec. *cunctationem*: et D'Orv. *distruxit*: unde posset legi *destruxit*; ut Ovidio Art. II. 312. 'Destrue dicta:' ubi vide Burm. Sed nihil mutare est tutius. Hanc *contationem* sive quod idem est, *cunctationem*, seu dubitationem et longam incertitudinem dissolvit, et quasi *discrevit*: quod abiit aliquoties in *distinxit*. Vide Drakenb. ad Liv. lib. XXXI. c. 29. sed et confer Lexica. Non cepit locum N. Heinsius, qui post varia, *distraxit*, *restinxit*, quæ delevit, conjecit *instinxit* i. instigavit, ut alibi. *Oud*.

Docum. perlucida, et quod pr. n. n. cognoverit, indicabo] D'Orv. *perluc. docum.* Sunt qui per duplex *ll* semper scribi eam vocem præcipiant. Tum in Palat. Guelf. sec. *rursus prorsus* e varia lectione. *Cognominarit* est quoque in Ed. Junt. poster. quod non capio. An fuit, *alius me nemo cognorit?* pro *alius quam ego*. Vide ad lib. III. p. 58. 'Me nullam aliam mea Fotide præmalle.' An potius vitium ortum ex eodem Thelephronis cognomine, ut e seqq. patet? *Idem*. *Et, quod prorsus nemo alius cognovit*] Lib. III. 'Quæ sola mortalium novi:' et X. 'Servum qui solus hæc ita gesta esse scire diceretur, sisti, &c. oportere.' *Pric*.

Me demonstrans] De seipso loquitur Telephron, a quo omnia ista dicuntur. *Beroald*.

Exertam] Insomnem, sedulam, oculisque inconniventibus perspicacissimam. *Idem*. *Exertam vigiliam*] Diligentem, protenti colli. Infra lib. VI. 'Longa colla porrecti sævi dracones, et inconnivæ vigiliæ luminibus addictis.' *Pric*.

Industriam sedulam] Supra, in eadem re ista, 'sedulum ministerium' dixit. *Idem*.

PAG. 41 *Postremo*] Variant Mss. D'Orv. Pith. et alii cum Edd. priscis habent *postremum*. Flor. Pal. Reg. *postremo*: Auctor ipse utrumque adhibuit, ut docet Index. Sed in Cod. Florent. lib. VIII. p. 172. pro *ad postremum* legas *ac postremum*: ubi vide. *Oud*.

Injecta somni nebula] Lib. VI. 'Crassa soporis nebula.' *Pric*.

Me nomine ciere, &c.] Lib. V. 'Jamque nomine proprio sororem miseram ciebant.' Et VIII. 'Clamore nominatim cientes illum juvenem.' *Idem*.

Membra frigida pigris conatibus] Seneca Œdip. 'Piger ignavos Alligat artus languor.' *Idem*.

Dum, &c. nituntur] In Indicativo habent etiam mei Codd. sed dubito, an vere; et an umquam *dum* pro *donec* eo modo recte dicatur. Adi Cl. Duker. ad Flor. lib. III. c. 11. 7. Arntz. ad Cat. Dist. 2. 3. Abr. Gronov. ad Melam lib. III. c. 8. 'Dum montem adtingat.' Sic et 4. Mss. a me visi. Sed tamen potest hic temporis præsentis actum indicare; sive *nec prius, quam tunc, quum jam nituntur*. Et tunc requiritur Indicativus, ut innumeris locis evicerunt eruditi passim. *Oud*.

Sed tantum sopore mortuus] B. *sed tamen sop. m.* Putean. Recte. Vitium ortum e perpetua confusione. Vide me ad Front. Cæs. et infra ad lib. III. pag. 57. nisi velis *sed tantum non*: quod et Aldus voluit, teste Putschio. Sed non ita in Ed. ipsius. *et tantum* aliquando placuerat Wasseo. *Sic tamen* N. Heinsio, qui et *mutus* pro *mortuus* conjecerat. *Oud*.

Sopore mortuus] Supra dixit Tele-

phron, se somno profundo in unum barathrum repente demersum, ut vix discerni posset, quis ex duobus jacentibus esset magis mortuus. *Beroald.*

Eodem vocabulo] Significat ambos fuisse cognomines, et eodem Telephronis vocabulo nuncupatos. *Idem.* *Quod eodem mecum vocabulo nuncupetur*] Id est, 'nomine:' sic sæpe Tacitus. Vide ad Præfat. lib. I. Martialis Ramiresium. *Pric.*

Et in exanimis u. modum] Bert. *et exan.* Elmenh. Male. *In modum* sexcenties, ut ita dicam, ait Noster, ut supra: 'in modum juvenis Aonii.' Statim, 'in modum prosectarum aurium.' Lib. III. pag. 56. 'In modum Ajacis.' Lib. IV. p. 64. 'In modum floris.' Lib. V. p. 90. 'In modum confertæ multitudinis:' ubi plura. Et sic alii sæpe, ac sine dubio legi debet e Sangerm. Cod. in Colum. lib. V. c. 10. 'et ex se in modum ramorum alias radices emittit:' ubi vide Comm. Vulgo, *ex summo duum r. ambas.* Minuc. Fel. c. 34. 'In aliquem modum' pro 'quodammodo.' *Oud.* *In exanimis umbræ modum gradiens*] Μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατῶν: ut Antiphanes locutus. *Pric.*

Prosectis naso pr. e. m. auribus] Sequitur statim, *prosectarum aurium*, et de verbo 'prosecare' plura vide apud Pricæum, lib. IX. p. 204. 'Gulam sibi prorsus exsecuit:' ac de 'prosectu' ad l. VIII. p. 156. Sed hic loci in Cod. D'Orvilliano est *præsectis.* Id quod præfero. Nam hinc talia 'præsegmina' vocantur. Adi Pricæum ad pag. 34. 'Cadaverum præsegmina.' Lib. I. p. 10. 'Impetu teli præsecata gula.' Ovid. Rem. Am. 212. 'Debuerant partem præsecuisse manu.' Denique Liv. Epit. LXXXVIII. 'Auribus præsectis:' *et mox* Fux. *Oud.* *Prosectis naso prius, &c.*] Onomast. vetus: 'Denaso, ἀποῤῥινέω.' De *prosecandi* verbo sub finem libri IX. dicemus. *Pric.*

Lanienam suscitavit] *Susceptavit*, quod bene revocarunt eruditi, jam olim ex suis Mss. legendum monuit Becichemus Ep. LXXI. item Schickeradus, et expressit quoque Junt. post. ut et in Oxon. et Coll. Voss. sive *in se succepit.* Eadem est confusio l. XI. p. 261. 'teletam susceptare.' ubi recentiores etiam servarunt *suscitare.* *Oud.* *Vicariam pro me lanienam susceptavit*] Firmicus: 'Aut propiores fratres pro ipso vicariis mortibus interibunt.' Interpres vetus Levit. 24. 18. 'Vicariam reddet: i. e. animam pro anima.' Seneca in Controversiis: 'Quidam ardentibus rogis torum miscuerunt, quædam vicaria maritorum salutem anima redemerunt.' *Pric.* *Vicariam pro me lanienam*] Significat defunctus, Telephronem vivum laniatum mutilatumque fuisse vice ipsiusmet a cantatricibus aniculis. *Vicaria* enim *laniena* dicitur, oppido quam eleganter, laniatus sive laniatio in alienam vicem substituta. Proprie 'laniena' significat locum ubi caro venditur, vulgo macellum vocitant: cum macelli significantia sit latior, et ad omnia esculenta venalia extendatur, ut alibi docuimus. 'Lanienam' dici locum ubi caro venit, sicut ubi pelles 'pellesuinam,' ubi calcei 'sutrinam,' docet M. Varro, lib. de analogia primo. *Beroald.*

Utque fallaciæ reliqua convenirent, &c.] *Fallaciæ* patrio casu, non dandi sume. Infra l. IV. 'Ad reliqua fallaciæ pergimus.' Locutio Græca est. *Pric.*

Ceram in modum prosectarum f. aurium ei adplicant] Oxon. *in m. prosectorum f. auribus ei adp.* ut duo Dativi adponantur verbo *adplicant*, probante Pricæo ad l. III. p. 51. 'Ut ei hodiernæ cœnæ pignerarer.' Græco more. Sic enim Xenophon p. 223. σοὶ δώσω ἄνδρα τῇ θυγατρί. Anth. l. I. p. 17. Εὐρώπᾳ δοῦλον ζυγὸν αὐχένι θήσων. Sic l. VI. p. 121. 'Decidenti sarcinæ fusticulos aliquot porrigas ei:' quem locum male corruperunt editores. L. X. p. 213. 'Quod ei probrosæ libidini

noluisset succumbere :' ut est in Palat. Septim. de B. Tr. III. 9. 'Quis non alii casus acerbissimi cordi insederant :' quod male mutare conantur. Adde omnino Burm. ad Ovid. Met. l. IX. 770. 'Crinalem capiti vittam natæque sibique Detrahit.' Scilicet pronomen sive casus personæ loco Genitivi etiam in Dativo ponitur: uti passim amant ibi Dativum, ubi vulgus ponit Genitivum. Vide ad pag. 26. 'Cuilibet feminæ caput capillo exspoliaveris.' Vox *formatam* exsulat a Fux. *Oud.* *Ceram in modum prosectarum formatam aurium ei applicant*] Oxon. Ms. *Ceram in modum prosectorum auribus ei applicant, &c.* quam rectam esse lectionem inferius indicabimus. *Pric.*

Examussim] Examinate, decenter, optime. Est enim 'amussis,' regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica illinunt: hinc 'amussitatum' derivatur, quod significat examinatum, probatumque. Plautus in Milite: 'In hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.' In Plautinis codicibus pro *amussitata*, perperam legitur *emussitata*, dictione elegantissima contaminata, interpolataque: quem locum alibi non insubtiliter perpendimus. *Beroald.*

Tentare fortunam aggredior] *Temptare* Par. et Edd. veteres, ut passim. Ed. Bas. pr. non Ber. *temptans.* *Fortunam* addunt Mss. O. Immo jam et Ed. Junt. post. ante Colvium, pro qua mallem legere *frontem*, quam reponere Gruteri l. v. Susp. c. 8. conjecturam *formam*, probante etiam Pricæo, licet passim 'forma' et 'fortuna' confundantur. Adi ad p. 1. 'figuras fortunasque' sive conditiones: quo sensu hic *fortuna* forsan quoque capi posset. Burmann. conjecit *furtim*: sed addendum videtur necessario, quid tentarit. *Oud.* *Tentare formam aggredior*] Ita Gruterus, non male: cum antea *fortunam* legeretur. Heliodorus de Chariclia, quæ se oculum amisisse somniaverat: Τῷ προσώπῳ τὴν χεῖρα ἐπέβαλε, καὶ τὸ μέρος, ὃ κατὰ τὸ ὄναρ ἀπώλεσεν ἐταφωμένη, πάντοθεν ἐπεζήτει. *Pric.*

Sequitur] Quia cereus erat nasus, facilisque ob hoc sequelæ: ceræ enim lenta sequaxque est materia. *Beroald.*

Directis digitis, et detortis nutibus præsentium denotor] Lib. III. 'Omnium oculis, nutibus, ac denique manibus denotatus:' et XI. 'Toti civitati notus et conspicuus, digitis omnium nutibusque notabilis.' Quintilianus XIV. Declam. 'Proh miseranda conditio! rideor ubique, narror, ostendor.' Plautus II. 3. Mercat. 'Contemplant, conspiciunt omnes, nutant, nictant, sibilant.' Tertullianus in de Pallio: 'Acie figere, digito destinare, nutu tradere.' *Pric.*

Dum risus ebullit] Glossæ: 'Ebullit, ἀναβλύζει.' at propius Onomastici illud, 'Ebullio, καχλάζω.' Hesychius: Καχλάζει, κιχλίζει, ἀθρόως γελᾷ, &c. Eundem et in καγχασμὸς vide. Supra hoc libro Noster 'cachinnum licentiosum' dixit. *Idem.* *Risus ebullit*] Fervescit cachinnatio 'Linteolo agglutinato.' Quosdam vidi, qui, cum essent denasati, nasum subdititium agglutinaverant tam decenter, ut verus videretur. *Beroald.*

Inter pedes circumstantium, &c. evado] Hesychius: Ἐκτρυπῆσαι, ἐξελθεῖν λεληθότως. Idem ἐξανεχώρει, λεληθότως ὑπέφευγεν.' In vetere Onomastico: 'Evado, διαδύομαι.' *Pric.*

Fr. sudore defluens] Pricæus in Add. corrigit *perfluens* ex lib. I. p. 10. 'sudore frigido miser perfluo :' ubi illum vide.' Sed rectius N. Heinsius et Wassens malebant *diffluens*, ut apud Phædr. l. IV. F. 24. 23. 'sudore multo diffluentes.' Sic fere lib. IX. p. 194. 'Odore sulphuris obnubilatus, intercluso spiritu, diffluebat :' quod male ibi tentat Heinsius. Eleganter de vi compositorum *diffluit* et *defluit* disputat Cl.

c. 15. 'jecur defluxisse.' J. Obs. c. 101. 'Argentum adflatu fulminis diffluxit.' Infra lib. IV. p. 47. 'Risu diffluebant.' *Oud.* *Frigido sudore defluens*] Fortasse *perfluens*: vide supra 153. a. dicta. *Pric.*

Lari me patrio reddere potui] Aut ἠθικῶς, non φυσικῶς intelligendum illud 'reddere potui,' aut (quod facilius concesserim) pro *reddidi* accipiendum: sic infra X. 'Respondit, sermonis ignorantia se quid ille diceret, scire non posse:' id est, nescire: XI. 'Sacerdos, ut reapse cognoscere potui,' &c. hoc est, cognovi: et IX. 'Vix ad campestres semitas evadere potui,' pro *evasi*. Nec ita hic Scriptor tantum, sed et alii. Valerius Max. VIII. 7. de Sophocle: 'Qua sola fabula' (Œdipo Coloneo nempe) 'omnium ejusdem studii Poëtarum præripere gloriam potuit.' Macrobius Saturnal. I. 11. 'Recentior est memoria, quam ut possit inter obliterata nesciri:' id est, quam ut nesciatur. Idem II. 10. 'In qua' (gloria) 'appetenda duo sunt maxime, quæ præoptari possunt.' In Eleg. Maximiniani: 'Cui cedit quicquid vincere cuncta potest.' Lactantius Epit. divin. Instit. de Deo loquens: 'Non indiget terrenis luminibus, qui Solem cum cæteris astris in usum hominibus potuit accendere.' Et alibi eodem libro: 'Redigendi sunt ergo isti affectus intra fines suos, et in rectam viam reducendi: in qua etsi sunt vehementes, culpam tamen habere non possunt.' Servius ad Georg. I. 'Quibus diebus tanta est tranquillitas, ut penitus nihil in mari possit moveri.' Idem ad Eclog. I. 'Antiqui, post, ante, circum, etiam ablative jungebant, quod hodie minime facere possumus:' pro, *quod hodie minime facimus*. Philo in de Abrahamo: Καὶ τῶν ἀψύχων ἔνιά μοι δοκεῖ νικᾷν δύνασθαι (id est νικᾷν) τῶν ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν εὐμορφίας. *Idem.*

Capillis hinc inde laterum dejectis, aurium vulnera celavi] Ovidius de Acheloo uno cornu mutilato: 'Capitis quoque fronde saligna Aut superimposita celatur arundine damnum.' *Idem.*

Nasi vero dedecus, &c.] Id est, nasi perditi dedecus. Proprie autem heic *dedecus*. Isidorus XI. 1. Orig. 'In corpore nostro quædam tantum utilitatis causa facta sunt, ut viscera: quædam et utilitatis et decoris, ut sensus in facie, et in corpore manus,' &c. Corruptum locum corrige, et pro *sensus*, *nasus* substitue. Chrysostomus Homil. 30. in Epist. 1. ad Corinth. Ἔστωσαν ὀφθαλμοὶ λάμποντες, καὶ παρειὰ μειδιῶσα, καὶ χεῖλος ἐρυθρὸν, καὶ ῥὶς εὐθεῖα, καὶ ὀφρὺς ἐκτεταμένη· ἀλλ' ὅμως κἂν τὸ τυχὸν ἐκ τούτων λυμήνῃς, τῷ κοινῷ πάντων ἐλυμήνω κάλλει· πάντα κατηφείας μεστὰ, καὶ πάντα αἰσχρὰ φαίνεται τὰ πρὸ τούτου καλά· ἂν γὰρ τὸ ἄκρον τῆς ῥινὸς συντρίψῃς, πάντων πολλὴν κατέχεας τὴν ἀμορφίαν. Diod. Siculus lib. I. in legibus Ægyptiorum: Τῆς δὲ γυναικὸς (μοιχευούσης) τὴν ῥῖνα κολοβοῦσθαι, ὑπολαμβάνοντες δεῖν τῆς πρὸς ἀσυγχώρητον ἀκρασίαν καλλωπιζομένης ἀφαιρεθῆναι τὰ μάλιστα κοσμοῦντα τὴν εὐπρέπειαν. Firmicus VI. 31. 'Vel cicatricem, seu notam in vultu semper infligit, ut inhonesta quadam specie formæ faciem dedecoret.' Bene *inhonesta*: ita narium prosectarum vulnus Virgilius *inhonestum* vocat. Artemidorus IV. 29. Ὅ τι ἂν λείποι τῷ προσώπῳ, ἄτιμον αὐτὸ ποιεῖ. *Idem.*

Fabulam posuit] Sive finivit cum Pricæo, seu enarravit ad finem. Vide ad Suet. Oth. cap. 7. 'Positaque brevi oratione.' Sed l. IX. p. 193. 'Totam prorsus fabulam a principio promeret.' *Oud.* *Hanc fabulam posuit*] Finivit. Virgilius: 'Posito certamine.' Servius: 'Finito.' *Pric.* *Posuit*] Finivit, deposuit, desivit. Oratorum proprium est, causam ponere: ut apud rhetoricos frequenter. *Beroald.*

Vino madidi] Lib. VI. 'Vino madens:' et X. 'Vino, &c. memet ma-

defeceram.' Vide Festum Pompeium. *Pric.*

Dumque bibere solitarium postulant] Perperam viri doct. *salutaria* exponunt pocula saluti amicorum destinata. Nam illa solebant sumi jam maturius, et in medio compotationis tempore, quæ incipiebat mensa prima remota, sive primis sublatis ferculis, per poculum ἀγαθοῦ δαίμονος. Adi Comment. ad Cic. de Senect. c. 14. Nec pertinent huc ea, quæ vide lib. x. p. 222. Hic jam *vino madidi* erant, iisque abeundi tempus erat, sicut etiam statim discessit Lucius: quare sive *solitarium* vel *solitaria*, sive *salutaria*, neutraliter a sing. *salutare*, non *salutarius*, legas, intelligendum foret 'solitum Salutis poculum' sive 'φυλακτήριον' et 'servatorium,' ut in Glossis, quod convivæ in fine sumebant, et hinc decore *postulabant*; sive Σωτῆρος Διὸς, quod et hinc τέλειον sive ultimum vocabant, multa aqua temperatum, ut prius merum dilueretur. Consule D. Heinsium ad Horat. lib. IV. O. 5. et J. Jensium Epist. ad Græv. pag. 401. Sed eam lectionem esse veram, nequaquam reor. Neque ita in Fulviano esse declarat ipse Sciopp. in Epist. Corp. t. II. 51. at *salutarias*. Bene enim notandum est litteram *s* adhærere ei voci in omnibus Mss. quibus non deest. Nam D'Orv. omissis ceteris jungit *cachinnum postulant*. In Par. quoque est *salutarias*, in Regio, Fux. *solitudinarias*. In Pal. Oxon. Guelferbytanis, Flor. Bert. *solitarias*. Quod ut corruptum non intelligentes librarii, ut Pithœani Codicis, et editores primi hinc fecere *solitariam*, et Beroald. cum seqq. *solitarium*; sive more solito: quod Latinum non est. Ac Basileenses ex corrupta Ed. Ven. *solidarium* lectione, quam et Schikeradus protulit, refinxere *solidalium*: unde Sopingius margini adlevit *salialium*, i. e. φιλάνθρωπον e Glossis Stephani, vel *colyterium*, citans se ad Jamblichum. Sic vara vibiam sequitur. Nihil certius est Lipsiana correctione *solita risui*, cujus festum crastino mane rediret, unde Byrrhæna ejus admonet Lucium. Sed insuper aliud latet vitium, quo deterso egregia orietur sententia. Namque pro *bibere* in Pal. est *bibens*, in Reg. Lipsiano, Fux. Guelferb. utroque *biberes*, sed in Oxon. et Par. *bibones*. Elegantissime me hercules. Compotores vino jam erant madidi; sed *bibones* tamen *solita risui postulant*, ac quia hoc agunt, Byrrhæna explicat Lucio, quid ista petitio sibi velit. *Bibones* sunt bibaces. Sic Jul. Firm. lib. v. cap. 4. 'Epulones et bibones.' Glossæ: 'Bibonis, πολυπότης.' Id est, bibo, bibonis. Sic enim explicanda est Glossa. Male legitur *Bibonius*. Animadvertendum præterea, in hisce solere ab auctoribus verbum omitti: unde notum 'poscere majoribus poculis.' Vide Cic. I. in Verr. cap. 25. III. cap. 44. de præt. Urb. c. 26. Ambros. de Hel. c. 13. et ad Horat. Ep. IX. 33. Forsan ita sumendum apud Juven. S. XI. 148. 'Et magno cum posces, posce Latine.' Sic enim Mss. non *in magno*; scil. *pretio*; ut vulgo; dicit sibi esse modo plebeia pocula et rudes famulos. Quare si magno poculo poscas, posce Latine. Nam Græce non intelligit. Simile quid lib. IX. pag. 195. 'Mensam potius comiter postulabat:' ubi vulgo *poni* contra Mss. *Oud.* *Bibere solitarium*] Ex more et ex solito bibere: a 'solito' enim, *bibere solitarium*, nova dicendi elocutione deducit: alioqui 'solitarius,' a solitate ac solitudine dictus, juxta illud Ciceronis: 'Natura nihil solitarium amat.' *Beroald.*

A primis cunabulis] A primordiali origine. Sunt enim 'cunabula,' lectuli et cunæ, in quibus infantes jacere consueverunt: vel loca in quibus nascuntur, quasi 'cynabula:' nam κύειν Græce est eniti: inde 'cunabula,' pro primordiis aliarum quoque

rerum usurpantur: ut apud Fortunatianum, qui 'cunabula verborum' decenter dixit, pro originibus. Apud jurisconsultos 'cunabula legum,' pro institutionibus et primitiis legalibus. 'Cuninam Deam' prisci coluerunt, quæ infantium cunis sive cunabulis præsidebat. *Idem.*

Deum Risum propitiamus] Antiqui, quod et Augustinus memorat, singulis rebus singulos Deos attribuerunt: ut Vagitanum, infantium vagitibus: ut Murceam, quæ faceret hominem murcidum: ut Agenoream, quæ ad agendum excitaret: ut a stimulis, Stimulam. Consimiliter hilaritatis præsidem et gaudii Risum vocaverunt, quem Græce 'Gelota' nuncupant. Legimus apud scriptores idoneos, Hilaria quoque festa solennia a Veteribus celebrata fuisse, qui dies erat ad 8. Kal. Aprilis: tanquam tunc cuncta hilaritate mulceantur, quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit. Hoc intellectu accipiendum est illud Flavii Vopisci, sic scribentis in Aureliano: 'Hilaribus, quibus omnia festa et fieri scire debemus, et dici, impletis solennibus.' Herodianus insinuat, Hilaria matri Deum dedicata fuisse: quo die passim omnibus ludendi licentia, lasciviendique permissa. Igitur ut ad propositum redeamus. Risus Deus hilaritate et gaudio ac ridiculis rebus erat propitiandus: illique ad festivitatem celebrandam merito vocabantur, qui urbanitate et salibus pollentes ad risum facile provocarent. Ille tamen risus est cavendus, qui Græco proverbio dicitur σαρδώνιος γέλως, Sardonius risus, ab insula Sardinia, in qua nascitur herba quædam apiastro similis, nomine Sardonia: quæ si in edulio fuerit, nervos contrahit, diducit ora risu: et ita γευσάμενοι μετὰ σπασμοῦ καὶ γέλωτος ἀποθνήσκουσιν: id est, gustantes cum spasmo et risu moriuntur. Hinc illud Ciceronis ex epistola ad Fabium Gallum: 'Rideamus γέλωτα τὸν Σαρδώνιον.' Græci παροιμίαν, id est, proverbium de risu Sardonio varie interpretantur: nam Æschylus tradit, incolas Sardiniæ colonos extitisse Carthaginensium; ideoque Saturno immolasse senes, qui annos septuaginta excessissent, idque fecisse ridentes, seque invicem amplexantes, tanquam indecorum foret lachrymare et lamentari: unde simulatus risus dictus est Sardonius. Aliter Timæus, aliter Simonides, aliter quoque alii prodiderunt: verum illud de herba Sardonia tam nostris quam Græcis usurpatum, videtur probabilius. *Idem.* *Quo die soli mortalium sanctissimum Deum Risum hilaro atque gaudiali ritu propitiamus*] Meminit solennitatis istius Pausanias de Hypatensibus agens. Lycurgum Risui simulacrum erexisse Plutarchus tradit; Templumque eidem Deo dicatum in Cleomene narrat. Bene autem *ritu hilaro et gaudiali.* Γέλωτα καὶ Κῶμον, ἱλαρωτάτῳ καὶ ξυμποτικωτάτῳ Δαίμονε, Philostratus in Iconibus vocat. *Pric.* *Soli mortalium*] Lib. III. 'Quæ sola mortalium novi.' *Idem.*

PAG. 42 *Tua præsentia nobis efficiet gratiorem*] Exsulat *nobis* a Palat. *efficiet* prave Ed. Scal. seu Vulc. sec. D'Orv. *efficiens.* Sed *efficies* Florent. Bert. Fux. Pith. Guelf. ambo, Oxon. Edd. Rom. Vic. Junt. Ald. Colin. ut *tua præsentia* sint ablativi. Quomodo amabant simplicius aureo Latinitatis seculo loqui: et Beroaldus tacite mutare non debuerat. *Oud.*

De proprio lepore] Genuina et nativa urbanitate. Pronunciandum est media producta, ab eo quod est 'lepos.' Catullus de versiculis, qui tum denique habent salem ac leporem: 'Si sint molliculi, ac parum pudici.' Item: 'est enim leporum Disertus puer, ac facetiarum.' Inde *lepidus* dictus: quamvis Donatus *lepidum*, qui politus est, dici velit a λεπὶς, id est, lama sive squama: de quibus Plin. in XXXIV. 'Excutiuntur,' inquit, 'velut

rerum usurpantur: ut apud Fortunatianum, qui 'cunabula verborum' decenter dixit, pro originibus. Apud jurisconsultos 'cunabula legum,' pro institutionibus et primitiis legalibus. 'Cuninam Deam' prisci coluerunt, quæ infantium cunis sive cunabulis præsidebat. *Idem.*

Deum Risum propitiamus] Antiqui, quod et Augustinus memorat, singulis rebus singulos Deos attribuerunt: ut Vagitanum, infantium vagitibus: ut Murceam, quæ faceret hominem murcidum: ut Agenoream, quæ ad agendum excitaret: ut a stimulis, Stimulam. Consimiliter hilaritatis præsidem et gaudii Risum vocaverunt, quem Græce 'Gelota' nuncupant. Legimus apud scriptores idoneos, Hilaria quoque festa solennia a Veteribus celebrata fuisse, qui dies erat ad 8. Kal. Aprilis: tanquam tunc cuncta hilaritate mulceantur, quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit. Hoc intellectu accipiendum est illud Flavii Vopisci, sic scribentis in Aureliano: 'Hilaribus, quibus omnia festa et fieri scire debemus, et dici, impletis solennibus.' Herodianus insinuat, Hilaria matri Deum dedicata fuisse: quo die passim omnibus ludendi licentia, lasciviendique permissa. Igitur ut ad propositum redeamus. Risus Deus hilaritate et gaudio ac ridiculis rebus erat propitiandus: illique ad festivitatem celebrandam merito vocabantur, qui urbanitate et salibus pollentes ad risum facile provocarent. Ille tamen risus est cavendus, qui Græco proverbio dicitur σαρδάνιος γέλως, Sardonius risus, ab insula Sardinia, in qua nascitur herba quædam apiastro similis, nomine Sardonia: quæ si in edulio fuerit, nervos contrahit, diducit ora risu: et ita γευσάμενοι μετὰ σπασμοῦ καὶ γέλωτος ἀποθνήσκουσιν: id est, gustantes cum spasmo et risu moriuntur. Hinc illud Ciceronis ex epistola ad Fabium Gallum: 'Rideamus γέλωτα τὸν Σαρδάνιον.' Græci παροιμίαν, id est, proverbium de risu Sardonio varie interpretantur: nam Æschylus tradit, incolas Sardiniæ colonos extitisse Carthaginensium; iideoque Saturno immolasse senes, qui annos septuaginta excessissent, idque fecisse ridentes, seque invicem amplexantes, tanquam indecorum foret lachrymare et lamentari: unde simulatus risus dictus est Sardonius. Aliter Timæus, aliter Simonides, aliter quoque alii prodiderunt: verum illud de herba Sardonia tam nostris quam Græcis usurpatum, videtur probabilius. *Idem.* *Quo die soli mortalium sanctissimum Deum Risum hilaro atque gaudiali ritu propitiamus*] Meminit solennitatis istius Pausanias de Hypatensibus agens. Lycurgum Risui simulacrum erexisse Plutarchus tradit; Templumque eidem Deo dicatum in Cleomene narrat. Bene autem *ritu hilaro et gaudiali.* Γέλωτα καὶ Κῶμον, ἱλαρωτάτῳ καὶ ξυμποτικωτάτῳ Δαίμονε, Philostratus in Iconibus vocat. *Pric.* *Soli mortalium*] Lib. III. 'Quæ sola mortalium novi.' *Idem.*

PAG. 42 *Tua præsentia nobis efficiet gratiorem*] Exsulat *nobis* a Palat. *officiet* prave Ed. Scal. seu Vulc. sec. D'Orv. *efficiens.* Sed *efficies* Florent. Bert. Fux. Pith. Guelf. ambo, Oxon. Edd. Rom. Vic. Junt. Ald. Colin. ut *tua præsentia* sint ablativi. Quomodo amabant simplicius aureo Latinitatis seculo loqui: et Beroaldus tacite mutare non debuerat. *Oud.*

De proprio lepore] Genuina et nativa urbanitate. Pronunciandum est media producta, ab eo quod est 'lepos.' Catullus de versiculis, qui tum denique habent salem ac leporem: 'Si sint molliculi, ac parum pudici.' Item: 'est enim leporum Disertus puer, ac facetiarum.' Inde *lepidus* dictus: quamvis Donatus *lepidum,* qui politus est, dici velit a λεπὶς, id est, lama sive squama: de quibus Plin. in XXXIV. 'Excutiuntur,' inquit, 'velut

milii squamæ, quas vocant lepidas.' *Beroald.*

Lætificum] Quod lætitiam faciat. Alias mortiferum, quod letum, id est, mortem afferat. *Idem.*

Numini litemus] Risum Deum propitiemus. Litare enim proprie est Deum propitiare, et sacrificio facto numen placare: auctores Macrobius et Nonius: hinc illud Plautinum ex Pœnulo: 'Tum me Jupiter faciat ut semper sacrificem: nec unquam litem.' *Idem.*

Fiet ut jubes] Luc. 14. 12. Γέγονεν ὡς ἐπέταξας. *Pric.*

Quam deus affluenter indueret] Bene Gruterus mutavit sententiam. Vehementer autem miror, Scriverium in contextum recepisse conjecturam Is. Pontani in Analect. III. 4. 'Qua d. a. inclueret:' sive gloriosus fieret. Ineptissime: dum optime Deus dicitur 'induere lætitiæ materiam,' qua velut veste affluenter esset ornatus. Passim 'induere' et 'exsuere' de animi affectibus, eorumque externis indiciis, usurpatur; quod jam Lexicographi docuere post Gronov. lib. I. Obs. cap. 2. Gell. lib. XII. cap. 5. Senec. Cons. ad Polyb. cap. 24. 'Indue dissimilem animo tuo vultum.' Auct. Eleg. ad Liv. vs. 115. 'Urbs gemit et vultum miserabilis induit unum.' Auct. Dial. de Corr. Eloq. cap. 6. 'Accipere affectum quemcumque Orator induerit.' Quod nequaquam est mutandum cum Schurzfleischio in Act. Litt. pag. 132. Minuc. Fel. c. 37. 'Mimus Deos vestros, induendo stupra, suspiria, odia, dedecorat.' Huc pertinent 'induere avem' lib. III. p. 58. 'Induere aucupem cum visco' lib. XI. p. 244. non *inducere.* Val. Max. lib. II. c. 2. § 1. 'Abjecta privata charitate, publicam induebantur.' Sic enim legendum cum optimo Cod. Harlem. non *induebant:* ac corrigendus quoque Lactant. lib. IV. c. 12. 'Quod carnem indui haberet in terra:' ita antiquissimæ membranæ Bonon. non *carne.* Vide N. Heins. ad Ovid. Fast. l. IV. 176. 'Induimur trepida protinus arma manu.' *Oud.* *Affluenter*] *Affl.* etiam Flor. Reg. D'Orv. Oxon. Guelferb. Palat. sive copiose: ut lib. IV. p. 67. 'Fons affluens.' Lib. VI. p. 125. 'cœna nuptialis affluens.' Immo supra p. 33. 'Jam risus affluens.' Eadem confusio apud Colum. lib. I. cap. 4. 'Ne, cum a vertice torrens imbribus conceptus adfluxerit,' &c. Sic Sangerm. Cod. et alii bene. Vulgo *effl.* Alterum tamen non ausim penitus damnare. Vide Broukh. ad Tib. I. 7. 46. 'Effluit effuso cui toga laxa sinu:' ubi in plerisque Codd. *Et fl.* Idem. *Quam Deus tantus affluenter indueret*] Pontanus Analect. I. 4. duriuscule, *Qua D. t. a. inclueret,* id est, *inclaresceret.* Vide Gruteri Suspic. v. 8. *Pric.*

Monitu famuli, qui me noctis admonebat] Virgilius: 'Sed comes admonuit, breviterque affata Sibylla est, Nox ruit Ænea.' Infra hic VIII. 'Qui requisitum comitem tempestivæ viæ commonefactum reduceret.' *Id.* *Noctis admonebat*] Quia advesperascere jam ac noctescere significabat: est enim verbum vetus 'noctescere,' quod significat noctem fieri, et in noctis modum obscurari: quod Furius vetus poëta primus finxisse creditur, illo versu: 'Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.' *Beroald.*

Distentus] Oxon. *distractus.* Guelf. pr. *correctus* cum glossa *distractus.* Sed lib. I. p. 13. 'cibo et crapula distentos.' Lib. VI. p. 142. 'Cœnæ reliquiis canes distentos.' p. 151. 'ventrem esitando distendit.' Suet. Claud. cap. 33. 'Triclinio abscessit nisi distentus ac madens.' Enn. in ann. 9 'Venter carnibus distentus.' *Oud.*

Adpellata propere Byrrhæna] Manuscriptus liber, *appellante.* Colvius. Minus bene. Sed loco τοῦ *propere,* quod e conjectura Beroaldi primi admiserunt Colinæus et Basileenses, reposui *prospere,* ut cum prioribus Edd. item Junt. et Aldi dant Pal. Reg. Fux.

D'Orv. Pith. Guelf. Par. Forsan mutarunt e lib. I. p. 24. 'Salve propere addito.' Sed ibi *salve* est quod hic *prospere*. Discedentium est *vale dicere*. Vide Suet. Aug. cap. 53. Infra l. IV. p. 76. 'Post hæc vale facto:' et ut hic de convivio Suet. Tib. c. 72. 'Instans in medio triclinio singulos valere dicentes adpellaret.' Sic *prospere* in *propere* abiit in Mss. Flor. et Reg. apud Liv. lib. V. 46. § 6. Gell. lib. XIII. cap. 4. atque alibi. *Oud.* *Prospere*] Lego *propere:* ut dicat, se, statim et festiviter allocuta Byrrhena, domum repetiisse. *Beroald.*

Titubante vestigio] Phædrus Fab. LXXI. 'Sero domum est reversus, titubante pede.' *Elmenh.* *Titubante*] Lapsante, vacillante, nutabundo: quod proprium vinolentorum est: nam, ut inquit scite et eleganter Plautus: 'Vinum luctator dolosus est, pedes captat primulum.' *Domuitionem capesso*] Id est, itionem ad domum capio: est enim dictio composita, quasi domus itio, ab eundo domum: non tam Appuleianum vocabulum quam Ciceronianum. Namque ante Appuleium M. Tullius in primo de Divinatione sic scripsit: 'Sed Rhodiorum classi propinquum reditum ac domum itionem dari:' a Martiale 'domicœnium' eleganter fictum est vocabulum, pro eo quod est cœnare domi. *Idem.* *Titubante vestigio, &c.*] Columella: 'Titubante gradu multo madefactus Iaccho.' *Pric.*

Cum] Pricæus mallet *dum*, ex lib. III. 'Dum primum angiportum insistimus:' ut statim, 'dum jam vicum proximamus:' et sæpe. At Mss. nihil variant; et parum refert. Ac videtur significare 'simulac in platea incedimus:' unde et frustra Oxon. habet *primum*. Oud. *Plateam vadimus*] Stewechius initio libri pr. scribi volebat *invadimus*. Sed male. 'Vadere plateam' est Appuleio idem quod aliis 'ire viam' et similia. De Phil. Mor. p. 616. 'Mediam viam vadant.' Statim, 'hospitium redire.' Si quid mutandum, elegantior foret lectio Codicis D'Orvill. *capimus*, sive ingredimur, ut 'capere portum,' 'regionem,' &c. de introëuntibus, Cæs. lib. IV. B. G. c. penult. Hirt. B. Alex. cap. 47. *Idem.* *Cum primum plateam vadimus, &c.*] Scribe, *Dum p. &c.* Sic infra III. 'Dum primum angiportum insistimus.' Virgilius: 'Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem:' ubi Servius: 'Primam partem urbis.' Terent. I. 4. Phorm. 'Sed quis hic est senex quem video in ultima platea?' id est, in ultima plateæ parte. Virgilius: 'Quatuor hic primum omen equos in gramine vidi Tondentes campum late.' Servius: 'Primum, aut quale nunquam antea viderat: aut, antequam aliud videret, &c. alii vero, tondentes primum campum, id est, primam campi partem.' *Pric.*

Vento repentino] Par. *vento vere repentino.* Hinc putavit Cl. Wasse latere aliquid, et conjecit: *vento, de repentino.* Non male, sed silentibus ceteris Codd. nihil necesse. *Oud.* *Vento repentino lumen, &c. exstinguitur*] Ovid. II. de remed. &c. 'Nutritur vento, vento restinguitur ignis.' Æditnus apud A. Gellium, de flamma sui pectoris: 'Istam non potis est vis sæva exstinguere venti.' *Pric.*

Improvidæ noctis, &c.] Exponunt *obscuræ*, ego *improvisæ*. Sic 'cæca et improvida tela,' Plinius IV. 22. in Epistolis dixit, et 'casus improvidos' Noster in de Platonis Dogmate. *Id.*

Detunsis ob lapides] Ideo servi ditioribus, a quibus monerentur per vias de lapidibus, ad quos offendere possent. Lucianus Nigrino: Προϊόντας γάρ τινας τὸν οἰκέτην δεῖ βοᾷν καὶ παραγγέλλειν προορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἢν ὑψηλόν τι ἢ κοῖλον μέλλωσιν ὑποβαίνειν, καὶ ὑπομιμνήσκειν αὐτοὺς τὸ καινότατον, ὅτι βαδίζωσι. *Colv.* *Digitis pedum detunsis ob lapides*] Lib. IX. 'Offenso lapide, et obtunsis terræ digitis:' et

ibidem: 'Crebris offensaculis, &c. contusis cruribus meis.' Petronius: 'Evasi, digitis omnibus inter decursum cruentatis.' Apud Suidam de Zenone: Προσέπταισε, καὶ τὸν δάκτυλον περιέῤῥηξε. Heic autem pedes detunsi ob extinctum lumen: in quam quæ diximus sententiam ad Joh. 11. 10. si libet confer. Hinc Ethnicum 'luculento etiam die in lapidem impingere,' facete dixit Fœlix Minucius. Aristoph. Vesp. Εἰ νὴ Δί' αὖθις κονδύλοις νουθετήσεθ' ἡμᾶς, Ἀποσβέσαντες τοὺς λύχνους, ἄπιμεν οἴκαδ' αὐτοί· Κᾆπειτ' ἴσως ἐν τῷ σκότῳ τουτουὶ στερηθεὶς, Τὸν πηλὸν, ὥσπερ ἀτταγᾶς, τυρβάσεις βαδίζων. *Pric.*

Jam in vicum proximamus] *In vicum* temere ex Scioppii conjectura lib. III. Susp. Lect. c. 6. reposuit Elmenhorstius, quem secuti sunt Pricæus et Floridus. In Mss. et Edd. Vett. constanter legas *junctim;* nisi quod in Oxon. et Guelf. pr. sit *juncti*, et in D'Orvill. *victi.* At rectum esse nequit *in vicum*, vel sine præpositione *vicum*, ut conjecit Sopingius; quia jam dixit Auctor, se 'defessos hospitium redisse.' Quare, si quid mutandum, unice amplector lectionem a Scriverio, sine necessitate tamen *jam* excludente, (vide ad Lucan. lib. v. 678.) expressam, *januam*. Cum quarto casu *proximare* construxit Auctor etiam lib. VI. p. 114. 'jamque fores ejus dominæ proximanti.' Lib. XI. p. 249. 'Ripam maris proximamus:' ubi perperam Pricæus contra Mss. conjecit *ripæ*, ut quidem 'præsepio proximare' lib. III. p. 60. et alibi apud Pric. ad lib. IV. p. 64. Solin. cap. 5. 'Ei proximans lacus:' ut edidit bene Salm. e Mss. Vide omnino cap. 5. 'Cui si aqua proximavit.' Et, 'metalla Centurpis proximantia.' Cap. 11. 'Terræ proximantem.' Cap. 15. 'ad hos proximare.' Atque ita legendum ex Mss. aliquot cap. 34. 'Callirrhoë Hierosolymis proximat.' Vulgo *proximus* vel *proxima*, ac mox ibi delendum τὸ *est* cum Mss. Sed 'propinquare amnem' dicitur fuisse apud Sallust. lib. IV. Hist. § 12. Certe 'adpropinquare Oceanum, munitiones' in veterrimis membranis est Cæsaris lib. IV. B. G. cap. 10. et lib. VII. cap. 82. ubi vulgo, ut in aliis locis, reperitur Dativus. *Junctim* forsan dixit Auctor, declarare volens, sibi jam fores hospitii proximo non amplius præivisse servum, sed junctim et ad latus suum adfuisse. *Proximare* sic absolute lib. VIII. p. 166. 'per viam proximat.' De adverbio *junctim* vide Schwartz. ad Mamert. Genethl. cap. 11. 'Quam junctim sedent.' *Oud.*

Tres quidem utres et vastulis] *Quidem* est etiam in D'Orvill. sed prave. Vide ad p. 36. 'Quibusdam septem testibus.' Pro *utres* vulgo legitur *vegetis*. Verum non potuit Appuleius illos latrones hic jam *utres* nominare. Nam nec ipse jam tum scisse voluit videri, alios quam latrones fuisse: tunc enim stultissime eos invasisset: neque id vult scire jam lectores, ut eorum exspectationem suspendat. In Mss. tamen Reg. Fux. Oxon. D'Orv. exaratur *vegetes et*, Guelf. pr. *vegetos et*. Verissime scilicet vidit J. F. Gronov. lib. III. de Pec. Vet. cap. 17. p. 257. legendum esse: *ut res est*, v. Exemplis per illum tam ex Nostro, quam aliis, prolatis adde lib. X. pag. 216. 'Ergo, ut res est, de me cognoscite.' Arnob. lib. VII. p. 239. 'Delectantur, ut res est, capitibus rasis.' Mamert. Genethl. cap. 9. 'Adeo, ut res est, adversus inclementiam locorum:' ubi vide Schwartz. Septim. de B. Troj. XI. 25. 'Si omnes ita, ut res est, animo reputarent.' Eumen. pro Restaur. Schol. cap. 7. 'Consecravit, ut res est,' &c. Adde Ærod. ad Quinctil. Decl. CCXCVIII. 'Hæc, ut res est, accessit elegantia.' Sæpe Noster lib. IX. et X. pag. 228. item Gell. lib. XVII. cap. 10. 'Quod res erat.' Solin. p. 19. 'Seu quia ita res est.' Quod frustra sollicitatur. *Idem.*

Vastulis corporibus] Negligenter hunc locum tractavit Elmenh. Nihil enim hic mutatum voluit Colvius, sed Gruterus, ut vides, conjecit *masculis*. In Vulc. Ed. sec. seu Scal. est *bassulis*, e Glossario. Neque *vastis* est vulgata lectio, sed *vastŭlis*: unde deceptus Pricæus ait in Oxon. melius esse *vastulis*. Immo sic est in Mss. et Edd. O. nisi quod in Fux. et Guelf. *vasculis*, prout deminutiva amat Auctor, qui passim 'vastum corpore' et 'corpus vastum' dixit. Adi Pric. Hoc tamen loco minus quadrat deminutivum, et ineptum pronunciavit N. Heinsius, cui in mentem venit *basilicis*, sive regiis et maximis, ex Plaut. Epid. I. 1. 54. Pseud. I. 5. 43. Taubm. p. 1119. Acute, si non vere. *Idem.* *Tres quidam vegetis et vastulis corporibus, &c.*] Τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὄβριμοι. ut in Theogon. Hesiodus. Scaliger et alii *bassulis*: quibus adstipulatur Glossarii illud: 'Παχὺς, Bassus, grossus, crassus.' Item: 'Παχὺς ὑποκοριστικῶς, bassulus.' Iterum: 'Παχύτης, bassilitas.' Ego *vastis*, vel (quod et in Oxon. est) *vastulis* legendum contendo. Gellius IX. 10. 'Gallorum Dux vasta et ardua proceritate:' et cap. 11. 'Sed quid hostis, et quod genus, et quam formidandæ vastitatis!' Curtius lib. IV. de Scythis et Bactrianis: 'Eximiam vastorum corporum magnitudinem.' Noster lib. I. 'A vastissimis latronibus obsessus:' et VII. 'Ætate juvenem, et corpore vastum.' Imo de his ipsis juvenibus lib. III. 'Unus manu promptior, et corpore vastior,' &c. Sic de leone Gellius, 'Corporis vastitudine.' Noster de Lupis VIII. 'Corporibus vastis sarcinosos:' et de seipso tum asino lib. X. 'Insolita tergoris vastitate commoti.' Gloss. 'Παμμεγέθης, Immanis, vastus.' *Pric.* *Vastulis*] Vastis, et enormibus, ac magnis: sed cum mediocritate. *Beroald.*

Et summis viribus] Tacite præpositionem [*ex*] receperunt seqq. nisi quod Scal. sive Vulc. Ed. sec. plane omiserit, ut videtur abesse a Florent. Sed *ex* præbent quoque Palat. et Oxon. et confer Brant. ad lib. III. pag. 48. 'Ex læta facie' Pricæum, et me ad lib. VII. p. 149. 'Ex summo studio,' et alibi, Salmas. ad Tertull. Pall. p. 371. 'Ex uno circumjectu.' Corrige etiam, auctoribus Mss. a me visis, Septimium de Troj. B. lib. VI. cap. 5. 'Ad Circen atque ad Calypso, utramque reginam insularum, in quis morabantur, ex quibusdam illecebris animos hospitum ad amorem sui illicientes.' Vulgo *et*. Sed lib. I. cap. 11. 'aliquid ex oratione promoturus.' *Oud.* *Summis viribus irruentes*] 'Irruere proprie dicuntur, qui cum furore prælium ineunt.' Donatus ad Terentii Eunuch. IV. 7. *Pric.*

Magis magisque] Perperam *magis* abest ab Ed. Junt. post. et *magisque* a Codd. Reg. Fux. Oxon. D'Orv. Guelferb. Frequentissima formula est 'magis magisque.' Vide Sallust. in Jug. cap. 7. Melam lib. II. cap. 6. Sueton. in Tito cap. 3. Drak. ad Liv. lib. VIII. cap. 39. Suspiceris tamen ex librariorum errore hic aliquid lectum fuisse, quod non perceperunt. Cogitavi aliquando, fuisse *magis magis*, ut apud Græcos μᾶλλον μᾶλλον, et Catull. Epith. Pel. et Thet. vs. 274. et Virg. lib. IV. G. 311. Sed ibi vide Comm. Dein credidi scripsisse Appuleium, *sed magisque magisque*. Confer Enn. lib. XII. Ann. pag. 99. Ed. Hess. cum Giphan. Ind. Lucret. p. 257. Ed. Haverk. At nunc vulgatum servo. Frequenter ita aberrarunt librarii. Sic lib. III. p. 49. 'Magis magisque ad indignationem arrecti.' D'Orv. caret τῷ *magis*, ut et lib. V. p. 103. 'Magis magisque cupidine flagrans.' Lib. VIII. p. 154. 'Magis magisque præclusos aditus.' Lib. XI. p. 253. 'Magis magisque cupido gliscebat.' Excidit semel quoque e Septimio de B. Tr. lib. III. cap. 2. 'Et amor magis et magis ingravescit.' Sic

Ms. Periz. Vide ibidem lib. II. 7. 30. III. 3. Comm. ad Virg. G. IV. 311. 'Tenuemque magis magis aëra carpunt.' Abbi Nostro, 'diu diuque,' 'carior cariorque,' 'longe longeque.' Ad Pric. p. 71. et lib. VIII. init. Ovidio 'Nimium nimiumque' Ep. I. 41. ubi vide Comm. 'Major majorque' Silio lib. XV. 742. 'Propius propiusque' Mamert. in Genethl. cap. 10. 'longius longiusque' cap. 18. *Oud.*

Cumulatione virium] Miror, Elmenh. et sequentes editores temere Bertin. Cod. lectionem arripuisse, dissentientibus ceteris Mss. et Edd. prioribus *cum æm.* quod multo est elegantius. Alius alium ex Lucii opinione æmulabatur, quis fortius fores insultaret. Quare id revocavi. L. III. init. 'Cum magna irruptione.' Lib. IV. pag. 65. 'Cum plangore prosilit.' v. pag. 89. 'Cum voluptate visere.' Lib. VII. p. 140. 'Cum indignatione.' Lib. X. p. 215. 'Cum trepidatione:' ut leg. Et millies. Inspice Pric. ad lib. VI. p. 113. 'Cum gaudio.' Præpositio *cum* ejusque casus inservit adverbii loco. Vide omnino Drakenb. ad Liv. lib. XXXVIII. cap. 18. 'Cum cura.' Nec opus conjectura N. Heinsii, *ceu æm.* ad lib. II. p. 23. *Idem.*

Ut nobis, ac mihi p.] Ed. Vic. *ut nobis ac nobis.* Male. Non tam servo, quam ipsi Lucio videbantur esse latrones in tenebris grassantes, quia erat ebrius; ut præcessit, et pluribus fatetur p. 46. 'potulentus alioquin.' Dein in Pal. *videretur.* Idem.

Ad hos usus] Rom. *ad huc usque.* Elmenhorst. Item Pith. et Ed. Vicent. Sed recte jam Beroaldus e Ms. *hos* legit, cui suffragantur Mss. et Edd. O. Frustra Heinsius ad Ovid. lib. II. Fast. 793. proposuit: *ad hoc usus.* Adde Misc. Obs. vol. IV. p. 303. vol. V. p. 206. Comm. ad Suet. Domit. cap. 7. ad Lucan. v. 698. 'Hinc usus placuere Deum.' Qui locus egregie confirmatur alio Ovid. lib. IV. Met. 523. de Baccho: 'Hos usus præstat tibi, dixit, alumnus.' *Oud.* *Ad hoc usque*] Id est, usque in id temporis momentum. Codex manuscriptus habet *Ad hos usus:* ut sit sensus, se eduxisse gladium, quem ad tales usus paratum habuerat, et domo secum eduxerat. *Beroald.* *Gladium, quem veste mea contectum ad hos usus extuleram, &c.*] Diod. Siculus in Excerptis: Ἔχοντας ὑπὸ τοῖς ἱματίοις ξίφη. Nicol. Damascenus: Ὑπὸ ταῖς περιβολαῖς ξίφη κεκρυμμένα ἔχοντες. Josephus Bell. Jud. II. 22. Ταῖς ἐσθήσεσιν ὑποκρύπτοντες μικρὰ ξιφίδια. Capitolinus in Clodio Albino: 'Quinque validissimi interemerunt eum, gladiis intra vestem latentibus.' *Ad hos usus* est, quod l. III. in hac narratione 'propter hujusmodi pericula:' ad quem locum notata vide. *Pric.*

Latrones involo] Roaldus ad lib. VI. p. 115. retractavit sententiam, et *invado* hic retinet. *Involo* quidem præbent quoque Reg. Guelferb. Pal. Oxon. et Colvium secuti sunt Wow. ac Vulcan. ac pluribus confirmavit Heinsius ad Ovid. lib. XIII. Met. vs. 560. 'Correptum captivarum agmine matrum Involat.' Sed tamen cum plurimi et præstantissimi Codd. vetustarum Editionum scripturam *invado,* quam revocarunt Elmenh. et seqq. confirment, non ausim ab iis recedere, licet possit videri *invado* esse glossa τοῦ *involo.* Sed prius non minus altero adhibuit Auctor. L. III. p. 61. 'Globus latronum invadit avidus:' et passim cum optimis quibusque. Vide Indicem. *Oud.*

Singulis, &c. demergo] Fux. *singulos.* Roald. Adde Guelferb. pr. D'Orvill. Perperam. Nec quis cogitet leg. *singulis in os.* Nam a tergo invasit, eosque crebris perforavit vulneribus. Sed et vide p. 47. Recte citat Pric. lib. I. p. 10. 'Gladium totum ei demergit.' Mox *ipsa* abest Cod. D'Orvill. *Oud.*

Spiritum effl.] *Spiritus* Reg. D'Orv. Guelf. sec. quia scil. de anima trium loquitur. Sed singuli efflaverunt u-

nam. Adi de hac confusione ad p. 26. 'Columbarum colli flosculos.' Inepte in D'Orv. *afflav.* Idem. *Quoad tandem ante ipsa vestigia mea, &c. spiritum efflaverint*] Lucianus Toxari: Τὸν ἀντίπαλον παίει εἰς τὸ στέρνον, καὶ διήλασεν, ὥστε αὐτίκα ἐπεπτώκει πρὸ τοῖν ποδοῖν αὐτοῦ. Judic. 5. 27. de Sisera a Jaële occiso: 'Inter pedes ejus ruit, defecit, et mortuus est: volvebatur ante pedes ejus, et jacebat exanimis.' Curtius lib. II. 'E quibus duos ita gladio excepit, ut ante ipsum exanimes procumberent.' *Pric.*

Sicque prœliatus] Istud *sicque* legas in Lips. Flor. et Pith. et Guelf. sec. et pr. Sed a manu recentiore. Ac nullo judicio admisere cum Colvio Wower. Vulc. Scal. Abest a ceteris Mss. et Edd. In Oxon. est *sicut*. Adi ad p. 25. Ed. Pr. 'Sic judicii statuta ratione.' *Oud.*

Anhelans, et sudore perlitus] Petronius: 'Inter anhelitus et sudores,' &c. *Pric.* *Perlutus*] Madens, aspersusque. Quidam codices habent *Perlitus*: alterum a 'perluor,' alterum a 'perlinor' inflexum est. *Beroald.*

Pugnantium] *Pugnarium* Pith. *pugnarum* Fux. *pugnacium* vel *pugnarium* habent Mss. Flor. Oxon. Pal. D'Orv. Guelferb. ut Vulc. Ed. sec. et seqq. expresserunt. Ovid. lib. IV. Met. vs. 358. 'Pugnacemque tenet.' Claudian. lib. I. in Ruf. 204. 'Pugnaces Curii.' Ac construxit Auctor: 'fatigatus cædis latronum pugnacium.' Adi ad lib. IV. pag. 78. Nisi malis cum Salmasio emendare, *pugna trium.* Oud.

In vicem] Pricæus omisit præpositionem tacitus: deditane opera, an typothetarum culpa, non dixerim. Vide ad lib. I. p. 9. 'Vicem Calypsonis.' Sed Mss. O. hic cum reliquis Edd. agnoscunt τὸ *in*. Et bene. Lib. III. p. 44. 'Vasculo in vicem coli fistulato.' Lib. VI. 97. 'In vicem denegatæ imaginis.' Suet. Claud. c. 7. 'Præsedit spectaculis in Caii vicem.' Septim. de B. Troj. I. 21. 'In vicem Virginis oblatum.' *Idem.*

Geryoneæ cædis] Palat. *Gesonee*, D'Orv. *Gereleneæ*, Guelf. pr. a m. pr. *Gersoneæ*, sec. *Gesonæ*. Nil temere muto: nisi quis vellet scribere *Geryonæ*, ut non jungantur *Geryonæ cædis*; sed *cædis p. latronum instar Geryonæ*: eaque constructio videtur melior. Plura vide ad Appulei. lib. III. p. 55. 'Trigemino corpori Geryonis.' *Idem.* *Geryoneæ cædis*] Ita, inquit, fatigatus sum pugna trium latronum, sicut Hercules tergemini nece Geryonis. Geryones enim tricorpor fuisse fingitur, quia tribus insulis præfuit, Balearibus duabus et Ebuso. Adversus hunc terna arma movenda, ter letosternendus erat, quem Hercules extinxit: qui ideo fingitur ad eum olla ærea transvectus esse, quod habuit navem fortem, et ære munitam. Historici autumant, ideo triplicis naturæ fuisse Geryonem, quia fuerunt tres fratres bellatores, robustissimi, tantæque inter se concordiæ, ut uno animo omnes geri viderentur, ut pro tribus unus nominaretur. Geryonis armenta speciosa, illo extincto, Hercules abegit: ut tradunt Diodorus, Justinus, Livius, Virgilius, cæteri omnes. Hinc Plautinum illud: 'Ex genere Geryonaceo.' *Beroald.*

[*Hactenus Beroaldi commentarios integros huic Editioni adjungi placuit, ut eorum ratio ex hoc specimine cognosci possit. Quum vero multa in iis sint, scitu quidem dignissima, sed quæ ad Appuleium parum aut nihil pertinent, et præterea eædem res ad fastidium usque repetantur, jam eas tantum notas exhibebimus quæ sunt e genere critico, aut ad quas in notis suis lectorem relegarunt interpretes.* J. Bosscha.]

METAMORPH. LIB. III.

PAG. 43 Exorto die, magistratus cum ministris domum Appuleii petunt; cumque, tanquam homicidam, in judicium trahunt. Turba populi confluentis et cuncta stipantis describitur. Accusator homicidii reum agit: reus innocentiam suam tutatur, causamque agit argumentis oratoriis. Inter hæc anus adventat, tanquam parens necatorum: quos jussu magistratus revelat Lucius, ut res esse appa- rent. Exoritur cachinnus immodicus: et sic Dei Risus celebrata cum hilaritate solemnia. Photis causam docet facti utricidii. Mox adhibet Lucium spectatorem Pamphiles, in avem se transfigurantis, unguine magico delibutæ: qui et ipse tali desiderio flagrans, dum in bubonem gestit immutari, per errorem pyxidis unguentariæ in asinum transfiguratur. In calce latrocinale furtum refertur, quo asinus cum cæteris jumentis onustus gazis Milonis hospitis abducitur. *Ber.*

Commodum punicantibus phaleris Aurora, &c.] 'Cum primum crastina cœlo Puniceis invecta bigis Aurora ruberet.' *Pric.*

Roseum quatiens lacertum] Nonnus Dionys. lib. XVIII. vs. 165. Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥοδέοις ἀμαρύγμασιν ἄγγελος ἠοῦς Ἀκροφανὴς ἐχάραξε λιπόσκιον ὄρθρος ὁμίχλην. Homerus Odyss. μ. vs. 316. Ημος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς. Theocritus Eidyll. β'. vs. 148. Ἁνίκα πέρ τέ ποτ' οὐρανὸν ἔτρεχον ἵπποι Ἀῶ τὰν ῥοδόπαχυν ἀπ' Ὠκεανοῖο φέροισαι. Ovidius Metamorph. lib. VI. fab. 1. 'Subitusque invita notavit Ora rubor, rursusque evanuit, ut solet aër Purpureus fieri, cum primum Aurora movetur, Et breve post tempus candescit Solis ab ortu.' Unde Nævius Poëta, novator verborum haud infelix, scito et eleganti vocabulo apud Agellium lib. XIX. c. 7. rubentem Auroram 'pudoricolorem' appellat. *Elmenh.*

Securæ quieti revulsum] *Securæ* non comparet in Par. *revulsus* est in Palat. *Remulsum* hic non videtur locum habere posse, nisi in Ablativo *quiete* legatur. Quamquam et *revelli quiete* forsan aliis præplaceret, ut Ovidio lib. XI. Met. 553. 'Revulsus sede sua:' ubi vide, et lib. XII. 356. Idem est enim ac 'recussus somno,' quod dixit Auctor lib. IV. p. 80. Vide pag. 105. Sed si *quietem* consideramus tamquam personam et Deum Somnum, qui *tenuit* Lucium, recte isti ejusque potestati per Auroram excussus, ereptusque, et diei *redditus* dici potest. Et sic lib. VIII. p. 159. 'Quiete excussa,' in Mss. aliquot est *quieti*. Observandum præterea est, in Ms. D'Orvill. exarari *quiei*. Nam et Afranius et Nævius in quinta declinatione eam vocem extulerunt. Confer Vossium de Analog. lib. II. c. 20. *Oud.*

Me nox diei reddidit] Videtur potius dici debuisse *lux* sive *Aurora:* quæ vox aliquoties confunditur cum *nox*, ut in Ovidii Fast. VI. 411. Trist. I. 3. 5. Posset etiam legi *mox*. Simulac e somno excitor, Aurora me diei reddidit. Nil tamen sine scriptis innovari velim. Nam captasse hanc locutionem potuit pro 'e nocte in diem translatus sum;' sive nox præcipitans mihi lucem reddidit. Similiter fere explicandum docui in Miscell. Obs. vol. V. t. II. p. 166. locum Lucani lib. I. 15. 'Nox ubi sidera condit:' in Occidente. *Idem.*

Æstus invadit animum] Bernhardus de interiore domo cap. 45. 'Vis nunquam esse tristis? bene vive. Bona vita semper gaudium habet: conscientia rei semper in pœna est.' Vide quæ Cl. Janus Gruterus hac de re notavit in discursu secundo ad Tacitum p. 78. et seq. *Elmenh.* *Vel vespertini r. fac.*] Delevi τὸ *vel* auctoritate Codicum, etiam Palat. Guelferb. pr. Coll. Voss. Lips. Fux. Oxon. D'Orv. Junt. post. ac sensu postulante. Non enim præcipue hinc anxius erat Lucius, sed ob eam solam caussam. Uncis vocem jam incluserant Scriver. et seqq. Dein Ms. Palat. et Ed. Junt. post. dant *vesperni*. Sane 'vespernus' est vox adjectiva. Vide Festum in v. 'Cœna.' 'Vesperna' (Leid. sec. male *vespertina*) 'quam nunc cœnam adpellamus.' Sic lege e Mss. omnibus, et Edd. Vett. et confer in v. 'Scensas' et 'Vesperna.' In Regio, Fux. *facinorum*. Oud. *Æstus invadit animum recordatione vespertini facinoris*] Prudentius: 'Sol ecce surgit aureus, Piget, pudescit, pœnitet.' Vide ad Matth. 27. 3. adnotata. *Pric.*

Inter alternas digitorum vicissitudines] *Inter* exaratur quidem in Lips. Reg. Fux. Pal. Oxon. ac D'Orv. et cum Colvio receperunt Vulc. Scriv. sed male. 'Manus' non possunt dici 'connexæ inter vicissitudines,' sed *in*; qua præpositione Accusativo juncta modus rei sive pectinata utriusque manus digitorum conjugatio exprimitur, ex perpetuo Nostri stylo, de quo sæpius vidimus. Vide ad lib. I. p. 3. 7. &c. Rectissime igitur *in* restituit tacitus Pricæus, ut est in Bert. Pith. Guelf. sec. aliisque, et omnibus Edd. ante Colv. Accusativum hunc præfero quoque contra Cortium in Plinio lib. v. Ep. 5. 'In lectulo compositus in habitum studentis.' *Oud.* *Dig. viciss. super genua connexis*] Hausit sua Wowerius ex Beroaldo. Adposita magis luctui vide apud Pricæum, et Vales. ad Amm. Marcell. lib. XXIX. c. 2. 'Quosdam etiam complicatis articulis.' In sepulcralibus Græcorum aliorumque monumentis pueri et puellæ complicitis pedibus stantes non habent manus pectinatim connexas, sed alteram altera, ejusve brachio imo *compressas*: quod videtur signum *otii* per mortem domini dominæve. 'Insinuatas manus' ait Auctor lib. IX. p. 180. Vide Cl. Canneg. de Mon. Dodenw. c. 6. et me ad Lucan. lib. II. 293. Erasm. in Adag. Titulo, 'Indulgentiæ.' In Palat. est *complexis*, frustra. De Dogm. Plat. lib. I. p. m. 793. 'Hæc invicem connexa.' *Idem.* *Ac palmulis inter alternas digitorum vicissitudines, &c.*] Ut solent mœsti. Chrestodorus: Εἱστήκει Κλίτιος μὲν ἀμήχανος, εἶχε δὲ δοιὰς Χεῖρας ὁμοπλεκέας, κρυφίης κήρυκας ἀνίης. Basilius Homil. in famem et siccitatem: Ταῖς ἀρούραις ἐπικαθήμενοι, καὶ τὰς χεῖρας κατὰ τῶν γονάτων συμπλέξαντες: (τοῦτο δὲ τῶν πενθούντων σχῆμα, &c.) *Pric.* *In alternas digitorum vicissit.*] Significat digitos pectinatim junctos, de quibus Plin. in XXVIII. sic scribit: 'Assidere gravidis, vel cum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter sese amplexis, veneficorum est: idque compertum tradunt, Alcumena Herculem pariente: pejus, si circa unum ambove genua, item poplites alternis genibus imponi.' Ex hac Pliniana sententia jam satis liquet, id quod ab Ovid. non minus scite quam decenter dictum est lib. IX. Metamorphoseos: 'dextroque est poplite lævum Pressa genu, digitisque inter se pectine junctis Sustinuit partus.' Dixit poëta 'digitos pectine junctos,' quod Plin. 'pectinatim inter se amplexos:' et nunc Apuleius, 'in alternas digitorum vicissitudines connexas manus.' *Beroald.*

Grab. cossim insidens] Reg. Fux. *sesim*, D'Orv. *cessim*. Male. *Coxim* citat Vales. d. l. et sic in aliis esse

Codd. notavit vir Doctus ad Marg. Ed. Vic. Rectius, ut puto. Nam *x* sæpissime depravatum est in duo *ss*: quia sic pronunciabatur. Ut 'Ulixes,' 'laxus,' 'Naxos,' et innumera. Vide ad Rutil. Itin. I. 371. et crebro. Et sic scribe in exemplis ad lib. II. p. 32. allatis. *Oud.* *Cossim insidens*] Pro in coxas sedens: adverbium est, dictum quasi *coxin*: id est, in coxas. Pompon. 'Hoc sciunt omnes quantum est qui coxin cacant.' Hoc gestu sutores sarcinatoresque sedere solent. Adhoc referri potest Plautinum illud: 'Quasi claudus sutor, domi sedet totos dies.' *Beroald.* *Grabatum cossim insidens*] Euripides Hecuba: Ἵζω δὲ κλίνης ἐν μέσῳ, κάμψας γόνυ. *Pric.*

Jam forum, et judicia, jam sententiam, ipsum denique carnificem imaginabundus] 'Legesque, forumque, Et pavido cernens inclusum corde tribunal.' Ἀπόκριμα θανάτου ἐν ἐμαυτῷ ἔχων, ut Paulus 2 Cor. 9. locutus. Apollonius apud Philostratum VII. 12. ad custodias desperantes: Ἐλεῶ ὑμᾶς, ὡς ὑφ' αὐτῶν ἀπόλλυσθε, οὔπω εἰδότες εἰ κατηγορία ἀπολεῖ ὑμᾶς. δοκεῖτε γάρ μοι προαποκτιννύντες αὐτοὺς, τοῦ καταψηφισθέντος ἂν ὑμῶν ὡς οἴεσθε θανάτου. Valer. Maximus VIII. 1. 'Lictor et carcer ante oculos obversabantur.' Sidonius I. 7. de Armando: 'Ex SConsulto Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit: uncum, et Gemonias, et laqueum turbulenti' (forsan *truculenti* scribendum) 'carnificis perhorrescens.' Nota et quanta emphasi 'imaginabundus.' Firmicus VI. 17. Mathes. 'Gravia etiam vitæ discrimina imponit, ac metuendæ mortis imaginem frequenter ostendit.' Virgilius: 'Et propior Martis jam apparet imago:' ubi Servius: 'Jam prælium cogitabatur a matribus: ergo, ut solet, imaginem, τὴν φαντασίαν.' Ammianus lib. XXVIII. 'In quorum miseriis velut sui quisque discriminis imaginem cernens, tortorem, et vincula somniabat, et tenebrarum diversoria.' *Idem.*

An mihi quisquam] D'Orv. a. m. *inquam*, ut addit quidem aliquoties verbum. Sed et sæpe eleganter omittit. Quamquam etiam non necessarium est *quisquam*. Vide ad lib. II. pag. 39. Ed. Pric. ubi male *inquit* intrusit Colvius. At Oxon. *Oud.*

Tam amicus] B. M. *mitis*. Putean. Sic etiam Mss. mei tantum non universi, et Edd. ante Basileenses, in quorum utrumque contextum nescio qui inrepsit *amicus*, a Colvii, Wow. et Vulcanii utraque Ed. retentus. Sed idem est *amicus* et *benivolus*. Forsan tamen habent sic Reg. Lips. *Oud.*

Ternæ cædis] *Tetræ* est in Edd. Beroald. et Bas. sec. At Oxon. D'Orv. Pith. Ed. Junt. post. *trinæ*, ut infra vulgo: 'trinis civium corporibus expositis:' scil. ordine, qui hic locum non habet. Quare *ternæ* simul retineo, nihil tamen definiens. Vide me ad Sueton. Aug. c. 74. et infra p. 55. 'Trigemino corpori.' Solin. c. 45. 'Jovem trina dextratione lustraret:' ubi prave contra Mss. edidit Salm. *terna*. Idem. *Qui me ternæ cædis cruore perlitum innocentem pronunciare poterit*] Cum vel duorum homicidium res gravis adeo ac detestanda sit. Apud Quintilianum ille Declam. CCLXXVII. 'Cum reus agar cædis, nil fortius confiteor quam a me occisos homines: et, si quid numerus quoque adjicere invidiæ potest, duos.' Oxon. *trinæ*, non *ternæ cædis*: sic infra, 'Trinis civium corporibus expositis.' *Pric.*

Obstinate prædicabat] Reg. Fux. *obstinato prædicebat*. Sed alibi hoc adverbium cum ceteris per *e* scripsit Auctor. *Prædicebat* vero magis placet, quia erat 'vates' et 'prædictor.' Sæpius autem hæc verba sunt confusa. Adi Drak. ad Liv. lib. XXXV. 39. 'Inminentesque prædiceret clades.' Infra lib. IV. p. 82. 'Visiones nocturnæ, &c. pronunciant, &c. et

prædicent.' De Deo Socr. p. 676. Ed. Flor. 'Flaminio extispicia pericula cladis prædicant:' ubi vide. *Oud.* *Hanc illam mihi gloriosam peregrinationem fore Chaldæus Diophanes prædicabat*] Virgil. 'Hi nostri reditus, exspectatique triumphi?' Idem: 'Hoc uno responso animum delusit Apollo, Qui fore te Ponto incolumem, finesque canebat Venturum Ausonios: En, hæc promissa fides est?' Horatius: 'Vides ut Nudus inopsque domum redeam te vate:' cujus notæ et Catulli ista: 'At non hæc quondam blanda promissa dedisti Voce mihi: non hoc miseram sperare jubebas. Sed connubia læta, sed optatos Hymenæos.' *Pric.*

Interim] Rom. *q. f. interdum.* Elmenhorstius. Vitiose ita exhibetur in nota Elmenh. Nam in Rom. uti in aliis ante Colv. est *interim.* Ipse cum Colvio, quique eum secuti sunt, edidit *interdum:* quod confirmant Mss. mei omnes. Vide Drakenb. ad Sil. lib. VI. 30. 'Occulere interdum et terræ mandare parabat.' Pric. et Stewech. ad lib. VIII. p. 159. 'Interdum coitus obeamus.' Ad lib. IX. p. 191. lib. X. p. 230. 'Interdum perniciem cæcam medullæ adtraxerant.' Ejus vocis vim pro *interim* non percepit Broukhusius, et hinc contra Mss. longe plurimos, in his septem a me visos, *interea* reposuit apud Propert. lib. I. 3. 43. 'Interdum graviter mecum deserta querebar:' ubi in sex Leidd. etiam *leviter.* Oud. *Quati fores interdum, &c.*] Tacitus sub finem XI. ubi de Messalina in horas mortem exspectante: 'Lacrymæ et quæstus irriti ducebantur. Tum impetu venientium' (Tribuni ac militum) 'pulsæ fores,' &c. lege cum Florent. Cod. *Cum impetu, &c.* Dum fleret (inquit) fores pepulerunt illi: id ipsum heic Appuleius noster. *Pric.*

Perstrepi] Ed. Col. *præstrepi.* Cave quid mutes. Vide Bouhier. ad Pervig. Ven. vs. 61. 'Stagna cygni perstrepunt.' Stat. lib. II. Achill. 76. 'Rumor in arcana jam dudum perstrepit aula.' Claud. I. in Ruf. 215. 'Turba salutantum lætas ibi perstrepit ædes.' Pejus in Guelf. pr. et Oxon. *perstrepebant.* De illo infinitivo Auctori quoque nostro frequenti ad lib. II. p. 33. est dictum. A Coll. Voss. abest *nostræ.* A Fux. τὰ *januæ nostræ.* Oud.

Ministris, et turbæ miscellaneæ c. completa] Copula *et* deest Ms. Bertin. et Edd. Colvianam antecedentibus. Perperam. In Guelf. sec. *etiam.* Tum *miscellanæ* habent Edd. Basil. et Beroaldi, qui ridicule *misellaneæ,* quod invenit in aliis Codicibus, uti extat in Ed. Vicent. deducit a 'misellus.' Ceterum Vulcanius margini adlevit, ediditque Scriverius: *et turba miscellanea,* contra Mss. O. Nam vel possunt esse Dativi, '*cuncta sunt completa magistratibus, &c. et turbæ,* pro Ablativo cum Præpositione, vel priores voces esse Ablativi, hæ Genitivi: ut rursus duos varios casus uni Adjectivo junxerit. De quo vide ad lib. I. p. 20. 'Ad hospitium et cubiculo me reporto.' Et cum Genitivo *completus* est et lib. IX. p. 178. 'Aquæ recentis completam pelvem.' Sed malim hic esse Dativum. *Compleri* Fux. *Idem.* *Turbæ miscellaneæ*] 'Miscellaneam turbam' eleganter vocat indiscrete, apparitoresque magistratuum, qui colluvione variarum gentium commixti esse solent. A. Gellius 'miscellam doctrinam' nuncupat oppido quam decenter, quæ multifaria est, et ex mixtura multijugarum disciplinarum quasi confusanea. De 'miscellis ludis' apud Tranquillum in quarto commentario scriptum leges, ad quos referendum est illud satyrographi poëtæ: 'Sic veniunt ad miscellanea ludi.' M. Varro 'miscellum' appellat genus columbarum, quod ex agrestibus columbis et domesticis mixtum est. Quidam codices habent, *turbæ misellaneæ,* nomine

a miseria ducto: 'misera' enim et misella,' et consequenter 'misellanea' esse solet turba eorum qui apparent ac præsto sunt juridicis magistratibus; quales hoc quoque tempore prætorum familiæ convisuntur, fumidæ scilicet et pannosæ, et ex miseriæ gurgustio erutæ. 'Misellæ uvæ' dicuntur Catoni et Varroni pro nigris. *Beroald.*

Statimque lictores de jussu magistratuum, &c.] Infra heic, 'Lictores jussu Magistratuum quam instantissime compellunt.' Et x. 'Donec jussu magistratuum ministeria publica,' &c. *Pric.*

Immissa manu] *Missa* Oxon. et Guelf. pr. Male. *Immissa manus* significat protentam, adeoque injectam sibi. Sic 'immittere capillos,' 'barbam,' &c. Vide Heins. et Burm. ad Ovid. lib. vi. Met. 167. *Oud.* *Trahere me sane non renitentem*] Pro *me sane* Heinsius citra necessitatem conjecit *vesana*. Reg. Fux. et D'Orv. etiam *reticentem*. Prave omnino. Vide ad pag. 49. 'Luctantem me ac diu renitentem.' Dein possemus verbo *occipiunt* carere, ut patet ex citatis ad vocem *perstrepi*, et exsulat Edd. omnibus ante Elmenh. præterquam Ed. Junt. post. Sed agnoscunt Mss. omnino omnes: quare restitui. Nisi quod solemni errore Reg. Fux. quoque et D'Orvill. cum Ed. Pric. dent *accipiunt*. De verbo 'occipio' vide ad lib. i. p. 4. 'Qui occeperas.' *Idem.* *Immissa manu trahere me, non sane renitentem occipiunt*] Theocritus, vel Moschus: Ἡ δ' ἑτέρη κρατερῇσι βιαζομένα παλάμῃσιν Εἴρυεν οὐκ ἀεκοῦσαν. Glossarium: 'Ἀντιβιάζομαι, renitor.' Infra lib. vi. 'Trahebat eam nequaquam renitentem.' Virgilius: 'Ecce manus juvenem interea post terga revinctum Pastores magno ad Regem clamore trahebant Dardanidæ, qui se ignotum venientibus ultro Obtulerat.' Ubi Servius: 'Trahebat, ad ducentium desiderium pertinet, non quod Sinon reniteretur.' Contrarium de Flacco Philonis illud: Οἱ δὲ (percussores ejus) πρὸς βίαν εἷλκον ἀφηνιάζοντα, καὶ κεκραγότα, καὶ διαπαλαίοντα. Τὸ *occipiunt* (quod ab editis quibusdam male abest) est etiam in Oxon. Ms. *Pric.*

Civitas in populum effusa] Idem conjecit cum Groslotio Cl. Drakenb. ad Sil. ii. 151. coll. cum vs. 8. In Tabula ænea Genuensi apud Ortel. in Theatro de Liguria, et Gruter. p. 204. sæpe *agri poplici*, et *in poplicum*. Mss. Voss. de Phil. Mor. aliquoties dant *puplicus*. Adde me ad Cæs. lib. vi. B. G. c. 13. vii. 26. 'In publicum procucurrit:' et elegantem Mamertini locum in Genethl. c. 11. 'omnibus viris, feminis, parvulis, senibus, aut per fores in publicum proruentibus, aut per superiora ædium limina imminentibus.' Conjectura Floridi debetur Barthio, qui lib. li. Advers. c. 15. et ad Stat. t. ii. p. 205. sic in suis membranis esse testatur, aliquo modo probans, sed vulgatum non rejiciens; quod constanter servant reliqui Mss. et acriter defenditur a Pontano ad Macrob. lib. vii. Sat. c. i. et L. Holstenio ad Passionem Perpetuæ p. 124. explicantibus 'magnam hominum multitudinem.' Rectius exponeres, in unam concionem ex diversis domibus confluxisse, ita ut cives undique confluentes effecerint universum et conjunctum populum. Confer ad p. 7. 'In sarcinam prægnationis obsepto utero.' Ego pluribus accedo. Temere vero Vulcan. Ed. sec. pro glossemate ejecit. *Oud.*

Mira densitate nos insequitur] D. Hieronymus, ubi de muliere sexies a carnifice percussa: 'Totus ad spectaculum populus effunditur: &c. stipatis proruens portis turba densatur.' Lib. v. Cod. Theod. de sepulch. viol. 'Per confertam populi frequentiam, et per maximam insistentium densitatem.' *Pric.*

PAG. 44 *Capite ad terram, &c. dejecto*

mæstus incederem] Lib. IX. 'Ad ultima salutis jam detrusus, submisso capite mœrebam.' Gloss. 'Καθειμένος, ὁ στυγνὸς, dejectus.' *Idem.* *Imo ad ipsos Inferos jam dejecto*] Quintil. IX. Declam. 'Attonito, et in mortem pene demerso.' *Idem.*

P. circumsedentis] Pontanus Anal. I. 4. *circumcedentis* vult. Quid si *circumsidentis?* sive me circum fluendo, et circum stando obsidentis, et undique cingentis. Quo sensu ipsum *circumsedentis* explicabat G. Vossius: 'circumfluere' sæpius utitur Auctor: ut docet Pric. sed id a librariis non corruptum iri suspicor. Si ulterius quid mutandum, placeret unice *circum secus stantis*, quod erat ultra captum eorum. Adi me ad pag. 30. vel, ut Heinsius divinavit, *circum incedentis*. Sed præcedit 'incederem:' neque hoc verbum de populo confuse adfluente bene adhibitum videtur. *Oud.* *Inter tot millia populi circumsedentis*] Ita et Oxon. Cod. Reponunt *circumstantis, circumsecus, circumcedentis*, et *circumsequentis*. Ego legendum arbitror *circumfluentis*. Infra lib. IV. 'Populi circumfluentis turbulis immisceor:' et alibi eod. lib. 'Setæ circumfluentis densitate sepimus.' Virgilius, statim adducendus, 'circumfusum' dixit, et Noster lib. X. 'circumfusum populum.' *Pric.*

Pererratis plateis, &c.] Prudentius: 'Fertur per medias ceu publica pompa plateas.' *Idem.*

Expiamentis] *Expiamentis* ante notam expressit Elmenhorstius: quia sic dedere Aldus et Junt. post. Sed in ceteris, et Mss. O. est *piamentis*, D'Orv. *piamentum*. Lib. IV. p. 84. 'Communi numinis piamento.' Fest. in v. 'Piatrix:' 'Piamenta dicebantur, quibus in expiando utitur sacerdos.' Adde Lexica. Dein *expiat* Oxon. *Oud.* *In modum eorum qui lustralibus piamentis, &c.*] Plinius Panæg. 'Quorum' (delatorum) 'supina ora retortasque cervices spectavere Romani, cum velut piaculares victimæ ad supplicia ducerentur.' *Pric.*

Hostiis circumforaneis] Male Gutherius de jure manium l. II. c. 7. fingit hic novam vocem *circumferraneis*. Vide Beroald. hic, et ad Suet. Vitell. c. 12. Elmenh. in Ind. *Oud.* *Hostiis circumforaneis*] 'Circumforaneæ hostiæ' dicuntur, quæ circum agros et urbes in ambarvali amburbalive sacrificio circumducuntur, circumaguntur que: a circumferendo dictæ. M. Tul. in oratione pro Cluentio, pharmacopolam vocat 'circumforaneum,' qui circuit fora et circumagitur: quales compluscnli in nostro foro quotidie convisuntur, homines scilicet nugatores, impostoresque. Item Hieronymus: 'Garrulum nescio quem rumigerulum circumforaneum.' *Beroald.*

Expiant] Leniunt, placant. Glossæ: 'Piat, ἐξιλάσκεται.' Infra lib. IX. 'Quid magis, quid minus Numinum cœlestium leniendis minis, quot, et qualibus procurentur hostiis.' *Pric.*

Circ. angulati forum ejusque tribunal adstituor] Male omnino Sciopp. inculcat præpositionem non modo contra optimorum scriptorum exempla, sed præsertim Nostri. Vide Pricæum hic et ad l. IX. p. 187. 'Molæ adstituor:' et omnino Arntzen. ad Victor. Cæs. c. 10. 'Adstituor forum atque tribunal.' Cum Stewechio facit Gulielmius. Melius Barthius, adjuvante Mss. Oxon. et Guelferb. pr. qui non agnoscunt τὸ *que*, conjecit, *forum et tribunal reus ads.* ad Stat. l. I. Theb. 507. 'lustraliaque exta.' Sed multo propius vestigiis Mstorum N. Heinsius: *forum reus atque trib. ads.* ad Ovid. l. III. Met. 598. 'dextris adducor litora remis.' Nihil tamen mutandum arbitror. *Forum ejusque tribunal adstituor* significat per se, 'reus sistor ad fori tribunal.' *Oud.* *Circumductus angulatim*] Servius ad Æneid. III. 'Massilienses quoties pestilentia laborabant, unus se ex paupe-

ribus offerebat alendus anno integro publicis et purioribus cibis. Hic postea ornatus verbenis et vestibus sacris, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in illum reciderent mala civitatis: et sic projiciebatur.' *Pric.* *Tribunal adstituor*] Ad tribunal sistor. Servius ad Æneid. I. 'Quod nos modo dicimus per præpositionem nomini copulatam sequente verbo, Antiqui verso ordine præpositionem detractam nomini jungebant verbo, ita ut una esset pars orationis, et faciebant honestam elocutionem.' *Idem.*

Sublimi suggestu m. residentibus] Pal. et Bert. *Jam sublime s. m. insidentibus.* Alii *J. sublimo s. m. r.* Solebant judices in sublimi sella sedere. Heliod. l. I. Æthiop. de Thyame judice: ἐπεὶ δὲ ἤχθησαν, ἤθροιστο δὲ καὶ ὁ λοιπὸς ὅμιλος, ἐπί τινος ὑψηλοῦ προκαθίσας ἑαυτὸν ὁ Θύαμις. Asterius Episcopus in VII. Synodo, actione IV. de Euphemia martyre: 'Adstant latrones regni et cohors militum: judex in alta sella sedet.' Ita Ovidius Jovem judicantem semper in altissimo residere facit. *Elmenh.* *Sublimo*, quod Edd. ante Colvium habent cum Pithœano, firmari potest p. 58. 'Sublimis volatibus:' et Ovid. l. IV. Met. 451. ex Ed. Heins. A. 1659. 'Sublimos animos.' Gell. lib. IV. c. 17. 'sublimas subices.' Sed Mss. ceteri constanter habent *sublimi*, præter Bertinum *sublime s. m. insid.* et Palat. *s. s. m. in resid.* Hinc suspicor hic aliud quid latere, præsertim quum non soleat Auctor verbo *residere* jungere sextum casum, sed vel tertium, ut l. III. in f. 'residens ædiculæ.' ubi vide, vel quartum. Quare conjeci: *sublime suggestum magistr. residentibus.* et consule Pricæum ad l. VIII. p. 165. 'Quæ dorsum meum residebat.' Potestque *sublime* adverbialiter sumi, *sublime residere:* de quo vide ad l. IX. p. 206. 'sublime elatum:' vel 'sug-

etiam *sublimem* rescribi. Plura de hac voce ad l. V. p. 90. 'Semirotundo suggestum propter.' Male vero Elmenhorst. judices in subselliis sedentes videtur confundere cum prætore et magistratibus. *Oud.*

Præcone p. silentium clamante] Gregorius Nyssenus in Christi Resurrectionem Orat. III. fol. 849. Εἷς δὲ φανήσεται βασιλεὺς καὶ κριτὴς, κοινὸς δεσπότης παρὰ πάντων ὁμολογούμενος. ἡσυχία δὲ ἔσται κατεσταλμένη, ὥσπερ ὅταν ἄρχοντος ἐπὶ βήματος καθημένου, ὁ μὲν κῆρυξ ὑποσημαίνει τὴν σιωπὴν, οἱ λαοὶ δὲ καὶ ὄψιν καὶ ἀκοὴν συντείναντες τὴν τῆς δημηγορίας ἀκρόασιν ἀναμένωσιν. *Elmenh.* *Silentio* edidit Scriverius, quod non capio. Rectius tum esset scriptura Bertin. ut *clamatus* deponentialiter ponatur. Nam 'clamare silentium' est cum clamore silentium mandare, jubere, silentium fiat. Sic enim solent breviter, unde passim 'clamare aliquid' est cum clamore edicere, ut quid fiat vel adferatur. Sic p. 39. l. II. 'Conclamant ignem.' Ovid. XIII. Met. 'Conclamat socios.' Vide et ad l. IV. p. 70. IX. p. 186. Adde Salmas. ad Achill. Tat. p. 342. καλεῖ δεσμὰ καὶ πέδας. Alio sensu videbimus ad finem l. III. 'Viciniæ conclamantis, latrones:' ubi in multis est *latronibus.* An *silentia?* Sed forsan ortus error ex pronunciatione *silentiom.* Nec enim cuiquam hic, credo, placebit: *præcone publico silentio clamato*, pro *per præconem:* de quo Ablativo alibi. *Oud.*

Q. pressuræ nimia densitate periclitaretur] In Oxon. *præsertim n.* Guelf. pr. *pressura.* Par. caret τῷ *densitate.* Pith. *diversitate.* In eodem *periclitantur.* Sed Oxon. Pal. *periclitarentur*, non ineleganter per synthesin. Vide supra l. II. pag. 40. 'populus æstuant diversa tendentes.' Immo in hac ipsa voce *multitudo* occurrit passim. Adi me ad Cæs. l. III. B. G. c. 17. 'Multitudo convenerant.'

viderint.' Gell. l. IV. c. 1. 'Multitudo constiterant.' L. IV. c. 10. 'Multitudo adpellant.' Quin et Nostro in Flor. n. 18. 'Tanta multitudo convenistis:' et variant Mss. et Edd. in fine lib. de Phil. Mor. 'multitudo habeantur.' Sed et Vitruviani Mss. lib. VIII. c. 3. 'Aquæ multitudo, e qua,' dant *e quibus*. Idem.

Judicium tantum theatro redderetur] Vide ad Act. 19. 29. notata. *Pric.*

Caveæ conseptum] Lib. X. 'Ad conseptum caveæ pompatico favore deducor.' Vide Petrum Fabrum Agonisticon l. II. c. 1. *Elmenh.*

Aditus etiam et tectum] Ἐξώστραν, projectum Menianum intelligit Sopingius. Abest *etiam* a Bertin. *aditusque et t.* haud ineleganter in D'Orvill. Vide omnino ad l. II. p. 31. 'Sequensque et tertium.' Mox in eodem prave *forum*, in Palat. *tactum*. Oud. *Aditus etiam, &c. fartim stipaverant*] Ipsum id quod Marci 2. 2. Συνήχθησαν ὄχλοι πολλοὶ, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν. Virgilius, sensu diverso tamen, 'custode aditus coronare' dixit, quo loco Servius: 'Melior lectio, *abitum*: cingunt enim sylvam ne abeant, non, ne adire' (lege *adiri*) 'possint.' Hæc ille commentatorum utilissimus: nos in alia sententia sumus. Tacitus Annal. XII. de Agrippina: 'Tenere amplexu Britannicum, &c. ac variis artibus demorari ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque et Octaviam sorores ejus attinuit, et cunctos aditus custodiis clauserat.' *Pric.*

Et tectum omne, &c.] Virgilius: 'Tum studio effusæ matres, et vulgus inermum, Invalidique senes, turres et tecta domorum Obsedere.' Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ: 'Non porticus, non imminentia desuper tecta capere poterant prospectantes.' Plin. Panægyr. 'Videres referta tecta ac laborantia: ac ne eum quidem vacantem locum, qui non nisi suspensum ac instabile vestigium caperet.' *Id.*

Fartim stipaverant] Florid. III. 'Farto toto theatro ingens stipatio.' *Idem.*

Studio visendi pericula salutis negligebant] *Videndi* Fux. Vox *salutis* non comparet quoque in Reg. Fux. Guelferb. utroque, Oxon. Par. D'Orvill. qui habet *studio salutari visendi per. negl.* Quamquam igitur *pericula salutis* potuit dixisse, ut *pericula vitæ, &c.* tamen ob Codd. et præsertim Flor. Pithœan. ac Bertin. scripturam, opinor, Auctorem dedisse *studio visendi pericula* alterius, *sua negl.* hoc est, quod Livius, citatus a Pricæo, lib. IV. c. 27. ait, 'intenti in alieni periculi eventum, pro se incauti.' Eleganter *pericula* adtribuit capitis reo, ut Cic. lib. V. Fam. Ep. 17. 'In tui familiarissimi judicio et periculo.' Hinc 'capitis periculum et discrimen adire' sæpe dicitur capitalis criminis reus. Dein *alter* pro quovis alio obvium est. Vide Scheffer. ad Phædr. F. 19. et Burm. F. 4. et quos laudat, Ovid. lib. IX. Met. 635. et passim. Atque ita corrigendus est Solinus c. 7. p. 16. 'Quem post Nilum Achelous dat;' nec alter. i. e. nullus alius. In Mss. male, *nec alter alius*, vel *tertius nemo* e glossis. Errat Salm. Adposite autem sæpe *alter* in oppositionem τοῦ *sui*. Plaut. Truc. I. 2. 58. 'Qui alterum accusat probri, se ipsum intueri oportet.' Cic. lib. II. Tusc. Q. c. 17. 'Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem.' Horat. lib. I. Ep. 14. 11. 'Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.' *Oud.* *Miro tamen omnes visendi studio pericula salutis negligebant*] Apud Livium IV. 'Intenti in alieni periculi eventum, pro se incauti.' Ait, *visendi studio, &c.* Virgil. II. 'Undique visendi studio Trojana juventus Circumfusa ruit!' Plinius lib. VI. Epist. 33. 'Stipatum tribunal, atque etiam ex superiore Basilicæ parte qua fœminæ qua viri, et audiendi (quod difficile) et' (forsan *at*) '(quod facile) visendi studio im-

nunebant.' Suidas: Ἀθρείοντες, ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες. Palat. et Oxon. Mss. *pericula negligebant*. Pric.

Velut quandam victimam orchestræ mediæ sistunt]. Philo de Judæorum strage in civitate Alexandrina: Μαστιγούμενοι, κρεμάμενοι, τροχιζόμενοι, καταδικαζόμενοι, διὰ μέσης τῆς ὀρχήστρας ἀπαγόμενοι ἐπὶ θανάτῳ. *Idem.*

Præconis amplo boatu citatus accusator, &c.] Asconius in Verr. III. 'Apud Veteres, et Judices, et rei, et accusatores, et defensores, a voce præconis citabantur.' Infra heic lib. X. 'Præconis vocatu primus accusator incedit, tunc demum clamatus inducitur etiam reus.' Et nota, *amplo boatu citatus*. Scholiastes vetus Horatii ad Serm. I. 'Citari dicuntur qui clara voce vocantur.' Bene autem hoc genus ministeriis 'amplum boatum' tribuit. De iisdem Pollux IV. 12. Τὸ φθέγμα αὐτῶν ἁδρὸν, ὑψηλὸν, πρόμηκες, ἐπίμηκες. *Idem.*

Vasculo q.] Oxon. Pal. D'Orv. Fux. Guelf. ambo, *baculo*, ex perpetua, præsertim in his codicibus, confusione τῶν *b* et *v*. G. Vossius adlevit: *f. vatillo*. Vide Glossas. *Quodam* non est in Pith. *Oud.*

In vicem coli graciliter fistulato] Describit elegantissime clepsydram judiciariam, ad quam dicere solebant advocati et Rhetores. Namque pertusum vas aqua implebatur, eaque fluxa ad foramen usque finem facere cogebantur dicentes, aut si ultra nugari lubebat, eadem aqua adspergebantur. Hoc nos docet Scholiast. Aristoph. vetus in Vespis 93. Κλεψύδρα γὰρ ἀγγεῖον τετρημένον, ἐν ᾧ ὕδωρ ἔβαλλον, καὶ εἴων ῥεῖν ἄχρι τῆς ὀπῆς, καὶ οὕτως ἔπαυον τὸν ῥήτορα. τοῦτο δὲ ἐποίουν διὰ τὸ φλυαρεῖν τὸν λέγοντα, καὶ ἐμποδίζειν ἄλλοις θέλουσι λέγειν, ἵνα τὰ σπουδαῖα λέξας ἐξέλθῃ. Suidas: Διαμεμετρημένη ἡμέρα. Μέτρον τί ἐστιν ὕδατος πρὸς μεμετρημένον ἡμέρας διάστημα ῥέον. ἐμετρεῖτο δὲ τῷ Ποσειδεῶνι μηνὶ, ὡς δὴ τούτῳ ἠγωνίζοντο οἱ μέγιστοι, καὶ περὶ τῶν μεγίστων ἀγῶνες. διενέμετο δὲ εἰς τρία μέρη τὸ ὕδωρ, τὸ μὲν τῷ διώκοντι, τὸ δὲ τῷ φεύγοντι, τὸ δὲ τρίτον τοῖς δικάζουσιν. *Elmenh.* Vide illic Kuster. et Spanhem. ad Juliani Cæs. in notarum probat. p. 64. Dion. l. LXXVI. de Severo: Τοῖς δικαζομένοις ὕδωρ ἱκανὸν ἐνέχει. Charit. Aphrod. lib. I. c. 5. p. 8. Sæpe in Apolog. *Oud.*

Ac per hoc, &c.] Id est, eoque, idcirco. Infra hic: 'Capillos flavos, ac per hoc illi, &c. juveni consimiles.' Lib. V. 'Articulari etiam morbo curvatum, &c. ac per hoc rarissime Venerem meam recolentem.' VI. 'Ac per hoc spurius ille nascetur.' VIII. 'Metu volaticum, ac per hoc merito pinnatum.' Et ibidem paulo ante; 'Ac per hoc, nos cautione summa viæ reddi debere.' Sic sæpius Salvianus: ut V. et VII. de Gubernat. et II. de Avarit. Asconius III. Verr. 'Decuriam, modo ordinem, ac, per hoc, ex nobis.' Scholiastes ad Sat. XII. Juvenalis: 'Ut arborem succideret, ac per hoc, breviorem faceret.' Junius Phylargyrus ad III. Georg. 'Turpe caput, amplum, magnum, ac per hoc terribile.' Æneid. II. 'Et atria longa patescunt:' ubi Servius: 'Aperiuntur, ac per hoc videntur.' Idem ad IV. Æneid. 'Bonus, ac per hoc propitius:' et ibidem: 'Sursum nectit, ac per hoc succinctum facit.' Idem ad I. Georg. 'Domabant, mollibant, (arva) ac per hoc colebant.' Seneca Epist. LXVI. 'Sed per illud quod boni sunt, pares sunt.' *Pric.*

Guttatim deflua inf. aqua] *Et gutt.* Fux. Quia vas non defluit, sed aqua, Lipsius, et Edd. Vulc. sec. Wower. ac Scriverii exhibuere *deflua*. Sed contra Mss. O. et Edd. reliquas. Passive dicitur 'vasculum defluum,' per quod aqua fluit. Sic 'circumfluus' pro eo qui circumfluitur, Ovidio, Valerio Flacco, Claudiano, &c. Immo Noster lib. IV. p. 85. ait 'oras reflui litoris,' per quod mare refluit. *Oud.*

Populum adorat] Proprie, sive ore sic fatur ad populum. *Idem.* *Populum sic adorat*] 'Veteres adorare alloqui dicebant.' Servius ad Æneid. x. *Pric.*

Neque parva res, &c.] Virgilius: 'Sensibus hæc imis, res est non parva, reponas.' *Idem.*

Sed præcipue] Ita tacitus edidit ex Bert. Cod. Wowerius, Elmenh. Scriv. et seqq. cum reliqui, et Mss. Flor. Reg. D'Orv. Guelf. uterque, et ceteri, ut puto, dent *ac pr.* Sed Ed. Junt. post. *at*, vere, ut conjecit quoque Gruter. lib. vi. Suspic. c. 6. Paullo ante *nec* in D'Orvill. pro *neque*, et mox *tractata.* Oud. *Neque parva res, sed præcipue pacem civitatis cunctæ, &c. respiciens tractatur*] Quintilianus Declam. cccxlviii. 'Non enim discrimen paucorum capitum agebatur: an aliquid esset hæc civitas, an templa, an vestigium saltem vetustissima Urbis relinqueretur.' Sacerdos apud Lucianum Phalaride: Δοκεῖτε δέ μοι ὦ ἄνδρες Δελφοὶ ἄριστα βουλεύσασθαι περὶ τῶν παρόντων, εἰ λογίσησθε πρῶτον ὑπὲρ ὅσων καὶ ἡλίκων ἡ σκῆψίς ἐστιν. *Pric.*

Quirites] Ex more Romano sumptum ubi oraturi ad populum *Quirites* appellitant: ut in orationibus Ciceronis sæpissime. Sic Persius: 'Quod deinde loquere? Quirites,' &c. 'Quiritare' dicitur is, qui Quiritum fidem clamans implorat. Ut 'Quiritare' urbanorum est, sic 'jubilare' rusticorum. *Beroald.*

Pag. 45 *Tot cædium lanienam*] *Tot cædium* est in Pith. Bert. Par. Guelf. sec. a m. pr. et Edd. a Ber. usque ad Wow. Mss. Lips. Flor. Pal. D'Orv. Fux. Oxon. Guelf. pr. et sec. a m. s. cum Edd. primis, *totam edium* vel *hedium l.* vel *ædium l.* unde Priceus conjecit, *totarum ædium*, sicut et Beroald. in Thes. Crit. t. i. p. 223. legit, *tot ædium.* Verum in ædibus cædes non facta, sed in platea: *tot civium* nimis abit a vulgata et Msta lectione, nec eam vocem, *tot civium sang.* præcedente, corrupissent librarii; nihilominus eam recepere Elmenh. et seqq. Ego scribendum unice contendo: *tot animarum l.* Ponitur *anima* pro *homine*, ut Belgice passim. Vide Lexica, et Cuper. Obs. lib. i. c. 20. Burm. ad Virg. Æn. iii. 66. xi. 24. Sulpic. apud Cic. iv. 5. Flor. lib. iv. c. 7. Lucan. lib. i. 446. 'Fortes animas belloque peremtas.' iii. 751. viii. 651. 'Jus hoc animæ morientis habebat:' ut leg. Ad[...]sita. Ovid. lib. xii. Met. 69. 'Fortisque animæ nece cognitus Hector.' Sil. ix. 313. 'Animæ occidere.' xiii. 371. 'Tune, inquit, ferro spoliabis inultus Te majorem animam.' In Catal. Pithœi lib. i. p. 22. 'Cognatorum animas, promptum est, patrumque cruorem Fundier:' ubi in vetustissimo Cod. Longobardicis litteris exarato scribitur, *fratrumque cr.* Nec secus sic loquuntur Græci. Quis nescit istud Homericum, Ψυχὰς ἄϊδι προΐαψε; In Evang. Marci c. 3. § 4. Ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι. In Edd. Rom. Vicent. est *totam æd. lanien.* Oud. *Totam ædium lamen*] Mendosus locus, et deformatus, qui in pristinam elegantiam sic reformari potest: *Tot cædium lanienam.* Hoc intellectu, ut dicat accusator: providendum est, ne Apuleius, utpote nefarius homicida, impune commiserit lanienam, id est, laniatum sævitiamque triplicis cædis: est enim 'laniena,' locus ubi caro venditur: ut docet Varro: quin etiam accipitur pro laniatione ipsa, et trucidatione: videtur 'laniena' a laniando dici: unde et 'lanii' sive 'lanïones,' qui laniant pecora: et 'lanistæ,' qui laniandis præsunt gladiatoribus. Legato lanionis instrumento, mensæ, pondera, ferramenta, et alia quoque quæ laniandæ carnis causa parata sunt, contineri docet Paulus JCtus. *Beroald.* *Providere ne nefarius homicida tot civium lanienam quam cruenter exercuit, impune commiserit*] Expressa ex Virgilii istis: 'U-

nus homo, &c. tantas strages impune per Urbem Ediderit? juvenum primores[illegible] miserit Orco?' In Sallustii Jugurthino: 'Quare moneo hortorque vos, ne tantum scelus impunitum dimittatis.' *Pric.* *Tot civium lanienam, &c.*] Veterrimæ Rom. et Vicent. editiones, cum Oxon. Ms. *totam ædium lanienam:* unde non putide quis legat *totarum ædium l.* Infra hic: 'Per totam domum cædes ambules:' cui simile Pauli ad Titum illud, ὅλους οἴκους ἀνατρέπειν. At facile fero lectionem alteram a Wowerio et Grutero excogitatam. Scriptor Maccabaicorum 2. 5. 6. de Jasone: Ἐποιεῖτο σφαγὰς πολιτῶν, &c. Vide ad Act. 8. 3. notata. *Idem.*

Nec me putetis privatis simultatibus instinctum odio proprio sævire] Apud Petronium ille: 'Ac, ne me putetis ultionis causa huc venisse,' &c. *Idem.*

Sum namque nocturnæ custodiæ Præfectus, nec in hodiernum credo quenquam pervigilem diligentiam meam culpare posse] Val. Maximus VIII. 1. 'P. Vilius Triumvir nocturnus, a P. Aquilio Trib. pleb. accusatus, judicio populi concidit, quod vigilias negligentius circumiret.' 'Viliæ' apud Romanos gentis non memini, fortasse, unius literæ adjectione *Suilius* legendum. *Idem.* *In hodiernum*] Glossæ: 'Μέχρι σήμερον, usque hodie.' *Idem.*

Rem denique ipsam, et quæ noctu gesta sunt, cum fide proferam] In Apologia: 'Omnem ordinem rei gestæ summa cum fide, &c. percensuit.' Infra hoc lib. 'Mihi cum fide memora,' &c. *Idem.*

Cum fere jam tertia vigilia, &c.] Totis noctibus ex officio Urbem circumibat isti muneri præpositus: vid. lib. III. ff. de Offic. Præf. vig. In formula Præf. vig. Ravennæ apud Cassiodorum VII. 8. 'Tuis laureis mane defensa Civitas lætatur.' *Idem.*

Cuncta civitatis] *Cuncta* Lips. Flor. Fux. cum Edd. Colv. Vulc. et seqq. ut jungatur τῷ *circuirem.* Sed Pith. Oxon. D'Orv. Pal. Guelferb. et Edd. priores *cunctæ*, merito probante N. Heinsio ad Claudiani B. Gild. vs. 372. 'Germania cuncta:' sive construas cum adverbio *ostiatim*, sive potius *singula cunctæ civ.* Sic passim Noster, ut supra, 'pacem cunctæ civitatis.' L. V. p. 86. 'Cuncta civitas congemebat.' Lib. VIII. pag. 156. 'Civitas cuncta vacuatur:' pag. 34. 'Cuncta Thessalia.' Adde Cic. lib. I. in Verr. c. 31. pro Font. c. 16. 2. 9. 'In tanta lætitia cunctæ civitatis.' Virg. III. G. 20. I. Æn. 233. 'Cunctus orbis:' ibique Burm. *Oud.* *Cuncta civitatis ostiatim singula considerans, &c.*] Vicent. et Oxon. Ms. *cunctæ civitatis, &c.* Supra lib. II. 'Rimabar singula quæ cuncta convenerant.' *Pric.* *Ostiatim singula considerans*] Lib. III. 'Ostiatim singula pererro.' *Idem.*

Mucrone destricto] Ita lego, non *dis.* vel invitis hic libris, præterquam Guelf. sec. uti p. 55. lib. IV. p. 66. 77. lib. V. pag. 96. 100. ubi ita Mss. et Edd. fere omnes. Vide ad Cæs. lib. I. B. G. 25. 'Gladiis destrictis.' *Oud.* *Conspicio istum, &c. mucrone districto passim cædibus operantem*] Ibidem apud Cassiodorum: 'Tibi commissa est fortunarum securitas, &c. ut circa domesticos grassatores bellum pacatum' (forte *implacatum*) 'gereres, si quem civium lædendum esse sentires.' 'Conspicio,' id est, invenio istum. Cantic. VI. 8. Εὕρησάν με οἱ φύλακες οἱ ἐν τῇ πόλει κυκλοῦντες. 'Cædibus operantem,' ut apud Tertullianum advers. Judæos, 'ensi operari.' Eundem in de Corona milit. 'prælio operari:' et, 'balneis, cauponis, lupanaribusque operari' in Apologetico.' *Pric.*

Corporibus in m. s. palpitantes] Hæc jungit recte in notis Pricæus, et Heins. ad Ovid. Met. l. v. 40. non *spirantes adhuc corporibus*, ut alii. Mallem tunc legi *pectoribus.* Nam frequens hæc est permutatio. Consule

Drak. ad Sil. l. xvi. 479. Prave vero Floridus tacite reposuit *palpitantibus*, quod non moverem, si in Mss. reperiretur. Sed nunc e stylo Appuleii defendi debet, qui sæpe ἀσυνδέτως exaggerat adjectiva seu participia. Vide ad l. i. p. 14. 'Ignavus ibat, argento æmulus.' Infr. p. 47. 'commotos, affectos.' p. 54. 'secutus, scrutatus, iratus.' L. iv. p. 66. 'antecepto cogitatus ementita lassitudine.' p. 81. 'sæviens, coruscans.' p. 57. 'externatus animi, attonitus:' ut in plerisque Mss. item p. 61. 62. 91. 106. 'Inhians, dicens.' L. vii. p. 138. 'reformatus, exosculatus:' p. 149. 'cognitum, capistro prehensum.' viii. p. 137. 'succumbens, obiens.' L. x. p. 227. 'Nacta puellam, pietate præventa:' ut leg. l. xi. p. 261. 'fluctuantem, perciteum.' Ut hic 'spirantes, palpitantes,' ita 'semineces palpitantesque' jungit Sueton. Tib. c. 61. *Multo* caret Oxon. pro quo conjecturam *alto* recte damnavit Pricæus. Ejus exemplis adde Curtiana l. iv. c. 14. et 15. quæ adlevit hic Burmann. *Oud.* *Corporibus in multo sanguine palpitantes*] 2. Samuel. 20. 12. de Amasa: 'Conspersus sanguine' (suo) 'jacebat in via.' Virgilius: 'Moriensque suo se in sanguine mersat.' Et bene heic *palpitantes*. Apud Quintilianum iv. Declam. 'Exultans super stratorum corporum strages, palpitantibus adhuc cadaveribus insisto.' Lactant. iii. 20. 'Quasi disjecta et dissipata, palpitare potius quam vivere videantur.' Nicetas Choniates de Isaacio Angelo Hagiochristophoritam occidente: Ἐκεῖνον ἐᾷ, &c. ὡς βόσκημα σφακελίζοντα, καὶ τῷ αἵματι ἰδίῳ παλυνόμενον. Oppianus Cyneg. 2. Κατὰ δὲ χθονὶ πολλὰ κέχυνται Λείψανα ποιφύσσοντα, καὶ ἀσπαίροντα φόνοισι. Quum viderem porro Appuleium hinc inde phrases Virgilianas sectatum, putavi hic legi posse, *in alto sanguine*. Æneid. xi. 'Gemitus morientum, et sanguine in alto Armaque, corporaque, et permisti cæde virorum Semianimes volvuntur equi.' Ubi Servius, (non male ad mentem nostri vigilum præfecti,) ''Εμφατικῶς cædis magnitudo ostenditur.' Et hæc, ut non insipida, ita verior communis lectio. Senec. Œdipo: 'Per ora multus sanguis atque oculos redit.' Virgilius: 'In multo lapsantem sanguine nati.' *Pric.*

Conscientia tanti facinoris permotus, statim profugit] In supplemento lib. xliii. T. Livii: 'Zeusippus cum Stratonida quadam nocte profugit Tanagram, suam magis conscientiam quam judicium hominum, &c. metuens.' *Id.*

Præsidio tenebrarum elapsus] 'Defensus tenebris, et dono noctis opacæ.' Infra lib. iv. 'Provecta vespera abusi tenebrarum præsidio.' *Idem.*

Providentia Deum, &c.] Arrianus Dissertat. Epicteti lib. iii. c. 26. Οὐδὲν ἀζήμιόν ἐστι τὸ ποιοῦν τὰ ἄδικα. Et Oraculi versus est apud Herodot. lib. v. n. 56. qui reperitur Anthol. i. c. 6. Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει. Coint. Smyr. lib. ix. v. 639. Heliodorus lib. ix. Æthiop. Isidor. Pelus. lib. ii. Ep. 217. *Elmenh.*

Providentia Deum, quæ nihil impunitum nocentibus permittit] Ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα. Eunapius in Ædesii vita, Ablabio occiso: Τῆς Προνοίας οὐκ ἀφείσης τὸ ἀνθρώπινον. *Pric.*

Eum c. producere] Bert. *perducere*. Elmenh. Item D'Orv. Fux. Guelf. ambo, et Edd. Vic. Ber. Bas. pr. Sed male. Passim 'producere ad forum,' 'mercatum,' &c. Nostro. Vide Pricæum ad lib. ix. p. 183. et me ad Cæs. lib. vii. B. G. c. 13. 'Comprehensos ad Cæsarem produxerunt.' A Palat. exsulat *eum*. Oud. *Mane præstolatus, ad gravissimum judicii vestri sacramentum curavi eum produci*] In formula Præf. vigil. Urbis Romæ apud Cassiodorum vii. 7. 'Circa fures sollicitus esto, quos si leges punire tibi minime præcipiunt, tamen

(258)